TERTIVS ET QVARtus Tomi Operum Origenis Adamantii, quorum Tertius complectitur, post Apologiam explicanda.

Pertinet ad Bibliothecam hospitalis Incurabilium de neapoli

Venundantur cum reliquis Joanni Paruo: Jodoco Badio: et Conrado Resch.

Epistola nũcupatoria Jacobi Merlini In Apologiam Origenis.

IACOBVS Merlinus Victurniensis sacrę Theologię pfessor immeritus, præstantissimos patres Regalis collegii Nauarræ tum virtutibus, tum scientia viros in toto orbe celebratissimos, Magistrum nostrum Petrum de Valle eiusdem Collegii moderatorem præcipuum, Ma. Ludouicum Lassere prouisorem, cæterosq́ magistros & studentes vigilantissimos, cum omni qua potest charitate salutat.

QVantum auctoritatis in ætatibus senectus, & in exemplis antiquitas; tã tum apud nos habere merētur disciplinæ, pręsertim quę ab insigni stirpe originem ducunt, a bono saxo scaturiunt, & ab optimo fonte profiliunt. Cuiusmodi sunt illæ quæ a prompruariis senis Adamantii Origenis prodierunt, quę sub delecto verborum flumine nescio qđ latens numen, viræq́ spiraculum profundunt, quo cunctę mortaliũ animæ educatæ vitæ immortalitatem, boni maliq́ agnitionem perfacile suscipiũt. Quantũ sane roboris, atq́ decoris, insignia vitæ, & scientiæ lingua, nostris pgenitoribus olim conferebant, tantũdem præstitit humanis spiritibus illustris Adamãtii doctrina, quæ cũ ab eius ore cũ impetu (velut ex Libano aquę) pflueret, facula ardẽs interdũ, gladiusve penetrans, seu fauus distillans, aut hortus interdum varia spirans aromata credebatur: quo delinitis audientium auribus, compunctis cordibus, mentibus quoq́ in deum incensis, homines naturas suas obliti, passim in deos sese trãsformabãt. Testimonio locupletissimo sunt innumerę vtriusq́ sexus virgines, insignes cuiuscũq́ ætatis confessores, & rubricati suo in sanguine triumphantes martyres, quos quasi per manus Origenis suscepit & militans ecclesia pariter & triumphans. & nimirum: quandoquidem qđ gladius Dauid, & Ionathæ sagitta in allophylos officiũ, hoc in filios diffidentię egit vibratus Origenis sermo, idola pessundans, circuncisionẽ profligans, errorum seminaria conterens, & ea quæ in hominum genus naturæ hostis venena infuderat diluens, cũcta quoq́ letalia vulnera sanãs, pupillis, atq́ orphanis suffragabatur, viduis adiumentum pręstabat, captiuis solatiũ, martyribus audaciam, virginibus continentiam, cęcis lumẽ, pœnitentibus patientiã, & delinquentibus timorem, atq́ remedium. Qđ (viri patres) demirati inimici homines, in talem tantumq́ apostolicum hominem sęuire, in eiusq́ sanã ac cœlicam doctrinam (qua nulla superior) debacchari, furere, & vipereo ore insidiari, latrare, insurgere pręsumpserunt ab eo (vt reor) hoste edocti, q (vt inquit Chrysostomus) tũc magis efferatur cum viderit maiora virtutis onera cõposita: & cum magnos virtutũ aceruos agnouerit, tunc grauius naufragium studet inferre. Viderunt sane puteos quos in scripturæ agro Origenes foderat, & protinus fœtentia errorũ cadauera in eos mittere non erubuerunt. Viderunt sanctuarium qđ manus Adamantii effinxerant, & ipsum perfodere manu sacrilega præsumpserunt. Viderũt optima doctrinę semina, quę dum noster senex vitã ageret in Christi agrum sparserat, & liuido pectore dum in domino dormit sordenti zizania deprauantes eneruarunt. Infelix certe hominũ genus nescio quo dẽte mortui viscera corrodẽs, grauem viuenti doctrinæ aculeũ infligens, & tũc œstro acrius pũgẽs, lacessens, feruidam quoq́ pugnam incitans, vbi quiescit doctrinę auctor, quem superstitẽ nemo satis laudauit, differentem q legis abdita nullus errare comperit. At quantũ huiusmodi perditorum hominũ liuor dedecoris suis auctoribus cumulet, q̃q́ eorum sacrilegę manus letalia insanię vulnera suis infligãt nominibus, videritis vos viri patres, totusq́ tãdem agnoscet orbis: & vbi primum velut argumẽtosę apes ex delectis graminibus floribusq́ Adamantiĩ rorem (ambrosia pręstantiorẽ) suxeritis, inq́ vestrę mentis alueum instillaueritis, fient in vobis proculdubio flumina aquæ viuę salientis cum impetu in sitibundas Christi ecclesias. Tunc ęmulorũ culpa patebit, constabitq́ solida senis Adamantii fides. Cuius causam agens vobis R.P. hanc nostram pro Origene Apologiam explorandam offero, similem (quã olim Iosue & Caleph de terra pmissionis plebi Israeliticæ retulerunt) sententiam expetens, & a vobis expectans, vt cesset superueniente agnitionis autora certamen malignorum spirituum contra nostrum Iacob (Origenem dico) p quo tria probabiliter asserenda censui. In primis q sancte vixerit, secundo q recte scripserit, tertio q innocenter vitã humanam concluserit.

Assertiones tres.



NAM ꝙ Origenes pie ac sancte vixerit,facile pbauero tribus presup positis.Suppono em̄ primo ꝙ ad bonū virū,& ad sanctā vitā nō exigit necessario hoīem esse tetragonū,sicq̧ viuere vt nūq̄ a recto viuēdi ordine excidat:quippe cū nulli tales aut rari (etsi multi optimoꝝ viroꝝ nomina sortiti sint) inuēti fuerit.Exēplū in Adā,q̄ in ea qua cōditus fuerat innocētia nō ꝑstitit:in Moyse,qui ęgyptiū occidit:in Dauid,q̄ homicidiū adulterio sociauit:& in aliis inumeris q̄ aliquā suę ętatis portionē variis polluerūt criminib⁹,quos nihilominus sancte vixisse nullus in dubiū trahit,traxitve hactenus. Pria sup positio.

¶Suppono secūdo,ꝙ sicut nō ꝑmittit deus hominē tentari supra id qđ potest,ita nō ꝑmittit hominem in aliquod crimen prolabi qui efficaciter non vult cadere,sed ne cadat omnem curam adhibet cum bona animi humilitate:q̄a facienti quod in se est,deus non denegat suum auxilium. Secūda supposi tio.

¶Suppono tertio Origenē nō asseruisse aliquē,vel aliquos errores cū ꝓposito fallēdi ecclesiā Christi:quia nō est verisimile eū qui recte vixit,& alios ad recte viuendū trahere cōtendit,in tantā fuisse prolapsum miseriā,vt deliberate proximos seducere voluerit. Tertia supposi tio.

Probatio Primę Propositionis.

HIs pręmissis,licet Origenē sancte vixisse nō possit euidēter ostēdi:probatur tn̄ via duplici.Prima.Nō est verisimile malos procedere filios ex illis bonis parētibus qui omnē quā possunt curā adhibēt vt eos quos ꝓcrearūt filios bonis instituāt morib⁹,& sanctis imbuāt disciplinis,& ad hoc illis de optimis ꝓuidēt directorib⁹. Qđ & Origeni cōtigisse cōstat.nā & patrē habuit martyrē:de quo Eusebi⁹.vi.ecclīasticę historię ca.i.Leonides Origenis pater pro martyrio Christi capite plexus,tenerę adhuc ętatis Origenē reliqt. & Hieronym⁹. lib.viroꝝ illustriū.Origenes Leonide pře Christi martyrio coronato,cū sex fratrib⁹ & matre vidua relinquit.Cui⁹ rē familiarē ob cōfessiōnē Christi fiscus occupauerat.Is vero Leonides nullū boni studii,atq̧ rectę diligētię gradū ꝑteriit ī excolēdo pariter & exornādo animū filii:in quo velut in agro feracissimo thesaurū virtutis optimū recōdere,bonarū disciplinarū semina spargere,& cętera q̄ ad sanctā vitā cōducūt reponere nō neglexit:quinimo pulsis ab eo puerilib⁹ ineptiis,atq̧ deliramētis (vitioꝝ seminib⁹) locupletare,& spūs sancti habitaculū ī puerulo facere īsudauit.Qua de re cū se assecutū fuisse agnouit qđ valde pri⁹ optauerat,totiēs dormiēti puero religiose,ac sollicite operimētū pectoris detraxit,& velut spū dei intus incluso pectus ei⁹ tāq̄ tēplū quoddā ore demulcebat,labiis suauissime cōprimebat:sicq̧ recedēs beatū semetipm̄ a deo effectū ꝓ tātę prolis felicitate gratulabat,vt inquit Eusebi⁹.Insuper cū de diuinis voluminib⁹ quoꝝ studio pater filiū emancipauerat aliquot supra ętatē quęstiones (velut colūba Noe oliuę ramū) Origenes patri referret:pater ipm̄ increpare se simulabat,ꝙ tā puerile os & lingua adhuc pfecti verbi expers,res tā grandes tractare ꝓsumeret,& agricolę pręcoces fruct⁹ nōdū plene excult⁹ agellus edēdos offerret.Apud se hęc oīa nihilominus cōferēs,maximas quas poterat de tali ac tāta ꝓle gratiarū actiōes deo exoluebat,tacite īquiēs:O qualis erit cui⁹ tenella labia vn⁹ e Seraphim necdū calculo altaris eluit:in cui⁹ ore verba sua dn̄s reponere dignatus est.Quę oīa ad nostri Origenis perfectā vitā indicādā,& ad patris sui Leonidis laudes ampliādas nō parū cōducūt.Sic itaq̧ Origenis innocētiā ostensurus,procedere ex paternis laudibus ad ꝓlis gloriā mihi ꝓpositū fuit,suadēte Hieronymo,qui ad Heliodoꝝ de morte Nepotiani sic īquit,pręcepta esse rhetoꝝ,vt maiores eius qui laudandus est,& eoꝝ gesta altius repetātur,sicq̧ ad ipm̄ ꝑ gradus sermo ꝑueniat:ꝙ videlicet auitis paternisq̧ virtutib⁹ illustrior fiat. Pria pbatio primæ ꝓpōnis.



SEcunda via,ad sanctitatē vitæ Origenis cōprobandā,sunt illius opera,quę dum in hac valle miseriarū ꝑegrinabat eū fecisse ex variis auctoꝝ sanctoꝝ testimoniis cōstat:quę tātū ad virtutū ei⁹ testimoniū faciūt,vt nemo sit (nisi ꝑtinacis animi fuerit) q̄ animū nō flectat,cor nō emolliat ad credēdū sancte vixisse Orig.Opera sane quę dedit illi pater vt pficeret,ea ipa testimoniū de eo ꝑhibēt:q̄ siqs ignorauerit,doctoꝝ scrutet scripturas,illeq̧ testimoniū ꝑhibēt de ipo.Nā & de semetipso inqt Orig.homilia quarta sup Ezechielē,Nihil mihi cōducit martyr pater si nō bene vixero,& ornauero gn̄is mei nobilitatē:hoc est testimoniū eius & cōfessio qua illustratus est in Christo.Hieronym⁹ in libro de viris illustrib⁹,Quātę aūt glorię fuerit hinc apparet:Firmilian⁹ Cęsareę episcop⁹ cū oī Secūda pbatio.

Capadocia eũ iuitauit,& diu tenuit.Et post pauca seq̃.Cõcursus quotidie miri ad eũ fiebãt,quos ille pptεrea recipiebat,vt sub occasiõe secularis literaturę in fide Christi eos isti tueret.Et idẽ in apologia quã scribit ad Pãmachiũ & Oceanũ de Orig.loquẽs inqt. Magnꝰ vir ab infantia,& vere martyris filius,Alexãdriæ scholã tenuit succedẽs eruditissimo viro Clemẽti presbytero:voluptates intantũ fugit,vt zelo dei(sed tñ nõ sc̃dm sciẽtiã)ferro trũ caret genitalia:calcauit auaritiã,scripturas memoriter tenuit,& in studio explanatiõis ea rũ diebꝰ sudauit ac noctibꝰ:mille & eo amplius tractatꝰ quos ĩ ecclesia locutꝰ est edidit,innumerabiles p̃terea cõmẽtarios quos ipse appellauit Tomos.Aymo in libro de Christianarũ rerũ memoria sic inqt.Ego sane de Origine viro tã illustri,abstinẽtissimę vitę & castissimę,p̃clarę doctrinę,puri & lucidi sermõis(salua patrũ fide)dixerim ꝙ hęc oĩno nõ scripsit. Et p̃terea Eusebiꝰ libro sexto ecclesiasticę histo.Et si qdẽ velit qs oẽm vitã viri huiꝰ literarũ tradere monumẽtis,certũ est ꝙ tãta sunt de eo,ac talia,ꝙ pp̃riũ de eo requirãt & opus & ociũ.Et seq̃ post pauca.Cuiꝰ gesta si res pateret,etiã ex ipsis cunabulis digna mihi viderẽtur posteritatis mẽoria.Innumera quoq; alia p̃nominatꝰ de eodẽ Orig.fert testimonia ĩ vita Orig.Insup Pãphilus martyr in apologia sua de eodẽ ait.Honore p̃sbiterii ĩ ecclesia prę ditus fuit,vitã abstinẽtissimã egit,& valde philosophalẽ:ꝙ ꝙ puræ religionis obseruauerit disciplinã,& p̃ cęteris verbo dei,& doctrinę operã dederit:dubiũ nõ est ex his q̃ ad nos labo ris & studii eiꝰ certissima designãt indicia:p̃cipue vero p eos tractatꝰ quos pœne quotidie ĩ ecc̃lia habebat ex t̃pe,quos & describẽtes notarii ad monumẽtũ posteritatis tradebãt.¶Cui aũt hęc testimonia nõ sufficiũt,legat q̃ egregia de Origene Platonicꝰ ille Porphyriꝰ ĩ libro tertio aduersum christianos scripserit,legat Pamphilũ,Didymũ,Rufinũ,Picũ Mirãdulã,& alios recẽtes,& veteres pœne ĩnumeros:īter quos numerat M.Ant.Sabellicꝰ,q inqt.Origenes decimo Seueri ãno insectatiõe ĩ Christianos viros mota patrẽ amisit,quẽ ipe adolescẽs est ad martyriũ hortatꝰ:domestica inopia grãmaticẽ docuit,vt matri viduę & fratribꝰ victũ q̃reret:nulla fuit lingua,nullũ literarũ genꝰ qđ Origenes nõ calluerit.Porꝰ & cibi parcissimus,Christi paupt̃atẽ imitatꝰ plures annos nudis ambulauit pedibꝰ.Multi huiꝰ ductu Christũ cõfessi martyriũ adepti sunt.Quapropter multi toto orbe celebratissimi viri tãtas in vno hoĩe virtutũ p̃rogatiuas agnoscẽtes,vicarias amicitias cũ eo cõtrahere conati sũt. Inter quos referre dignũ cẽsui Alexãdrũ Hierosolymo℞ antistitẽ,q ad Origenẽ in hũc mo dũ scribere nõ dedignatꝰ est.Hoc.n.& volũtatis dei fuit sicut ipse nosti,vt amicitię q̃ mihi a patribꝰ fuerũt iuiolatę durarẽt,ĩmo vero & ardẽtius,ac robustius augerẽtur.Patres aũt nouimus beatos illos q nos p̃cesserũt, ad quos paulo post etiã nos abibimus. Pantheniũ di co dñm vere beatũ,& sc̃m dñm meũ Clemẽtẽ,q me ĩ multis ĩstruxerũt.Sed & aliq alii tales sũt p quos etiã te cognouimꝰ virũ p cũcta egregiũ & dñm & fratrẽ.hęc qdẽ ita se habẽt.Cę terũ synodus epo℞ Cypri celebrata ad instãtiã Theophili,vitã Origenis cõsiderãs ei nullo modo derogare ausa fuit,teste Cassiodoro lib.x.tripertitę hist.ca.xi. Innumeri deniq; hoĩes martyrii palmã ipo duce cõsecuti sũt,quos referre mihi p̃lixũ,vobis vero tędiosum foret, īter quos annumerãt Plutarchꝰ,& Heraclas eiꝰ germanꝰ,Serenꝰ,Heraclides,Heros, Neophytꝰ.Itẽ aliꝰ noĩe Serenꝰ,Heracla catechumina,Potamiana fœminarũ famatissima,& īsignis mo℞ claritudĩe Barbara.Greg.quoq; Põticꝰ de quo multꝰ sermo ĩ vniuerso orbe terrarũ,cũ audisset Origenẽ doctrĩa & moribꝰ illustrẽ,ad eũ p̃ficiscit,a quo verã p̃hiam erudi tꝰ ad patriã remeãs p̃rima signa fecit,lãguores curauit,dęmões expulit,paganos quoq; ĩnu meros verę fidei subiugauit.Quę oĩa diligẽter attẽdere opus est,vt illiꝰ p̃bitas ĩnotescat,q vsq; ad fores palmę martyrii cũ ad martyriũ lętre subeũdũ martyres hortaret,sese freq̃nter fecerit:vñ p̃misi p̃missis martyrũ æq̃le puto meritꝰ sit.iuxta illđ Aug.ĩ lib.de bo.cõiu. Non est ĩpar meritũ martyrii ĩ Ioãne q passus nõ ẽ,& ĩ Petro q passus ẽ.Ex qbꝰ oĩbꝰ relictis aliis cã breuitatis allegatiõibꝰ satis cõstat veritas p̃ię p̃positiõis.s.ꝙ sãctę vitę fuerit Origenes Adamãtiꝰ,& ꝙ licet nõ passꝰ sit senex,palmã tñ martyrii nõ amisit. ¶Probatio.ii.p̃põnis.

Probatio secũdæ propositionis.

Ro veritate p̃positiõis sc̃dę.Quã vt habet ĩ tit.de p̃positiõibꝰ.c.Cũ cõtra & ĩ glo.c. Ad nostrã(vbi dr ꝙ sacerdotes,& clerici Daciæ p legẽ regni admittũt ad p̃bãdũ negatiuã)volẽs p̃bare negatiuã directe nõ sit admittẽdꝰ, cũ negãtis factũ p rerũ naturã nulla sit directa p̃batio: Nullo tñ iure phibeẽ negatiuã p̃bãdã eẽ indirecte. Quapropter cũ multi asseuerẽt Origenẽ pessime errasse ĩ multis, superest ostẽdere illa pessima errata nõ fuisse illiꝰ: & cũ luce clarius sit intuẽti,diligẽti studia eiꝰ scripta ĩ variis passibꝰ opposita illo℞ errato

rum ipsum affirmasse: relinquitur ꝙ falso ipsi ascribať ab eius æmulis ad eneruationẽ glo-
rię quã ex tãtis & tã luculẽter scriptis iure sibi auctor vendicat. Ad qđ faciẽdũ tres articu
los probare ex sanctorũ patrum auctoritatibus cõstitui. Primus est, ꝙ maximę auctoritatis
fuit doctrina Origenis apud veteres, etiã ęmulos. Secũdus, ꝙ nulla falsa veris scribẽdo mi-
scuit Origenes. Tertius, vnde processerit ꝙ scripta tanti tamꝗ sancti patris tot erroribus
prophanata, & polluta fuerint blasphemiis.

Vãuis ante nos multos sanctos patres multa scripsisse vnicuiꝗ cõpertũ sit, nulliꝰ Articu-
tñ scripta ardẽtius amplexata sunt his q̃ a prõptuariis senis Adamãtii viri vtiꝗ lus pri-
ap̃lici ꝓcesserũt: & queãdmodũ argumẽtosę apes delectos flores diligẽter inuesti- mus.
gãt, & studiosissime ꝑquirũt, sup quos (cũ inuenerint) residẽt, donec cõficiẽdi fa-
ui materiã susceperint: ita oĩs illa veterũ sanctoꝝ patrũ sylua ꝑ agmina ad Emporiũ opti-
marũ merciũ nostri Adamãtii sedula cõfluxit, vt eũ doctrinę panẽ quẽ (velut nauis instito
ris) de lõge Origenes attulerat, multo ęre cõpararet. Et cũ, auctore superstite, nũq̃ aut vix
cuiusq̃ scripta vl' gesta placuerint, nulla tñ hoĩm familiaritas doctrinę Adamãtii detraxit:
quinimo multã famã, multã gloriã, admirationẽꝗ illi cõtulit frequẽs hoĩm cõuictus. Insup
sicut nulla herbarũ, arborũ, fruticũue vis, & natura tã solida, tãꝗ ꝑmanens cõspiciť, quę nõ
longo vsu pereat: ita multoꝝ auctoꝝ doctrinę multiiugę cũ tpe prętereũt, vt interdũ cõmu
nis & idẽ sit auctoris & doctrinę glorię, interitꝰ, & finis. Verũenimuero gestoꝝ scriptorũꝗ
Origenis inimica nõ fuit p̃sentia. Dictãs nãꝗ atꝗ edisserẽs laudatore nõ caruit: & q dũ vi-
ueret verbo pariter & exẽplo gloriã floccifacere admonuit, gloriosus semp euasit: famã ex-
horruit, laudẽ exosam habuit, sed ouans gloria spernẽtẽ amplectiť, moriẽtẽ quoꝗ fama grã
dis sequiť, q̃ semp viuere ĩchoat, viresꝗ assumit eũdo. Hãc igiť ĩmortalẽ doctrinę Origenis
virtutẽ oculatissime ꝑpẽdẽtes sctĩ p̃res (velut q libẽter vino vtunť vetere, veteres quoꝗ in
spectãt fabulas) toto aĩo ad cõquirẽdos codices quos Adamãtiꝰ viuẽs dictauerat anhelãt,
cõquisitos auare retinẽt, amplexanť, donec liberali manu mors nepotibꝰ cũcta ministrat. Cę
terũ quę nõ tantũ laudatore, sed etiã lectore carere voluissent, nescio quo ducti ꝓposito hu
iusmodi p̃res ipsimet nõ laudare nõ possunt: quoꝝ verba ad cumulũ laudũ doctrinę patris
cuiꝰ causam agimꝰ, adducere optimũ fore cẽsui. Procedat igiť in primis Hieronymꝰ in me
diũ, cuiꝰ verba in p̃fatiõe Cãtici cãticoꝝ hęc sunt de Origene loquẽtis. Cũ in cęteris expla
nationibꝰ alios supauerit, ĩ hoc seip̃m supauit, & de ipso illđ verificať, Introduxit me rex in
cubiculũ suũ. Et alibi imitari volẽs ex p̃te Origenẽ inqt, Quẽ post ap̃los ecclesiarũ magistrũ
nemo nisi imperitꝰ negat. & alibi. Origenes tãto scripturarũ labore sudauit, vt iuste nomẽ
Adamãtii acceperit. & post pauca hęc subiũgit. Quis vnq̃ tãta legere p̃ot, quãta ipse cõscri
p̃sit? & ꝑ hoc labore qđ accepit pręmii? damnať a Demetrio episcopo, exceptis Palęstinæ &
Arabię & Phœnicis atꝗ Achaię sacerdotibꝰ: in dãnationẽ eius cõsentit vrbs Romana, ipsa
cõtra hũc senatũ cogit, nõ ꝓpter dogmatũ nouitatẽ, nõ ꝓpter hęresim (vt nũc aduersus eũ
rabidi canes falso simulãt) sed qa gloriã eloquẽtię eiꝰ, & sciẽtię ferre nõ poterãt. Hoc quare
scripserĩ, & ad paupis lucernę igniculũ cito, sed nõ tãto sermõe dictauerĩ: potestis intellige
re si Epicuros & Aristippos cogitetĩs. Quę verba si sedulus lector diligẽter ĩspexerit, ex eis
facile agnoscet quãtę auctoritatis essent apđ Hieronymũ scripta Origenis, & q qualesꝗ ad
maledicẽdũ hoĩes eũ ĩpulerint. Insup Chrysostomꝰ (vt habeť ĩ lib. x. tripertitę historię) quã
tũcũꝗ a Theophilo Alexãdrię ep̃o, & Epiphanio Cõstãtinopolitano, & a Synodo epoꝝ Cy
pri cõgregata rogatꝰ vt cõtra Origenis doctrinã se subscriberet, noluit: quinimo ꝓhibitꝰ
a lectura eiusdẽ minime destitit, sed semp & legit, & docuit. Theotimus vero Scythiæ p̃sul
vir famatissimꝰ, sic respõdisse ferť Epiphanio hortãte eũ vt subscriberet se cõtra Origenis
doctrinã. Ego o Epiphani eiꝰ q dudũ bene requeuit ĩiurias nõ fero, neꝗ rẽ blasphemã tẽtare
p̃sumo, damnãs ea q̃ nostri priores respuere noluerũt: nã neꝗ malã doctrinã ĩ eiꝰ libris esse
cõspicio, & q illi ĩiurias inferũt, nesciũt semetip̃os. Athanasiꝰ aũt defensor Niceni cõcilii cõ
tra Arrianos testẽ suę fidei Origenẽ appellat, suos libros libris illiꝰ cõiũgẽs. Methodiꝰ pœ-
nituisse legiť, ꝙ Origenis scripta interdũ damnauerit: tradit eñ eũ nihil male sensisse, præ-
cipue de sancta Trinitate, nec ĩ eo aliqua mala se ĩuenisse fateť. Eusebiꝰ. vi. enarratiõis euã-
gelicę inqt. Obtinebat aũt hic, vt nõ solũ in verbo esset ei p̃fecta doctrina, verũetiã in opere
cõsummatę disciplinę prębebat exempla, & dicebatur (vt aiũt.) de eo, Quis hic est? qui quale
habet verbum, talem habet vitã, & qualem habet vitam tale habet & verbum: quoniã quæ
docet agit, & quę agit hęc docet? Rufinus p̃terea Presbyter Aquilegieñ. ĩ p̃fatiõe ĩ lib. Peri

archon Origenis ait. Nõ ęquis eloquẽtię virib⁹ tãti viri ornare possumus dicta: vnde vereor ne vitio meo id accidat, vt vir quẽ ille alterũ post Apl'os ecclesię doctorẽ sciẽtię & sapiẽtię merito cõprobauit, inopia sermonis nostri longe se inferior videat. Quę oĩa (mea sententia) Origenis doctrinã ꝓbatissimã, absolutissimã, & ab heretica prauitate prorsus alienã satis indicãt, atq; demõstrãt. Et qui sibi ꝑsuadere tantis, tanq; solenniũ patrũ testimoniis nõ valet: Pamphili martyris apologiam, Didymi, Mirandulæ, Rufini, & alioꝝ pluriũ sentẽtias inquirat. Interim vero memorãdũ censui q̃ studiose & sedule viuentem Origenẽ audire cõtenderint sublimes ꝑsonę, dũ per vniuersum orbem doctrinę eius fama ꝓmulgaret. Occurrit in primis venerabilis ille Firmilianus Cappadocũ episcopus per oĩa magnificus, qui tãtum venerationis erga Origenis scientiã, & doctrinã habebat, vt indefinenter cogeret eum secum morã agere, & interdũ ꝓpriã relicta ecclesia ad ipsum ꝑrerabat. Alexander etiã Hierosolymoꝝ Antistes prius q̃ in eũ cõiuraret, & Theotistus qui apud Cęsareã moderabãtur ecclesiã, ad audiendũ Origenem omni tempus vitę suę emãcipabãt, atq; ipsi soli in diuinis scripturis & eccl'iastica doctrina summã magisterii cõcedebãt. Mãmęa vero auctorib⁹ Eusebio, Didymo, & Orosio, Alexãdri Imparoris mater, cũ de Origenis doctrina magnifica vbiq; celeberrima audisset, summo nisu gestire cœpit quatinus sibi ei⁹ ꝑsentia fieret, vt in literis, in fide, ĩ sermone, in prudẽtia, oĩq; doctrina quã cũctis in admiratione esse cernebat, ꝑ se metipsam sumeret documẽta: cũ oĩ honore, & supplicatiõe ad se tãq; vere diuini verbi iterpretẽ, famulũq; dei orat venire. Deniq; diua Barbara gñis nobilitate ꝑclara, virtutũq; præmiis preclarior, agnita sapiẽtissimi viri fama, idoloꝝ vanitatẽ veritate cõfundens, apertisq; indiciis scintillã luminis fidei per vniuersi orbis partes lõge lateq; cõmunicãs, hoc scripto eũ cõuenit. Viro Alexãdrię nobilitate animi longe lateq; cõsperso Origeni, Barbara Nicomedię tua ancilla. Ob feruorẽ desiderii mei accepi te diuinitatis ostẽsorẽ, ad cui⁹ notitiã ꝑuenire cõcupisco: quare famę tuę tumultu ꝑcussa supplico quatin⁹ discutere digneris noctem ignorãtię, chaos cõfusiõis ab ancilla tua, & indicare solem iustitię lumẽq; discretiõis. Quis igit̃ nũc ita incõsiderat⁹ q̃ doctrinã Origenis suspectã asserere ꝑsumpserit? Quis eius dogmata heretica prauitate polluta, eo auctore asseuerauerit? Nemo sane sapiẽs, nemo vtiq; iust⁹: qñquidẽ tã insigne, florẽs, & expolitũ sit ei⁹ oratiõis gen⁹, tãtisq; diuinoꝝ sensuũ refertũ mysteriis, vt q̃ recto oculo sola ꝑcontãdi atq; cognoscẽdi gratia ipsum semel decurrerit: se in nõnulla cęlestia putet cellaria ĩtroductũ, seu paradisiaca s tractare delicias, vnde cũctarũ virtutũ sumat specimina, sciẽtię quoq; & vitę insignes flores colligat. Verũ hi qb⁹ innata est obtrectãdi libido, dũ pollutis manib⁹ sanã hãc doctrinã cõtrectãt, ex integro mutilũ, ex puro sordidũ, ex sano mortiferũ faciũt: & pueroꝝ mores imitati tãq; in fontes Castalios expuũt, excreãt, olẽtes taxos, erucas, grauesq; cicutas virgineis miscẽt liquorib⁹, fautoresq; scelerũ sunt, corruptoresq; doctrinę, q̃ multa erroꝝ spicula in pios mores acuũt, itaq; decipiũt vulg⁹, mala quoq; plurima tractãt. Sed si mihi Hieronymũ obieceris, q̃ & maledicit Adamãtio, cęterosq; ad maledicẽdũ acuit: Hieronymũ excipio, Hieronymũ quoq; demiror, q̃ ad ad Vigilãtiũ scribẽs gloriat̃ inquiẽs: Per me latini oĩa Origenis bona agnoscũt, & ignorãt mala. qđ si recte dixerit, qs igit̃ his q̃ nobis de Origene Hieronym⁹ dedit tot errata supseminauit? Rursus quõ is hereticat̃, quẽ idẽ Hieronym⁹ suis ĩ ꝑfationib⁹ alterũ post Apl'os ecclesiarũ magistrũ ꝑdicat? qs etẽm aliqñ heretic⁹ potuit eccl'iarũ magister ab ecclię magistro nũcupari? ꝑsertim cuius tot opa legisse se gloriat̃ (nescio si obtrectãdi, an discendi ꝑmot⁹ desiderio). Cui tãq; eccl'iasticę regulę ĩnitẽs papa Gelasi⁹. xv. di. c. Sacrosancta, inqt. Illa q̃ Hieronym⁹ nõ repudiat legẽda suscipim⁹, reliqua vero cũ auctore suo renuẽda decernim⁹. Qui vtinã hęc decernẽs maturi⁹ ꝑcessisset vocaris & adiuratis ad hoc testib⁹ oĩ exceptiõe maiorib⁹. Hieronymũ vero adiurasse nemo cõpertus est, nisi forte illi insignes fratrũ insidiatores (Theophilũ, Pãmachiũ, Oceanũ dico) q̃ ꝑmemoratũ patrẽ, velut Balac Balaã, ad calũniãdũ accersiuerũt, impulerũt: qđ q̃ recte egerint testis est tribunal dei corã quo res ei⁹ acta, discussaq; patuit. Cęterũ qs aliqñ ęquus censor ad vni⁹ hoĩs vocẽ de morte, de vita, deq; perenni opprobrio cõtra hominẽ cedro celsiorẽ, sentẽtiã tulerit? Rursus qđ oẽs tãgit ab oĩbus debet approbari. Illã vero Gelasianã sentẽtiã ĩnumeri passim reprobãt, talẽ & similes põtificũ sanctiões arũdineos baculos autumãtes, & nullius roboris nisi vniuersalis ecclesię supueniat approbatio. C. tẽ iure cautũ est ca. Cũ clamor, de test. illos testes rursum examinãdos q̃ obscure in ꝑniciem alterius deposuerũt. Quis aũt vnq̃ obscurius deposuit Hieronymo, q̃ Origenẽ, Origenisq; doctrinã nemine impellẽte effert supra sideraĩ impulsus

vero vix eū inferno dignū ęstimat! Cū itaq; his rebꝰ tāq̄ ꝓbabilibꝰ inhęrēdū putet Aristo
teles, quas siue oēs, siue plures, paucive sapiētes tales iudicāt: cōcludo lōge satiꝰ esse cū Pā
philo martyre, Didymo, Aymōe, Rufino, & aliis pluribꝰ sēp de Origenis doctrīa recte sape
re, q̄ iniq̄. Nec iustū est hoc respuere, qđ viri maximi sūmo studio olim cōq̄rere sudauerūt.

Secūdus articulꝰ ostēdit.

MVltos añ nos passus est obtrectatores noster Origenes, nec dubito qn post
nos illorū priscorū obtrectatorū seminaria insurgant aduersus dominū, &
Christū eius, ad pdēdā sapiētiā ecclesiarū fotricē, q venenum aspidum ge
stabūt in labiis suis, sepulcrum quoq; patēs erit guttur eorū ad excreādū
fœtētia errorū sputa. quos puto Leuiathā ob id cōsurgere instigabit vt cū
allophylis aquarū viuētiū puteos īpleāt, restaurationē ciuitatis ecclesiasti
cę impediāt, rixādoq; fœtū p̄gnātis (id est aīę sanctū ꝓpositū) perimāt, vt semp terra rema
neat sterilis, ecclesia fit misera, desolata, infelix, & Christianorū aīę infœcūdę. Quibꝰ si quis
piā resistere cōtēderit, summi Herculis manū exploret, gladiū Dauid vibret, & summi iu
dicis opē inuocet opus est, vt renascētia p̄scindant hydrę capita, & ædificiū ecclesiasticum
augmētū suscipiat. Interim vero demirari nō sufficio qs tā ineruditus, q Origenem putet
suā erroribus maculasse doctrinā, & eā quā summo studio & vigilātia (velut Prometheus
ignē) ab æthere sapiētiā traxit, obscœnis polluisse ineptiis: quādoq̄dē nō nisi priꝰ īuocato
humiliter numine, ad explanāda scripturę mysteria ꝓcedere audeat. Testes sunt ipsius Ho
milię, in quarū limine humilis ad deū semp lucet supplicatio: īter quas si q̄spiā secūdā post
Ezechielē inspexerit, quas cū hęreticis amicitias cōtraxerit, facile ꝓpēdet. Idē sup Lucā cō
querit de calumniantibus qui eum aliqua asserere quę nunq̄ sensit criminant, inq̄ens: Alii
vero tractatus nostros calūniant, & ea sentire nos criminant quę nūq̄ sensisse nos nouimꝰ.
Amplius Homilia. vi. sup Lucā inq̄t. Ego vero q̄a opto esse ecclesiasticus, & nō ab hæresiar
cha aliquo sed a Christi vocabulo nūcupari, & habere nomē qđ bn̄dicit sup terrā, & cupio
tā opere q̄ sensu & esse & dici Christianꝰ, ęqualē & in veteri & in noua lege q̄ro quęstionē.
Itē & libro primo Peri archō. Illa sola credēda est veritas q̄ ī nullo ab ecclesiastica tradi
tione discordat. Et in eodē libro hortat nos p̄dicationes apostolorꝫ seruare. Seruet (inq̄t)
ecclesiastica p̄dicatio p successionis ordinē ab apostolis tradita, & vsq; ad p̄sens in ecclesiis
pmanēs. Et in epistolis cōquerit his verbis. Quidā eorū q libēter habēt criminari ꝓximos
suos, ascribūt nobis & doctrinę nr̄ę crimē blasphemię, qđ a nobis nūq̄ audierūt: de quo ipsi
viderint nolētes obseruate mādatū illud, qđ dicit, q̄a maledici regnū dei nō possidebūt. Et
cū apud Ephesum quēdā hęreticū nōnulla sibi falsa ascribētē accessisset: his q̄ī Epheso erāt
purgationē sui ꝓferre nō distulit. Idē insup de diabolo cōquerēs ait. Mihi ipsi q in ecclesia
p̄dico laq̄os sępe tēdit, vt totā ecclesiā ex mea cōuersatiōe cōfūdat: sicq; hi q sūt ī medio op
pugnant ab inimico, vt p ruinā vniꝰ hoīs q̄ celari nō pōt, multi corruāt. Porphyriꝰ magni
Platonis sectator, cū nihil ī cōmētariis Origenis carpēdū īuenisset qđ posset criminari, ī cō
uicia & maledicta os cōuertit. Qua de re nō īmerito Athanasiꝰ Origenē testē fidei suę face
cere cōstituit, & Aymo ea errata q̄ Origeni īputant, cōficta, maligne cōscripta, & noī Ori
genis p̄titulata ab hęreticis asserit ob p̄clarū nomē eiꝰ offuscādū. Et Methodiꝰ Lycię Olym
pi ciuitatis episcopꝰ post multas criminatiōes q̄s Origeni ītulerat pœnituit, & se (nemine
īpellēte) retractauit, hac vtiq; (vt puto) rōne pmotꝰ, q̄a oīs illos errores doctrinæ Origeni,
& eidē falso ascriptos ab hęreticis agnouit. Qđ vt nobis sicut & Methodio elucescat, vnū
ex p̄cipuis ascriptitiis ipsi erroribꝰ referre, & sanę religiosęq; doctrinę cōtrariū aptissime ī
dicare ex ipsis q̄ ī ipsiꝰ extāt operibꝰ operępciū ē: ex quo sufficiēter cōcludēdū puto cęteros
oēs errores ab eiꝰ doctrina alienos, quēadmodū & illū, falso ipi fuisse assignatos. De aliis ve
ro q̄ recte, q̄ vere, q̄ catholice, q̄q; irrephēsibiliter senserit, ī Apologia Pāphili martyris bn̄
uolus lector agnoscet. Dogma de reparatiōe dęmonū & dānatorꝫ ī qđ putāt Origenē decli
nasse, ex multis eiusdē dictis refellit. nā & primo lib. Peri archon, cap. vi. sic inq̄t. Qꝫ ex vno
p̄icipio qđ supra diximꝰ delapsi sūt ī tātā īdignitatē ac malitiā, vt īdigni habiti sint īstitu
tione hac, vel eruditiōe q̄ p carnē humanū genꝰ adiutorio virtutū cęlestiū īstituit, atq; eru
dit: sed ecōtrario. Rursus sup Ezechielē Homilia. xiiii. ait. Angelos nō custodiētes p̄icipa
tū suū, sed deserētes ꝓpriū habitaculū suū ī iudicio magnę diei vīculis sempiternis sub te
nebris seruabit. Homilia. xiiii. sup Iesum Naue, exponēdo quō multi reges cōgregati sunt
cōtra Iosue, cui dicit dn̄s: Ne vetearis a facie eorū, q̄a crastina die hac hora reddā eos ī ma
nus tuas, video (inq̄t) q; hodie nō possumꝰ illos opprimere, nec cūctos īterficere, sed crasti

no perimet,id est post cōsummationē huius seculi.tūc eñ oīs virtus cōtraria destruetur, & tūc penitus vincet,cū videris iis qui a sinistris sunt dici:Ite in ignem ęternum quē præparauit deus diabolo & angelis eius.Idē asserit Homilia.xiiii.Numerorū,exponēdo illud: Rogabāt dominū ne torqueret eos ante tēpus.Idē libro.v.in explanatione epistolę ad Romanos asserit allegās epistolā Iudę.Q₂ si in ęternū puniēdos eos asserit,& igne ꝑpetuo affligi:ergo nō asserit eos tādē liberari.Insup his verbis lib.v.pręfatę explanationis vtit exponēdo illđ Pauli,Mors illi vltra nō dominabit.Vnde miror,quosdā cōtra hāc euidētissimā Pauli sentētiā velle asserere ꝙ in futuris iterū seculis,vel eadem,vel similia necesse sit pati Christū vt liberari possint etiā hi quos in ꝑ̄senti dispēsationis eius medicina sanare nō potuit.aiunt eñ:nūqd pōt esse seculū aliqđ in futuro vbi neq̧ boni aliqd,neq̧ mali agat, sed stupeāt res,& maneāt ꝓfunda silētia!Rursus exponēdo illud Pauli, Nūqd sic offenderūt vt caderēt:īqt.Israel salu⁹ fiet.Isti⁹ aūt q de cęlo cecidisse dicit,nec ī fine seculi erit vlla cōuersio.De dānatis idē sentit sup Esaiā exponēdo illa verba:Resurgēt hi q sunt in sepulcris: in quiēs.Melius est ergo dicere ꝙ oēs qdē resurgemus,vt & impii veniāt in illū locū vbi flet⁹ est,& stridor dētiū:& iusti vbi recipiēt vnusq̧sq̧ in suo ordine secūdū meritū bonorū gestorum suorū cū trāsformabit corpus humilitatis eorū.Itē Homilia.xviii. Numerorū sic īqt: Si anima nō habeat virtutes,nō veniet caro neq̧ anima ad hęreditatē, sed solū ad iudiciū illius q potest animā & corpus ꝑdere in gehennā.Item Homilia prima sup Ezechielē exponendo illud,Restituet Sodoma:p Sodomā peccantē animā intelligēs,culpat aliquos ex Hebręis asserētes Sodomā aliquādo restitui.Itē in expositione Psalmi.xxxvii.hortat peccatorem vt hoc ī seculo se ꝑ̄paret ad flagella,ne ignibus æternis reseruet: ex quo notū est ignē æternū secūdū eius sentētiā fore.Deniq̧ si qs desideret scire q̄ timorate Origenes de gehēna fuerit locutus,librū Iosue legat,vbi eā cōparādo diuersis locis terrę ꝓmissionis infert: Vtinā ea quæ diximus nō videremur temere & periculose dixisse.Et in libro Peri archon vbi de cōsummatione loquit,inquit. Quæ quidem a nobis etiā cū magno metu & cautela dicuntur discutientibus magis & pertractantibus,q̄ pro certo ac definito statuentibus.vnde q̄ apertū sit Origenē affirmare perditarum creaturarū reparationem nunq̄ fiendā,sagax lector puto satis intelligit.Ex quo concluditur q̄ religiose,q̄q̧ irreprehensibiliter Origenes sapuerit in aliis in quibus eū insigniter errasse imperiti & ĩeruditi homines autumāt.

Arti.III Ro tertio articulo,q̄uis multas calūniātiū machinationes in fœdādis scriptis Origenis in mediū ꝓferre expediret:tres tamē dūtaxat vias p quas variis erroribus eiusdē patris scripta cōtaminare impii moliti sunt, aperire nūc oportet,p quas puto sicut in moderna nostra volumina, ita & in scripta Origenis ad oculū vitia innumerabilia illata sunt.Prima via fuit scribentiū,& interpretū imperitia,q eo dictāte verbū p verbo,sentētiā p sentētia interdū susceperūt.Multa ꝓculdubio legēs & prędicās edisseruit,quę īperiti notarii colligere desudarūt:sed cū calamus nō ea qua lingua dictātis velocitate moueret, diffūgūtur sententię,pręterreunt verba,cōmutat in errorē veritas,pullulat iniquū germē,nascitur vitium,& sic īnocuo dictatori ignara scriptorū manus crimē imponit,multaq̧ ascribit sacrilega.Et ꝙ huiusmodi suorū verborū extēporaneorū collectores Origenes nactus sit,prima homilia sup Lucā lector agnoscet.¶Porro multa sub dubio scribēs reliqrat,q̄ ablato dubietatis vocabulo,ip̄m sui īterp̄tes īdubiū assertorē eoꝝ quoꝝ cōtraria sanciuit ecclīa faciūt. Hinc īter ei⁹ opa plures nouelli errores additi,hui⁹ rei fidē ꝑ̄stāt locupletissimā:īter quos est assertio aīationis stellarū,& dogmatizatio correctiōis bonorū angelorū ī iudicio ꝓ nobis,vt nō audeāt oculos ad deū attollere:pollutio Marię ī partu,vt purificatōe īdiguerit: itē & iustos quosq̧ p ignē trāsituros,& ꝑegrinatio spūs ad deū cū dānat aīa,cū aliis plurimis similib⁹.ex qb⁹ cōpertū habeo alios veteres errores antiquos suscepisse auctores, sicut ii recētes nouos calūniatores mēsurā malitię patrū suorū ī fœdādis īnocui hoīs operibus susceperūt.Quis eñ illos priscos calūniatores q expugnādi Origenis ꝓuinciā susceperunt, tā turpia errata autumaret ꝑ̄teriisse,q̄ cęcutiēs agnosceret pariter & exhorreret!Illos dico q ī effodiēdis,subruēdisq̧ actis Adamātii,vires aī oēs explicuerūt.¶Scđa via.Cōtigit quōdā plęrosq̧ hęreticos īsudasse,vt suis erroirb⁹ q̄s passim spargere cōtēdebāt,auctorē īsignē & fautorē cōqrerēt:& vt sui voti cōpotes efficerēt,Origēis noīe abusi sūt,patronū sui erroris p libroꝝ eiusdē corruptionē assecuti.Qđ & Petro p pseudoeuāgeliū,& Paulo p pseudo

epistolam falso nuncupata eorum nominibus corrigit. Matthaeo item euangelistę, cui au-
ctore Hieronymo ad Chromatium & Heliodorum nonnulli librum de ortu & natiuitate
virginis & infantia saluatoris ascribere pręsumpserunt, inquiętes libellum literis obsigna-
tum, manuq; euangelistę conscriptum. Clementi etiam apostolorum discipulo, Clementi &
Dionysio Alexandrię pręsulibus, Hilario Pictauiensi, & Cypriano martyri, quibus haeretici
falsos libros ascripserunt, vt seminandorum errorum occasiones ampliores susciperent. Et
similem pestem se passum Origenes variis suis epistolis conqueritur, quarum tenorē Rufi-
nus in fine quartę partis pręsentis operis refert. ¶ Tertia via. Cum crescente Origenis glo
ria in ecclesię firmamento multorum qui vt sidera rutilare voluissent, fama obnubilata ia
ceret: inuidia agitati venena conficere, conspirationes meditari, mille offuscandae gloriae
Origenis nocendi modos moliri satagūt. Hinc alius errores quos nūq̄ excogitauerat Ori-
genes, eidem imponit, alius ab Origene propria subripit opera, & tanq̄ perdix aliena oua in
cubat. Testis est illa canticorum Origenis explanatio, quam nonnulli Hieronymo ascribe
re ausi sunt, qđ falsum constat esse, tum quia illic allegantur explanationes in Exodum &
Deuteronomium quas edidit Origenes, Hieronymi vero nullę tales extant explanationes:
rum Hieronymus duas tantum se edidisse homilias in Cantica canticorum in libro de vi
ris illustribus gloriatur: nunc vero nonnulli sex eidem imponunt: tum deniq; in suis expla
nationibus Origenes nullo modo innititur verbis scripturę quibus secundum suam trāsla
tionem semper in suis operibus vsus est Hieronymus. Ex quo compertum habeo q̄ & has
Cāticorū homilias, & alia plurima ab Origene furari plurimi laborarunt. quo morbo grae
cos primum laborasse Eusebius libro. X. euangelicae praeparationis edisserit: nam eo aucto
re, non solum a barbaris, sed alter alterius inuenta, dictaq; furantes, suo nomini attribue-
bant: ex quibus satis constat tertii articuli veritas.

Probatio Tertię Propositionis.

EX Prioribus propositionibus & earum probationib⁹ veritas tertiae propo- Proposi
sitionis satis constat. Impossibile est enim lege stante eum qui recte viuit, & tio. III.
rectius scripsit, & cuius vita est poenitentiae exemplar, non concludere in-
nocenter vitam suam. Auctore doctore subtili perseuerans in iustitia vsq;
ad finem vitae meretur ne transiens ab hoc seculo deseratur a deo. Vnde
Augustinus loquens de ea certitudine quam possumus habere de salute, in
quit. Vis ergo a dubio liberari? age poenitentiam dum sanus es: si sic agis, dico tibi quia se-
curus es, quia poenitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Sic autem noster fe-
cit Origenes. Quare viri patres & beneuoli lectores de Origene eiusq; salute bene sentien
dum est, cuius scripta pro viribus in vnum colligere, collecta vigilantissime castigare, ca-
stigata Ioanni Paruo Bibliopolae, & Iodoco Badio impressoriae artis facile principi offerre
curauimus, vt eorum ope, industria, atq; graui sudore in lucem procedere maturent: q me
cum & cum eis ego hoc vnum precamur, vt apud Altissimum nostri memores esse velitis,
qui communem prae oculis vtilitatem habentes, neq; vigiliis dum emendatur, nec labori-
bus dum imprimitur pepercimus: vt tanq̄ sidus matutinum toti assurgat ecclesiae, in mul-
torumq; manibus versetur Origenes. Valete. E Nauarra Parrhisieñ.

FINIS.

Origenis opera Tertio Tomo contenta.

Tituli Homiliarum contentarum in Tertia parte.

Origenis in Matthæum Homiliæ XXXVI.

Origenis opera Tertio Tomo cōtēta.

Homilię Origenis super Lucam.

Tertio Tomo contenta.

Nonnullę homilię Origenis ex varijs locis collectę.

Tituli decem librorum Origenis in epistolam Pauli ad Romanos.

FINIS.

ORIGENIS

ADAMANTII PRESBYTERI IN Nouum Testamentum interpretatio. Et primo in Matthęum.

Euangelii secundum Matthæum Cap. XVI.

VENIENS autē Iesus in ptes Cęsareę Philippi, īterrogauit discipulos suos dicēs: Quem dicunt homines esse filium hominis? Illi aūt dixerūt. Quidā quidē Ioānē Baptistā, alii autem Heliā, alii vero Hieremiā, aut vnū ex prophetis. Dicit eis. Vos aūt quē me dicitis esse? Respōdēs aūt Simō Petrus, dixit. Tu es Christus filiꝰ dei viui.

Homilia lectionis eiusdem, Origenis Presbyteri. Et est Homilia. I.

A INTERROGAT Christus discipulos suos quem eū dicūt hoīes esse, vt ex apostolorū respōsionibꝰ nos discamus diuersas opiniōes fuisse tūc apud Iudæos de Christo. Non solū hoc autē, sed etiā illud, vt nos qui volumus esse Christi imitatores, semper scrutemur qualis opinio sit apud hoīes de nobis. Quod multū pficit nobis, vt si quid mali dicit de nobis, occasiōes mali illiꝰ omi modo pręcidamus a nobis: si quid aūt dicit boni, eius occasiōes amplius augeamꝰ. Sed & discipuli episcopoꝝ, apostoloꝝ instruunt exemplo, vt qualescūq; opiniones de episcopis suis audierint foris, referāt eas. Tamen vide ppter diuersas Iudæorū opiniones de Christo, qua causa quidā quidē eoꝝ dicebāt eū Ioannē Baptistā, videlicet existimationē secuti Herodis dicētis ad pueros suos: Hic est Ioānes Baptista, ipse surrexit a mortuis, ideo virtutes operātur in eo. Alii autē Heliā, videlicet existimātes ꝙ aut secūdā natiuitatē suscepit Helias, aut ex eo tpe in corpore viuens, apparuit illo in tpe. Qui vero eū Hieremiā putabāt, ppter illa putabāt q̄ in pricipio ipo ad Hieremiā iā dixerat deꝰ, Ecce cōstitui te hodie super gētes & reges, eradicare, & demoliri, & perdere: nō intelligētes ꝙ Hieremias typus fuerat Christi, & propterea quæ ad eū promissa sint, in Christo sunt adimpleta; arbitrabant ipsum esse Hieremiā, quē deus in gētibus cōstituisset Prophetā. Qui autē vnū ex prophetis eum arbitrabātur, ratiōe simili mouebātur propter illa quę deus quasi ad ipsos locutus est prophetas, nō tñ sunt in ipsis īpleta. Et Iu- B dęi quidē sciebāt de Christo existimationes dignas velamine qđ positū erat sup cor eorū: Petrꝰ autē quasi nō carnis & sanguinis discipulus, sed q reuelatiōe dei patris erat dignificatus, denegauit quidē aliquid eoꝝ esse Iesum, quæ arbitrabātur esse Iudæi: cōfessus est autē, Tu es Christus: quod nesciebāt Iudęi. Et nō solū cōfessus ē, Tu es Christus, sed etiā qđ maiꝰ est, Filiꝰ dei viui. Qui & per pphetas dixerat, Viuo ego dicit dñs. Et forsitan ideo dicebat viuus secūdū eminētiā qua supereminet oībus habētibus ī se vitā, qm̄ & solus habet immortalitatem, & est fons vitæ. Et fons quidē vitę proprie dicitur deus pater, q dicit per Hieremiā, Me dereliquerūt fontē aquę viuę: Vita autē est quasi de fonte vitę patris pcedēs, quę dixit, Ego sum vita. Et vide qm̄ sicut non est idipsum fons & fluuiꝰ, sic nō est idipsum fons vitę & vita. Beatꝰ es Simon Bariona, qa caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meꝰ q est ī cælis. Et ego dico tibi. Tu es Petrus, & sup hūc petrā ędificabo ecclesiā meā, & portę inferoꝝ nō pualebūt ei. Forsitan si & nos dixerimꝰ qđ dixit Petrꝰ, Tu es Christus filius dei viui, non carne nobis & sanguine reuelāte, sed patre q est in cælis mētē nostrā illuminante: erimus Petrus, & eandē beatitudinē cōsequemur quā ille, ppter cōfessionē nostrā similē confessioni illius. Tūc aūt nō caro & sanguis reuelat nobis Iesum esse Christū filiū dei viui, sed pater qui est in cælis: qm̄ cōuersatio nostra in cęlis est, & digna est reuelatione patris cęlestis: tūc vere reuelatio dei abstulit quidē a nobis omne velamētum cordis, dedit autē nobis spiritū sapiētię & reuelationis. Si autē secūdū carnem & sanguinem cōuersemur, alias aūt cōfiteamur Iesum Christū esse filiū dei viui, vt puta dogma hmōi suscipiētes a parentibus traditū nobis: tūc non pater reuelauit nobis, sed caro & sanguis: propterea nec stabiles sumus in fide ipsius sicut Petrꝰ, nec similē ei beatitudinē cōsequimur. Si ergo & nos patre nobis sicut diximus reuelante, cōfitētes Iesum eē Christū filiū dei viui, facti fuerimꝰ Petrus: vtiq; & nobis dicetur a deo verbo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & cætera. Petra

est em̃ oĩs qui imitator est Christi: ex quo bibebãt,qui bibebãt de spirituali cõsequenti petra. Et super omni huiusmodi petra ædificatur ecclesia dei. In singulis em̃ q̃buscp̃ perfectis qui habẽt in se cõgregationẽ verborũ, & operum, & sensuum oĩm qui huiusmodi beatitudinẽ operant̃,cõsistit ecclesia dei,cui portę nõ p̃ualẽt inferorũ. Si autẽ sup vnũ illum Petrũ arbitraris vniuersam ecclesiã ędificari a deo:quid dicis de Iacobo,& Ioãne filiis tonitrui,vel de singulis Ap̃lis? Vere ergo ad Petrũ quidem dictũ est,Tu es Petrus,& super hãc petrã ædificabo ecclesiam meã,& portę inferorũ nõ præualebũt ei:tñ omnib⁹ apostolis, & oĩbus quibuscp̃ pfectis fidelibus dictum videt̃,qm̃ omnes sunt Petrus,& petrę,& in oĩb⁹ ędificata est ecclesia Christi, & aduersus nullum eorũ qui tales sunt,portæ p̃ualẽt inferorũ. Tamen ex eo q̃d sequitur videamus. Putas soli Petro dãtur a Christo claues regni cælorũ, & nemo alius beatorũ accipiet eas? Si autẽ cõmune est iter oẽs quod dicit̃,Dabo tibi claues regni celorũ:quomodo nõ oĩa quę superius sunt relata ad Petrũ,oĩm videatur esse cõmunia? Apud Ioãnẽ em̃ dans spiritũ sanctũ Iesus discip̃lis suis p insufflationẽ,sic dicit: Accipite spiritũ sanctũ:si cuius dimiseritis peccata,dimittent̃ ei,si cui⁹ aũt tenueritis, tenebunt̃:quasi oĩbus talib⁹ cõstitutis qualis erat & Petrus. Oẽs em̃ q̃ imitatores sunt Christi,similiter petrę cognominantur,quẽadmodũ Christus:& de omnibus talib⁹ bibũt spiritalẽ potum homines spiritales. Et quemadmodum secũdũ Christi nomen oẽs qui sunt illius,Christi dicũtur,dicẽte Propheta, Vt saluos faciat christos suos:sic qm̃ iustitia dicit̃ Christ⁹,oẽs iusti iustitię sunt: & sapiẽtię sunt,secundũ q̄ Christus sapientia est. Et sic inuenies in oĩbus reliquis nominib⁹ Christi,vt recte dicat̃ ad oẽs,Tu es Petrus, & super hãc petrã ædificabo ecclesiam meã,& portę inferorũ nõ pręualebunt ei. Cui ei? Vtrũ petrę nõ pręualebũt,in qua ędificat Christus ecclesiã,an ei ecclesię non prævalebũt,quã ædificat super petram:non exprimit manifeste. Tamen manifestũ est,q̄ nec aduersus petrã illam super quã ędificatur ecclesia,nec aduersus ecclesiã quę ędificatur super hm̃oi petram, portæ præualebũt inferorũ:quẽadmodũ nec via serpentis sup petrã, scd̃m q̄ in Prouerbiis positũ est, poterit inueniri. Aduersus quem aũt portę pręualuerint inferorũ,ille neq̃ petra dicendus est sup quã Christus ædificat ecclesiã, neq̃ ecclesia quę sup petrã ædificat̃ a Christo:qm̃ siue q̄ petra inambulabilis est serpẽti,siue q̄ vera ecclesia est: fortior est portis sibi aduersantib⁹ inferorũ,p̃pter Christũ virũ sapientẽ qui ędificauit super petrã ecclesiam suã. Nã cum sciamus q̄ vnumquodq̃ peccatũ per quod descendit ad inferos,porta sit inferorũ:intelligimus q̄ omnis anima quę recipit super se peccatũ,& p̃pterea non est sancta,neq̃ petra est super quã Christus ædificat ecclesiã, neq̃ ecclesia est,neq̃ pars ecclesię quã Christ⁹ ędificat sup petrã. Si q̃s autẽ cõtradicere vobis vult p̃pter multitudinẽ hoĩm qui credere existimãtur:ecclesiastico placet responso dicẽte: Multi vocati, pauci aũt electi. Itẽ illo q̃d dñs adeuntibus se respondit: Cõtendite intrare per angustũ ostium:dico enim vobis q̄ multi quærẽt intrare,& nõ poterunt. Item. Q̃ angusta porta,& tribulata via quę ducit ad vitã,& pauci sunt qui inueniũt eã. Cõsiderans aũt q̃d dicit,Multi quærẽt introire & nõ poterũt: intelliges q̄ hoc de illis est dictum qui gloriãtur se esse de ecclesia,negligenter aũt & nõ scd̃m preceptũ dñi cõuersant̃. Qui ergo quærunt introire & non possunt:ideo non possunt,quia portę inferorũ præualent cõtra eos. Aduersus quos autẽ non p̃ualẽt, sine dubio possũnt introire:qm̃ omnia possunt in Christo,qui eos cõfortat. Et hoc scire debemus, q̄ sicut portæ singulæ ciuitatum nomina p̃pria habẽt:sic vnaquęq̃ porta inferorũ scd̃m speciem vniuscuiusq̃ peccati p̃priũ habet nomen. Vtputa vna porta dicit̃ fornicatio, p quã oẽs fornicatores ingrediunt̃ ĩ tartara. Altera aũt denegatio Christi,per quã denegatores Christi descẽdũt ĩ inferos. Tertia cupiditas pecuniarũ,p quã cupidi pecuniarũ ĩcedũt,nõ deo,sed mãmonę seruiẽtes. Adhuc aũt & vnusq̃sq̃ hæresiarcharũ auctorũ q̄ aliquã falsi noĩs sciẽtiã genuerũt,ædificauit aliquã ĩferi portã: & aliã q̃dem Marcion & Basilides,aliã autẽ Valẽtin⁹:& sic singuli patres singulorũ dogmatũ puerorũ,quasi architecti impietatis, portas aliquas inferorũ cõstruxerũt,& miri intrãt p illas q̄ sequunt̃ dogmata puerilitatis illorũ. Cũ sint ergo mille,& innumerabiles inferorũ portę:nulla earũ p̃ualet cõtra eũ,q̄ aut petra est,aut ędificata ecclesia sup petrã. Tñ portę istę aliquã habent virtutẽ, qm̃ aduersus aliquos q̃dem p̃ualẽt,qui se nõ extendũt aduersus eas,neq̃ conãtur resistere eis:ab aliis autẽ vincũtur,q̄ nõ recedũt ab eo qui dixit,Ego sum ianua:& ideo

destruunt omnes inferorũ portas ab anima
A sua. Et nõ solũ hic portæ inferorũ appellan
tur peccata, sed etiã Propheta gratias agẽs
deo, qui subleuat humiles de portis mortis
deorsum cõsistẽtibus, dicit: Qui exaltas me
de portis mortis, vt annunciem oẽs laudes
tuas ĩ portis filię Sion. Ex hoc.n. discimus,
ꝙ forte possibile nõ est aliquem oẽs laudes
dei annũciare, nisi exaltat⁹ fuerit de portis
mortis, & fact⁹ fuerit in oĩbus portis Sion.
Portę aũt Sion cõtrariæ intelligendæ sunt
portis mortis: vt sit quidẽ porta mortis lu
xuria, porta aũt Sion castitas: porta mortis
iniqtas, porta aũt Sion iustitia: porta mor
tis timor, porta Sion virt⁹: porta mortis ĩ
sipiẽtia, porta Sion sapientia. Propter quas
oẽs portas dicebat Propheta, Aperite mihi
portas iustitiæ, vt ingressus eas confitear
dño. Cõsidera adhuc si potes & illud qđ di
cit: Nõ est nobis colluctatio cũ carne & san
guine, sed aduersus potestates, aduersus re
ctores hui⁹ mũdi tenebrarũ, aduersus spiri
talia neqtię in cęlestib⁹: ne forte & vnaquæ
ꝙ potestas & vnusqsꝙ rector mũdi huius,
mũdi tenebrarũ, & singulę spiritales neqtię
in cęlestib⁹, portę sint inferoꝝ, & portę mor
tis: quibus portis cõtrariæ sunt appellandę
multę portę iustitię, secũdũ angelos dei qui
sunt spiritus ad ministeriũ trãsmissi ꝓpter
B eos qui sunt hæreditaturi salutẽ. Sicut eñ
ex parte bona multę dicũt portę, post mul
tas aũt est vna, secũdũ ꝙ dicit, Aperite mi
hi portas iustitię, vt ingressus eas confitear
dño: hęc porta dñi, iusti intrabũt in eã: Dñs
ergo est porta dñi singularis: Sic in pte ma
la multæ quidẽ sunt portę inferorũ, & mor
tis, vnaqueꝙ videlicet potestas aduers⁹ quã
colluctatio nobis est: super omnes aũt alias
ipse malignus porta est mortis, & inferoꝝ.
Sciẽtes ergo singulas species carnaliũ pas
sionũ, ꝑ quas descẽdimus in mortẽ si pecca
uerimus, caueamus ab eis vt nõ peccemus:
sed exaltati de portis mortis, annunciemus
oẽs laudes dei ĩ portis filiæ Sion. Vtputa ĩ
vna porta filię Sion quę dicit castitas, in ca
stitate laudes dei annũciemus: & ĩ altera q̃
dicit iustitia, laudes dei annũciemus. Et ge
neraliter in quibuscũꝙ laudabiles fuerim⁹,
in eis possum⁹ laudes dei annũciare: in quo
autem nõ fuerimus, neꝙ laudare possum⁹
deũ. Ideo diximus supra, nisi quis fuerit in
oĩbus portis Sion, non potest omnes laudes
dei annunciare. Qm̃ autem facti sumus in
hoc vt de portis loquamur, illud quoꝙ nõ
puto prętereundum quod dicit Propheta,
Oderũt in portis arguentem, & verbũ san
ctũ abominati sunt: ne forte q in portis ar
guit, etiã ipse vnus est cõsistentiũ in portis
filiæ Sion, arguẽs eos q in cõtrariis portis
cõsistunt, id est in peccatis, portis mortis &
inferoꝝ. Nec eñ potest quis arguere sancte,
nisi ipse cõsistat in portis filiæ Sion. Si autẽ
nõ ita intellexeris ꝓpheticũ dictũ: quomo
do digna inueniat̃ ꝓphetico spiritu dictio
ista? nũquid nõ suffecerat dicere, oderũt ar
guẽtẽ, nisi addidisset in portis? Post hęc vi C
deamus quomodo dictũ est Petro, & omĩ fi
deli q Petrus est: Dabo tibi claues regni cæ
loꝝ. Et primũ qđe arbitror cõsequter dñm
prius dixisse, Super hãc petrã ædificabo ec
clesiã meã, & portę inferoꝝ nõ pręualebunt
ei: & postea, Tibi dabo claues regni cælorũ.
Dignus est eñ ab eodẽ ipso verbo accipere
claues regni cęloꝝ, qui obstruxit portas in
ferorũ, vt nõ pręualerẽt aduersus eũ. Quasi
præmiũ enim in secũdo loco dantur claues
regni cęloꝝ ei qui potuerit virtutib⁹ por
tas obstruere iferoꝝ, vt ipe sibi aperiat por
tas regni cęlorum, quę clausę sunt eis qui a
portis inferorũ vĩcũtur. Et ingreditur qui
quidẽ castus est, per aliquã castitatis portã,
ipsa castitate sibi eas aperiẽte vt claue. Qui
autẽ iustus est, intrat perfectam iustitię por
tã, quæ aperit̃ claue iustitię. Et sic in singu
lis quibusꝙ virtutibus. Oĩs eñ species vir
tutũ, cũ qs eã cœperit operari, quasi ipsa se
adaperit ante eũ qui accesserit ad eã ex cor
de, dño videlicet eã aperiẽte per gratiã suã
ei qui a portis inferorũ nõ fuerit victus: vt
inueniat̃ eadem virt⁹ & porta esse, & clauis
portę, & tot ĩueniant̃ claues quot & portę.
Forsitan autẽ & vnaqueꝙ virtus regnũ est
cæloꝝ, & oẽs simul sunt regnũ cæloꝝ: secũ
dũ hoc, qui cõuersat̃ secũdũ virtutes, iã vi
detur esse in regno cælorũ. Forsitan secũdũ
hũc intellectũ & illud dicitur, Pœnitẽtiam
agite, appropinquauit regnũ cæloꝝ: vt nõ
ad tẽpus referat̃, sed ad actũ, & propositum
vniuscuiusꝙ, qđ dicit̃, Appropinquauit re
gnũ cęloꝝ, qđ est Christ⁹, qui est oĩs virtus,
qui venit & loquit̃. Sicut eñ regnũ dei non D
venit cũ obseruatiõe, nec dicẽt, ecce hic, ec
ce illic, sed est intra discipulos Christi: sic &
regnũ cælorũ. Nã videt̃ ad idipsum referri
in multis locis euangeliorũ regnũ cælorũ,
& regnũ dei. Vide autem quantam potesta
tem habet petra super quam ędificatur ec
clesia Christi, & omnis q dicit, Tu es Chri
stus filius dei viui, vt etiã iudicia eius ma
neant firma, quasi deo iudicante per eum si

tamen in eo ipo quo iudicat,portę inferoꝝ
nō prævaluerint ei. Qui ergo iniuste iudi-
cat,& nō scđm verbū dei,neq; liget ī terris,
neq; scđm voluntatem ipsius soluat:portæ
inferorum prevalent cōtra eum.Aduersus
quem autē portę nō prævalent inferorum,
iste iuste iudicat: ꝑpter qđ & habet claues
regni cęloꝝ, & aperit eis qui soluti fuerint
sup terrā, vt sint soluti & liberi in cælo:&
claudit eis qui iusto iudicio eiꝰ ligati fue-
rint super terrā,vt sint quasi ligati in cęlo,
E & iudicati.Qm̄ autē qui episcopatus ven-
dicāt locum,vtuntur hoc textu quēadmo-
dum Petrus:& claues regni cęloꝝ acceptas
habētes a Christo,docent ꝙ qui ab eis liga-
ti fuerint,in cælo esse ligatos,& q ab eis so-
luti fuerint,id est remissionē acceperint,es-
se & in cælo solutos:dicendū est ꝙ bene di-
cunt si opera habent illa ꝑpter quę dictum
est illi Petro,Tu es Petrꝰ:& tales sunt vt su
per eos ędificet ecclesia Christi,si portæ in-
feroꝝ nō prævalēt eis.Alioquin ridiculum
est vt dicamus eū q vinculis peccatoꝝ suo-
rū ligatus est,& trahit pęccata sua sicut fu
nem longum,& tanq̄ iuge lorum vituli ini
quitates suas, ꝑpter hoc solū ꝙ episcopus
dicitur,habere hmōi potestatē,vt soluti ab
eo,sint soluti in cælo:aut ligati ī terris,sint
ligati in cælo,Sit ergo episcopus irreprehē
sibilis,q alterū ligat,aut soluit, dignus liga
re,vel soluere in cęlo:sit vnius vxoris vir,so
brius,castus,ornatus, hospitalis, docibilis,
nō vinolētus,nō percussor,sed modestus,nō
litigiosus,nō concupitor pecuniarum,bene
pręsidens domui suę,filios habens subditos
cū oī castitate. Si talis fuerit,nō iniuste li-
gabit super terrā, neq; sine iudicio soluet.
Propterea quæcunq; soluerit qui hmōi est,
soluta erunt & in cęlo:& quæ ligauerit sup
terrā, ligata erunt & in cælo. Si eñ fuerit
quis vt ita dicā Petrus,& nō habuerit quæ
in hoc loco dicuntur quasi ad Petrū,& pu-
tauerit se posse ligare,vt sint ligata in cęlo:
& soluere,vt sint soluta ī cęlo:ipse se fallit,
nō intelligēs voluntatē scripturæ,& infla-
F tus incidit in iudiciū diaboli.Tunc præce-
,, pit Iesus disciplis suis,vt nemini dicerētꝙ
,, ipse ē Christꝰ.Exīde cœpit Iesus ōndere di
,, scipulis suis,ꝙ oportet eū ire in Hierusalē,
,, & multa pati a senioribus, & principibus,
,, & scribis,& occidi, & tertia die resurgere.
Superius quidē scriptum est, ꝙ hos duode
cim misit Iesus dicens eis:In viā gentiū ne
abieritis,& in ciuitates Samaritanoꝝ ne in
troeatis:sed ite potius ad oues perditas do
mus Israel:& cætera quæ dixit ad eos,mit-
tens eos ad pręd icādum. Videamus ergo si
apostolatus iam opera faciētes eos volebat
etiā prædicare ꝙ ipse erat Christus:& si vo
lebat,dignū est quęrere,quid est quod nunc
pręcipit discipulis suis,vt nemini dicant ꝙ
ipse est Christus.Si autē nolebat,quomodo
soluentur quę de testimonio mandata sunt
eis,quale est illud:Tradēt eñ vos,in cōsilio
& synagogis suis flagellabūt vos,& ante ꝑ-
sides,& reges stabitis ꝑpter me in testimo-
niū illis, & gētibꝰ:vel illud:Cū tradiderint
vos nolite solliciti eē quomodo aut qd lo-
quamini:dabit eñ vobis in illa hora qd di
catis,& cętera quę sequunt vsq;,Nō cōsum
mabitis ciuitates Israel donec veniat filius
hoīs?Nescio quomodo hęc ītelligi possint,
nisi cōfiterent Iesum esse Christū.Nec non
etiā illud qđ dicit:Omnis qui cōfessus fue-
rit me corā hominibꝰ,qualem significet cō
fessionē in Christo:nisi aliquis audeat dice
re ꝙ nolebat tunc pręd icari ꝙ Iesus ipse est
Christus.Sed hæc dixit vt interpretationē
loci huiꝰ nō ad futurū tēpus trahat,scđm
qđ postea discipuli Iesu noīati sunt Chri-
stiani,incipiēte ab Antiochia nomine isto.
Illud etiā in hoc loco quærēdū est, vtrū cū G
mitterent,iā cognoscebāt ꝙ ipse erat Chri
stus.Et si cognoscebāt iā,sine dubio cogno
scebat Petrus.Quomodo ergo post tāta in-
terrogat eos:Vos autē quē me esse dicitis?
qñ & respōdēti,& dicēti Petro,Tu es Chri
stus filiꝰ dei viui,dixit.Beatꝰ es Simon Bar
iona,qa caro & sanguis nō reuelauit tibi,
sed pater meus q est in cęlis?Per hęc eñ ser
mo demōstrat,ꝙ tunc primū cōfessus fue-
rat eum Petrus Christū filiū dei viui.Et vi
de si potes huiusmodi facere quęstionis so-
lutionē,dicēs ꝙ credere Iesum esse Christū
minꝰ est q̄ cognoscere.Qꝫ autē minꝰ est ma
nifestat ex eo,qđ refert Ioānes ita. Dicebat
ergo Iesus ad eos q crediderāt ei Iudęos,Si
vos māseritis ī verbo meo,cognoscetis ve-
ritatē,& veritas liberabit vos:vt dicamus,
qñ mittebant ad ꝑdicādū,credebāt qdē Ie-
sum esse Christū,nō tñ adhuc cognoscebāt.
Postea aūt ꝑficiētes ꝑ doctrinā,& plura mi-
racula,etiā cognouerunt:qñ & interrogati
cōfessi sunt,Tu es Christus filius dei viui.
Aut si existimētur iā tunc Apl̄i cognouisse H
Iesum esse Christū:ita est respōdēdū,ꝙ iter
cognoscere & agnoscere differētia ē. Vt pu
ta,qs sapiēs nō intelligit ꝙ Timotheus co-
gnoscēs Iesum esse Christū nō tātū in agni
tione eius erat illuminatus quātū Paulus?

Quis autē etiā hoc ignorat, qa etsi multi vera dicūt dicētes de deo, qm̄ ipse mihi dedit eorum quæ sunt scientiā veram: non tamen oēs similiter manifeste, aut perfecte cognoscūt ea quę sciunt: vt dicamus qm̄ tunc quidem Apostoli initia cognitionis Christi habebāt, & exigua cognoscebant de illo: postea autem profecerunt in agnitione ipsius, vt possent capere scientiam Christi reuelatā sibi a patre: quēadmodū Petrus, cui & dixit, Beat9 es Simon, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Et beatificatur non solū in eo quod dixit, Tu es Christus: sed in eo magis qđ addidit, Tu es Christ9 filius dei viui. Marcus em̄ & Lucas scripserunt Petrum respondentem dixisse, Tu es Christus, nō adiiciētes qđ in Matthæo positum est, filius dei viui: propterea nec scripserunt ad confessionē Petri relatā beatitudinē, neq̧ benedictionē dicentē, Tu es Petrus, & sup hanc petrā ædificabo ecclesiā meā, & cætera. Aut ita tractandū est, non qa tunc docebāt Iesum esse Christū, & modo præcepit eis vt nemini dicāt: sed tūc quidē leuiter de eo annūciabant quasi de magno & ammirabili viro: Christū autē esse eū nondū annūciabāt, sed quasi ad inductionē Iudæoꝝ quędā modica pręmittebāt de eo, vt pręparatis ex parte modica ad fidem eius, tēpore opportuno etiā hoc adderetur ꝙ ipse

A esset Christus. Aut certe ista quęstio est soluēda, vt dicamus ꝙ plura quę tunc Christus ad Apostolos dixit, nō tantū ad Apostolos ptinebant, quantū ad omnes credentes in Christū. Nec em̄ solis conueniebat Apostolis quod est dictū, Ante præsides & reges stabitis propter me in testimoniū illis & gētibus. Item qđ ait: Tradet autē frater fratrē in mortem, & pater filiū, & insurgent filii in parentes, & in morte adiiciēt eos: Sed & illud, Omnis qui cōfessus fuerit me corā hominibus, & cætera, non solis Apostolis, sed omnib9 credētib9 dicta sunt. Secundū hoc ergo dicēdū est ꝙ pręmissa fuit illa doctrina quę facta est ad apostolos, postea autē implēda: vt videant̄ ea quidē quæ superius de annūciādo Christo sunt dicta a Christo, nō ad tēpus pertinere qđ fuit ante Christi resurrectionē, sed ad tempora post futura: hæc aūt quę mādat vt nemini dicāt, tūc apostolis cōuenire. Adhuc aūt qui vult & Christum esse pręḍicatum prius ab apostolis, dicet qm̄ leuiter pręmittere voluit eos mentionem nominis sui, vt interim facto silentio prædicationis huiusmodi hoc ipsum quod leuiter de Christo auditū fuerat, digeratur in sensibus auditorum, & sic opportunius insinuetur eis Iesus Christus crucifixus, & ex mortuis suscitatus. Qđ in primis nec ipsi Apostoli cognoscebant, sicut præsens sermo testatur dicens.

B Exinde cœpit ostēdere discipulis suis, ꝙ oportet ire eum in Hierusalem, & multa pati a senioribus, & principibus, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Si aūt tunc Apostoli hæc discebant de Iesu quę erat passurus: quid existimare debemus scisse prius de Christo eos qui ab Apostolis docebātur? Nam etsi annunciabatur eis Christus: quasi in inductione, & non manifeste annunciabat̄. Ideo & Saluator mittēs Apostolos volebat vt nemini dicerent manifeste ꝙ ipse erat Christus, videlicet vt perfectiorem de eo doctrinam in posterū opportunius reseruarent, quando poterant annunciare eis qui eū viderant crucifixū, de resurrectione eius ex mortuis. Si em̄ Apostoli q semper iuxta eū fuerūt, & viderūt miracula vniuersa quæ fecit, & testimonium perhibuerunt verbis eius, quoniā verba vitæ æternæ erant, scādalizati sunt in ea nocte qua tradebatur: quid arbitramur passuros eos fuisse qui primū audiebant, si audissent qa ipse erat Christus? Sicut fecit Paulus Atheniensibus adhuc rudibus cōstitutis, annūcians eis nō Christū filiū dei, sed virū quendā: hoc modo. Tēpora igitur ignorantiæ dispiciens de9, nūc denunciat omnib9 homínib9 vbiq̧ pœnitentiā agere, eo ꝙ statuit diem iudicare orbē in ęquitate, in virū quem statuit pręstare fidem oībus, resuscitans eū a mortuis. Qui ergo vult hæc quæ tūc ad apostolos dicta sunt, pertinere ad tempora post futura, & necdū apostolos tunc prædicasse ꝙ ipse esset Christus: huiusmodi dat rationem, qm̄ interim quidem nomen Iesu voluit prædicari: Christum autem crucifixū tempore opportuno post passionem, & resurrectionē, quādo & rebus ipsis qđ dicebat̄, poterat approbari. Quod sciens dicebat Apostolus ad Corinthios. Nec enim iudicaui me scire quid in vobis, nisi Iesum Christū, & hūc crucifixū. Ergo primū quidem Iesum pręḍicauerūt talia & talia facientē, & hęc & hęc pręḍicantē. Nunc autē postq̄ Petrus confessus est

C eū Christū filiū dei viui, quasi nolens eos hoc interim pdicare, pręcepit dicēs, vt nemini dicāt ꝙ ipse est Christus. Propter quam autem causam nolebat se interim prędicari Christū, dat rationem, qm̄ oportet eum abire in Hierusalē, & multa pati. Si quis ergo cōfunditur in cruce Christi, cōfunditur in dispensatione per quā triūphati sunt in ligno principatus & potestates, qui genus hominū debellabāt: cum deberet potius gloriari quasi fidelis &

sciēs hæc dispēsata esse in cruce dñi nostri Iesu Christi,per quem crucifixo mūdo traducti sunt,& triūphati sunt principat9 eis solis qui credunt.In qbus principatibus arbitror fuisse etiā principem huius mundi. Propterea iuxta passionē factus dicebat:Nunc princeps huius mūdi iudicat9 est: Nūc princeps huius mūdi expellit foras.Quo expulso,Si fuero (inquit) exaltat9 a terra,oēs trahā ad me ipsum:videlicet iā nō tātū quātū poterat prius, potente prīcipe q vetabat venire ad Christū eos q trahebant ab ipō.Necessaria ergo res est pdicari Christū Iesum crucifixū:inutile autē est ipm quidē pdicare,crucē aūt ei9 tacere. Et non sic inutilis mihi videt q Iesum qdem Christū dicit,tacet aūt natiuitatē ei9 ex virgine,aut stellā ostēdētē natiuitatē ipsi9,aut angelos in natiuitate eius gloriātes,atq dicētes:Gloria in excelsis deo:& pax sup terrā hoībus bonę volūtatis:aut alia miracula, vel signa quæ fecit: quō qui Christū quidē eū dicit,crucifixū autē eū abscōdit.Propterea volēs postmodū perfectius pdicari,præcepit vt nemini interim dicant q ipse est Christus:& præparabat eos vt postmodū dicāt qm ipse est Christus q crucifixus est,& surrexit a mortuis.Et vide diligēter q non dixit:Exinde cœpit dicere, vel docere q oportet eum abire in Hierusalem:sed ita, Exinde cœpit ostēdere discipulis suis.qm sicut corporalia ostendi dicuntur, sic ostendi dicuntur a Christo ea quæ loquebatur:& nō sic puto eis qui corporaliter eū multa patientē viderūt,ostensa fuisse ea quę videbant,quo modo discipulis ostēsus est sermo rationabilis de mysterio passiōis,& resurrectiōis ipsius. Et tūc quidē cœpit ostēdere, cōsequēter autē postea capacioribus factis, plenius demōstrauit:nō iā quasi rudib9 incipiens ostēdebat,sed proficiēs in ipsa ostēsione demōstrabat. Et sic rationis est intelligere,q oīno quod cœpit Iesus,hoc & pfecit. Aliquādo demonstrabat qd cœperat ostendere discipulis, qm oportet eū abire in Hierusalem,& pati.Quando enim de mysteriis istis perfectā scientiā ex verbo quis fuerit cōsecutus:tunc dicendū est ex rationabili ostēsione sensu vidēte quæ ostēdūtur, cōsummatā esse ostensionem, qm nō capit Prophetā perire extra Hierusalē ea perditione,de qua etiā alibi dicit:Qui perdiderit animā suā propter me:inueniet eā. Quare oportebat eū abire in Hierusalē,vt multa passus in Hierosolymis, & interfectus in eis, primitias resurrectionis ex mortuis faciat in Hierosolymis illis quę sunt sursum, derelinquēs & destruēs & dissoluens Hierusalē quæ fuerat super terram cū omni cultura eius. Qdiu em nō surrexerat Christus,nec discipuli eius consurrexerāt ei: deorsum quærebat ciuitas dei,& tēplum quod erat in ea, & altare, & sacerdotes ei9,& Leuitę,& dona, & sacrificia pro peccato,& mūdationes.Postq aūt resurrexit Christus primitię dormientiū, & cōsurrexerunt ei qui facti sunt conformes morti eius,& resurrectioni eius: iā tūc nō deorsum ab eis qui cōsurrexerūt ei quæritur Hierusalē, vel domus oratiōis in ea,vel altare,vel cultura,vel cultores,sed sursum:& quasi qui cōsurrexerunt,& cōsederūt in cœlestib9 in Christo, viderūt ea quidē quę fuerāt sup terrā destructa:quæ autē erāt in cælis,splendētia.Quę vt instituerentur,oportebat eū abire in Hierusalē quæ erat deorsum, & multa pati illic a seniorib9 eius, & princip ib9 sacerdotū,& scribis:vt glorificetur ab eis qui capiunt beneficia eius cœlestibus seniorib9, & diuiniorib9 principib9 sacerdotū,& scribis populi qui vacant circa literas nō atramēto scriptas,sed spiritu dei viui manifestatas:vt occidat quidem in Hierosolymis quæ est deorsum, regnet autem resurgens in Sion monte, & ciuitate dei viui Hierusalem, cœlesti Sion, de qua dictū est in psalmo secundo:Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius,prędicans pręceptum dñi.Tertia aūt die surrexit a mortuis, vt eripiēs a maligno,& a filio eius in quo mēdaciū erat & iniustitia,& pręliū,& omnia contraria eis in qbus Christus habet,adhuc autem & a spiritu immūdo qui transfiguratur in spiritū sanctum:acquirat eis qui fuerint liberati, hoc donū,vt baptizentur spiritu,& aīo,& corpore,in noīe patris, & filii, & spiritus sancti,qui sunt tres dies simul instātes perpetue eis q per eos facti fuerint filii lucis. Et accipiens Iesum Petrus,cœpit eū increpare.Propitius esto tibi dñe, & hoc tibi non erit. Cui dixit. Vade post me Satana:scandalum mihi es,qm nō sapis quæ dei sunt,sed quę hominis. Qm cœperat Iesus ostendere discipulis suis q oportet eum abire in Hierosolymā,& multa pati:adhuc initia eorum quæ ostendebātur discēs Petrus,indigna hæc filio dei viui arbitrabatur, & indigna deo patre qui reuelauerat ei. Nec enim reuelatū fuerat ei adhuc oportere pati filiū,dei,& occidi talē & tantū Christū. Ideo accipiēs eū,& quasi oblitus dignitatem Christi,qm filius dei viui nihil dignum increpatione dicit aut agit: cœpit eum increpare,& quasi necessariam habēti propitiationem,dicere.Propitius tibi esto domine. Nec enim sciebat adhuc,quoniā hunc posuit deus propi-

tiationem per fidem in sanguine ipsius. Cuius affectũ quidẽ suscipiẽs Iesus, ignorantiã autẽ exprobrãs, dixit ei, Vade post me: quasi desistẽti per ignorãtiã & per ea quę nõ recte dicebat, ire post Iesum Christũ. Satana autẽ dixit ei, quasi per ignorãtiã aliqd habẽti cõtrariũ deo: quod Hebræis interptatũ est cõtrarius. Si autẽ nõ per ignorantiã dixisset, neq; increpasset filiũ dei viui dicens: Propitius tibi esto domine, & hoc tibi non erit: nunq̃ dixisset ei: Vade post me: quasi definẽti ire post eũ, & sequi eũ. Et si nõ dixisset cõtraria eis quæ dicta
A fuerãt ab eo: non ei dixisset Satana. Nunc aũt prævaluerat i eo Satanas vt desineret ire post eũ, & sequi eũ: & fecit eũ per ea quę in ignorãtia dixit, dignum vt audiat, Satana: & scãdalum filii dei: & nõ sapis quę dei sunt, sed quæ hominis. Q; autem iuerat post filium dei Petrus anteq̃ peccaret, manifestũ est ex eo qđ in principio vocatiõis eorũ ita est dictũ ad eos: Venire post me, & faciã vos piscatores hominũ: & relictis oĩbus secuti sunt eũ. Simul autẽ cõsidera differentiã verbi: quoniã ad Petrum quidẽ dixit, Vade post me Satana: ad diabolũ autẽ dicentem sibi, Hæc omnia tibi dabo si procidẽs adoraueris me: dixit, Vade Satana, sine additamento post me. Nã ire post Iesum bonũ est. Propterea secũdum Marcũ sic dicit. Vidit Simonem & Andream fratrem eius, & dixit eis. Venite post me, & faciã vos piscatores hominum. Tale est etiã illud quod dicit: Si quis non tollit crucem suã & sequitur me, nõ est me dignus. Et vt breuiter dicam, considera: vbicunq; dicitur verbũ Post me, in bo-
B no dicitur. Bonum est enim quãdo quis post dñm vadit: cõtrarium autem quando aliquis reiicit sermones dñi post se: vel qui transgreditur illud mandatum, Post concupiscentias tuas ne vadas. Itẽ Helias in tertio Regnorum libro ad populũ dicit: Vsquequo claudicatis vos vtrisq; pedibus vestris? Si dñs est deus, ite post eum. Si autem Baal dominus est, ite post illum. Hæc autẽ dicens, propter quod diuertebantur ad diabolum, quia ipse est Satanas. Et non vade ante me Satana ad Petrum ait: sed vade post me Satana. Et hoc dicit Petro Iesus conuersus ad eum: nam & hoc prodissicans ei fecit. Et beatus ad quem conuertitur Christus, etiam si corripiendi causa conuertitur, sicut cõuersus est ad Petrum. Et tu quidem poteris plura cõgregare huiusmodi exempla in quibus positum est, Conuersus: & inuenies plærunq; ad vtilitatẽ eorum positum esse, ad quos cõuertitur Iesus. Mihi autẽ proferre sufficit in præsenti illud propheticũ dicens, Cõuertere domine aliquantulum. Item, Conuersus respexit Petrũ. Vbi & conuersione eius illuminatus Petrus, cognouit peccatũ suũ, & amarissime fleuit. Item secundum Ioannem. Et audierunt duo discipuli eius, & sequuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, vidit illos sequẽtes se, & dixit eis. Quid quæritis? At illi dixerũt ei, Magister vbi manes? Ad C
huc autẽ requiro quare dixit ad Petrũ, Scandalũ mihi es: maxime cum in centesimo decimooctauo psalmo Propheta pnũciet dicens: Pax multa diligentibus legem tuã, & non est illis scandalum. Dicet enim aliquis: quoniam proprium est eorum qui perfectam habẽt benedictionem erga deum, vt non scãdalizẽtur aliquãdo. Charitas eñ omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat: charitas nunq̃ excidit. Quomodo ergo ipse dominus qui confirmat omnes qui infirmantur, & erigit omnes elisos, dicit ad Petrum: Scandalum mihi es? Sed ita est respondendum, quoniam non solum Iesus non scãdalizatur, sed nec omnis homo q in dilectione dei perfectus est: sed quãtum ad se qui tale aliquid vel agit, vel loquitur, scandalum est alteri, licet ille inscandalizabilis sit. Aut certe omnem discipulum peccantem, scandalum sibi appellat: sicut & Paulus de huiusmodi discipulis: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si ergo Petrus ppter hoc solũ quia dixit: Propitius tibi esto, & hoc tibi nõ erit: scãdalum a Christo est dictus, quasi qui non saperet quę dei erãt, sed quę hominis: quid est dicendum de hominibus illis qui profitẽtur se discipulos Christi, nõ autẽ sapiunt quæ sunt dei, nec aspiciunt ea quę non videntur æterna, sed quę hominum sunt aspiciunt, quæ videntur, & tẽporalia sunt? Sine dubio multo magis huiusmodi homines scãdala Christi sunt appellãdi. Sed & qui fratrem suũ in scãdalum mittit, scandalũ Christi est, secundũ q ipse dicit: Esuriui, & dedistis mihi mãducare: & cætera. Sicut ergo qui fratrẽ suũ cibat, Christũ cibat: sic & q fratri suo scandalũ fuerit factus, Christo factus est scandalũ. Non est ergo leue peccatũ sapere quę hoĩm sunt, cum debeat qs in oĩbus sapere qđ est dei. Hoc autẽ qđ dicit, Scandalũ mihi es, quia nõ sapis quę dei sunt, sed quę hominũ: nõ solũ dicendũ est peccantibus in cõuersatione, sed & oĩbus q a dogmatibus dei ceciderint, & ab omib[9] ecclesiasticis verbis, & ab omĩ sapiẽtia veritatis: & domata sapuerint (verbi gratia) Basilidis, vel Valẽtini, vel Marcionis, aut cuiuscũq; eorum qui humana docent quasi diuina.

iste abrenuncians hanc vitā,& denegans se ipm̄,& tollēs crucē suā, & sequēs Christū: pdit quantū ad voluntates carnales animā suā pꝑter Christum, & pꝑter omnē doctrinā eius:& pdens animā suā hoc modo, saluat eā p opera pietatis. Deniq; quasi ad superiora reddēs rationē,sic adiecit. Qui eñ voluerit saluā facere animā suā,perdet illā Dicēdo, Qui eñ voluerit:pcedētē & sequētē vnū sensum eē ostēdit.Si ergo qđ supꝛi⁹ dixit:Abneget semetipsum, & tollat crucē suā,& sequaꝛ me:de morte sola dixit:&hoc qđ dicit, Qui voluerit saluā facere animā suā perdet illā:cōsequēter de sola morte di ctū intelligere debem⁹.Si autē abnegare,& tollere crucē,nō solū ē mori p Christo: sed carnalē cōuersationē reiicere:sine dubio & pdere animā,nō solum mori est: sed etiā deponere volūtates carnales.Simul autē cōsidera ꝙ in principio qdē non dicit,q saluauerit animā suā,pdet illam: sed q voluerit animā suā saluare,pdet eā. In sequētib⁹ autem non dicit,qui autem voluerit animam suā perdere propter me:hic saluā faciet eā: sed ita, Qui perdiderit animā suam pꝑter me:hic saluā faciet eā. Volētes ergo saluare animā nostrā: pdamus eā huic mundo: quasi crucifixi cum Christo:& habētes gloriationē in cruce domini nostri Iesu Christi:p quem nobis crucifixus est mundus, & nos mundo:vt cōsequamur salutē animarum nostrarū in cōuersatiōe vitę melioris. Itaq; scđm ea quę diximus videꝛ mihi simile eē hoc ei qđ dixit: Abneget semetipm̄ & tollat crucē suā.Qui eñ denegat se,& tollit crucē suā: ipse est q perdit animā suā pꝑter Christum:& perdēs,melius eā saluat. Et qui perdit animā suā quātum ad voluntates carnales:ipse est q denegat se, & tollens crucem sequiꝛ Christum.Quid autē pficit homo si totum mūdum lucreꝛ:animæ autē suę detrimētum faciat? Puto ꝙ mundum lucreꝛ q nō abnegat semetipsum, nec tollit crucē suā:& sequiꝛ Christū: scđm ea quę diximus:nec pdit animā suā quantum ad voluntates carnales:vt saluet eā in conuersationib⁹ spiritalib⁹:cui mūdus nō crucifigiꝛ in cruce dñi nostri Iesu Christi.Cui autē nō crucifigiꝛ mūdus,ipse facit aīę suę detrimētum.Ideo duob⁹ nobis ꝓpositis:vt si voluerim⁹ mundum lucrari pdam⁹ aīas nostras:aut si aīas nostras voluerim⁹ lucrari,pdamus hūc mūdū:magis est eligēdū vt mūdum pdamus: & lucremur animas nostras:ex eo ꝙ pꝑter Christū pdim⁹ eas. Aut quā dabit cōmutationem hō p anima suaꝛ In prima quidē facie cōmutatio animæ est substātia,vt det substātiā suā homo paupibus,& saluet animā suā. Puto aūt ꝙ nō habet aliquis homo qđ dans quasi cōmutationē animæ suæ quę teneꝛ a morte,liberet eā de manu ei⁹.Ergo homo qdē nō potest dare aliquā cōmutationē pro anima sua,deus autē p animabus omniū dedit cōmutationē pciosum sāguinē filii sui:nec eñ empti sumus corruptibili argēto,vel auro,sed pcioso sanguine agni immaculati. Nā filius B hoīs vēturus est in maiestate patris sui cū angelis suis,& tūc reddet vnicuiq; secūdū opera eius.Nūc quidē filius hoīs venit, sed nō in gloria sua. Vidimus eñ eū,& non habebat speciē,neq; decorē,sed species eius inhonorata,& cōtēptibilis pię filiis hoīm:homo cū esset in plaga, & dedecore, & sciens ferre infirmitatē,qm̄ auersa est facies eius; & p nihilo æstimata. Et vere oportebat eū talē venire vt peccata nostra portaret, & p nobis doleret.Nec eñ decebat eū in gloria cōstitutū peccata nostra portare, neq; dolere p nobis.Sed & veniet in gloria sua cū añ pparauerit discipłos suos p aduētū suū nō habētē speciē neq; decorē:fact⁹ sicut illi vt illos faceret sicut seipm̄ cōformes imagini glorię suę.Qm̄ prius factus est ipse conformis corpori humilitatis nostræ,qñ semetipsum exinaniuit formā serui suscipiēs: vt restituat eā in forma dei: qñ ista puenient: qñ apostolicū illud implebiꝛ qđ dicit: Oēs eñ nos oportet stare ante tribunal Christi vt recipiat vnusq̄sq; pꝑpria corpis put gesſit,siue bonū:siue malū. Si autē vnicuiq; secūdū actū est redditurus: nec p solis bonis actib⁹ reddet sine malis:nec p solis malis sine bonis:sed scđm oēm actū bonū, & scđm oēm actū malū recipiet vnusq̄sq;. Arbitror aūt in istis qdē credens Apostolo:Ezechieli autē in illis:quoniā eius deleꝛ peccata qui perfecte cōuertiꝛ:& qui plenius ceciderint, eis pręcedēs iustitia nō imputaꝛ.Nobis autē q inter pfectos, & inter apostatas mediī sumus:reddeꝛ ante tribunal Christi scđm qđ gessimus siue bonū siue malū : quia nec sic pleni⁹ cōuersi sumus ad deum,vt nobis oīno mali actus nō imputenꝛ:nec sic auersi sumus vt obliuiscaꝛ deus si quę fecim⁹ opera bona.Si aūt moraliter potueris itelligere differētias verbi,qđ & in stultitia pdicationis annūciaꝛ credētibus, & in sapiētia iter pfectos:videbis quomodo verbū dei eis C quidē qui nouiter inducunꝛ ad fidē,formā

habet serui, vt dicāt, Vidimus eū, & nō habebat speciem, neq; decorē: perfectis aūt venit in gloria patris sui, vt dicant, Et vidimus gloriam eius, gloriam tanq̄ vnici a patre plenū gratię & veritatis. Perfectis.n. apparet gloria verbi, & q̄ vnicū est a patre, & q̄ plenū est gratia simul & veritate: qd̄ nō potest capere q indigēs est stultitię pdicatione. Nā filius hominis venturus est in maiestate patris sui nō solus, sed cū angelis suis. Et si intelligere potes oēs cooperarios verbi, qd̄ in sapiētia demōstraṫ, qd̄ est Christus, cōueniētes ei: videbis quō venit filius hominis in maiestate patris sui cū angelis suis. Angeli em̄ illius sunt pphetarū sermones. Et vide si potes dicere q̄ pphetarū sermones qui prius sunt passi ante isti⁹ verbi aduētū cōtēptibiles erāt nō habētes speciē neq; decorem, secūdū similitudinem huius verbi nō habētis speciē neq; decorem. Sicut aūt venit fili⁹ hominis in gloria patris sui sic pphetarū sermones angeli facti veniunt cū eo in maiestate secūdū similitudinē verbi veniētis in maiestate: qa nec possibile est ante spiritaliter secūdū veritatē ītelligere prophetarū sermones, nisi cū spiritaliter intellectum fuerit verbū Christi, vt videātur simul apparere in maiestate. Qñ autem huiusmōi verbū venerit cum angelis suis ad sensū credētis: dabit vnicuiq; de gloria sua & de claritudine angeloꝝ suoꝝ scd̄m actū vniuscuiusq;: quoniā quāto melior fuerit ī actib⁹ suis, tāto spiritalius ītelligit Christū vel Prophetas ipsius. Amē dico vobis, quoniā sunt qdā hic stantes qui nō gustabunt mortem donec videāt filiū hominis venientem in regno suo.

Secundum Mattheum.

„ IN ILLO tpe, Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobū, & Io
„ annem fratrem eius in mō
„ tē excelsum seorsum: & trāſ
„ figuratus est ante eos.
„ Cap. XVII.

Homilia lectionis eiusdē, Origenis Presbyteri. Quę est tertia.

D Vidam sic intelligūt, quoniā nō gustauerūt mortē hi tres Apostoli priusq̄ viderēt filiū hoīs veniētē in regno suo, & ī gloria sua. Vidētes em̄ ante se Iesum trāsfiguratū, ita vt fulgeret facies ei⁹ tanq̄ sol, & vestimēta cādescerēt sicut lumē: viderūt regnū dei veniēs in virtute. Nā quēadmodū si cōsistāt circa imperatorē quidā armati, sic Moyses & Helias visi sunt circa Christū eis q ascēderāt sup mōtē excelsum apparētes in maiestate: & loquētes cū Iesu, dicebāt exitū ei⁹ quē impletur⁹ erat ī Hierusalem. Hęc autē expositio quam diximus cōuenit eis q tales sunt quales nominat Petrus, facti sicut mō generati īfantes, desiderātes rationabile & sine dolo lac. Ad quos etiā Paulus loquebaṫ dicēs: Lac vobis potū dedi, non escā: nondū em̄ poteratis, sed nec vsq; adhuc potestis. Et omnē expositionē q̄ secundū textū exponitur, & potest ædificare eos qui expositionē nō capiūt fortiorē, arbitror recte lac appellari, qd̄ fluit de scīā scripturarū terra. Qui aūt ablactat⁹ ē, quēadmodū Isaac, dignus lętitia & susceptiōe quā fecit ī ablactatiōe filii, Abrahā: sine dubio quęret & ī istis, & ī oī scriptura fortiorē cibū, q alter est ab eo cibo q cibus quidē est, sed nō fortis cibus: q appellatur holera: qui ablactato quidē, non aūt forti, sed infirmo est cib⁹, scd̄m q̄ ait Apostolus, Qui autē infirmaṫ holera māducet. Sic & Samuel ablactatus, & trāsmutat⁹ a matre ad deū, & apposit⁹ deo a matre, quę vocabaṫ Anna, īterptata hebraice gratia: & si qs fuerit gratię fili⁹ vt quęrat quasi in tēplo dei nutrit⁹ carnes, sanctam escā pfectorū simul & sacerdotū. Quę aūt videnṫ mihi ī loco præsenti, sunt ista. Erāt qdā stātes vbi stabat Iesus, & fundatas habētes apd̄ Christū animę bases. E

Hi ergo stabāt ibidē apd̄ Iesum, id ē verbū dei, sed nō oēs æqualiter stabāt. Est em̄ & inter eos q stabāt apud Iesum, ad alterutrū differentia stādi. Propterea nō omnes q stabāt apud Iesum, sed qdā ex eis quasi qui melius stabant, dicunṫ nō gustare mortem donec videant verbum dei qd̄ venit ad hoīes. Ideo autē verbum illud quasi fili⁹ hoīs venire in regno suo refertur, qa nō semp quādo venit verbum ī regno suo venit. Eis em̄ q in primis inducunṫ ad fidē tale est, vt dicāt vidēres eū nō gloriosum, neq; magnū, sed inferi⁹ multis hoīm verbis, Vidim⁹ eū & non habebat speciē, neq; decorem, sed species ei⁹ sine honore, & abiecta p̄ filiis hoīm. Hęc dicēt q vidēt gloriā eius de pręteritis tēporibus suis, quādo in primis nō videbatur eis verbū habere speciē gloriosā secūdū q̄ in primordio suo ītelligebāt. Ergo extra istū vulgarē & manifestissimū ītellectū, quē ī primordio suo ītelligūt accedētes ad fidē est aliqs dignior, & quasi regalis ītellect⁹,

in verbo,quē non oēs stantes apud Iesum vident:sed qui possunt eū sequi pcedētem & ascendentem super excelsum suæ manifestationis mōtē:q sunt sicut Petrus, quē supra descripsim⁹, vel sicut filii tonitrui qui nascunť ex magniloquio dei tonātis, & magnifica ocelitus clamātis ad eos q habēt aures & sapiūt. Isti ergo q sunt sicut Petrus, vel sicut filii tonitrui Iacobus, & Ioannes, nō gustabūt mortē donec viderint filium hoīs venıētē in regno suo,& in gloria sua, & regnū dei veniēs in virtute. Vt autē ma
A nifestius exponam⁹ qd sit videre verbū veniēs in regno suo,& in gloria sua, & qd significet videre regnū veniēs ī virtute:siue dū ex se splēdet in cordib⁹ nostris, siue dū q̄rētib⁹ inueniť,siue dū ingrediť in cogitationes nostras:vnusqsq iudicet qd exponimus,prout vult. Tñ q videt, & cōprehēdit eminētiā verbi dei,qd soluet, & conuincet oēs psuasiones mēdaciorū pfitētiū veritatē:videt filiū hoīs.i.verbū, veniētē ī regno suo.Et q verbū dei filiū videt,nō solum sol uētē & cōuincētē aduersariorū psuasiones, sed etiā suas euidētias declarātē: videt nō solū regnum,sed & gloriā verbi dei.Et iste talis in seipso videt regnū dei veniēs ī virtute:nō in infirmitate.Qui aūt non est ita confidēs in regno dei vt omnia pari cōtentus sit ,ppter illud,sed est dubi⁹,& timidus de spe regni:ille nō videt ī se regnū dei veniēs in virtute.Et hoc ille videt in quo nō regnat peccatū,nec teneť sub dominatione peccati qd regnat ī corpe mortali peccantium:sed est sub rege omniū deo.Dicit eñ Apostol⁹.Et ego fratres nō potui vobis loqui quasi spiritalib⁹, sed quasi carnalibus: quasi paruulis ī Christo,lac vobis potū dedi,nō escā:nōdū eñ poteratis, sed nec vsq adhuc potestis. Nā cū sint īter vos æmulationes,& cōtētiones: nōne carnales estis & scdm hominē ambulatis? Item alibi.Sapientiā autē loquimur inter perfectos. Si ergo qui adhuc carnales & paruuli sunt ī Christo,& nō sunt pfecti,non possunt intelligere sapientiā verbi,nec capiūt spiritalē eius intellectum:quō videant mente sua eminē
B tiam verbi id est regnū verbi:& gloriā verbi,q diuersis sunt inuoluti peccatis? Quid est autē mortē gustare,videamus.Duæ res sunt sibi cōtrariæ,mors & vita.Et vita quidem est ille q dixit: Ego sum vita . De qua scriptum est:Quod autē factū est in eo, vita est:id est in verbo.Inimica autē vitæ huius,mors est:quę & nouissima inimicorum omnium destrucť,qa peccans anima moritur,quādo diciť in lege : Dedi ante faciem tuam vitam & mortem:elige vitam. Ex qbus alterum vnusquisq nostrum p ea quæ agit,eligit semp.Sicut ergo vita est & viu⁹ panis qui de cęlo descendit,& vitam dedit huic mūdo:sic & inimica ei⁹ mors, panis ē mortuus. Omnis autē rationabilis anima, aut viuo pane nutritur, aut mortuo, p ea quę suscipit opa vel dogmata bona vel mala.Et queadmodum est in cōmuni pane,vt quis aliquando quidē gustet eum tantum, aliquādo autē & amplius eum manducet: sic & in istis panibus, quidā quidē modicū manducāt,tātum gustātes: quidam autem & abundātius ex eis manducant:boni quidē de viuo pane qui de cęlo descēdit: mali autē ex mortuo pane:qui est mors.Et forsitan qui & raro,& modicum peccāt, tātum modo gustant mortem:qui autē perfectius susceperint spiritalē virtutem, neq gustāt eam,sed viuo pane semper vescuntur.Cōsequēs ergo erat Petrum cui portæ inferorū non præualebāt,vt neq gustaret mortem: quoniā tunc qs gustat,vel manducat mortem,quādo portę mortis pręualent contra eum vel parum,vel multū. Sed & filiis tonitrui natis ex magniloquio, id est ex tonitru,impossibile erat mortē gustare.Hoc ergo pfectus sermo ,ppherat,vt ex eo q stātes sunt apud verbum,tātum pficiant,vt neq gustent mortem donec videāt aduētum,& gloriā,& regnum:& eminētiā verbi dei secundum quā eminet sup omne verbum qd adhuc interim diuellit, & trahit homines suspitione veritatis,eos q nō possunt dirūpere vincula diuulsionis,& ascēdere ad eminētiā verbi veritatis.Sed forsitā videť qui
busdā,quasi promissio hęc Saluatoris tem C
pore aliquo terminetur,vt nō qdē gustent mortē donec videāt filiū hominis veniētē in regno suo:postea vero gustēt.Ideo oportet vt pferamus exēpla,secūdū quā scripturę cōsuetudinem positū sit qd dicit,Donec videāt,nō oīno definiens tempus, vt postq̄ trāsierit illud donec,fiat qd ante nō fuerat factum,sed rē q̄ necessaria ē exponit. Dicit eñ domin⁹ ad vndecim discipulos suos cū surrexit a mortuis. Et ecce ego vobiscū sū omnibus diebus vsq ad consummationem seculi.Ergo vsq ad cōsūmationē seculi cū illis erat futur⁹: post cōsummationē aūt seculi huius instāte futuro seculo iā nō se pmittebat fore cū eis:vt meli⁹ eēt discipulis hoc tēpus qd est ante cōsummationē seculi

q̄ illud futurũ! Nã etsi audeat aliquis dicere, quoniã post cõsummationẽ seculi iã nõ erit cũ discipulis suis Iesus, quoniã sermo tãdiu cũ illis eũ futurũ eẽ demõstrat: manifestum est tamẽ quoniã qd quærebatur hoc erat, si ante futurũ seculũ, & ante promissiones illas speratas dei cũ discipulis suis erat futurus filius dei. Cõueniẽter aũt requiro cum sit manifestũ ꝙ vsq ad consummationem seculi cum discipulis suis fit: vtrũ semper cum discipulis suis fit, aut aliquando q dem est, aliquando autem non est. Hoc aũt quęro ꝑpter illud qd dixit: Et ecce ero vobiscũ omnib⁹ dieb⁹: ne forte per dies quidẽ fit cũ discipulis suis, per noctes autẽ nõ fit. Si autem propter hoc ꝙ dixit in diebus cũ discipulis se futurum, nõ & in noctibus, absurdum putamus dicere quoniã in noctib⁹ denegauit se cũ discipulis suis futurũ: sine dubio nõ cogimur illũ suscipere intellectũ vt dicamus, gustare eos mortẽ q viderũt filiũ hominis venientem in regno suo, postq̄ di-
D gni habiti sunt talem illũ videre. Sed quẽadmodũ ĩ ea scriptura quã dixim⁹, necessariũ erat cognoscere quoniã vsq ad cõsummationẽ seculi nõ fuerat nos relicturus, sed nobiscum futurus omnibus diebus: post cõsummationẽ aũt seculi reliquit quasi manifestũ, qa multo magis nobiscũ erat futur⁹: sic & in hoc loco arbitror manifestissimum esse oĩbus q intelligere possunt cõsequẽtiã rerũ, quoniã q semel vidit filiũ hominis venientẽ in regno suo, & vidit eũ ĩ gloria sua, & regnũ veniẽs ĩ virtute: post tãtorũ bonorum spectaculũ iã nequaq̃ gustabit mortẽ. Sine verbo aũt promissionis Iesu, nõ sine ratione forsitã existimamus gustare mortem q̄diu digni habiti nõ fuerĩt homines videre filiũ hominis venientẽ in regno suo, & ĩ gloria sua, & regnũ dei in virtute. Quoniã hic quidẽ scriptũ est apud tres Euãgelistas nõ gustabũt mortẽ, in aliis autem scripturis varia de morte sunt dicta: nõ est supuacuũ vt etiam illa cõferẽtes cum istis discutiamus largius quid sit mortem gustare. In Psalmis dictum est. Quis est homo q viuet & non videbit mortem! Item alibi. Veniat mors super illos, & descendãt in infernũ viuẽtes. Item apud aliquẽ Prophetarum. Absorbuit mors præualẽs. Itẽ in Reuelatione, Mors & infernus quosdam sequũtur. Videtur ergo mihi in istis, ꝙ aliud est mortem gustare, aliud aũt mortem videre, aliud venire super aliquos mortẽ, aliud absorbere mortem, aliud autẽ mortem sequi. Quæro autẽ in istis, ne forte graui⁹ sit gustare mortem q̄ videre: item peius est quem sequitur mors, q̄ qui gustat: & nõ solũ vt sequatur, sed etiam vt veniat super aliquem mors, & comprehẽdat quem sequebatur. Absorberi aũt a morte, omnibus videtur mihi graui⁹ esse. Si autem cõsideraueris peccantiũ differẽtias, puto ꝙ non dubitabis suscipere hæc quę de mortis differẽtia sunt tractata a nobis, & dicta in scripturis per spiritũ sanctũ.
Post dies autem sex secũdum Matthęum & E
Marcum, assumẽs Petrum, & Iacobũ, & Ioannem fratrem eius, duxit eos super montẽ excelsum seorsum, & trãsfiguratus est ante eos. Videtur mihi qui ducuntur a Iesu super mõtem excelsum, & digni habentur videre transfigurationem eius secrete, ꝙ non in vanũ post sex dies ducunt. Quoniam eñ in sex dieb⁹ ꝑfecti numeri totus factus est visibilis mũdus: ideo arbitror eũ q trãscendit omnes mundi res, cõsiderãs iam nõ quę videntur, temporalia enim sunt, sed quę nõ videntur, quoniam sunt æterna, ille potest ascẽdere super mõtem excelsum Christo se præcedẽte, ille potest & gloriã aspicere verbi dei. Si ergo quis nostrũ cupit Christo se assumẽte ascendere sup montẽ excelsum, & videre secrete trãsfiguratiõnẽ ipsius: trãscẽdat opere sex dierum, non aspiciens quæ videtur, neq diligens mũdũ, nec ea quæ sunt in mũdo, nec cõcupiscat aliquã cõcupiscentiam mũdialem, quę est concupiscentia corporum, & corporaliũ diuitiarum, & gloriæ corporalis: nec oĩa quęcũq solẽt auellere & trahere a meliorib⁹, & diuinis, & ad inferiora deponere. Cũ autem trãscenderit sex (secundũ ꝙ diximus) dies, nouum Sabbatũ sabbatizat exultãs in mõte excelso, in eo ꝙ videt trãsfiguratũ Iesum añ oculos cordis sui. Diuersas autẽ habet verbũ dei formas
apparẽs vnicuiq secundũ ꝙ videnti expedire cognouerit, & nemini supra qd capit se F
metipsum ostẽdit. Quęres aũt quãdo trãsfiguratus est corã eis quos duxerat sup montem excelsum, si apparuerit eis ĩ forma dei in qua fuerat prius: vt his q̃dẽ qui erãt deorsum haberet formã serui: sequẽtibus aũt se post sex dies super mõtẽ excelsum, iã non haberet formã serui, sed dei! Sed audi si potes quasi spiritalis, qa non dixit simpliciter transfiguratus est, sed cũ quodã necessario additamẽto qd scripserũt Matthæ⁹ & Marcus. Secũdũ ambos eñ sic est dictum, Trãsfiguratus est corã eis. Secũdũ hoc ergo dices possibile esse Christũ corã quibusdã quidẽ

transfigurari ista trāsfiguratione, corā aliis autē in ipso tēpore non trāsfigurari, sed esse in forma serui. Si autē vis trāsfigurationem Christi videre factam corā eis, qui ascēderūt super montem excelsum secrete cū eo: considera mihi in euāgeliis Iesum, quomodo simpliciter intelligitur ab eis qui nō ascendunt per ascendētia opera, & per exercitationē verborum spiritalium super excelsum sapientiæ montē: eis autē qui ascēdūt iam nō secundū carnē cognoscitur, sed deus verbū intelligit, & creditur, & colitur secūdum dei formam. Coram his ergo transfiguratur Iesus, & nō corā illis qui sunt deorsum, in cōuersatione terrena viuētes. Siquādo autē fuerit transfiguratus, & facies eius fulgebit sicut Sol, vt clarus inueniat filiis lucis q spoliauerunt se opib⁹ tenebrarū, & induerūt se arma lucis, & iam nō sunt filii tenebrarū & noctis, sed facti sunt filii dei, & sicut in die honeste ambulāt: & manifestus fulget eis non simpliciter sicut
A Sol, sed ostenditur eis Sol esse iustitię. Et nō solū transfiguratur coram talibus discipulis suis, sed etiā vestimēta ipsius fiūt candida sicut lumen, quę sunt sermones, & literę euangeliorū quibus Iesus est indutus. Puto autē etiā illa, quę ab apostolis dicūtur de eo, vestimenta esse Iesu, quę fiūt ascendentibus super montē excelsum cū Iesu candida. Sed quoniā cādidorū differētię sunt, nō fiūt qualitercūq candida, sed candida sicut lumen. Siquando ergo videris aliquē non solū erga diuinitatē Christi cautū, atq perfectū, sed & dicta euangeliorū omnia manifestantē, nō dubites dicere, φ ei tali vestimēta Christi facta sunt candida sicut lumen. Quod si ita intelligatur, & cōspiciatur transfiguratur filius dei, vt facies eius sit sicut Sol, & vestimēta eius candida sicut lumē, statim apparebit corā huiusmodi hominib⁹ vidētibus Iesum talē, etiā Moyses, id est lex, & Helias, id est prophetę colloquētes cū Iesu. Tale est enim aliqd qđ significat sermo dicens, colloquentes cum eo. Secundū Lucam autem Moyses & Helias visi ī gloria dicebāt exitum eius quē impleturus erat in Hierusalem. Si quis aūt intelligit spiritalem legem cōuenientē sermonibus Iesu, & in prophetis absconditā in mysterio sapiētiam, ille videt Moysen & Heliā in gloria, quādo viderit eos vnū cū Iesu. Itaq & illud qđ secundū Marcū dicitur, oportet exponere, qđ est tale,
B Et dū orat transfiguratus est: ne forte tunc maxime videam⁹ verbū corā nobis trāsfigurari, si ea quę prędicta sunt fecerimus, si ascēderimus super montem, & viderimus Iesum colloquentē cū patre, id est cōueniētia patri loquentē, & orantē, id est subdētem se patri soli vero deo. Cū autē sic visus fuerit loquēs cū patre, & orans eū, tunc secundū Marcum vestimenta eius splendida & candida fiunt sicut nix, qualia fullo super terram non potest facere candida: coram eis qui vident eum loquentē cū patre, & orantē patrē. Et forsitan fullones sup terrā possumus moraliter existimare sapiētes seculi huius, qui pręsunt, & diligētiā adhibēt quibusdā hominibus per sermonē doctrinę suę, quē ipi existimāt clarū & mūdū: ita vt putētur ornare etiā turpes ītellectus, & dogmata falsa fullonicare ingeniis suis. Qui autē splendētia vestimēta sua ascendētibus super montē ostēdit, & splendidiora q̄ illorū ars fullonia facere potest, sermo est qui ostendit spiritaliū intellectuū splendorē in dictis scripturarū impitis, quæ a plurimis cōtemnunt. Post hęc videamus qd intelligēs C
Petrus domino dixit: Domine bonū est nos hic esse. Si vis, faciam⁹ hic tria tabernacula: vnū tibi, vnū Moysi, vnum Helię. Propterea autē maxime hoc existimo requirendū, quoniā Marcus quidē quasi ex sua persona adiecit, dicens: Nec enim sciebat qd responderet. Lucas autē dicit, Hoc inquit Petrus nesciēs quid loquebatur. Si enim nesciēs quid loquebatur hęc locutus est, cōsiderādū est ne forte per excessum mentis hæc loquebatur motus quodā spiritu alieno. Spiritū autē sanctum existimare non possumus. Nec enim venerat sup aliquē credentiū in Iesum spiritus sanct⁹ sicut testatur Ioānes, quia Iesus nōdū fuerat honorificatus, sed alieno spiritu motus loqbatur qui nesciebat qđ loquebatur. Needum eñi principatus & potestates traducti & triūphati erāt ī ligno. Et iste forsitan spirit⁹ erat quē supra scādalū sibi pnūciauerat Christus & Satanan, dicēs: Vade post me Satana, scandalum mihi es. Scio aūt φ hęc quę dico mul D
tis legētib⁹ & nō sapiēter iudicātibus cōtraria & aspera videbūtur, quasi in blasphemiā Petri dicta, q paulo ante beatus a Christo est dictus, cui nō caro & sanguis, sed deus pater reuelauit notitiā filii sui. Sed q putāt Petrū vel cæteros apostolos ante passionē Christi fuisse perfectos, & liberos ab omi spiritu alieno, dicant quomō eos eripuit a maligno, vel vnde eos redemit pcioso sanguine suo. Aut dicāt in tēpore trāsfigurationis Christi vnde erāt grauati somno, sicut exponit Lucas. Aut certe vt ad pſentē expositionē pręterita reuocemus: putas est vt aliqs scādalizetur in Christo, sine operatione diaboli scādalizātis?

Et potest aliquis denegare Christű,& hoc in conspectu ancillulæ & ostiariç,& in cőspectu omniű abiectorű,nisi fuerit inimicus,& denegator spiritus cű spiritu & sapiētia quæ daẽ eis qui adiuuanẽ a deo secűdű aliquã animæ dignitatẽ ad cőfitēdű? Si ergo ita est,ne forte ille spiritus q voluit quãtű ad se Christű scandalizare vt recederet a passione oib⁹ hominibus salutari:ipse etiã operãs hic seducto rie vult auellere Christű sub colore boni, vt nő cődescēdat hoibus,nec veniat ad eos,nec suscipiat mortẽ p eis, sed remaneat in mőte

E excelso cű Moyse,& Helia. Promittit autẽ & facere tria tabernacula, vnű priuatim Iesu, alterű Moysi,aliud Heliç, quasi nő eos capiẽ te tabernaculo vno,i quo oẽs simul cősistere deberẽt. Forsitã & in hoc malitiose opabaẽ p eű q nesciebat qd loquebaẽ,nolens esse simul Iesum, & moysen, & Heliã, sed separare eos ab inuicẽ triű tabernaculorű obtētu: qd fieri nő poterat. Nã si in vnű sint Christus,& lex, & prophetç: tunc & Christus dei filius comprobaẽ, & lex & prophetæ vera prophetasse inueniunẽ: quoniã lex & pphetæ testimoniű dederűt de Christo,pdicētes ea q futura erãt de Christo:& Christus testimoniű dedit legi & prophetis,quoniã vera pphetauerűt,prophetiã eorű ipsis rebus adimplēs. Si aűt separētur ab iuicē:nec Christus ostēdiẽ,nec Prophetç vera dixisse iueniűtur. Qd fieri cupiebat mala suggestio Petri dicentis, Faciamus tria tabernacula,vnű tibi,vnű Moysi,vnum Heliç. Propter qd Euãgelistæ dixerűt de Petro,nesciēs qd loqbaẽ. Falsum aűt erat & illd qd dicebat, Bonű est hic nos esse. Si eñ bonű fuisset illic eos eẽ,mãsissent vtiq ibi,nő recusassent qd erat bonű. Si autẽ falsum fuit qd dixit, Bonű est nos hic esse,intellige qs suggessit loqui falsum, nisi ille q mẽdax est & pater eius? Et sicut nő est veritas sine opere ei⁹ qui dixit, Ego sum veritas: sic nő est loq mēdaciű sine diabolo auctore mēdacii. Cőtraria ergo sibi adhuc erãt i Petro,veritas & mēdaciű. Et de veritate qdē dicebat, Tu es Christ⁹ filius dei viui: in quo & beatificatus est,& p promissionē meruit fieri ecclesiç fundamētű. Ex mēdacio aűt,qd dixit,Propitius tibi esto, & hoc tibi nő erit. Falsum enim iuētű est qd dixit,& hoc tibi nő erit. Postq̃ eñ abiit i Hierosolymã,multa passus est a qbus passus est. Et qd dixit, Bonű est nos hic eẽ,dixit sugge

F rēte sibi mēdacio. Qui aűt nő vult ex aliqua operatiõe mali spiritus Petrű ita dixisse, sed ex arbitrio suo puro, quomő defendat illud qd Euãgelistç dixerűt de eo, Hæc autẽ dixit Petrus nesciens quid loquebatur? Vere autẽ quoniam & illic quasi execrabile existimabat atq idignű occidi filiű dei viui,quẽ iã reuelauerat ei pater,dixit, Propiti⁹ tibi esto,& hoc tibi nő erit. Et hic vt vidit duas formas Iesu Christi,multű aűt distãtẽ eã quç ex trãsfiguratione in eo fuerat demonstrata,delectatus in ea dixit, Bonű est nos hic esse, vt ipse & q erãt cű eo delectarētur vidētes trãsfiguratione ipsius,& splendētẽ faciẽ eius queadmodű solem, & vestimēta eius candida sicut lumẽ, necnon etiam Moysen & Heliam quos semel in gloria viderunt semper viderent, & delectarentur audientes eos ad inuicẽ colloquentes, Moysen & Heliam ad Christű, Christű autem ad eos. Quia necdum moralẽ aliquẽ G huius loci cőtigimus sensum, sed simplicem verborű intelligentiã exequentes, hęc sumus locuti: videamus nűc ne forte ascēdētes ad altitudinẽ dogmatű veritatis,& transfiguratione Christi videntes, & gloriam Moysi, & Heliç,forsitan cupiebãt in seipsis tabernacula verbo deo habitãti in eis,& legi ipsi⁹ quæ visa fuerat in eis in gloria,& prophetiç quæ Christi exitű loquebaẽ: & concupiscēs illam spectabilẽ vitã Petrus,& delectationẽ ipsius, preponēs suã vtilitatẽ vtilitatib⁹ plurimorű, que poterant euenire hominibus ex descēsu Christi ad eos,dicebat. Bonű est nos hic eẽ, faciamus si vis tria tabernacula. Sed quoniã charitas nő quçrit quç sua sunt, hoc qd videbatur bonű Petro nő fecit Iesus,sed descēdit de mőte ad eos q nő poterãt ascēdere super eű,& videre transfigurationẽ filii dei, vt vel qualẽ capere eű poterãt talẽ viderãt. Iustus est ergo,& charitatẽ habētis,& nő qrentis q sua sunt,vt cű ab oib⁹ quidẽ sit liber, omniű tamẽ se faciat seruű: eorű maxime quorű vita deorsum est,vt plures lucrificaciat. ADhuc H eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit » eos, & vox de nube dicēs. Hic est filius meus » dilectus,i quo cőplacui,ipm audite. Tale ali » qd sentio in hoc loco. Deus phibēs Petrű facere tabernacula tria,in qbus habitarẽt secűdű volűtatẽ illius,ostendit vnű,& melius,& multű pclarius tabernaculű,q̃ ille facere cupiebat. Tabernaculi eñ hoc est ppriű opus obumbrare aliquos sub se. Lucida aűt nubes obűbrãs eos, diuiniorẽ & splēdidiorẽ repēsationem exēplo suo demonstrabat eis futurã, quç ptegeret eos simul & illuminaret. Quæ sit aűt nubes lucida obűbrãs sanctos, nisi forte virt⁹ paterna,ex qua venit vox patris dãs testimoniű filio quasi dilecto,& exhortãs eos qui obűbrabanẽ ab eo, ipsi nő alii obedire?

Forte & spiritus sanctus est lucida illa nubes obũbrans sanctos & prophetas deo in se operante atq; dicẽte, Hic est filius meus dilectus, in quo cõplacui. Audiẽs autẽ dicã etiã Saluatorem nostrũ esse lucidã nubẽ. Nubes enim lucida obumbrat semp dilectos Christi discipulos, & euãgeliũ, & legem, & prophetas, sicut intelligũt q possunt aspicere lumẽ ipsius
A in euãgelio, vel in lege, vel ĩ prophetis. Vox aũt de nube aut ad Moysen & Heliam dicit, Hic est filius meus dilectus in quo cõplacui, ipsum audite: qui desiderabãt videre filium dei & audire eũ: aut discipulos docebat, quoniã qui proprie filius erat dei, & dilectissim⁹ apud eũ, in quo cõplacuit, quẽ pcipue oportet audire, ipse erat q tũc est visus, & transfiguratus splẽduit sicut Sol, & vestimẽta eius facta sunt sicut lumẽ. Post hoc scriptum est, quoniã audiẽtes lucidã nubẽ testimoniũ dãtẽ filio dei apostoli tres nõ sustinẽtes gloriã vocis, neq; virtutẽ procedentẽ ex ea: supplicati sunt deo, cadẽtes ĩ faciẽ suã. Valde eñ timuerũt spectaculi nouitatẽ, & testimoniũ vocis. Intelligẽtes eñ discipuli ipm esse filiũ dei, q visus est Moysi, & dixit, Non videbit homo faciẽ meã & viuet, postq̃ viderũt faciem filii dei factã sicut lumen, & audierũt testimoniũ dei de ipso, nõ sustinẽtes, humiliati sunt sub valida manu dei. Hoc eñ ostẽderũt p timore
B cadẽtes in faciẽ suã. Eleuãtes aũt oculos Ie»
» sum solũ viderũt. Simplex qdẽ volũtas verbi est ista, q; Moyses & Helias visi in gloria & locuti cũ Iesu, abierũt vnde & venerãt, forsitan tradituri sermonẽ quẽ locutus eis fuerat Iesus, eis q nondũ fuerãt prodificati ab eo, q in tẽpore passionis quãdo multa corpora sanctorũ domiẽtiũ apertis monumẽtis itura fuerat in sanctã ciuitatẽ Hierusalẽ, illã sup quã nõ plorauerat Iesus, vt illic appareãt multis. Spiritalis aũt secũdũ mysteriũ intellectus est iste, q; surgentes neminem aliũ viderunt nisi Iesum solũ. Facti eñ fuerãt vnũ Moyses, id est lex, & Helias, id est prophetę, conuersi ambo in euangeliũ Christi: & nõ sicut prius fuerãt tres, sic & manserunt, sed tres vnũ sunt facti. Post mysteriũ ergo ostẽsum in monte, descẽdẽtib⁹ de mõte discipulis pcepit Iesus dicẽs, vt nemini dicerẽt visum, donec filius hominis resurgat a mortuis. Hoc simile illi, qd superi⁹ est iã tractatũ, quãdo pcepit discipulis vt nemini dicerẽt q; ipse erat Christus. Propter hoc ea quę illic dicta sunt possunt nobis & in hoc loco esse vtilia, quoniã & hic vult Iesus vt nemini manifestetur gloria eius ante gloriam passionis & resurrectionis ipsius.

ET INterrogauerũt eũ discipuli ei⁹ dicẽ- C
res. Quid ergo scribę dicũt q; Heliã oportet »
venire primũ? Sermo interrogationis disci- »
pulorũ dicẽtiũ, Quid ergo dicũt Scribę, ad aliqd eorũ q̃ superi⁹ scripta sunt respicit: pp̃ter qd inquãtũ valemus, tẽtem⁹ hoc facere manifestum. Discipuli qui cũ Christo ascenderant super montẽ: recordabãtur traditionũ scribarũ de Helia propheta, quoniã ante aduentũ Christi erat venturus, vt pparet animas quæ suscipiãt eũ. Visio autẽ q̃ facta erat in mõte, in qua etiã Helias est visus, videbatur eis nõ cõuenire cũ traditione Scribarũ de Helia, qñ nõ ante Christũ eis videbatur Helias venisse sed cũ Christo. Ideo falsam existimãtes traditionẽ Scribarũ pp̃ter huiusmodi visionẽ de Helia, dixerũt. Quid ergo dicũt Scribę quoniã oportet Heliã venire primũ. Tu enim nõ bis manifestatus es ante Heliã, & prius q̃ ille ad hãc vitã humanã venisti. Ad hoc respõdit D
Iesus nõ reprobans qdẽ quę a scribis tradita fuerãt de Helia, sed aliũ Heliæ aduentũ ante se indicans factum, quẽ ignorauerãt Scribæ. Ignorãtes autẽ eũ quodãmodo pricipes facti interfectionis ei⁹, fecerũt ei quãta voluerũt, similiter facturi Christo. Ideo respõdẽs Iesus dixit. Helias qdẽ venturus est primũ, & resti- »
tuet oĩa. Dico aũt vobis, quoniã Helias iã ve- »
nit, & nõ cognouerũt eũ. Qd dicit pp̃ter Ioã »
nem, Helias iã venit, nõ anima Heliæ est intelligẽda, vt ne incidamus in dogma trãscorporationis, qd alienũ est ab ecclesiastica veritate. Nã & cõtrariũ est his q̃ dicit Apostol⁹: quę videntur, tẽporalia esse, & mũdũ istũ finẽ habere, & ei qd ipe dñs ait, Cęlũ & terra trãsibũt: & prophetico ei qd ait, In initio terrã tu fundasti dñe, & opera manuũ tuarũ sunt celi, ipsi peribũt. Si eñ secũdũ opinionẽ eorũ eadẽ anima bis potest fieri ĩ corpore secũdũ statũ eũdẽ, ab initio seculi vsq; ĩ finẽ, interrogo quare fit bis? Si pp̃ter peccatũ, quare non & ter, & frequẽtius fit ĩ corpore anima, vt pp̃ter vitã hãc & peccata quę cõmittunt in ea patiat poenã trãscorporationis, q̃ sola secũdũ opinionẽ animab⁹ peccatricibus infertur causa vindictę. Quæ si cõsequẽter inferatur nõ erit cito vt anima desinat iterũ atq; iterũ suscipere corpus. Semp eñ pp̃ter delicta precedentia reuertet, & sic locũ non habebit cõsummatio mũdi. Si eñ secũdũ hoc argumentũ, ei animę datur nõ redire ad corpus q̃ nõ habet oĩno peccatũ, p quot annos existimas vnã aĩam ĩueniri, q̃ oĩno mũda sit a peccato, & nõ habeat opus trãsfigurationẽ suscipere? Tñ & sic vna quadam aĩa semper ex definito

numero animarũ trãſlata,& iã nõ reuertẽte ad corpus,deficiet aliquãdo per aliqua innumerabilia ſecula natiuitas,mũdo redacto ad vnũ aliquẽ,vel duos,vel tres.Poſt quos cũ & ipſi fuerint ꝓpter pfectã iuſtitiã ſuã irreuertibiles facti,conſummabit mũdus, deficientibus videlicet qui reuertãtur ad corpus.Qđ ſcripturarũ non placet veritati.Sciunt enim multitudinẽ peccatorũ eſſe inueniendam in tẽpore cõſummationis,ſecũdũ ꝙ ipſe dominus manifeſtat dicẽs. Tamẽ cũ venerit filius hominis,putas inueniet fidẽ ſup terrã? Item alibi.Sicut fuit in diebus Noe,ita erit aduẽtus filii hominis.Sicut enim fuerunt ante diluuium manducãtes,bibẽtes, & nuptum tradẽtes,donec intrauit Noe in arcam, & venit diluuiũ & tulit omnes,ſic erit & aduẽtus filii hominis,& erit eis qui tũc fuerint peccatores punitio,nõ in trãſcorporatione, ſed in igne.Vnde neceſſariũ,qui trãſcorporationis dogma defendunt gentiles, quaſi conſequentias ibi dicere cupiẽtes,denegent mundũ eſſe

E aliqñ conſummandum.Contra quos reſpondemus. Si nõ conſummabit mũdus, ſed erit ſine fine,nõ eſt deus oĩa ſciẽs priuſq̃ fiãt, ſed forte ex parte vnum,vel alterũ ſcit futurum priuſq̃ fiat,oĩa autẽ neſcit:quæ enim nata ſunt ſine fine,definitione aliqua cõprehendi nõ poſſunt:& conſequens eſt vt nec prophetię poſſint fieri de oĩbus,quaſi ſine fine omnibus cõſtitutis.Adhuc dicimus eis qui putãt animã Ioannis,animã fuiſſe Heliæ,& primũ quidẽ vocatã Heliam,poſtea Ioãnem, quare angelus q viſus eſt Zachariæ ita dixit: Ecce Helizabet vxor tua cõcipiet, & pariet tibi filium,& vocabis nomen eius Ioannẽ? Si enim anima ipſa fuit Heliæ,oportuit & ſecũda vice natũ vocari Heliã,aut oſtẽdi aliquã mutati noĩs cauſam,ſicut in Abrã,& in Abrahã: & in Sarai,& in Sarã:& in Iacob,& in Iſrael: & in Simonẽ,& in Petrũ.Tamẽ nec ſic ratio valida vincitur, quoniã illorũ in vna eademq;

F vita mutata ſunt noĩa.Sed dicit aliquis eoꝝ. Si non Heliæ fuit anima Ioannis, quare Saluator Heliam appellauit Ioannem? Et puto ꝙ Gabriel in verbis quæ locutus eſt Zachariæ,demonſtrauit quid Heliæ trãſlatũ eſt in Ioannẽ.Dicit enim ita.Et ipſe præcedet ante eũ in ſpiritu & virtute Helię cõuertere corda patrũ ad filios,& incredulos ad ſapientiã ſanctorũ.Et non dixit,ipſe præcedet ante eũ in anima Heliæ. Manifeſte eñ ſcriptura cognoſcit aliud eſſe animã,aliud autẽ eſſe ſpiritũ,ſicut teſtatur Paulus dicens.Deus autem ſanctificet vos ad perfectum, & integer ſpiritus veſter,& anima,& corpus cõſeruetur in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti.Et apud Danielẽ. Benedicite ſpiritus & aĩæ ſanctorũ dominũ.Helias ergo Ioãnnes nõ propter animã eſt appellatus,ſed ꝓpter ſpiritũ & virtutem:quę nõ cõtriſtãt virtutẽ ſcripturę ſi primũ fuit in Helia ſpirit⁹, & poſtea in Ioanne factus eſt,ſicut cõueniẽter apoſtolus ait. Spiritus prophetarum,prophetis ſubiectus eſt. non animæ prophetarũ prophetis ſubiectæ ſunt.Adhuc ad cõfirmationẽ eoꝝ quæ angelus dixit,Et ipſe pręcedet in ſpiritu & virtute Heliæ,accipiamus de quarto libro Regnorũ,qđ eſt tale.Et factũ eſt cum trãſiſſet,dixit Helias ad Heliſæũ.Pete quid faciã tibi priuſq̃ tollar a te.Et dixit Heliſęus.Fiat ſpũs tuus duplex ĩ me.Et dixit Helias.Dure petiſti.Tamen ſi videris me aſcendentem a te, fiat tibi ſic:ſi autem non,non fiat.Et quoniam dixerat:Si videris me,fiat:ſi nõ,non fiat: volens ſcriptura oſtendere quia factũ eſt ſic Heliſęo ſicut ipſe petierat,ſic addit. Et aſcendit Helias in cõmotione quaſi vſq; in cælũ,& Heliſęus intuebat:& ipſe exclamauit:& dixit,Pater pater agitator Iſrael,& nõ vidit eum amplius. Quoniã ergo vidit ꝓpterea requieuit ſpirit⁹ nõ anima Helię in Heliſęo.Item poſtq̃ percuſſit aquas Iordanis Heliſęus,& ſciſſæ ſunt inde & inde,trãſiit Heliſęus,& viderũt eũ filii ꝓphetarũ qui erãt in Hiericho,& dixerunt.Requieuit ſpiritus Helię in Heliſęo. Et venerũt obuiam ei,& adorauerũt eum in terra.Hoc diximus,vt intelligamus Ioãnem dictũ Heliam non propter eandem animam, ſed propter eũdem ſpiritũ, ſicut & diſcipuli intellexerũt Chriſti.Quoniam autem ſpirit⁹ Helię in Heliſęo quidẽ tantũ requieuit,Ioannes autẽ præceſſit ante Chriſtũ nõ ſolum in ſpiritu,ſed etiã in virtute Heliæ, ideo Heliſęus quidem nõ eſt dictus Helias,Ioannes autem dictus eſt ipſe eſſe Helias.Et ſi ſermo aliquis ĩtelligatur Helias,inferior eo verbo qđ erat in principio apud deũ,& ſic poteſt procedere vt videatur Helias eſſe verbũ qđ præmittitur quaſi ad exercitationẽ hominũ pręparatoꝝ,vt fiãt perfecti ad ſuſceptionẽ verbi perfecti.Et hũc ipſum ſenſum ſicut potuimus ex parte tetigimus ſupra vbi tractauimus,Et ſi vultis ſuſcipere ipſe eſt Helias qui ventur⁹ eſt. Qui habet aures audiẽdi audiat.

H Et fecerũt ei quãta voluerũt.Adhuc aũt videamus qđ ait.Et fecerũt ei quãta voluerũt, ad quẽ refertur:vtrũ ad ſcribas,de quib⁹ interrogãtes diſcipuli dicebãt,qđ ergo dicunt ſcribæ? Sed non inuenimus aliquid paſſum

Ioannem a scribis, nisi forte quia nō credidere runt ei. Aut nisi forte, qđ superius diximus, socii fuerant facti in eis quę intulit Herodes Ioanni. Alius autē dicit: qđ ait, Et fecerūt ei quāta voluerūt, nō ad scribas referri, sed ad Herodem, & ad Herodiadem, & filiam eius. Propter hoc aūt qđ sequit, Sic & filius hominis patietur ab eis, consequēter dicitur, si primū ad scribas pertinet, & hoc ad scribas. Si autē primū ad Herodem, & Herodiadē, & filiam eius, & secūdū ad ipsos. Nā inuenitur & Herodes in morte Christi fuisse conscius, & omnis domus eius.

Euangelium secundum Matthęum. Cap.XVII.

» IN ILLO tēpore, descendēte Iesu de monte, accessit ad eū homo, eius genibus prouolutus dicens. Domine, miserere filio meo, qa lunaticus est, & male patitur. Aliquoties enim cadit in ignē, & aliquoties ī aquā, & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt eiicere eum.

Homilia lectionis eiusdem Origenis Presbyteri. Quæ est.IIII.

A QVi patiūtur, aut qui patientiū domestici sunt: cū plębe habētur, nō in monte. Propterea populi causa ad dispēsationem descēdit humanā, quasi de mōte excelso diuinitatis, quēadmodū discipulorum electorꝝ consequētium se gratia ascendit in montem excelsum, & ibi se trāsformauit ī gloriā suā. Nā prius qdē descēdit, propter ignorātes se, ad humilitatē humanā: cū autē factus fuerit eis notus, ducit eos ad notitiam diuinitatis suę vt dicāt cū apostolo. Si aūt nouim⁹ secūdū carnē Christū, sed iā nō nouim⁹. Descēdit ergo ad turbā, vt q nō poterāt ascēdere sursum ꝑpter infirmitates animarū suarū, ꝓdissi cētur ab eo. Et nūc ergo nō accessisset ad eū homo genibus prouolutus, dicens, Domine miserere filio meo: nisi cū discipulis suis electis venisset ad turbā. Considerādū est aūt in quibus quidē infirmitatibus q patiūtur credūt, & deprecātur pro sua salute, aut tāgūt fimbriam vestimēti eius, & sanātur: in qbus aūt ipsi qdē q patiūtur nō faciūt hoc, pro eis autē alii faciūt: vtputa cēturio ꝓ pueto suo, Regulus pro filio, archisynagogus pro filia, Chananęa ꝑ filia sua vexata, & nūc q genib⁹ prouoluitur ꝑ filio suo lunatico. Cū his cōsiderabis & illud, quādo a semetipso Saluator etiā a nullo rogatus sanat, sicut paralyticū eū qui triginta & octo annos in infirmitate habebat. Ipsę enī saluationes ad alterutrū in idipsum cōparatę & discussæ, multa eis qui possunt audire abscōditā in mysterio sapiētiā dei dogmata demōstrabūt de differentiis infirmitatū animę, & de modo saluatiōis ei⁹. B Sed quoniā nūc nō de oīb⁹, sed de ꝓposita dictione sermo est mihi, videam⁹ moraliter primū quē esse lunaticū hunc dicere possumus, deinde quē existimemus patrē eius rogātē ꝓ eo, tertio qđ est cadere patientē nō semp, sed frequenter, aliquoties qdē in ignē, aliquoties aūt ī aquā, & qđ est ꝙ minime potuit a discipulis Christi sanari, sed ab ipso dño Iesu. Nā & ista est ratio. Si quidē omnis lāguor & oīs infirmitas quā sanauit Saluator tūc in populo, referūtur ad infirmitates spiritales animarum secūdū differentias passionū, vt solutos quidē animo, & iacētē habētes animā super corpus, paralyticos animo existimem⁹: cęcos aūt animo eē, q mēte sua nō cōsiderāt qđ iustū est, vel iniustū: surdos autē animo, q non sunt ad susceptionē salutariū verborꝝ parati: secūdū ea cōueniēs est vt de lunatico tegramus. Est ergo passio hęc mutatio a melioribus ad deteriora, qa nihil differt a sanis qui patitur hoc, in tēpore quādo nō operatur in illo ipsa mutatio. Tabet aūt iuuenis infirmitas animę in qbusdā hominibus, q frequēter existimātur sani esse in castitate, vel misericordia, & viuere secūdū iustitiæ volūtatem. C Aliquādo autē quasi quadā correptione spiritus a passionib⁹ cōphēdunt, & cadūt ab eo statu boni in quo stare putabant, & transuertunt ad sedu tionē seculi hui⁹, & ad cęteras cōcupiscētias carnales. Forsitan nō peccabis si huiusmodi hoīes dixeris (vt ita dicā) spiritaliter lunaticos esse, q deiiciūtur a spiritalibus nequitiis in cęlestibus, & male habēt frequēter in tēpore quo cōphensi fuerint a passionibus animę suæ, & cadūt in ignē incēdii, quādo adulterātes (sicut ait Osee) fiunt sicut clibanus ignis ardens. Huiusmodi autē hoīes interdū cadūt in aquā, quādo rex oīm qui sunt in aquis draco deiicit eos a libertatę animæ in ꝓfundū fluctuū maris, id est in mala pessima vitę istius humane, q̄ mari assimilatur. Cōmēdat autē hanc nostrā de lunatico interp̄tationē, qđ dicit sapiētia, de cōstātia qdem iusti, Sapiens sicut sol ꝑmanet: de incōstātia autē peccatoris ita, Insipiēs autem sicut luna immutat. Et est videre in talibus impetus quosdā quasi operū bonorꝝ subrepere, ita vt subrepere possint ab hoibus laudes,

ab eis tamē hoībus, qui nesciūt occultam in constantiā cordis eorꝫ. Vides autē eos minui iterū,& qđ videbat in eis lumen, inuenit nō esse lumē diurnū, sed nocturnū, & lunare: & tādiu minui vt nec videat lumē esse oīno qđ
D existimabat lumē. Forsitan ergo angelus qui sortitus est lunaticū illū talē (si tamē dicēdū est oēm animā hoīs sub aliquo angelo cōstitutā, quasi sub aliquo patre) pater huiusmo di lunatici appellat, depcās quasi p filio medicū animarū, vt liberet eū q nō potest sanari a passione p verbū humile discipulorꝫ Christi. Si aūt etiā mutū & surdū dęmoniū intelligi moraliter oportet, dicim⁹ quoniā ipse imperus irrationabilis, qui boni speciē videt habere, mutū & surdū dęmoniū est dicēd⁹, qđ a verbo expellit Christi soli⁹: qm̄ ille q talis est nec videt iustū, nec iniustū, quēadmodū cęcus: nec recipit āmonitionē discipulorū Christi, quēadmodū surdus. Ideo opus est ei Christi sermone, vt q faciebat irratiōabili platiōe, q̄ putarent a vidētibus bona, iā de cætero sine ratione nō agat. Secūdū verbū autē doctrinę Christi difficiles sunt ad sanādū huiusmodi passiones, ppter qđ fortiter deiiciunt postq̄ egerint ea q̄ putabant bona, & est operatio q̄ opat in illis mala, & sic magna & fortis inter oīa mala, vt monti assimiletur, nec expellat a patiēte, nec exeat, nisi per omnē fidē eius qui passiones huiusmodi sanare nouerit. Ex omni eīn fide mōtes huiusmodi transferūtur. Oīs autē fides grano sinapis cōparat, sicut potest fieri manifestū ex eo qđē qđ scribit. Si habueritis fidem sicut granū sinapis, dicetis monti huic, Trāsi hinc illuc, & trāsibit. Apud Apostolū aūt, Si habuero omnē fidē ita vt mōtes trāsferā. Ideo arbitror quoniā oīs fides grano sinapis cōparat, quoniā cōtēnit qđē fides ab hoīb⁹, & modicū aliqđ & vile apparet: cū vero cōsecuta fuerit bonā animā, id est recti hoīs terrā, semē huiusmōi fit arbor magna, ita vt sine pēnis qđē nemo, pēnati aūt q sunt spiritaliter volucres cęli, habitēt ī ramis ei⁹.
E Sed quoniā oportet & ipsa verba interpretari, primū q̄ramus quare lunaticus appellat qui a spiritu immūdo vexat, & quare passio ipsa nomē accepit a luna, q̄ post solem, magnū luminare vocat. Medici ergo loquātur sibi quę volūt, q nec imūdū spiritū arbitrant, sed corporalē aliquā passionē, & dicūt humida moueri in capite secūdū aliquā cōparationē ad lumē lunare, qđ humidā habet naturā. Nos aūt q Euāgelio sumus credētes, dicimus hāc passionē immūdū spiritū in hoīb⁹ opari. Obseruat eīn qđā schismata lunæ, & sic operat, vt ab obseruatione quorūdā schismatū lunę pati hoīes mētiat, & p hoc culpabilē dei creaturā ostēdit, vt oēs sicut diximus iniquitatē in excelso loquant, q existimāt ex efficientia stellarum consistere causam omniū infirmitatū, siue generaliū, siue specialiū, criminantes opera dei, & quasdā qđē stellas dicētes maleficas, quasdā autē beneficas, cum nulla stella a deo sit facta vt malefaciat. Secūdū Hieremiā eīn, sicut in lamētationibus dicit, De ore dñi nō procedēt mala & bona. Forsitan aūt sicut iste immūdus spiritus obseruat quædā lunæ schismata vt operet ī eo q ppter aliquas causas traditus est, sic & alii dęmones secūdū aliqua stellarū schismata īsidiant eis, q nō pbuerūt se dignos custodia angelorū sanctorū, vt nō sol, ac luna, sed etiā stellæ cęterę blasphememē ab hoīb⁹, q ī excelsum iniqtatē loq nō dubitāt, & ponere in cęlos os suū. Post hæc
videam⁹, qđ loquēs ad patrē lunatici dñs di F
xit. O GEneratio incredula & peruersa quo "
usq ero vobiscū? Vsquequo patiar vos? Nā "
quoniā nō potuerūt eū sanare neq ipsi discipuli Iesu quasi adhuc modicę fidei cōstituti, propterea dixit, O generatio incredula. Et si illis dixit, O generatio incredula, nobis quid dicet? Et ꝙ ait peruersa, ostēdit quoniā ex peruersitate malitię introducta est extra naturā facta. Puto aūt ppter peruersitatē totius humani generis, quasi grauatus malitia eorꝫ & cōuersatione cū eis, dixit, Vsquequo ero vobiscum? quousq patiar vos? Videamus etiā
illud qđ dicit, Hoc gen⁹ nō eiicit nisi in ieiu "
niis & oratiōib⁹: & si aliquādo oportuerit "
nos circa curationē tale aliqđ patientiū pmanere, nō adiuremus, neq interrogemus, neq loquamur quasi audienti spiritui immūdo: sed permanētes in orationib⁹ & ieiuniis impetremus patiēti salutē a deo, & abigamus ieiuniis & oratiōib⁹ nostris spiritus malignos.
CONuersantibus aūt illis in Galilęa dixit G
eis Iesus. Futurū est vt filius hominis tradat "
in manus hoīm, & occidēt eū, & post tertiū "
diē resurget. Et contristati sunt vehemēter. "
Et paulo superius dictū est. Exinde cœpit Iesus ostēdere discipulis suis, quoniā oportet eū ire in Hierosolyma, & multa pati a senioribus, & principib⁹ sacerdotū, & scribis populi, & occidi, & tertia die resurgere. Et vident quidē hæc illis similia esse, vt facile qs dicat dñm eadē ipa repetere. Qđ nō est ita. Nec eīn id ipm ē, ostēdere, discipulis quoniā oportet eū ire in Hierosolyma, & multa pati, & cętera: & dicere discipulis in Gelilęa constitutis qđ nō dicimus supra, quoniam futurū est vt

filius hominis tradatur. Tradendũ superius
nõ est dictũ: hic aũt nõ solũ tradẽdũ, sed etiã
in manus hominũ tradẽdũ audimus. In quo
requiramus a quo est tradẽdus in manus ho
minũ, aut in quorũ. Illic eñ docemur a qbus
patietur, & in quo loco patieť. Hic autẽ disci
mus ꝙ multa passurus est a supradictis, non
ipsis causam pbẽtib⁹ vt multa patiať, sed vel
eo, vel eis q tradiderunt eũ in manus hoim.

A Traditũ igiť filiũ apostolus narrãs, a deo pa
tre traditũ manifestat ita. Qui vnico filio suo
non pepercit, sed p nobis oĩbus tradidit illũ.
Alius autẽ nõ solũ illud, sed etiã cõsequẽtia
cõgregãs in id ipsum, dicit ipsum qdẽ a deo
traditũ filiũ principi seculi huius, cæterisꝙ
principibus ei⁹: deinde ab istis traditũ in ma
nus hoim qui occiderunt eũ. Et exẽpli causa
accipe & illud qđ est scriptũ de Iob, q primũ
traditus est a deo ĩ manũ diaboli, sicut dicit,
Ecce trado tibi oĩa quæ possidet. Iterũ. Ecce
trado tibi eũ, tãtũ animã eius serua. Accipiẽs
aũt diabolus bona eius in potestatẽ, tradidit
prędonibus, & eqtib⁹, q fecerũt cornua tria.
Vide ergo ne forte sicut bona Iob diabolus
tradidit in manus prędonũ accepta prius po
testate a deo, sic & aliqua opatione princeps
potestatis aeris, q opať in filiis diffidẽtię, tra
didit eũ in manus hoim, in qb⁹ hoibus erat
& Iudas, in quẽ post panẽ ingressus est Sata
nas. Cõsidera tamẽ quoniã pater tradẽs filiũ
cõtrariis potestatib⁹, nõ simpliciter tradidit
eũ, sed ppter misericordiã suã, vt saluaret ge
nus humanũ. Cõtrarię autẽ potestates tradẽ
tes dominũ in man⁹ hominũ, nõ p salute ali
quorũ tradiderũt eũ, sed quãtũ ad se, q a ne
mo eoꝝ sciebat sapiẽtiã dei abscõditã in my
sterio: tradiderũt eum, vt inimica eius mors
subiiciat eũ sibi, sicut oẽs hoies q moriebanť
in Adam. Sed & hoies q occiderũt eũ, volũ
tatẽ habebãt nõ secũdũ volũtatẽ dei iam or
dinatã, sed secũdũ volũtatẽ potestatũ, qua fi
liũ dei volebãt fieri subditũ morti. Nõ ergo
ab hoibus in manus hoim traditus est, sed a
potestatibus, qbus eũ p nobis oĩbus tradidit
pater, vt in eo ꝙ tradiť & fit sub eo qui tra
ditur destruat eũ q mortis habebat imperiũ.
Imperiũ aũt mortis itelligẽdũ est habere dia
B bolũ nõ istius mortis cõmunis, secundũ quã
moriunť oẽs q cõpositi sunt ex aĩa & corpo
re, aĩa eoꝝ a corpore recedẽte: sed mortis il
lius q cõtraria est, & inimica ei q dixit, Ego
sum vita: secũdum quã aĩa q peccauerit ipsa
morieť. Ostẽdiť aũt quoniã nõ deus dominũ
in man⁹ hominũ tradidit, ex eo ꝙ ipse dicit.
Si de hoc mũdo esset regnũ meũ ministri vti
ꝙ mei resisterẽt ne traderer Iudęis. Traditus
aũt Iudæis in man⁹ hominũ traditus est, nõ
a suis ministris, nec ab aliquo eoꝝ q erãt ipsi
us, sed a principe seculi huius, vel a principi
bus: de qb⁹ est dictũ. Astiterũt reges terrę, &
principes cõuenerũt in vnũ aduersus domi
nũ, & aduersus Christũ eius. Et isti qdẽ cor
porales reges astiterũt, sicut apostoli in acti
bus docuerũt. Nos aũt ex eo ꝙ traditus est
a principibus in manus hominũ prodificari
dicimus qđ ait, Disrũpamus vincula eoꝝ, &
proiiciamus a nobis iugũ ipsorũ: etiã de in
uisibilibus regibus, & principib⁹ seculi huius
intelligi posse. Nã cũ facti fuerim⁹ cõformes
mortis Christi, iã nõ sumus sub vinculis re
gũ terrę, neq sub iugo principũ seculi hui⁹,
qui aduersus dominũ conuenerũt in vnum.
Propterea & pater vnico filio nõ pepercit, sed
pro nobis oĩb⁹ tradidit eũ, vt suscipiẽtes eũ
principes, & tradentes in manus hominũ, ab
eo q habitat in cęlis irrideanť, & a dño sub
sannẽtur: quoniã ĩ dissolutionẽ pprii regni,
& principatus sui oĩa agebãt, tradẽtes eũ in
manus hominũ: q tertia die resurgẽs, & ini
micã suã destruẽs mortẽ: nõ solũ mortis suę
cõformes nos fecit, sed etiam resurrectionis.
Prędicẽte aũt dño quoniã futurũ est vt fili⁹
hois tradať ĩ manus hominũ, & occidãt eũ,
& tertia die resurgat: tristati sunt discipuli
vehemẽter: tradẽdũ qdẽ in manus hominũ,
& occidẽdũ intelligentes, nõ autẽ attendẽtes
ad illud quod ait: Et tertia die resurget, nec
considerantes quis esset, cui ad destruendam
mortem trium dierum tempus sufficiebat.

CVM venissent autẽ in Capharnaum, ac C
cesserũt q didrachma exigebãt ad Petrũ & di ,,
xerũt. Magister vester nõ soluit didrachma. ,,
Ait. Etiam. Et cum intrasset in domũ, præue ,,
nit eũ Iesus dicẽs. Quid tibi videtur Simon? ,,
reges terræ a qbus accipiũt tributũ, vel cen ,,
sum, a filiis suis, an ab extraneis? Dicit ei Pe ,,
trus. Ab alienis. Dicit ei Iesus. Ergo liberi ,,
sunt filii. Vt aũt nõ scãdalizemus eos, vadẽs ,,
ad mare mitte hamũ, & eũ qui primus ascẽ ,,
derit piscem tolle, & aperiẽs os eius inuenies ,,
staterem. Illum accipiẽs, da eis pro me, & te. ,,

Sunt ergo aliqui reges terræ, & eorum fi
lii, qui nõ dant tributum, vel censum: & alii
pręter filios eorum extranei a regibus terrę:
ex quibus accipiunt reges terræ tributũ, vel
censum. Et sunt filii quidem eoꝝ liberi apud
reges terræ, sicut apud patres filii: Extranei
autem extra terram quidem liberi sunt, pro
pter eos autem qui dominãtur eorum, & de
primũt eos, sicut Aegyptii filios Israel, serui.

Propter quos seruiētes, formā serui suscepit
filius dei, q nullū opus fecit luteū, & seruile.
Quasi ergo habēs formā serui illius, tributū
& cēsū dedit, nō aliud ab eo qđ dedit discipu
lus eius. Ipse em̄ stater sufficiebat, & vnū nu
misma qđ dabaẗ pro Iesu & ꝓ discipulo ei⁹.
D Hoc aūt numisma ī domo qdē Iesu nō erat,
in mari aūt erat, & erat in ore piscis marini:
quē ipsum piscē arbitror adiuratū ascendisse
ad hamū Petri, & cōphēsum ab eo q homi
nū piscator fuerat factus, in qbus erat q nūc
moraliter dicitur piscis, vt tollaẗ ab eo nu-
misma qđ habebat imaginem Cęsaris, & fiat
inter eos q piscati sunt eū. Qui ergo habet q̄
sūt Cęsaris, Cęsari ea reddat: vt post hoc va
leat reddere deo q̄ sunt dei. Quoniā Iesus nō
habuit imaginē Cæsaris, princeps em̄ seculi
huius nihil habebat in eo: ꝓpterea nō ex ꝓ-
prio, sed ex cōueniēti loco maris, imaginem
Cęsaris accepit, eā vt det regib⁹ terrę ꝓ se, &
ꝓ discip̄lo suo, vt nec arbitrenẗ q didrachma
accipiebāt, esse eū debitorē regū terrę: reddit
em̄ debitū nō suscipiēs ip̄m, neq̧ possidēs, ne
q̧ acq̄rēs, neq̧ faciēs ip̄m sibi possessionē, vt
ne sit aliqñ imago Cæsaris apđ īuisibilē deū.
E Ista dixim⁹ secūdū vnū modū, qm̄ duplicem
sensum habet hic sermo. Secūdū alterū autē
talia dici possunt. Filioꝝ sunt qdā filii regū
terræ: alii aūt ꝓpter hoc ip̄m q̧ alieni sunt a
filiis regū terrę, nulli⁹ qdē eoꝝ q̄ sunt sup̄ ter
rā filii sunt: sed aut dei, aut filii dei, aut ali-
cuius filioꝝ dei. Quādo ergo Saluator inter
rogat Petrū, dicēs: Reges terrę a quibus acci
piūt tributū vel cēsum, a filiis suis an ab ex-
traneis? dicēte Petro, nō a suis filiis, sed ab ex
traneis, tale aliqd existima dictū dn̄s dicit de
illis q extranei sunt a regib⁹ terrę: ergo filii
liberi sunt: quoniā liberi sunt q filii sunt dei.
Filii aūt regū terrę liberi nō sunt: quoniā oīs
qui facit peccatū seruus est peccati. Liberi aūt
sunt q manēt in verbis Iesu: & ꝓpter hoc co
gnouerūt veritatē, & veritas liberauit eos a
seruitute peccati. Si ergo in mysterio quodā
reges terrę a filiis dei liberis constitutis exi-
gūt didrachma: Cęsaris habētia imaginē, cō-
sequēs est intelligere qm̄ & quotiescūq̧ exur
gūt qdā q ꝑ iniustitiā tollāt nostra terren⁊,
reges huius terrę eos trāsmittūt vt exigāt a
nobis q̄ sunt ipsorū. Quicunq̧ ergo filius est
simpliciter, & nō fili⁹ regū terrę, ille est liber.
Tamē cū sit liber sollicite agit vt ne scandali
F zet vel ip̄os reges terrę, vel filios eoꝝ, vl̄ eos
qui accipiūt didrachma. Ideo sic dicit. Sed ne
scandalizemus eos, vadens ad mare mitte ha
mū, & cętera. Et q̄uis essent iniq, tñ sollicite
egit Christus, vt ne scandalizaret eos, & suo
exēplo ꝓhibet aliquod scādalū fieri etiā hu-
iusmodi hoībus, siue vt ne amplius peccent
scandalizati: siue vt saluenẗ suscipiētes eū q
pepercit eis quo minus scādalizētur: & sicut
in agro cōsolatiōis (sic em̄ interp̄taẗ Caphar
naū) cōsolatur omnē discipulū, & liberū eū
& filiū esse ꝓnūciat, & dat ei virtutē piscādi
piscē primū, vt ascendēte eo cōsolationē acci
piat Petrus sup eū quē piscatus est. Et ꝓpter
hoc q̧ ablatus est stater de ore ipsi⁹ aperto,
dādus eis quoꝝ proprius est stater: & exigūt
huiusmodi numisma quasi suū: conueniēter
poteris vti hoc textu aduersus auaros q nul
lam habēt in ore suo loquelam nisi pecuniæ.
Cū aūt videris huiusmodi hoīem ab aliquo G
Petro correptū, q abstulit nō solū de ore ei⁹
verbū pecunię: sed & de toto affectu cōcupi-
scentiā pecunię, dices eiusmodi hominem in
mari fuisse, & in salsis rebus huius vitę, & in
fluctib⁹ sollicitudinū auaritię, & habuisse in
ore suo staterē q̄diu īfidelis extitit, & auar⁹:
ascēdisse aūt de mari ad hamū rationabilē, &
cōphēsum, atq̧ saluatū ab aliquo Petro, q
eū docuit veritatē, vt ne habeat aliqñ in ore
suo staterē: sed ꝓ eo habeat imaginē dei, elo-
quia dei. Et signa tibi ex Numeris: quoniā ꝓ
sanctis secūdū legē dei nō simpliciter didra-
chmū datur, sed didrachmū sanctū. Scriptū
est enim. Et accipies quinq̧ siclos secūdū di-
drachmū sanctū. Sed & ꝓ oīb⁹ filiis Israel se-
cūdū caput daẗ didrachmū sanctū. Qm̄ ergo
nō licet sanctis dei cū sanctis didrachmis ha
bere didrachmū inquinatum: ideo accipiēti-
bus nō sancta didrachma, & interrogātibus
Petrū, & dicētibus: Magister vester nō soluit
didrachmū? pręcepit Saluator dari staterē, ī
quo erāt duo didrachma, q inueniebaẗ ī ore
piscis ascēdētis primū: quē dedit magister, &
dāt semp discipuli ei⁹ ꝓ sua salute, & gloria
Christi, vt longe faciāt a se oīa quę imaginē
Cæsaris habent.

Secundum Matthęum. Cap. XVIII.

N ILLO tēpore: accesserunt »
ad Iesum discipuli eius, dicē »
tes. Quis putas maior est in »
regno cælorū? Et accipiens »
puerum, statuit eum in me- »
dio eorum, & dixit: Amen »
dico vobis, nisi conuersi fueritis, & facti quē »
admodum pueri: non intrabitis in regnum »
cælorum. Si quis ergo humiliauerit se sicut »
puer iste, ipse est maior in regno cælorum. »
Et qui acceperit puerū talē in nomine meo, »
me recipit. »

Homilia Origenis de eadem lectione.
Numero.V.

A Cum posset Matthęus nostrae eruditiōis causa, hoc solum exponere, quid accedētes discipuli Iesu interrogauerūt eum, & quomodo ad īterrogationem eorum respōdit: addidit secundum quędam quidem exemplaria, In illa hora accedētes discipuli Iesu: secūdum alia autem, In illa die. Et necesse est vt non indiscussam voluntatē relinquamus euāgelistae. Propter quod exponentes in primis quod ait in illa hora, vel in illa die, videamus si necessaria est adiectio ista diei, vel horę. Venerūt enim in Capharnaum Iesus cum discipulis suis, vbi & didrachma exigētes accesserunt ad Petrum, & interrogantes dixerunt. Magister vester nō soluit didrachma? Ita Petro respondente ad eos, etiā, faciens verbum de didrachmis Iesus, mittit Petrū cū hamo cōprehēdere piscē, in cuius ore dicebat inueniēdū esse staterē, vt daretur pro se & Petro. Ego arbitror, quoniā maximū hūc existimātes honorē in Petrū a Christo collatum, quasi p hoc iudicasset eū cęteris discipulis meliorem, cupiebant quod suspicabant caute cognoscere. Simul autem sperabāt ꝙ & causam ipsam reuelationis interrogātibus indicaret.

B Hoc ergo ostendere volēs Matthęus, adiicit propter illud qđ ait, Hūc accipiens da ꝑpter me & te: i illa die vel hora accesserūt discipuli ad Iesum dicentes. Quis putas maior est in regno caelorū? Forsitan aūt & dubitabāt etiā propter illud ꝙ superius tres discipuli magis erant dignificati assumpti in montem cum ipso vt viderēt trāsfigurationē gloriae eius. Dubitabāt aūt quis de tribus illis melior iudicatus esset a Christo. Distrahebatur autem existimatio sensus eorū ꝑ varias causas. Interdum quidē Ioannē forsitan meliorē putabāt esse, eo ꝙ recubuerat super pectus saluatoris in coena, & secreta consilia ei pręcaeteris fuerant declarata. Interdum aūt arbitrabantur Petrum maiorē in regno cęlorū, vel propter staterē hūc qui datus est pro Christo & Petro, vel propter illud qđ Petrus dixit ad Iesum p̄ cęteris, Tu es Christus filius dei viui: & Christus ad eū, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cęlis: & ego dico tibi quia tu es Petrus, & sup hanc petrā ędificabo ecclesiam meā, & portae inferorū nō ꝑualebunt ei, & cętera. Iterum autē forsitan eorū reuocabatur opinio propterea ꝙ dixerat Christus ad Petrum, quod aliis nō dixerat discipulis, vade post me Satana, scādalum mihi es, quia nō sapis quae dei sunt, sed quae hominum: ne forte non esset maior Petrus, sed vnus ex filiis Zebedaei. Haec diximus propterea ꝙ ait in illa die vel hora, quādo de statere sermo fuerat factus. Post hoc autem videamus qđ ait,

C Et accesserunt discipuli ad Iesum, quasi discipuli ad magistrum, proponentes interrogationem, quis esset maior. In his autem imitatores discipulorū Christi esse debemus, siquādo aliquid in nobis quasi dubium quaeritur & non inuenitur, vt cum omni consensu accedamus ad Iesum semper praesentem vbicūq duo vel tres in nomine eius fuerint congregati, qui potēs est illuminare corda omniū, qui ex toto corde discere volunt ab eo, ad intelligendū solutionē oīm quęstionū. Non est aūt absurdū vt secūdum Christi exemplum interrogemus aliquē eorū doctorum qui prępositi habētur ecclesiis. Quid ergo iam sciebant discipuli secūdū hāc interrogationem, quid aūt adhuc ignorabāt, videamus. Nam ꝙ nō est aequalitas sanctorum in regno caelesti, sciebant: & quia cū nō sit ęqualitas, est aliquis maior & minor: sed quomodo maior & qualiter viuens minimus, hoc discere cupiebant. Nisi forte cautius est dicēdū, quoniam qui esset quidē minimus sciebant ex eo quod alibi docuerat ipse: Si quis soluerit vnum ex mādatis istis minimis, & docuerit sic hoīes: minimus vocabitur in regno caelorū. Et quis eēt maior sciebāt ex eo qđ ait, Si quis fecerit & sic docuerit, hic magnus vocabitur. Sed ex multis magnis quis esset maior, hoc eis non erat manifestum. Et ꝙ multi quidē sunt magni, non aūt aequaliter magni, indicat nomē magni positū in ꝑsona Isaac, qui proficiēs magnus fiebat, donec efficeretur magnus valde valde. Scriptū ē aūt id ipm etiā in Moyse, & in Ioāne Baptista, & ipo etiam saluatore. Et omnibus constat quoniā etsi oēs hi magni fuerūt secundū scripturas, tamen maior eis erat saluator. Ex eo ergo, qđ est ꝑpositum in Isaac, donec fieret magnus valde valde, non simpliciter, sed cū additamēto duplici valde valde, cognoscere possumus quoniā differētiae sunt magnorū: & alius quidē est magnus alius aūt magnus valde valde. Ergo discipuli D quidē quaesierūt quis esset maior: ipse autem plenioré facit sermonē, demōstrans eis etiam quomodo quis actibus maior efficiatur in regno caelorū, sicut subsequens sermo demonstrat dicens, Et vocans Iesus puerum, statuit ,, eum in medio eorum, & dixit. Amē dico vo- ,,

bis,nisi conuersi fueritis vt efficiamini sicut pueri,nō intrabitis in regnū cælorꝝ.Quicūꝗ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste,hic erit maior in regno cælorū.Et qui acceperit puerū talem in nomine meo,me accipit.Primū simpliciter exponamus propositū verbū hoc est,si quis vir cōstitutus vsꝗ eo mortificauerit viriles concupiscētias suas in spiritu mortificans corporales actus,& semp mortē Iesu circūferens in corpore suo, vt puer qui muliebria nōdum tentauit,nec sensit motus viriles:iste talis cōuersus fact⁹ est sicut puer. Et quāto amplius appropinquauerit pueris recedēs ab huiusmodi morib⁹,tāto amplius cæteris continētibus,& ad perfectū continentiæ ascēdere non valentibus maior habetur.

E Qđ autem propter muliebres passiōes dictū de paruulis est, hoc ipsum dicere cōuenit & in cęteris passionibus,& languoribus,& cæteris infirmitatib⁹ animæ,in quas oēs pueri non incurrūt prius ꝗ incipiāt absolutum proferre sermonē:vtputa vt conuersus quis fiat sicut paruulus puer in ira,cum sit vir:& sicut est paruulus puer ad tristitiā,ꝗ interdū in tempore mortui patris,vel matris,vel alicuius amici ridet,& ludit:talis fiat vir habitudinem puerilem circa tristitias repellēdas pfectioris animæ ratione cōmutās.Similiter dices circa extollentias,quibus irrationabiliter extollūtur homines ꝗ non sunt dei:quas pueri non patiunt,nec ꝗ conuersi fuerint sicut pueri.Et nulla pene passio cadit ī pueros anteꝗ̄ absolute incipiant loqui.Si aūt nulla, manifestū est ꝙ nec timor, nisi forte secūdū æstimationem cęterarum passionum leuis & trāsitorius.Pueri eñ malū timorē nō patiūtur.vtputa si ꝗs puero cōminet ne māmam petat,vel ne ploret:terret qdē, sed timor ei⁹ stabilis nō est.Si ꝗs aūt terreat puerū talē,& dicat,nisi hoc feceris occido te,īcēdo te,aut simile aliqđ:nūquid timet huiusmodi puer? Sicut ergo cęteræ passiones non sunt firmæ in pueris,sic neꝗ timor.Si autē ꝗs & hūiliet se sicut puer:nec eñ magnū aliqđ sapere cadit in puerū,neꝗ iactātia generis,vel diuitiarū,vel aliarū rerū,ꝗ existimant bonæ,nō aūt sunt,cadit in puerū:vnde videm⁹ ꝙ infantes vsꝗ ad tertium,vel quartū annū,licet fuerit generosi,similes se pbent pueris degeneribus nec amplius diligūt diuites pueros ꝗ̄ pauperes. Si ꝗs ergo vir habitudinē quam habent pueri ex ætate,in se ratione susceperit,expellens ea quę mouēt insensatos,factus est sicut puer:nō se extollens in honoribus, neꝗ efferēs se in diuitiis, neꝗ eleuans se claritudine generis:iste talis suscipiēdus est,& honorandus in nomine Iesu,quoniam præcipue in talib⁹ est Iesus.Ideo dicit.Si ꝗs susceperit vnū talem in nomine meo,me suscipit.

QVI autē scandalizauerit vnū de pusillis credētib⁹ in me, expedit ei vt suspēdat mola asinaria in collo eius,& demergat in profundum maris. Hoc exponere laboriosum est secūdū cōsequentiā prædictorꝝ. F ›› ›› ››

Dicet eñ aliquis:quomodo qui conuersus est,& fact⁹ est sicut puer,& humiliauit seipsum queadmodū puer, quē statuit Iesus in medio discipulorum,minimus est & potēs scandalizari, cū sit scriptū:Pax multa diligētib⁹ legem tuam & nō est illis scādalū? Vide aūt si rationabiliter hoc possumus explanare. Oīs qui Iesu quasi filio dei credit, & conuersatur secūdū Euangelicos actus ad viuēdum recte cōuersus,ambulat queadmodū puer.Qui aūt non cōuertitur vt fiat queadmodū puer, hūc qdem impossibile est intrare in regnū cælorū. Multi enim conuertūtur vt fiāt quemadmodū puer,sed nō omnes ꝗ conuertunt vt fiāt queadmodum puer,iam perueniunt vsꝗ eo, vt fiant similes pueris:sed vnusquisꝗ tanto minus habet de similitudine puerorꝝ, quanto lōgius est de habitudine puerili erga passiones carnales.In omni ergo credētiū multitudine sunt quidam quasi nuper cōuersi, vt fiāt quemadmodum pueri. Hi propter hoc ipsum ꝙ sic cōuersi sunt vt fiāt quasi pueri, nondum autem sunt facti,sed vident nuper esse cōuersi,pusilli habent in Christo,& paruuli sunt,scādali receptores, quibus occasionem scādali non debemus prębere.Alioquin ꝗ scandalizauerit vnū de pusillis quos Christus ostendit credētibus in se, expedit ei quasi vtile ad medelam peccati,vt suspendatur mola asinaria ad collum eius,& demergatur in profundū maris.Sic enim reddēs dignam vindictam in mari,vbi & draco habet,quem formauit deus ad illudēdū ei,& sic quod expedit passus,qui punit⁹ est,postea erit extra dolores qui sunt in pfundo maris, quos pertulit tract⁹ ab asinaria mola. Sunt autem & G molarum differentiæ,vt sint quędam earum (vt sic appellem) humanę,aliæ aūt asinariæ. Et humana quidē est illa de qua scriptū est. Duę erūt molētes ad vnam molam,vna assumetur,& altera relinquetur.Asinaria autem quæ imponitur scandalizanti vnū de pusillis in Christū credētibus, vt demergatur in pfundum maris.Asinaria autem mola non irrationabiliter dici potest corpus grauissimū hominis mali,quod semper deorsum trahit,

quod suscipiet in resurrectione vnusquisque peccator, vt demergatur in abyssum, quæ dicitur per fundum maris. Introducimus aūt extra eam quā diximus, alterā expositionē, siue dogma
A tis causa, siue exercitatiōis. Quærimus enim quem puerū vocans Iesus cōstituit in medio discipulorum: & vide si possumus puerum hūc intelligere spūm sanctum, qui seipsum humiliauit. Hūc Iesus accepit, & posuit in medio sensus discipulorū. Vult ergo Iesus oēs nos, vt auertamur ab oībus, & cōuertamur secūdum exemplū spiritus sancti, vt efficiamur sicut pueri, id est apostoli, qui & ipsi cōuersi facti sunt similes spiritui sancto, q positus erat in medio sensus eorū. Quos pueros Christo deus pater dedit, secundū qd scriptum est in Esaia dicēte, Ecce ego & pueri quos dedit mihi deus. Et nō est intrare in regnū celorum, nisi qui a rebus secularib⁹ auersus fuerit, & similis fuerit factus pueris illis qui spūm sanctū in se habuerunt. Quē spiritū sanctum vocās Iesus a sua pfectione descēdēs ad hoies quasi puerū, statuit in medio discipulorum suorū vt vnusquisque humiliet se, non simpliciter sicut puer, sed queadmodū scriptum est, sicut puer iste: ita tamē vt propter deū quis humiliet se, sicut & spirit⁹ sanctus propter salutē hominū se humiliauit. Quoniā aūt & Iesus, & spirit⁹ sanctus a patre missi sunt in hunc mūdū ppter salutē hoim, manifestū est apud Esaiam pphetā ex persona saluatoris ipsius dicētē, Et nūc dñs me misit, & spiritū suum.
B Quoniā aūt in græco spūs sanctus neutri generis est, & non masculini queadmodū apud nos, & tres casus habet similes, nominatiuū, accusatiuū, & vocatiuum, pptera transferētes in latinū sermonē nominatiuū pro accusatiuo casu transtulerūt, & dixerunt, Et nūc dñs misit me, & spiritus eius: cum sit verius sic esse in græco, Et nūc dñs misit me, & spiritum sanctū. Tamen si quis violēter cōtra rationem veritatis defendere vult q ita sit dictum, Et nunc dñs misit me & spirit⁹ eius, sine dubio ita intelligim⁹ filium dei missum a spiritu sancto, quemadmodū & ductum a spiritu sancto in desertū secūdū humanā naturam, quā Christus suscipiēs per omnia imitatus est, vt etiā a spiritu sancto agatur, quemadmodū oēs hoies dei. Maior ergo est in regno celorū qui se humiliauerit pre oīb⁹ humiliantibus se, secūdū imitationē illius pueri: & multi sunt qui nolūt se humiliare sicut puer ille. Sed qui præ omnibus factus fuerit propinquior puero illi, ille erit omnibus maior. Debemus ergo suscipere puerū talem in nomine Iesu, quoniā in eo habitat Iesus. Et queadmodum Iesum suscipit, qui susceperit vnū puerū talem in noie eius, sic Christū refutat & pellit, qui non vult suscipere puerū talem I nomine Iesu, licet sit minimus, ita vt possit scādalizari propter ea q nō pleni⁹ humilitatē imitatus est puerilē. Et conferamus euāgelistarum dicta de capitulo isto, si forte manifestior fiat sensus, pter spūm sāctū quē diximus puerū illum intelligi posse. Et Mar- C
cus quidem dicit. Et accipiens puerū statuit in medio discipulorū, & cōplexus eum dixit eis. Si quis vnū puerū talem receperit in nomine meo. Lucas aūt ita. Et accepit puerum, & posuit eū non solū in medio eorum, sicut ait Matthæus, & Marcus, sed apud se: & dixit discipulis suis nō ita, si quis acceperit vnum puerum talem, vel vnū de talibus pueris: sed ita, si quis acceperit puerū hūc in noie meo. Secūdū Matthæū ergo & Marcum, potest quis dubitare vtrum puerū spūm sanctum dicat: quia sic dixerunt, Si quis acceperit vnū puerum talem. Secundū Lucam autē quis ambigit posse intelligi puerū illū spūm sanctum, cum dicat, Si quis acceperit puerū hūc in nomine meo? Secūdū Lucā ergo debemus puerum illū, id est spūm sanctum, quem accipiēs Iesus posuit apud se, suscipe in nomine Iesu. Viuit eñ puer ille quasi immortalis, & debemus eum ab ipso Iesu cōstitutū apud Iesum suscipe in noie Iesu: quoniā cū sit Iesus nunq recedens a puero illo, sit apud eū qui receperit puerū in nomine eius. Et quoniā nec pater recedit a filio, si quis receperit filiū recepit apud se simul & patrem. Qui aūt recepit & puerū in noie Iesu, & Iesum ī noie patris, in oībus minorē se præbet discipulis Christi seipsum minorans: & quanto magis se minorauerit, tanto maior efficitur ab eo, q ei minorationis dedit mandatum.
VAEH huic mundo a scādalis. Necesse est D
eñ venire scādala. Verūtamē veh hoī illi, p "
quē scandalū venit. Digna est res quærere ī "
hoc loco, quid dicit esse mundū cui promittit væh, cui oīa scandala afferūt væh. Intelligere autē aliquid poterimus, si cōgregemus scripturarū exempla in quibus nominatur mūdus. Arbitror ergo q non cæli & terræ spatium secūdū scripturas diuinas dicitur mūdus, sed terrenus iste tātummodo locus, vel homines qui sunt habitatores loci istius. Sic enim intelligit illud quod ait: In mundo eñ erat verū illud lumē, id est in loco terræ nostræ quam habitamus: & mundus per ipsum factus est, id est orbis terræ: & mundus eū nō

cognouit,id est homines habitatores terræ istius.Incõgruũ em̃ ẽ,Et mũd⁹ eũ nõ cognouit,referre ad elementa cęli & terræ,vt dicat aliquis,quoniã sol,& luna,& stellę,vel aqua, vel terra,vel angeli qui sunt ĩ vniuerso hoc mũdo,lumen illud verum non cognouerũt, & nõ cognoscẽtes eum conseruauerũt ab eo sibi ordinem cõstitutũ.Secũdũ hũc enim sensum,intelligitur etiã illud.Et nunc honorifica me tu pater eo honore quẽ habui anteq̃ mũdus esset apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus,quos dedisti mihi de mundo. Et post pauca,Ego(inq̄t)pro eis rogo,non pro mundo rogo,sed ꝓ eis quos dedisti mihi.Itẽ post pauca. Et hi in mũdo sunt,& ego ad te venio.Et iã nõ sum in mũdo, & isti in mũdo sũt.Itẽ post pauca.Et ego ad te venio,& hæc loquor in mundo,vt habeant gaudiũ meum plenum.In se ergo mũdus dicitur, vel locus iste terren⁹,vel homines q̄ sunt in eo.Ex em̃ mũdo dedit filio homines pater, ꝓ quib⁹ rogat filius patrẽ solis,& nõ ꝓ omniũ hominũ mundo.Nam vbi magis necessariũ est vt seruemur,a pfe,q̃ in mũdo,de quo dicit Ioãnes & mũdus totus positus est in maligno?Item in sequẽtibus. Vt mũdus credat quia tu me misisti.Ergo locus iste,& hoies qui sunt ĩ eo dicunt mũdus,quib⁹ vęh a scandalis. Oĩbus enim hominibus,quos tamẽ scãdala vincere possunt,vęh est a scãdalis.Qd non procedit

E vt de elemẽtis mũdi intelligam⁹. Si aũt væh est mũdo a scandalis,non autẽ sunt discipuli Iesu de hoc mũdo,sicut nec magister eorum de mundo est,nemini discipulorũ Christi potest esse a scãdalis væh,quoniã pax multa diligentibus nomẽ dei,& nõ est illis scãdalum. Si autẽ aliq̃s videtur quidem esse discipulus Christi,adhuc aũt est de mũdo,propterea ꝙ diligit mundũ,& q̃ sunt in eo,id est aut vitã istã carnalẽ,aut possessiones terræ istius,aut pecunias,aut speciẽ qualẽcũq̧,vt non conueniat ei qd dictum est discipulis Iesu, quoniã nõ sunt de mundo:sine dubio possidebit, q̃d de mũdo constitutus,vęh qd mũdo accidere solet.Si ergo volum⁹ declarare hoc vęh,suscipiamus in nobis affectũ apostoli Pauli dicentis.Mihi aũt absit gloriari , nisi in cruce domini mei Iesu Christi,per quẽ mihi mundus crucifixus est,& ego mũdo.Nemo aũt amator corporaliũ specierũ,vel iumẽtorũ,vel aliquarũ concupiscibiliũ rerum,vel vitæ istius carnalis,potest vere dicere,Mihi mũdus crucifixus est,& ego mũdo. Sancti em̃ q̄ sunt in hac habitatione,ingemiscũt corpore humilitatis grauati,& oĩa faciũt vt digni efficiant

in illo resurrectionis mysterio inueniri,quãdo trãsformabit de⁹ corpus humilitatis non omniũ,sed tantũ discipulorũ fideliũ Christi, vt fiat cõforme corpis gloriæ Christi. Sicut F ergo nihil eorũ ex q̄bus vęh cõtingere solet contingit discipulo Christi:nã etsi mille fint scandala non tangũt eũ qui nõ fuerit de hoc mũdo:sic qui receptor fuerit factus scãdali, aut propter incõstantiam fidei suæ,aut quia nõ ex toto corde cõsentit salutarib⁹ Christi mãdatis,vt iã nõ videat discipulus Christi, tãta scandala comprehendent eum quantis fuerit obligat⁹ in mũdo.Necesse est em̃ venire scãdala.Aliud em̃ sunt ipsa scãdala, aliud aũt homines per quos veniũt scandala.Ergo venientia scandala sunt angeli Satanę,& malignus chorus dęmoniorũ,q̄ quęrũt organa digna per quos operent:& plerũq̧ quidem inueniũt , qui omnino extranei sunt a cultura dei:interdũ autẽ & eos qui videntur fideles: quibus maius vęh ꝓ quos contingit, q̃ mundo cui cõtingit.Nam multo peius erit q̄ scãdalizat,q̃ qui scãdalizatur:si quidem verum est esse differentiam tormentorũ,secũdũ illud qd ait.Remissius erit Tyro & Sidoni, q̃ ciuitatib⁹ in q̄bus fecit virtutes, & correctę non sunt.Si em̃ vęh mũdo a scandalis,ei quidem qui scandalizatur iuste est vęh,q̄a miscens se mundo, voluntarie receptor scandali factus est.Ei aũt grauius erit vęh,per quẽ scandalũ venit,quoniã præbuit se spiritibus immũdis scandalizantibus ministrũ ad scandalizandũ homines infirmos & mũdiales.Si aũt hęc diligenter intelligeremus quæ dicũtur, Væh ꝑ quem veniũt scãdala,& Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis,expedit ei vt alligetur mola asinaria collo eius,& demergat in profundũ maris:quoniã sic vindicat deus eos q̄ scandalizati fuerint ab eis qui scandalizauerũt,& quę intelligeremus timeremus: nunq̃ peccaremus in fratres,nec percuterem⁹ conscientias eorũ infirmas,pro quibus Christus mortuus est,propter quos quasi in Christũ peccantes subibimus pœnas cũ requisitæ fuerint animę,quę propter nos perierunt ex nobis. Deinde videamus quomodo intelligere G debeamus qd ait,Necesse est vt veniãt scandala.Similiter em̃ exponit etiã Lucas dicens. Impossibile est vt nõ veniant scandala. Et sicut necesse est mortalem mori,& impossibile est vt non moriatur: & sicut necesse est manducare hominẽ in corpore constitutũ,& impossibile est vt sine esca qui corporalis est viuat:sic necesse est venire scãdala,& impossibile est vt non veniãt.Et vide si potes accipe

ad exemplū malitiā, quę est in cęlestibus, necessarie copulatā esse virtutibus. Impossibile est em̄ iueniri hominē omnino sine peccato, & absq; peccato suscipere posse virtutes: quia nec potest esse verū bonū, nisi habeat impugnationē mali. Sicut ergo necesse est sustinere malitiā cęlestiū, & impossibile est eam non sustinere, sic necesse est venire scandala, & impossibile est vt nō veniāt. Maxime si intellexeris malitiā malignarū virtutū principalem esse malitię isti q̄ in hoībus est, & semper quęrentē organa quędā per quę operetur aduersus hoies mūdi. Forsitan aūt & irritātur magis malignæ virtutes, quāto magis verbum Christi i hominibus inualescēs expellit ab eis malignas virtutes, quę prius cōsueuerāt habitare in animis eorū: & dęmones q delectabātur in sanguine sacrificiorū, irascūtur dū eorū cultura minuit̄, nec offerunt̄ eis sacrificia cōsueta: ideo scandala venire necesse est. Et scandala quidē ipsa venire necesse est, non tamē per illum nescio quē venire necesse est: propter qđ ei p quē venerit, erit vęh, quoniā dedit locum malignæ operationi in se volēti scādalizare. Ne putes in natura aliqua vel in substātia esse scandala, quæ homines quęrūt per quos operētur. Sicut enim deus mortem nō fecit, sic nec scandala creauit, sed libertas proprii arbitrii in quibusdam genuit scandalum nolens pro virtute suscipere laborem.

A QVOD SI manus tua, vel pes tuus scandalizat te, excide eū, & proiice abs te. Bonū em̄ tibi est introire in vitā claudū vel debilē, q̄ duas manus, vel duos pedes habentē mitti in ignē æternū. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonū est tibi vnū oculū habētē i vitā intrare, q̄ duos oculos habentē mitti in gehennā ignis. Docet nos p parabolā sermo: quoniā nec proximis nostris, nec adherētib9 nobis debemus parcere scandalizantibus. Superi9 cū dixisset, Antiquis dictū est, nō adulterabis, ego aūt dico, si quis viderit mulierē ad cōcupiscendum eam iam mœchatus est eā in corde suo: post hæc verba statim subiūxit, Si dexter oculus tuus vel manus scandalizauerit te, ostendēs quoniā de illis membris scandalizantibus loquebatur quę sunt intra nos. Propterea volūtates animę exposuimus ibi esse scandalizantia mēbra. Hic autē cū dixisset. Vęh mūdo a scādalis, necesse est enim venire scādala, sed vęh per quē veniūt, videlicet hominē, statim subiūgit. Si manus tua, vel pes tuus, vel oculus tuus scandalizauerit te, ostendēs quoniā nō de membris scandalizantibus quę sunt intra nos loquitur, sed de hominibus q sunt extra nos pertinētes ad nos, ita vt manus, aut pedes, aut oculi existimentur gratia charitatis coniūcti. Et vere quædam scandala ex nobis ipsis nascunt̄, sicut ait Iacobus i epistola sua. Deus neminē tentat, sed vnusquisq; tētatur B in cōcupiscentiis suis. Quædam extrinsecus veniūt, vel ab extraneis, vel a proximis, de qbus præsens loquitur sermo. Et bonum quidem erat, vt laudabilis esset & oculus & manus, vt ne possit iuste dicere oculus manui, necessaria mihi nō es. Si autem aliquis ex toto ecclesiæ corpore videatur manus propter aliquem actum, conuersus autē factus fuerit scandalizās, oculus dicat huiusmodi manui, necessaria mihi non es, & dicens, pręcidat eā & pellat a se. Sic bonū est, vt sit & caput beatū, & pedes tali capite digni, vt ne possit caput iuste dicere pedibus, necessarii mihi non estis. Si aūt aliquis fuerit in ecclesia pes scandalum faciens corpori vniuerso, dicat caput huiusmodi pedi, necessarius mihi nō es, & pcidens repellat eū a se. Melius est enim vt residuū corpus intret in vitā sine mēbro scādalizante, q̄ totū corpus ecclesię morbo scādali per oēs currēte mittat̄ in gehennā. Sic bonū quidē erat, vt & ille qui factus est oculus, dignus eēt capite Christo, & toto ecclesiastico corpore. Si autē conuersus oculus ille factus fuerit scandalum corpori vniuerso, eiiciatur oculus scandalizans, & extra omne corpus expellat̄, vt sine illo oculo residuū corpus saluetur, q̄ cū illo oculo debilitato totā ecclesiā mittat in gehennā intenebratā videlicet per oculum malum. Christum aūt ecclesię caput C esse, non ego, sed Apostolus intellexit. Sacerdotes autem rationabiliter possunt dici ecclesiæ oculus, quoniā & speculatores habentur: Diaconi autem cęteriq; ministri manus, quoniam per eos opera spiritalia vniuersa geruntur: Populum autem esse pedes ecclesiæ: quibus omnibus parcere nō oportet si scandalum ecclesiæ fuerint facti. Possumus autē hoc textu vti etiam de domesticis nostris, & quasi membris ita nobis dilectione coniunctis: siue de parentibus, siue amicis quadam familiaritate dilectis, qbus parcere nō oportet animę nostrę nocentibus. Pręcidamus ergo a nobis quasi manum, vel pedem, vel oculum, patrem, aut matrem volētes nos agere contraria pietati: aut filium, vel filiam, qui quantum ad se faciunt nos recedere ab ecclesia dei, & a Christi dilectione. Sed & si vxor gremii nostri, vel amici vnanimes, facti fuerint scādala nobis, pręcidamus eos ab anima

nostra, quasi non amicos, sed aduersarios no strę salutis. Qui em̃ nõ oderit patrem & ma trem, & cętera, quãdo tẽpus fuerit eos odire quasi aduersarios, & insidiatores, vt Christũ lucretur: hic non est dignus filio dei: & istis est dicere, qm̃ claudus saluatur qui perdiderit pedem, id est fratrem, & solus hęreditans regnũ dei saluatur. Et sicut sine manu qs saluatur perdens patrem vel matrem, vt illis pereuntib⁹ solus saluetur: sic & sine oculo quis saluatur pręcidens oculum suũ a se, id est cõ iugem fornicãtẽ, vt ne cum tali oculo duos

D oculos habẽs intret in ignem. Potest autem & sic intelligi, vt actus animæ peccans, man⁹ intelligaẽ: & incessus animæ peccãs, pes: & visus animę peccãs, oculus: quos oportet pcide re si scandalum faciunt. Frequenter enim ipsa opera membrorum pro membris in scriptura ponunẽ, quale est illud. Et tuli man⁹ meas ad mandata tua. Non ipsas manus, sed opera manuũ tollimus ad mãdata dei, quando facimus opera digna deo. Et, ad te leuaui oculos meos. Nõ oculos istos, sed mentẽ, quæ p oculos videt. Item. Cõuerti pedes meos in testimonia tua. Non pedes, sed motus animę conuertũtur ad testimonia dei, quãdo cœpimus velle conuersari secũdũ deũ. Quos omnes, id est vel visum, vel actũ, vel incessum, oportet abscindere si fuerit mali: vt poti⁹ sine illis in trem⁹ i vitã nõ faciẽtes qd volum⁹, q̃ vt itremus in ignẽ facientes proprias volũtates. Et primũ qdẽ beata est res ab om̃i scãdalo abstinere, vt nulla virt⁹ animæ comprehendaẽ in malo, sed omnibus vtamur bonis. Sic em̃ cũ duobus pedibus, & duabus manibus, & duobus oculis animæ corporisq; intrabimus in vitam æternam. Si autẽ futurũ est male vtentes quadã virtute animę perire propter illã: meli⁹ est pręcidere, id est repellere vsum virtutis illius scandalizantis, q̃ vt cum reliquis virtutibus pereamus in toto.

E VIDETE ne contemnatis vnũ de pusillis „ istis. Dico em̃ vobis, quoniã angeli eoꝶ in cę „ lis semp vidẽt faciem patris mei qui in cælis „ est. Primũ videamus qui sunt pusilli, quos nõ oportet cõtemnere. Arbitror aũt quoniã sicut in corporibus differẽtia est, vt quidam eoꝶ sint pusilli, alii aũt magni, alii vero mediocres: sic in animabus sunt quędã pusillæ, alię aũt magnæ secũdũ spiritalem mẽsuram, secũdũ quã videt solus deus, & iudicat. Sed in corporibus nõ culpa hoĩs, sed ppter rationes aliquas seminis est alius breuis, alius magnus, alius vero mediocris. In aĩabus aũt ex nobis est esse aliquem vel paruũ, vel magnũ, aut secũdũ opera, aut secũdũ fidem, aut secũdum aliquos motus: & arbitrii nostri est si pficere volumus i statu animę, & fieri magni, aut nõ pficere, & paruuli remanere. Sic audio & Christo suscipiẽti naturã humanã, & secũdũ naturalia icremẽta crescẽti qd scribiẽ: Iesus aũt crescebat sapientia, & ætate, & gra coram deo & hoĩbus. Vnde cõsequẽter Apostolus ait. Donec occurram⁹ oẽs in virũ perfectũ in mensurã ętatis plenitudinis Christi. Occurrere em̃ in virũ, & hoc perfectũ, scdm interiorem hominẽ intelligẽdus est ille, qui transcẽderit quæ paruuli sunt, & euacuãs ea peruenerit in virũ pfectũ. Hoc modo intelligenda est esse mensura spiritalis ętatis in singulis aĩabus, per quã proficit aĩa vnaquæq;, & ex eo q magnificat deũ, magnificaẽ a deo. Secũdũ hãc magnitudinẽ spiritalis ætatis, & F spiritaliũ incremẽtoꝶ, & Moyses diciẽ fuisse magnus, & Ioannes, & ipse dñs Iesus, de quo Gabriel protestaẽ. Et erit magnus. Pusilli aũt sunt qui nup in Christo sunt nati, aut tales permanent sine profectu, quasi nuper nati, q bus rationabile lac necessariũ est, qui adhuc carnales sunt, sicut ait Apostolus, & paruuli sunt in Christo, nec capere possunt escam virilem. Pusilli em̃ q̃uis sint hęredes, tamen qa pusilli sunt quasi nihil differentes a seruis, q̃ diu pusilli sunt, seruitutis habent spiritũ in timore. Qui aũt p dilectionẽ dei pfectã misérit foras timorẽ, iam nõ habet seruitutis spiritũ in timore: sed spiritũ adoptionis filiorũ in dilectione dei. Item requires pusilloꝶ isto rũ angeli qui psunt eis quãdo incipiũt curã eoꝶ habere, vtrũ ex quo per lauacrũ regenerationis geniti sunt in Christo, quasi tũc nascentes infantes, & vltra nõ subiecti cuidam aduersarię potestati: an ex tempore natiuitatis eoꝶ carnalis, secũdum præsentiam dei & præordinationem ipsius, quos pręsciuit, & p destinauit, vt sint conformes glorię Christi. Vides quoniam q caute vtrũq; discusserit, illius est affirmare vtrũ eoꝶ sit verum, & ad testimoniũ pferre scripturam vni ex duob⁹ consentientem. In vtraq; enim parte multus quidẽ sermo fieri potest, tamen ex multo parũ aliquid proferamus. Qui em̃ volunt, mox vt quis fuerit natus eorũ q præcogniti sunt G a deo, accipere angelũ præpositũ sibi, vtẽtur Apostoli voce dicentis. Qui me segregauit ab vtero matris meę vt reuelaret filiũ suum in me, quasi ex eo necessariũ habeat angelũ se regentẽ, qm̃ segregatus est secundũ pręsciẽtiã dei. Itẽ in Epistola Iudę scriptũ est ita. In dẽo patre dilectis, & Iesu Christo cõseruatis

& vocatis. A quo cōseruatis, nisi ab angelis q bus traditi fuerāt vt cōseruetur, & eruātur ab omni malo, qui præcogniti & prædinati habebantur? Item profert & illud, qđ in psalmis est dictū, De ventre matris meę tu es me⁹ protector: vt sit protector præcognitorū deus per angelos ad hoc ipsum ministeriū deputatos. Sic & illud accipiet. Suscepisti me de vtero matris meę. Itē. Ad te proiectus sum ex vtero. & alia mille huiusmodi habentia sensum. Qui autē vult ex eo hoīb⁹ dari angelū adiutorem, ex quo per lauacrū regenerationis facti sunt tūc nati infantes in Christo: dicet nō esse credibile, insensatis, & incredulis, & errātibus, & seruientibus desideriis variis, & immūdis in malitia & inuidia degētibus, odibilib⁹, & odiētib⁹ inuicē, fornicariis, & adulteris, interdū aūt & masculorū cōcubitoribus, latronibus, & ebriosis, atq; rapacibus præesse angelum sanctū, vt maculetur in huiusmodi actib⁹ hoīs cui datus est custos. Sed est ho

A moquidē in tempore infidelitatis suę, & peccatorū suorū ex infidelitate nascentiū, sub angelis Satanę, & spiritibus malignis, & immūdis dęmoniis. Cum autē susceperit fidē, tunc Christus qui est redēptor, qui precio sui sanguinis eum redemit a malignis dominis, credētem in deum tradit eum angelo sancto, & propter munditiā semp videnti faciē patris. Secundū ea quę sumus interpretari de pusillis discipulis conueniēs est dicere: quoniā nō habuit necessarium Christus mādare de magnis & perfectiorib⁹ fidelib⁹ nō cōtemnēdis, sed de pusillis, propterea nō simpliciter dictū est ne contēnatis vnū de istis oīb⁹ discipulis quos videtis: sed ita, vnum de pusillis istis: quos cognoscebat esse pusillos q videre poterat modicitatē, & magnitudinē inuisibiliū animarū. Talia & superius dixim⁹. Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis credentib⁹ in me. Ali⁹ aūt forsitan dicit pusillū hic dici perfectū, secundū illud qđ alibi ait. Qui autē minor fuerit in oībus vobis, hic erit maior. Qui eñ humiliauerit se, imitator existens illius qui semetipsum humiliauit p salute humana in medio oīm credētiū, siue ille aposto lus fuerit, siue episcopus, ipē est pusillus quē Christus ostēdit. Talē se pusillū etiā Paulus

B ostendit dicēs. Mihi minimo omniū sanctorū data est gratia hęc. Sed huiusmodi expositioni illud qđ dicit, Si quis scādalizauerit vnū de pusillis istis, & cętera, nō videt cōuenire: vel illud qđ dicit sic, Non est volūtas patris mei qui in cęlis est, vt pereat vnus de pusillis istis: quoniā talis pusillus qui vere pfect⁹ est non scandalizatur, nec perit. Pax enim multa diligentibus legē dei, & nō est illis scandalū. Et quoniā nō perit pusillus huiusmodi, dicere pōt: Quis nos separabit a charitate dei, q est in Christo Iesu? & cętera. Sed qui hanc expositionē existimat veram, dicit qm̄ & iusti hoīs aīa vertibilis est, & scandalizat aliqñ et si nō facile, sicut testat Ezechiel, dicēs etiam iustum a mandatis dei posse recedere, ita vt nō imputetur ei iustitia prior. Propterea dicit, Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis: & quia non est volūtas patris mei vt pereat vnus de pusillis istis. Qualis autem expositio sit verior, & tu sicut potueris iudicabis.

C Post hanc parabolam sequit de ouibus centum, & vna ex eis errāte pariter & inuenta. Hanc sicut potuimus tractauimus, exponentes euangelium qđ est secūdum Lucam, quoniam & ille memor fuit parabolæ huius. Ne ergo repetere videamur, hic prætermittentes transmittimus ad expositionē euangelii secūdum Lucam, omnem volentem cognoscere quid senserimus in ista parabola.

Secundum Matthæum.

IN ILLO tēpore, dixit Iesus Petro. Si peccauerit ī te frater tuus, vade & corripe eū inter te & ipsum solū. Si te audierit: lucrat⁹ es fratrem tuū. Si autem non audierit, adhibe tecum adhuc vnū, vel duos, vt ī ore duorum vel trium testium stet omne verbū. Qđ si non audierit eos, dic ecclesię. Si autem ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Homilia Origenis de eadem lectione. Et est Homilia. VI.

D Videamus ne forte sententia hæc nō de quocūq; peccato posita sit. Qđ si aliquis q nominat frater peccauerit aliquid eorum peccatorū quæ sunt ad mortē, vtputa masculorum concubitor est factus, aut adulter, aut homicida, aut mollis, nunquid & istū tamen sicut aliquē modica peccātē rationis est vt arguat solus ad solum: & si qdem audierit q talia illa peccauit, statim eū dicere lucri factū: & si nō audierit, nō prius eū expelli de ecclesia, nisi prius q̄ corā testib⁹ argut⁹ & ab ecclesia, perstiterit ī actu priori? Nō aūt ignoramus, qm sequens alius verba, & aspiciēs ad immēsam misericordiam Christi dicere pōt q cum verba ipa Christi nullā differentiā faciant peccatorum, superfluū faciūt, & contra

Christi misericordiã,qui hęc ad minima tantum pertrhere distinguũt.Sed eũ qui taliter sentit,non arbitror ad vtilitatem communẽ ista sentire.Alius aũt ipsa verba caute considerans,& nihil extrinsecus subaudire volẽs, non de omni peccato hęc dicta defendit:quoniam q grandia illa peccat, nec est frater,nisi forte nominet frater.Differentia enim est in
E ter fratrẽ,& eũ q nominat frater.Et quoniá distant a se,propterea dicit Apostolus. Si qs frater uoiat in vobis: si autẽ fornicarius aut auarus,aut idoloꝝ cultor,& cętera,cum talibus nec cibum sumere. Nemo enim idolorũ cultor,aut fornicator,aut auarus frater est. Et q̃uis nomen baiulet Christi,et frater nominetur,nõ tamen & proprie frater est.Sicut ergo ęstimatiõe eminẽtis misericordiæ Christi negligentibus peccandi occasionẽ dat,qui ad omẽ peccatũ generaliter hæc pertinere exponit:sic cõtra qui docet in minimis & humanis peccatis peccantem,post arguitionem testiũ,vel ecclesiæ fieri oportere sicut publicanum,& Ethnicum in peccatis quę nõ sunt ad mortẽ,aut sicut lex appellat in Numeris, non mortiferis,aliquid crudelitatis videt in ducere.Nec eñ existimo cito aliquẽ inueniri in ecclesia,qui non iam ter in eadem culpa argutus sit,vtputa in detractiõe,qua inuicẽ homines detrahũt proximis suis,aut in inflatione,aut in epulatione,aut in verbo mẽdacii vel ocioso,aut in tali aliqua culpa leui, q̃ etiã in illis qui videntur proficere in ecclesia freqũeter inueniunt. Cõsidera ergo ne forte & illos qui æstimatione immensę misericordię Christi,etiã ad peccata maiora hęc ptinere interpretantur.Pręterit intellectus loci,& istos qui hęc ad minima peccata asserũt ptinere:& propterea peccatorẽ minimoꝝ peccatorũ nisi bis vel ter argutus emendauerit se, statim sicut Ethnicũ & Publicanũ fieri arbitrantur.Quid ergo? is qui ter argutus quasi Ethnicus & Publicanus factus fuerit arguẽti:vtrũ omnino pereat,aut aliqd patiat? De⁹ scit,nos aũt pronũciare nõ possumus,secundũ qđ scriptũ est.Nolite iudicare,vt nõ iudicemini.Item.Nolite ante tẽpus quid iudicare,donec veniat domin⁹ qui illuminabit occulta tenebrarũ,& manifestabit consilia cordium.Primũ quidẽ quoniã licet ei qui ter argutus nõ obaudiuit,in quarto audire, vt iã non sit sicut Ethnicus & Publicanus.Memores eñ esse debemus eius quod dictũ est. Sic non est volũtas patris mei,vt vnus ex minimis istis pereat.Sic eñ oportet nos oẽs psentari ante tribunal Christi,vt reportet vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonũ,siue malũ.Deinde qa scriptũ est,Secundũ F opera manuũ vestrarũ cõtinget vobis: & nõ multipliciter,aut dupliciter,aut septupliciter recipiẽt de manu dñi peccatores.Aliquã do autẽ nõ secũdũ opera manuũ hoĩs reddit ei,sed amplius q̃ peccauit. Hierusalem enim sicut docuit Esaias, duplicia recepit de manu domini sua peccata.Vicini aũt Israel qcũ q sunt illi,septuplũ recipiũt, secũdũ qđ ait ĩ Psalmo. Redde vicinis nostris septuplum in finibus eorum.Et alii inueniunt redditionis modi, quos si intelligamus sciem⁹ quoniam expedit recipere ĩ hoc mũdo. Nouissime aũt quia nõ puriter dixit,sicut Ethnicus & Publicanus,sed ita sit tibi. Qui ergo in pctõ leui correpť ter,secũdũ q diximus,nõ se emẽdat,nos quidẽ sic eum debem⁹ habere quasi Publicanũ & Ethnicũ,abstinẽtes ab eo,vt cõfundatur.An aũt etiã a deo quasi Publican⁹ & Ethnicus iudicetur,non est nostrũ pnunciare,sed est ĩ iudicio dei.Cõuenieter aũt ad iũxit post tres arguitiones facto aliquo sicut Publicano & Ethnico:Quęcunq; ligaueritis G sup terrã erũt ligata & ĩ cęlo,& quęcũq; solueritis sup terrã erũt soluta & in cælo.Iuste eñ ligauit,q ter arguit,& nõ est auditus, eũ qui factus est sicut Publicanus & Ethnicus. Propterea ille talis alligatus est,& cõdemnatus est apud oẽs q sunt in cælo.Ita & si argutus emẽdauerit se,vt iam funiculis peccatorum suoꝝ nõ sit ligať⁹, iuste solutus est etiã ab eis q sunt in cęlo. Tamen & illa q superi⁹ soli Petro sunt dicta,videntur etiã istis oĩb⁹ dicta,qui ter peccãtes arguerint,si auditi,nõ fuerint:& alligauerint sup terram iudicãtes peccatorẽ sicut Publicanũ & Ethnicum.Sed quoniã oportebat aliquid maius habere Petrum prę illis q ter arguerant,ideo illi qdem sic dicit:Et tibi dabo claues regni cęloꝝ,& q̃ cũq; solueris sup terrã erũt soluta & ĩ cælis: & quęcũq; ligaueris sup terrã, erũt ligata & in cælis. Non ergo modica differentia est q Petro quidem datę sunt claues nõ vnius cęli,sed multorum cęlorum,vt quęcũq; ligauerit super terram sint ligata non tãtũ in vno cęlo,sed in oĩb⁹ cælis, & q̃ soluerit sup terrã sint soluta non solũ in vno cęlo,sed in oĩbus cęlis.Ad eos aũt,qui multi sunt,ligatores & solutores in terra sic dicit, vt soluãt & alligẽt,nõ in cęlis sicut Petr⁹,sed ĩ vno cælo,qa nõ sunt in tãta pfectione sicut Petrus,vt alligent vel soluãt in oĩbus cælis. Quanto ergo melior fuerit qui ligat, tanto qui alligat amplius q̃ in vno cęlo alligat:& quanto melior

fuerit qui soluit, tāto beatior erit qui soluit:
A quoniā in omnibus solutus est cælis. Iterum amen dico vobis, quia si duo vestrū consenserint super terrā, de omī re quācunq; petierint fiet illis a patre meo qui in cœlis est. Vbi enī duo vel tres fuerint congregati in noīe meo, ibi sum in medio eorū. In primis videam⁹ sapienter, si pōt iste cōsensus esse in multis, vel in toto conuentu, vt in medio eorū sit Christus: quia angusta & tribulata via est quę ducit ad vitā, & pauci sunt q inueniūt eā. Forsitan aūt hoc tali cōsensu nec pauci cōsentiūt sibi p oīa, sed duo forte, vel tres, sicut Petrus, & Iacobus, & Ioannes, quib⁹ quasi cōsentientibus sibi per omnia ostendit verbū dei gloriā suā, ex eo φ non habebat speciem, neq; decorem, vertēs se ad gloriā suā, vt vestimēta sua ostenderet eis splendētia sicut lumen. Cōsenserūt autē & duo, Paulus, & Sosthenes scribētes Corinthiis epistolā primam. Itē Paulus, & Timotheus mittentes secūdam. Et tres consenserunt, vt esset Christus in medio eorum, Paulus, & Syluanus, & Timotheus scribētes Thessalonicensibus. Item in veteri testamēto inuenimus cōsentientes tres sup terrā, vt esset in medio eorū verbū dei, sicut ostēdit suprascriptio psalmi quadragesimiprimi continēs ita. In finē in cōsensu filiis Chore. Cū essent tres filii Chore, quorum nomina inuenimus in Exodo, Asir, qui īterpretaē eruditio, secūdi Helcana, qđ intelligiē dei creatura, tertii Abiasaph qđ interpretaē congregatio patris: pphetię ergo non sunt diuisæ, sed quasi ex vno spiritu, quasi ex vna aīa, & ex vna voce, cōsensu videlicet operante in eis sunt dictę & scriptę, & locuti sunt tres quasi vnus dicētes. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū ita desiderat aīa mea ad te deus. Dixerūt autē & pluraliter in quadragesimotertio. De⁹ aurib⁹ nostris audiuim⁹. Ideo & Apostolus pcipit dicēs, Vt sitis pfecti ī eodē sensu & in eadem sentētia. Et in actibus de cōsentientibus dicit, Erat autē credentiū cor vnū, & anima vna: quoniā facti fuerāt vnū, si tamen possibile est sicut diximus in multis inueniri per oīa vnū sentientes, vt nec modica sit dissensio inter eos. Non autē consentiebāt Corinthii dicētes, Ego quidē sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephę, & ego Christi: sed erat in illis schisma, quo soluto cōgregabantur cum spiritu Pauli, & virtutes dñi Iesu, vt iam non essent alius aliū se mordentes, & comedentes,
B vt cōsumerētur ab inuicem. Consumit enim dissensus, sicut cōgregat cōsensus, & separat Iesum qui in medio cōsentientiū sibi solummodo inuenitur. Et proprie quidē in duobus istis generibus fit consensus: in fide, sicut ait Apostolus, Vt sitis perfecti in eodē sensu, id est secūdum eadē dogmata: & in eadē sententia, id est vt similiter cōuersentur. Ideo dicit, Si duo vestrū cōuenerint super terrā, de omī re quicquid petierint fiet eis. Manifestum est autē quoniā vbi nō fit de omni re cōsensus, nec duo cōuenerūt sup terrā. Et ista est causa, propter quā non exaudimur orantes, quia nō cōsentimus nobis per omnia sup terram, neq; dogmate, neq; cōuersatione. Adhuc autē, si corpus simus Christi, & posuit de⁹ singula membra in corpore, vt id ipsum sapiant mēbra, & cōsentiant, & sollicita sint, & patiēti membro vno cōpatiantur omnia, & glorificato cōgaudeant omnia, debemus in nobis musicum istū seruare cōcentū. Sicut enim in musicis nisi fuerit cōuenientia vocū non delectat audientē, sic & ecclesia, nisi consensum habuerit, nō delectatur deus in ea, nec audit voces eorū. Consentiamus ergo, vt cōgregatis nobis in nomine Iesu, sit Iesus ī medio nostrum: verbum scilicet dei, & sapientia, & virtus ipsius. Est & alia expositio verborū istorum, quā exposuit quidā ante nos exhortās C
ad castitatem coniuges. Si duo (inquit) vestrum conuenerint, id est vir & vxor & cōsensu semetipsos ab inuicem separantes a corporali cōiunctione, vt vacent orationi: tunc enī orantes de omni re quācunq; petierint consequentur, præstante eis deo per talem castitatis consensum. Et iste cōsensus nō videtur cōiugium soluere, sed virtutem continētiæ exercere. Si autem alter voluerit caste agere, alter vero noluerit aut nō potuerit, & propter ea ille volens & potens nō cōdescenderit nolenti, & non potenti, non erit in eis quod dicitur, De omī re quācūq; petierint fiet eis. Scio & aliā expositionem. In malis enim hominib⁹ D
peccatum carnis animæ dominatur ad obœdiendum ei in desideriis eius. In his autē qui expulerunt quasi de throno corporis sui peccatum, quod regnauerat prius in eis, & certant aduersus ipsum, caro quidem cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnem. In viris autem perfectis obtinuit spiritus, & opera carnis mortificauit, & commendauit vitam suam carni, vt viuificet mortalia corpora sua propter inhabitantem spiritū in eis, & fit cōsensus duorum, spiritus & carnis super terrā: quo consensu explero, & oratio trāsmittitur corde quidem credēti ad iustitiam, ore autem cōfitenti ad salutē: vt cor nō sit longe a deo, sed cum eo, vt iā nō labiis

appropiet ei: & sic fiūt duo cōgregati in nomine Iesu. Adhuc autē beatius est si tres conuenerint in nomine Iesu, vt impleat apostolicum illud votum. Deus autē sanctificet vos ad perfectum, & integer spiritus vester, & anima, & corpus sine macula seruetur in aduen-

E tū domini nostri Iesu Christi. Potest autē fieri, vt duo cōueniant sine tertio. Iucūdum est autem istum cōsensum intelligere etiam circa cōuenientia duorum testamētorū. In quo enim testamēta duo conueniūt sibi, vt nullus sit inter ea dissensus eorum, inuenitur oratio de omni re acceptabilis deo. Si autem & tertium congregatorem duorū requiris, non te pigeat dicere spiritū esse sanctum: quoniam sermones sapientium siue ante aduentum, siue in ipso aduentu, siue post aduentum sunt quasi stimuli, sunt quasi fixorii implātati, dati ab vno pastore. Sicut em̄ duos boues altercantes stimulus cogit in vnum venire, ita & sermo sapientiū duo testamenta cōuenientia reddit, etiā si in quibusdā inconuenientia videantur apud eos, qui non possunt attingere profundum consensum eorū. Nec illud praetereas, quoniā nō dixit in medio eorum ero, sed in medio eorū sum. Ergo non medius futurus est, neq̧ medius esse tardabit, sed mox vt consenserint inuenit Christus in eis, quo-

F niā & Christ9 cōfessus est ipse. TVNC acce
» dēs Petrus dixit ei. Dn̄e quoties peccauerit in
» me frater me9, & dimittā ei? vsq̧ septies? Di-
» cit ei Iesus, non dico tibi vsq̧ septies, sed vsq̧
» septuagies septies. Quod putat simpliciter dictū a Petro, quasi putāti septē peccata fratri dimittere peccanti in se, octauum autē nequaq̄: a saluatore autem quasi docēte ꝓximi in se peccata nō solū septē dimittere oportere, sed etiam septuaginta septem: post septuaginta autē septem iā neq̧ fratri dimittere: satis mihi videtur cōtemptibile, & indignū, & quantū ad Petri profectū in Christo, & quātū ad Christi eminentissimū intellectū. Ergo

G nę forte etiā haec verba habēt aliquē similem intellectū eis quę dicuntur in Genesi? Numerus ergo sextus videtur esse operis & laboris: Septimus autem repausationis. Et vide si potes intelligere, eū quidē qui diligit mūdum, & ea quae sunt in mundo operatur, & secularia agit, dicere septies peccare, & finē ei peccatorum esse numerū septimum. Tale ergo aliquid itellexit Petrus septē peccata existimans indulgere proximi sui in se. Quoniā autē decades & hecatontades aliquē sermonē cōmunem habēt ad numerū qui in monadibus est, & sciebat Christus extendere aliquos peccata sua etiā vlterius, ꝓpterea existimo Christū iuxta septenarium numerū, etiam septuaginta addidisse, vt dicat remissionē fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus, & secundum res huius mundi peccātibus. Si autem aliquis supergrediens ea peccata quae fieri solent in rebus mundialibus & secularibus vltra peccauerit, si tamen & hoc possibile fuerit, iam non habebit iustam remissionem peccatorum suorū: quoniam remissio in istis rebus locum habet, & in istis peccatis iuste pręstatur, siue tardius fiat remissio, siue cito. Nō est ergo remissio neq̧ fratri qui supra septuagies septies peccat. Considera autem si potes, & in natura omnium peccatorū vbicunq̧, vel quandocunq̧ factorum, vel fieri potentium quoniam est differentia, cogitationem aliquā habens ad numeros: vt dicas omnium peccatorum pessima esse quae sunt supra numerū septuaginta septem, quando nec Iesus consiliatur Petro suo remittere supra numerū illum peccata, etsi a fratre fiant in eum. Adhuc autem considera si potes secūdum ea quae de Petro tradidimus, cui portae non praeualent inferorum, & hic intelligere eum, vt quasi in Petrum aliquis peccet, qui in talem peccauerit qualis fuit Petrus, & secūdum huiusmodi quidem peccata esse eum in minori numero non habenti peccatorum remissionem.

Secundum Mattheū. Cap. XVIII.

N ILLO tēpore, dixit Iesus »
discipulis suis parabolā hāc. »
Simile est regnū coelorū ho- »
mini regi, qui voluit ratio- »
nē ponere cū seruis suis. Et »
cum coepisset rationem po- »
nere, oblatus est ei vnus qui debebat decem »
millia talenta. Et reliqua. »

Homilia Origenis de eadem lectione. Numero. VII.

Ropositum quidem parabolae vult docere faciles nos esse ad indulgēdum eis qui nocuerint nobis, maxie si postq̄ nocuerint satisfaciant nocitis nobis, & deprecētur dari sibi veniam eorum quae offenderunt. Illud H quoq̧ nos instruit, ꝙ etiam eorum peccatorum quae iam nobis a deo indulta sunt, reuocationem faciet deus etiam post indulgentiam, nisi indulserimus offendentibus nos ita ex corde, vt nec modicam aliquam memoriam offensionūm earum apud nos reseruemus. Post hanc parabolae voluntatē, est qui-

dem & simpliciter per singula verba eā discu-tere vniuersam, vt negotietur quis ex ipsa dis-sensione dictorū, quę singula diligenter inqui-rit. Est & sublimior expositio & mysterialior, secundū quā rationis est quærere quis est rex & qui serui, & quod principium ponendi ra-tionem cum seruis, & quis est debitor talēto-rum multorū, & quę vxor eius, & filii eius, & quę omnia eius quę rex vēdi præcepit, vt red-datur debitum de facultatibus eius: quid est egredi eum qui accepit indulgentiam talen-torū multorū: vel quis est ille cōseruus vnus, qui nō patrifamilias, sed seruo indulgentiam debitorum suorū consecuto debebat: & quid sibi vult numerus centū denariorū, & quid est suffocare, & dicere, redde quod debes: & quis est ille carcer in quem cōseruum suum detru sit indulgentiam consecutus talentorū mul-torū: & qui conserui, qui sunt contristati, & domino nunciantes oīa facta: & qui sunt tor-tores quib9 traditus est is qui cōseruū suū de trusit in carcerem, & quō reddidit tortorib9 traditus omne quod debuit, vt iam nihil de-beret. Iam nunc propositā expositionem tan-gamus. Simile est (inquit) regnū cœlorum ho

A mini regi. Si regnū cœlorum assimilatum est cuidā homini regi, videamus in primis quid sit hoc ipsum regnū cœlorū quod assimilatū est homini regi, nisi filius dei. Ipse est enim re gnum cœlorū. Et sicut ipse est sapientia, ipse est iustitia, ipse veritas: ita ipse est regnū. Re-gnū autē nō alicuius eorū qui sunt deorsum, nec quorūdā eorum qui sursum habētur, sed omniū qui sunt sursum qui appellati sunt cœ li. Secundū hoc dicere potes, quoniam ipsorū est Christus secundū φ ipse est regnū, regnās quotidie in sensibus eorū, sicut est regnās, & iustitia, & sapientia, & veritas, cæteręq; virtu tes in eo qui factus est cœlū per hoc φ porta uit cœlestis imaginem. Hoc ergo regnū cœlo rum quādo factum est in similitudinē carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatū: tunc similis factus est homini regi vniens eū sibi, & per omnia faciens eū sibi vnū: & secundū hoc mysterium suscepti hominis, factus est Iesus Christus: quoniā qui cōiungit se dño, fit spi-ritus vnus cum eo. Hoc itaq; regnū cœlorū quod assimilatū est homini regi, per anticipa tionē dicitur quia voluit ponere rationē cū seruis suis. Nondū enim ponit. Positurus est au tē, vt appareat quomodo vnusquisq; dñi sui & regis probabilib9 & intelligibilib9 pecuniis

B vsus est. Quas vnus quidē amplius, alius aūt accipit minus: secundū enim virtutē vniuscu iusq; alii quidē dātur quinq; talēta quasi tan-tū sufficienti tractare, alii aūt duo, quasi mi-nus potēti, alii autē vnū, quasi adhuc impotē tiori. Et si quis cōsideret varietatē humana-rū animarū, & ingenia hominū distātia inter se, qm̄ iste quidē facit ad plures virtutes, ille autem ad pauciores: alius vero ad istas facit, ad illas autē nō facit, forsitan intelligere po-test quomodo vnaquęq; aīa venit cū aliqui-bus dominicis pecuniis in hunc mundū. Ad-huc autē quętes verū oēs hoīes serui sunt re-gis huius, aut quidā quidē serui, quos præsci uit, & pdestinauit, alii aūt nō serui, sed qui ne gociātur cū seruis. De quib9 & dicit cuidā ser-uo. Nō oportebat te dare pecuniā meā ad mē sam, vt ego veniens cū vsuris recepissem eā? Et sic requires verū extra seruos habentur, a quibus cū vsuris pmittit se recepturum dñs, nō solū qui sunt alieni a fide, sed etiā creden-tium quidā: serui autē hi soli, quantū ad istas parabolas, qui dispēsatores verbi habētur, & quib9 hoc est cōmissum, vt negocient & fœ-nerēt. Nec eñ omnibus cōsequēs est intellige re dictū, Negociamini donec redeo. Et sequi-tur: vt cū posita fuerit ratio cū seruis, requi-ratur etiā quęcūq; fecerūt serui ad eos qui ex tra domū fuerāt regis. Nec eñ cōseruus inue nitur fuisse villico illi iniquitatis, qui centum C tritici coros debebat, aut centū olei batos, secundū φ ipse villic9 manifestat dicēs. Quā-tum debes dño meo? Et nō dixit dño nostro. Intellige aūt mihi oēm quidē actū bonum lu crum dici, malū aūt dispendiū. Et sicut est dif ferentia inter lucrū, & lucrū pecuniarū, sic & in bonis operibus differentia est inter bonum opus & bonū: sic differentia inter malū opus & malū. Quorū differentiam solus deus scit, qui potest talia ista discutere, & ex ipso affe-ctu verborū, vel actuū videt quę nostra ex no bis videntur, sed nō sunt ex nobis: & quod est opus magnū lucrū, vel qđ mediocre, vel qđ exiguū: ecōtrario qđ peccatū, magnū dispen-diū inuenitur cū ratio ponitur, vel quod mi-nimū, vel qđ est damnū nouissimi quadrātis. Omnis ergo vitę nostrę ratio est ponēda a re ge, qm̄ oēs nos præsentari oportuerit ante tri bunal Christi, vt reportet vnusquisq; ppria corporis put gessit siue bonū siue malū: & ad ducet ad rationē etiā oēe verbū ociosum qđ locuti fuerint hoīes: vel si qs aliqū potaue-rit aliquē calicē aquę frigidę tātum in nomi-ne discipuli. Hęc aūt nō sic dici putam9, qua-si opus habētia multo tēpore vt ponat nobis D ratio de oībus actib9 vitæ nostræ: vt suspitio fit rege ponēte singulis in tāta seruorū mul-titudine rationem, ne forte res ipsa necessa-

rium habeat longũ tēpus, quoadusq; ad finē peruenīat omnia, quæ ab initio mũdi vsq; ad cõsummatio:ē seculi non vnius, sed multoꝶ seculorũ sunt gesta ab oïbus. Sed non est ita. Volens em̃ deus ventilare omniũ mentes, vt vnusquisq; sentiat ꝓprios actus bonos vel malos: cito oïa ab oïbus omni tēpore gesta singulis qbusq; faciet in mēte ineffabiliter quadã virtute. Nec em̃ sicut nos volētes in mente facere alicui ea q̃ fecit, opus habem⁹ tēpore sufficienti ad cõsummationē eorũ quæ dicũtur a nobis, & in memoriã redigũtur: sic & deus opus habet tēpus volēs nobis in mente facere oïa quæ gessimus in vita, vt cognoscētes vniuersa q̃ fecimus, intelligamus ꝓpter q̃ aut punimur, aut honoramur. Si qs aũt celeritati diuinæ virtutis circa hęc omnia cõsummanda nõ credit: hic nondũ intellexit deum qui oïa fecit, & nõ indiguit spatio tēporis alicuius ad faciẽdã cœli & terræ & oïm quæ in eis sunt creaturã. Nã & si videt̃ in sex diebus fecisse oïa deus, maxime quia dicit, Hic est liber gñationis cæli & terrę, qua die facta sunt cælũ & terra: audendũ est tñ, & dicẽdũ, quoniã tēpus futuri iudicii nõ opus habebit spatio tēporis, sed sicut resurrectio dicit̃ futurã in momento, in ictu oculi: sic puto & iudiciũ
E fore. Post hęc videam⁹ qđ est qđ ait, Incipiente eo ponere rationem oblatus est ei debitor vnus multoꝶ talētoꝶ. Initiũ iudicii est incipiēs a domo dei, q dixit sicut scriptum est in Ezechiele, angelis q cõstituti fuerãt super pœnas, A sanctis meis incipite. Qđ initium ictui oculi simile est, qm̃ in ictu oculi oïm sanctoꝶ acta considerans iudicat eos. Sic & tēpus ponẽdę rationis erit, qđ cõcipit̃ mēte. Nec enim obliti sumus q̃ dicta sunt supra de debētibus plura. Propter qđ nõ qdē scriptũ est, ponente aũt eo rationē, sed ita: Incipiēte autē ponere rationē. Oblat⁹ est in prĩcipio ponẽdę ratiõis debitor multorũ talētorũ, q ad millia multa fecerat dãna, & magna qdē ei erãt iniũcta, & credita multa, nullũ tñ dño attulit lucrũ, ita vt debitor efficeret̃ multorũ talētorũ. Et forsitan ideo multoꝶ talētoꝶ factus est debitor, quoniã secutus est mulierē sup talentũ plũbi sedētē, cuius nomē iniqtas. Intellige autē vnũ quodq; maximũ peccatũ dici talētum damni dñici, qualia peccant fornicatores, adulteri, molles, masculoꝶ cõcubitores, idololatrę, homicidę, sicut & iste nihil modicũ, sed oïa magna & pessima peccauit, q oblat⁹ est regi. Qui forsitã tot talēta pdidit, quãtos pdidit hoïes qui receperũt eũ in se talia operantē peccata. grande est em̃ hoc & honorabile vir misericors, & honorabile quasi talentũ dignum siue aureũ, qualis fuit lucerna illa talēti aurei, siue argenteum talentũ, aut cuiuslibet alterius metalli intelligibilis, quorum mysteria in verbis dierũ scripta habētur. sicut & Dauid ditatus talētis multis, quorũ & numerus est ostēsus in talētis aureis tãtis, & argenti tantis, & reliquorũ metallorum quæ illic nominant̃, ex quibus fabricatũ est tēplum. Et cũ nõ habe- F
ret vnde redderet, iussit eũ vendi, & vxorem ››
eius, & filios eius, & oïa eius, & reddi debitũ. ››
Opus est ergo dicere secũdũ voluntatē Christi, quis est debitor talētorũ multorũ, & quæ vxor eius, & qui filii ei⁹, & omnia ei⁹, & quis est debitor q ipsi debitori debebat, & q cõseruī vidētes hũc quidē effocantē, illũ autē effocati. Et sicut est quidē, vere confiteor neminē exponere posse, nisi solum Christũ, qui discipulis suis omnia secreta soluit, veniēs in sensum eorũ, & aperiens eis parabolarũ thesauros, obscuros, secretos, inuisibiles, & confirmãs demonstrationibus indubitabilibus, aut eũ quē voluerit illuminare scientiæ lumine, vt intelligat omnia parabolę huius: siue autē potest esse diabolus, siue homo peccati, siue & neuter eoꝶ, aut alius aliquis eorũ qui sub diabolo sunt. Est em̃ sapiētię hoc opus. Quãdo autē secundũ parabolã homo rex voluit ponere rationē, videre est dignũ, & ad quod tēpus quæ dicũtur referre debemus. Si enim post consummationē aut sub ipsa cõsummatione secũdũ tēpus sperati iudicii, quomodo quis soluet quod dicit̃ de eo q denarios centũ debebat, & effocabat̃ ab eo q multoꝶ talentorũ veniã fuerat cõsecutus? Si autē ante iudiciũ, qui potest ostendere positam rationem ab homine rege cũ seruis suis? Dicimus igit̃ quoniã videt̃ de tēporibus iudicii prædictis hoc fore. Probatio autē huius est vna quidē parabola istius ipsius euãgelii posita in extremo: altera autē secũdũ Lucã. Sed ne exponen G
tes eam prolongemus sermonē, breuiter dicimus quoniã parabola quidem secundũ Matthęum, Homo quidã peregre profectus vocauit seruos suos, & tradidit eis substantiã suã, & alii quidē quinq;, alii autē duo, alii aũt talentũ vnũ. Et post multũ tempus reuersus est dñs seruorũ eorũ. Et his ipsis sermonib⁹ scriptũ est, qm̃ posuit rationē cũ seruis suis. Cõsidera ergo qđ ait, Et posuit rationem cũ eis, & cõfer cũ isto qđ dictũ est, Incipiēte autē eo ponere rationē: & videbis quoniã pegrinatio nē quidē patrisfamilias appellauit tēpus secũdũ qđ donec sumus in corpore pegrinamur a deo: aduentũ eius, quãdo post multũ tēpus

venit dñs seruorũ eorũ, tẽpus esse iudicii cũ
A venerit in cõsummationẽ. Secundũ Lucã au
tem clarius manifestat, quoniã homo quidã
nobilis profectus est in regionem lõginquam
accipere sibi regnũ, & reuerti. Proficiscẽs au-
tẽ vocauit decẽ seruos suos, & dedit illis de-
cẽ mnas, & dixit eis, Negociamini dũ venio.
Iste autem nobilis vir, qui odiebatur a ciuib⁹
suis, qui miserãt legationẽ post eũ, nolẽtes eũ
regnare sup se, reuersus est regno accepto, &
vocauit seruos qbus dederat pecuniã, vt vi-
deret quæ esset negociatio eorum. Quis ergo
non dicat quoniã nobilis ille homo q abierat
in regionẽ longinquã accipere sibi regnum &
reuerti, Christus est, q abiit accipere regnũ &
mũdi, & omniũ quæ in eo sunt? Qui aũt de-
cẽ acceperant mnas, sunt quibus dispensatio
verbi credita est. Ciues aũt eius secũdũ ꝙ na-
tus fuerat in hoc mũdo, & susceperat huma-
nã naturã, q noluerũt eũ regnare, Iudęi sunt
q ei credere noluerũt, & cęteri infideles. Hæc
retulimus ex eis volẽtes ostendere, quoniã &
hoc qd̃ dicit, Qui voluit ponere rationẽ cum
seruis suis: ad tẽpus consummationis refert,
quãdo etiã rex ẽ regno accepto: quo accepto
voluit ponere rationẽ cũ seruis suis, & inci-
piẽte eo ponere, oblatus est ei vn⁹ debitor ta
B lentoꝝ multorũ. Oblatus est autẽ quasi regi
a suis ministris videlicet angelis. Et forsitan
vnus est iste cui cõmissa fuit quædam villica-
tio magna: & qa nõ bene villicauit, sed disper
sit oĩa sibi cõmissa, quasi factus debitor talen-
toꝝ multoꝝ. Hic nõ habẽs vnde redderet, iu
betur vẽnũdari a rege, cũ vxore, cui cõmuni-
cãs factus est pater multorũ natorũ. Opus est
autẽ nõ mediocre videri in intelligibilib⁹ pa-
trẽ, & matrẽ, & filios. Sicut eñ Hierusalẽ quę
sursum est, est mater Pauli, & oĩm similiũ ei:
sic mater est quorũdã qdẽ Syene Aegypti vel
Mẽphis, aliorũ aũt Tyrus & Sidon: & cęteræ
ciuitates quæ noĩatę sunt in scripturis gẽtiũ
impiarũ. Et sicut Hierusalẽ sponsa est ornata
viro suo Christo, sic & illę matres viroꝝ quo
rũdã possidẽtiũ eas, cõiuges sunt, vel sponsæ.
Et sicut sũt qdã filii Hierusalẽ quasi matris,
& Christi qsi patris: sic sunt qdã filii Syenes
vel Mẽphitis, vel Tyri, vel Sidonis, & ꝑposi-
toꝝ eis pricipũ, quasi patrũ. Et forsitan & iste
vnus qui oblatus est homini regi habet vxo-
rẽ, & filios: quos primũ quidẽ iussit rex vẽnũ
dari: postea autẽ misertus dimisit ei omne de
bitũ: nõ ignorãs futura, sed vt nos discamus
C qd̃ actũ est. Vnusquisq; ergo habentiũ secun
dũ ꝙ diximus vxorem, vel spõsam, vel filios,
daturus est rationẽ cum venerit rex ponere
rationẽ, etsi in initio ponendæ rationis obla-
tus est. Vnusquisq; eñ eorum habet & debi-
tores, quasi principes alicuius vel Syenes, vel
Memphitis, vel Tyri, vel Sidonis, vel alicui⁹
huiusmodi. Iste ergo dimissus est, & indulgẽ-
tiã consequutus exiens a rege inuenit vnũ de
cõseruis suis qui debebat ei denarios cẽtum:
& effocabat eũ dicẽs, Redde si qd debes. Ideo
arbitror effocabat eũ, quoniã a rege exierat.
nec eñ effocaret cõseruum suũ, nisi excessis-
set a rege. Adhuc cõsidera subtilitatẽ scriptu
ræ, quoniã seruus quidẽ multorũ talẽtorũ de
bitor, procidẽs adorauit regẽ quasi regẽ, qui
acceperat regnũ, & venerat ad rationẽ ponẽ-
dã. Qui autẽ centũ denarios debebat: proci-
dẽs nõ adorauit, sed rogauit cõseruũ dicens,
Patiẽtiam habe in me, & omnia reddam tibi.
Et rex quidẽ misertus dimisit eũ cum debito
vniuerso, iste autem nec misereri voluit suo
cõseruo. Et ille quidem & priusq̃ dimitteret
nõ misit in carcerẽ debitorem talentoꝝ mul-
torũ, sed iussit eum vẽnundari, & vxorẽ, & fi-
lios eius, & reddi debitum. Iste autem vadens
in carcerem misit cõseruum, donec redderet
qd̃ debebat. Sunt autẽ & conserui quidã eius D
qui indulgẽtiam est cõsequutus talentorum
multorũ: qui videntes quæ facta sunt a seruo
immisericorde, habentes videlicet misericor
diã similem regis, cõtristati sunt valde super
eum qui centũ debebat denarios, & in carce-
rem fuerat missus: & volẽtes iuuare missum
in carcerem, enarrauerunt domino quæ fue-
rãt acta. Et vide quia nõ est scriptum, detra-
xerunt, vel dixerunt, sed enarrauerũt. Et tũc
vocãs eum dominus eius, dixit ei qd̃ nõ dixe
rat prius. Sicut eñ pius & misericors rex, nõ
dixit i primis sibi ei oblato quasi debitori ta-
lentorũ multorum, serue nequã & male: hoc
enim reseruauit, vt nõ de pecuniis, sed de cõ-
seruo in carcerẽ misso diceret. Tũc autem &
improperauit ei de indulgentia debitorũ do-
nata propter petitionẽ. Vide autẽ & humili-
tatẽ regis, quoniã aliud quidem fecit debitor
talentorũ multorũ, aliud autẽ nominat⁹ rex.
Debitor enim ille procidens adorauit eũ di-
cens. Dominus autem eius, & rex vocans eũ
nõ dixit, omne debitum dimisi tibi quoniam
adorasti me, sed quoniam rogasti me. Et ira-
tus tradidit eum tortoribus, donec redderet
omne debitũ. Et iam nõ iussit eũ vẽnundari,
& vxorem eius, & filios eius, quia prius eum
oportuerat pati, propter malitiã suam tradi-
tum tortoribus, donec redderet omne debi-
tum tortus ab eis. Qui autem sunt isti torto-
res, qui cõstituti sunt sup pœnas? ET factũ E

» est, cum consummasset Iesus sermones istos,
» trāsiit iude,& venit in fines Iudeę,& reliqua.
Non ad mediā Iudæam,sed ad fines vbi erat
Iordanis diuidens,vsq; traus illū secutæ sunt
eū turbæ multę, quas & sanauit in ipsis fini-
bus Iudeę trans Iordanē,vbi baptismū daba-
tur hominibus.Et forsitan ideo dicit̄ de tur-
bis sequentibus dominū ad baptismum Iorda
nis,Et sanauit eos ibi.Vere ēm omnes ab in-
firmitatib9 suis spiritalib9 saluātur iu bapti-
smo.Qui autem in Iordane fuerint baptizati,
qui est in mysterio Christi ex duobus fonti-
bus factus diuinitatis & carnis. Considera au
tem differentiā turbarū, & Petri qui omnia
reliquerat & secutus fuerat eū. Turbę ēm nō
dixerūt ei qđ dixit Petrus,Ecce nos oīa reli-
quimus,& secuti sumus te,quid vtriq; erit no
bis?Et de turba quidē scriptum est,Et secutę
sunt eū turbæ multę. Matthęus autē dicente
domino ipsi,Sequere me,nō simpliciter secu-
tus est,sed surgens secutus est. Magnū ēm est
surgere,& sic sequi Christū.Ergo multi qui-
dem sequuntur Christum sicut turbę secutæ
sunt,tamen nō surgētes vt sequātur,neq; re-
linquētes omnia sua propria.Pauci sunt autē
qui surgētes sequunt̄,& omnia relinquentes.
F ACcesserūt autem ad Iesum Scribę & Phari-
» sæi,tētantes eū & dicētes.Si licet homini di-
» mittere vxorem suā quacūq; ex causa? Ergo
accedētium,& interrogātium Christū, erant
quidā tentantes. Tentato autem domino ta-
li,quis discipulorum eius grauiter ferat, qui
positus est ad docendum, si tentatus fuerit a
quibusdam? Tamen tentatoribus respondit
dogmata pietatis.Quidam ergo dicebant. Si
licet homini dimittere vxorem suā quacunq;
» ex causa?Quibus respōdēs dixit. NVM legi
» stis,quoniam qui fecit ab initio masculum &
» fœminā fecit eos:& dixit,Propter hoc relin-
» quet homo patrē & matrē, & iūgetur vxori
» suę,& erūt duo in carne vna? Itaq; iā nō sunt
» duo,sed caro vna.Quod ergo deus cōiunxit,
» homo non separet. Et puto q; Pharisęi qui
dicebāt, Si licet homini dimittere vxorē suā
quacūq; ex causa, ideo proposuerūt hoc ver-
bū,volentes eū reprehendere quicquid dixis-
set:vt si quidē dixisset,licet dimittere,culpa-
rēt eū quasi soluentē cōiugia: si autem dixis-
set nō licet, iterū culparēt eū quasi iubentem
viros cōiūgere mulieribus etiā cum peccatis.
Non autem videbāt quomodo eis manifeste
& irreprehēsibiliter fuerat respōsurus. Sic &
alibi interrogauerūt eū, Si licet dare tributū
Cæsari?vt si quidē dixisset date, culparent eū
quasi subdentem hominibus populum dei,&
addicentē eū Romanis,& non legibus dei. Si
autem dixisset nō licet dare, iterum culparēt
eum quasi seditiones,& prælia concitantem,
& facientē populum discēdere a Cæsare, qui
mundum tenebat. Vide autem quomodo ir- G
reprehensibiliter respondit.Primum quidem
interrogātibus, si licet dimittere vxorē qua-
cunq; ex causa,dicens: Num legistis quoniam
qui fecit masculum & fœminam fecit eos, &
cætera.Ad aliud autē quod obiecerunt dicē-
tes, Quomodo Moyses præcepit dare libellū
repudii? ait. Propter duritiam cordis vestri.
Vidit enim quia nō omnis causa iuste soluit
coniugiū.Sed quoniam oportet virū cohabi
tare mulieri,quasi vasi infirmiori, & reddere
ei honorē,& sustinere onera vitioꝝ eius, eos
qui in litera legis gloriabātur,ex ipsis Moysi
scripturis conuicit dicens. Num legistis quo
niam qui fecit ab initio masculum & fœminā
fecit eos?Et cętera. Tamen quoniā tetigimus
istum locū vbi & illud scriptum dicitur,Hæc
vocabitur mulier, qa de viro suo assumpta:
sciendum q; nihil proprium habet quantum
ad græcū, vel ad latinum sermonem, vt ideo
vocet̄ mulier, quia de viro suo assumpta est.
Propterea legētes hebraica, inuenimus origi H
nationem istam cōuenienter positam in He-
bræo.Habet autē hebraicū ita qđ intel-
ligitur & mulier & assumpta.Apud Hebręos
ēm mulier,assumpta vocat̄.Item, qđ est
a viro.Vides quomodo iunctū est iuxta
id est a viro sumpta.Vnde Theodotion
sic posuit.Hæc vocabit̄ mulier sumptio,quia
de viro suo sumpta est. Symmachus aūt ita,
Hęc vocabit̄ qđ est mulier a viro.Et qđ
debet esse inter eos q ex deo iungūtur dignū
deo qui iunxit,addidit dicēs, Itaq; iā nō sunt
duo. Vbi ēm concordia est, & consensus viri
ad mulierē, & mulieris ad virū, huius quidē
quasi principis, illius autē quasi obsequentis,
secundū quod dictū est,Et ipse tui dominabi
tur,vere de eis dicitur,Iam nō sunt duo.Er-
go deus est qui coniunxit duos in vnū, vt iā
non sint duo,vbi ex deo cōparatur vxor vi-
ro. Et quoniā deus coniunxit,ideo gratia est
in eis,quos deus cōiūxit. Quod Paulus sciēs
castā cōiunctionem gratiā appellauit,dicens.
Volo oēs esse sicut meipsum, sed vnusquisq;
propriam habet gratiā ex deo, alius quidem
sic,alius autem sic. Qui ēm ex deo sunt iūcti,
& sapiunt,& faciūt qđ mādat Apostolus, Vi
ri diligite vxores vestras sicut Christus dile
xit ecclesiā:Itē mulier vt timeat virū sicut ec
clesia Christū:eorū cōiūctio gratia dei ē. Sed I
quoniā Apostolus pfert, Et erūt duo in car-

ne vna, sacramentum hoc magnũ est, ego autẽ puto in Christo, & in ecclesia: dicẽdum est quoniã nõ dimisit Christus primam vxorem suã, id est primã synagogã, secundũ aliã speciem spiritalem seruãs qd dictũ est, Qd deus cõiunxit homo non separet: nisi quãdo adultera est vxor illa corrupta ab adultero inimico, cuius cõsilio & insidiata est viro, & interficere eũ voluit, dicens, Tolle de terra huiusmodi, & crucifige, crucifige eũ. Illa ergo potius abstinuit, q̃ vir ei⁹ eã dimisit. Et reliquit propter ecclesiã Christus vir patrem, cũ quo erat cũ in forma dei esset. Reliquit etiã matrẽ cũ esset & ipse filius Hierusalẽ q̃ erat sursum secundũ corpus: & coniunctus est vxori suæ, isti quæ ceciderat huc: & facti sunt duo in carne vna. Propterea eñ & ipse caro est factus, cũ esset verbum, & habitauit in nobis: & sunt vna caro, quoniã de muliere ecclesia dicit: Vos estis corpus Christi & membra ex mẽbro. Nec est aliud corpus Christi a corpore ecclesię, sed vnũ sunt corpus. Et deus illos vniuit, mandãs vt homo non separet ecclesiã a Christo, quos deus coniunxit. Vnde omnis anima q̃ cognoscit se inseparabilẽ eẽ a Christo, sic dicit: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia? & cætera. Et cõfido, quia neq; mors, neq; vita, neq; aliquid eorũ quę sequunt, poterit nos separare a charitate dei, q̃ est in Christo Iesu. Post hæc accedamus ad verbũ pharisæorũ qd dixerunt ad Iesum. Quid ergo Moyses pręcepit dare libel-

A lum repudii, & dimittere? Quoniam Moyses legem scribens nõ tantum aspexit quæ sit vera iustitia, sed secũdum infirmitatem eorum propter quos lex ponebatur condescendens plura mnadauit, sicut est & lex dãdi repudii. Q; autem secundũ infirmitatem eorum dabatur, & non secundum iustitiam, subiectus sermo demonstrat dicens: Ab initio autẽ non fuit sic. Et in nouo quoq; testamẽto sunt quędam nõ secundũ veram iustitiam, sed secundũ duritiam cordis hominũ carnalium constituta. vtputa propter duritiã cordis vestri lex data est dicẽs. Bonũ est mulierem nõ tangere: propter fornicationem autẽ vnusquisq; propriã habeat vxorem, & vnaquęq; propriũ virum: & cætera. Si autẽ hoc propter duritiã cordis nostri mandatũ est, quãto magis illud propter duritiã cordis nostri est, qd alibi dicit de viduis volẽtibus iterũ nubere, q; si non se cõtinẽt, nubãt: melius est eñ nubere q̃ vri? Scio eñ quosdã, qui præsunt ecclesiis, extra scripturã permisisse aliquã nubere viro priori viuente: & contra scripturã quidem fece-

rũt dicentẽ, Mulier ligata est quãto tempore viuit vir eius. Item. Viuẽte viro adultera vocabit, si facta fuerit alteri viro. Non tñ omnino sine causa hoc permiserunt: forsitan enim propter huiusmodi infirmitatẽ incontinentium hominũ, peiorum cõparatione quæ mala sunt pmiserunt aduersus ea quæ ab initio fuerant scripta. Dico autẽ vobis quoniã quicunq; dimiserit vxorem suam nisi ob causam fornicatiõis, & aliã duxerit, mœchatur. Forsitan audax aliquis, & Iudaicus vir aduersans doctrinę Saluatoris nostri dicet quoniã & Iesus dicẽs, Quicũq; dimiserit vxorẽ suã excepta causa fornicatiõis facit eã mœchari, permisit vxorem dimittere queadmodũ Moyses, quẽ retulit propter duritiã cordis Iudęorum hoc præcepisse: & hãc ipsam inquiet esse causam fornicationis per quam iuste vxor a viro dimittitur: secundũ quã & Moyses præcepit dimittere vxorem, si inuẽta fuerit res turpis in ea. Sed ad hoc ita est respondendũ, quoniã si secundũ legẽ adultera lapidatur, manifestũ est quoniã nõ secundũ hoc intelligit res turpis. Nec eñ in causa adulterii oportet dare libellũ repudii. Sed forsitan Moyses oẽm culpã mulieris turpem rem appellauit: quę si inuẽta fuerit in vxore nõ inuenienti gratiã coram viro suo, scribitur ei libellus repudii, & dimittit de domo mariti. Qd ab initio non sic fuit. Post hoc autem dominus non permittit propter aliam aliquam culpã vxorẽm dimittere, nisi propter solam causam fornicatiõis, dicẽs. Quicunq; dimiserit vxorẽ excepta causa fornicationis, facit eã mœchari. Quærẽdũ est autẽ, si propter solam causam fornicationis dimittere iubet vxorem, quid sit si mulier nõ quidẽ fuerit fornicata, sed aliud quid grauius fecerit, vtputa venefica inueniatur, aut interfectrix cõmunis infantis nati, aut in quocũq; homicidio, aut exportãs domum, & male dispergens substãtiã viri, aut furta viro faciẽs, si iuste huiusmodi mulier dimittat, cũ dominus excepta causa fornicationis dimittere vetet? Ex vtraq; eñ parte aliquid inhonestũ videt: nescio autẽ si vere inhonestum. Talia eñ mulieris sustinere peccata quæ peiora sunt adulteriis, & fornicationibus, irrationabile esse videbit. Item facere cõtra voluntatẽ doctrinæ Saluatoris, omnis confitebitur impiũ esse. Disputo ergo quia nõ præceptiue mandauit, vt nemo dimittat vxorem excepta causa fornicationis, sed quasi exponens rem dixit, Qui dimiserit vxorẽ excepta causa fornicatiõis, facit eã mœchari. Et vere quidem quãtum ad se facit eam mœchari, dimittens

eā nō mœchantē. Si eīn viuēte viro adultera
vocatur si facta fuerit altera viro, sine dubio
q dimittit dat ei occasionē secūdarū nuptia-
rū,& propter hoc facit eā mœchari. Sed vir
qui quātū ad se vxorē dimittēs fecit mœcha-
ri,vtputa veneficā,vel homicidā,aut aliquid
huiusmodi cōstitutā,si iustā excusatiōnē ha-
D bet apud deum,tractabis.Potest autē & citra
dimissionē propter alias causas facere vir vt
vxor eius mœchetur: vtputa q supra mensu
rā pmittit vxorē suā agere qd vult, & in ami
citiam descēdere virorū quorū vult.frequen-
ter eīn ex simplicitate virorū huiusmodi vi-
tia nutriunt ī mulieribꝰ. Sed si est excusatio-
nis locus viris talibꝰ in huiusmodi casibꝰ,di-
ligēter requirēs prōūcia. Itē & q abstinet se
a muliere sua frequēter facit eā mœchari,nō
adimplēs auiditatē ipsiꝰ, forsitā spe irrationa
bili sanctitatis, & castitatis ductus. Et forsitā
iste amplius reprehensione dignus,q̄ ille qui
quātū ad se facit eā mœchari dimittēs nō q-
dē fornicantē,in veneficio autē,vel in homi-
cidio, vel in qbuscūq aliis grauioribꝰ pecca-
tis inuentā.Qua eīn ratione adultera est mu-
lier q̄uis legitime nubere videat viro viuen-
te, eadē ratione & vir q̄uis legitime accipere
videat dimissam ab aliquo viro nō accipit le-
gitime secundū sententiā Christi, sed magis
E mœchat,quasi alienā accipiēs.Post hęc intel-
ligētes apostoli quāti sint casus īter coniuges
quos debet vir sustinere,& ppterea tenere q-
dem interitū esse, dimittere autē peccatū esse
in domino, responderūt ei quasi ad rem faci-
lem refugientes ad castitatē, & magis vtilē,&
dixerūt.Ergo nō oportet nubere si ita est cau
sa viri cū muliere. Ad hæc aūt Christ respō
dit dicēs, gratiā esse donatā a deo cōtinenti-
bus se omnino.Quæ gratia nō solū per conti
nentiā apprehēditur, sed multis orationibus
» a deo pstat. Hoc eīn significat dicēs, NON
» omnes capiūt hoc verbū,sed quibus datū est.
Quoniā aūt quidā calumniātur qd Christus
ait,Quibus datū est, quasi excusatiōnē habē-
tes,& volentes quidē esse in castitate,non au
tē prævalentes.Quibus est respondendum.Si
quidē accipimus simpliciter qd dictū est, Sed
quibus datū est: nō autem attēdimus qd ali-
bi dicit,Petite & dabitur vobis: & omnis qui
petit,accipit:aut fideles nō sumꝰ,aut ne sciē-
tes scripturas. qui eīn vult capax esse verbi
qd de castitate positū est, petat credēs dicēti,
& accipiet, nō dubitās de illo qd dictum est,
Omnis q petit accipit.Quis est ergo q petit?
Qui credit Christo dicēti. Si steteritis oran-
tes,credite quoniam accipietis. Debet autem
qui petit,omnia facere quātum ad se, vt oret
spiritu,oret & mēte: memor apostolici verbi
qd ait,Sine intermissiōe orātes. Vtile est au- F
tē & scire qd debeat petere qs, vt mereat acci
pere. Et quod ait,Dico vobis,etsi nō dabit ei
surgēs propterea q amicus est eiꝰ,tn̄ propter
importunitatem eius dabit ei quantos volue
rit.Et addit.Et ego vobis dico. Petite & dabi
tur vobis,quęrite & inuenietis,pulsate & ape
rietur vobis.Oīs eīn qui q̄rit inuenit, & pulsan
ti aperiet. SVNT Eunuchi, q ex vtero ma- »
tris suę nati sunt sic.Et sūt eunuchi,q ab ho- »
minibꝰ facti sunt. Et sunt eunuchi, q seipsos »
eunuchos fecerunt propter regnū cœlorum. »
Qui potest capere capiat. Priusq̄ exponamus »
quæ nobis vident in loco,notū fecimus duas
esse expositiones loci istius. Quidam siqui-
dem duas eunuchizationes carnales aspicien
tes,quasi cōsequēter dicere existimantes ausi
sunt etiā tertiā eunuchizationē dicere corpo
ralem, vtputa qui propter timorem dei cor-
poraliter eunuchizāt, & obiecerūt se oppro-
briis, & cōfusionibus nō solum apud alienos
fidei,sed etiā apud eos q ignorantiæ hominū
ignoscere solent. Alii autē,& plerique sic intel-
lexerunt nō discurientes modū consequentię
verborū: duas quidem eunuchizationes prio
res similiter prioribus expositoribꝰ carnales
esse dixerūt, & nihil spiritaliter intelligendū
in eis: tertiam autem enuchizationem dixe-
rūt ex verbo,non corporalē,quādo spe regni
cœlestis a seuerissimo verbo pręcidunt cōcu-
piscentiæ passionē. Et primi quidē facti ama-
tores euāgelicæ literę, & non intelligentes q
etiā hæc in parabolis loquutus est Iesus,con-
sequēter prioribus eunuchizationibꝰ duabus
corporalibus intellexerūt & tertiam,nō qui-
dem peccantea quantum ad consequentiam:
necessariē autē peccauerunt,quoniam ab ini-
tio duas illas eunuchizationes corporaliter
tantū intelligi putauerunt: consequens enim
erat postq̄ priores corporaliter intellexerūt,
vt tertiā quoque corporalē existimarēt.Secun- G
di autē interpretatores tertiam quidem eu-
nuchizationem salubriter exposuerunt fieri
verbi præcisione: non autem considerauerūt
quoniam talis expositio cōueniēs erat etiam
in prioribus eunuchizationibꝰ duabꝰ,secun-
dum similitudinem illius tertiæ.Quibus au-
tem displicet, quoniā est & euangelica litera
occidens,audiat(exempli gratia) quod dicit
ad apostolos suos.Quando misi vos sine sac-
culo, & pera, & calceamentis, an ne aliquid
vobis defuit? Qui dixerunt. Nihil. Respon-
dit Iesus.Sed nunc qui habet sacculum acci-

piat similiter & peram:& q non habet, vẽdat
vestimentũ suũ,& emat gladiũ. Si qs ergo li-
teram volens aspicere,& non intelligens volũ
tatem verborũ vendiderit vestimẽtũ sui cor
poralẽ,& emerit gladiũ,talis contra volũtatẽ
Christi suscipiẽs verbum eius,peribit: fortiã
& in gladio peribit. De quo autem gladio di-
cat,nõ est loci hui9 exponere.Sed & illud aspi
ciat.Neminem in via salutaueritis. Si qs non
discutiens qd volens Iesus hoc loco pręcepit,
quasi zelans virã Apostolorũ,neminem in via
salutauerit,is quasi inhumanus & stultus vi-
debit omibus:& sic docebit odire omẽs verba
Christi,quasi agrestes & inhumanos docẽtia
homines esse.Forsitan autẽ & morieẽ in odiũ
cunctorũ deductus,litera se occidente.Si autẽ
& dextrũ quis oculũ eiiciat,aut manum, aut
pedẽ,post opprobriũ insanię,infructuosum pa
tietur interitum. Nos autem si spirituales su-
mus,verba spiritus spiritaliter accipiamus,&
de tribus istis eunuchizationibus ędificatio
nem introducentes moralem. Eunuchi nunc
moraliter abstinentes se a veneriis sunt appel
landi.Eorum aũt qui se continent,differentię
tres sunt.Et quidam quidẽ sunt natura frigi-
diores prę cęteris viris,de quibus recte dicit:
A Sũt quidã Eunuchi,qui de vtero matris suæ
nascuntur sic.Quidã autẽ cõtinẽtes sunt pro
pter verba hominũ:quorũ cõcupiscẽtiã viri-
lem pręcidit nõ verbũ diuinum,sed verba hu
mana:vtpura q philosophati sunt apud anti
quos in gẽtibus,aut apud eos q prohibẽt nu
bere,apud hęreses:isti sunt Eunuchi q ab ho
minibus fiũt.Qui autẽ suscipit verbũ viuũ &
efficax,& acuti9 sup omnẽ gladiũ bis acutum
& gladium spiritus,sicut ait Apostolus,& pre
ciderit cõcupiscẽtiã suã, corpus suum nõ tan
gens:& hoc fecerit nõ incitatus ppter timo-
rem hoim,neq ppter laudẽ humanã,sed pro
pter solã spem regni cælestis:isti sunt q eunu-
chizauerũt seipos ppter regnũ dei.Magna er
go res est ppter regnũ dei suscipere eunuchi
zationẽ:qd nõ capiunt omnes, sed qbus datũ
est.Datum est autem omnib9 qui huiusmodi
B gladium petunt sibi ex deo.Si autem oportet
secũdũ historias moraliter intelligere Eunu-
chos,dicimus qm sunt qdam Eunuchi Phara
onis non generantes bonum,vt sint Eunuchi
illius escam ei offerẽtes eunuchizati. Sunt au
tem & hoies dei ppter hoc ipm Eunuchi nũ
q generãtes malũ,vt rędificent casus Hieru
salẽ.Et de primis qdem in Genesi scriptũ est:
de secundis autem in libro secũdo Esdrę,q di
xit.Et ego erã Eunuchus regis.Et tu ergo cõ
siderans inuenies quare ad restaurandũ tẽplũ

dei principatui Eunuchus elect9 est dign9.Di-
cũt eñ filii Hebręorũ Danielẽ & pueros tres
in Babylonia fuisse Eunuchizatos: vt implea
tur verbũ dei dicẽtis ad Ezechiam,Qm ex se
mine tuo accipiẽt,& faciẽt spadones in domo
regis Babylonis. Dicunt & q de eis pphetа-
uit etiã Esaias dicẽs:Ne dicat Eunuchus quia
ego sum lignũ aridum.Hæc dicit dñs Eunu-
chis.Si custodierint mãdata mea,& elegerint
quæ volo: ego dabo eis in domo mea locũ ele
ctũ & nominatũ,& meliorẽ filiis & filiab9.Bo
num est ergo scdm mysterialẽ locũ nec gene-
rare in Babylonia,sed sine semine esse quantũ
ad Babyloniã sicut Daniel,vt generem9 de spi
ritu sancto,sicut & ille & q cũ eo fuerũt,visio C
nes & pphetias,& cętera opa bona. TVNC
oblati sunt ei pueri,vt manus eis imponeret.
Discipuli autẽ increpabãt eos.Iesus aũt dixit:
Sinite pueros,& nolite phibere. Taliũ est eñ
regnũ cælorũ.Et imponẽs eis manus abiit in-
de. Sciẽdũ,qm non est qñ non offerunt pue-
ri Iesu de qbus dicit,quasi depositũ suscipiens
eos a deo:Ecce ego & pueri quos dedit mihi
deus. Puerorũ autem istorũ qdam qdem sunt
infantes:alii autem dicuntur lactentes, quasi
inferiores infantib9.Et dominus noster ex ore
vtrorũq percipit laudem,vt cognoscẽtes alia
beneficia eius in pueris,dicamus: Ex ore infã
tium & lactentium perfecisti laudẽ.Pueros au
tẽ dicimus,q adhuc in Christo carnales sunt
& infantes,quales esse Corinthios Apostolus
sciens dicebat.Et ego nõ potui vobis loq qua
si spiritalibus,sed quasi carnalib9,quasi paruu
lis in Christo.Tales autẽ pueri & tunc oblati
sunt,& quotidie offerunt Iesu. Signũ autem
oblationis puerorũ sunt multi,q i Christo p-
uuli cõstituti atq lactẽtes,& lacte opus habẽ
tes nõ esca pfecta,accedunt ad fidem: de qbus
dicit,q dixit:Quẽadmodũ si nutrix foueat fi
lios suos nutriẽs eos: Lac vobis potũ dedi nõ
escã:nõdum eñ poteratis,sed nec vsq adhuc
potestis.Exponẽtes autem euãgelistę hunc lo D
cum,qm qdem oblati sunt pueri Iesu retule-
runt:non autẽ manifestauerunt a qbus obla-
ti sunt,nobis videlicet relinquẽtes vt quæra-
mus qd ab illis est pretermissum: vtrũ euãge
listæ oẽs euentu prætermiserint cum possint
cõscribere vtrum a parentibus sint oblati, an
a matrib9:an ratione diuina & sapientia hoc
fecerint,vt ostendãt qm qui offerunt pueros
Iesu angeli sunt q accedunt & ministrant ei:
qm ipsi sapienter cognoscunt differentiã pue
rorũ vel infantium,quales Christo oportet of-
ferri. Volũtas autẽ offerentium pueros est,vt
man9 eis iponat Iesus & oret.Oratio eñ Iesu

Christi & tactus eius, pueris & infantib⁹ q nō possunt audire quę audiūt iā spirituales: sufficit ad auxilium eruditionis eorū. Apprehendit eñ eos virtus Iesu Christi cū manus suæ speculationis posuerit sup eos, & iam nullum malum eos cōtingit. Forsitan autē quantum ad textum, etiā offerentiū ei pueros & infantes voluntas huiusmodi erat, considerātium qm̄ impossibile est vt postq̄ dn̄s tetigerit pueros vel infantes, & per tactū dederit in eis diuinam virtutem, vt ruina aut dæmonium aliquod tangere eos possit. Existimo autē q̄perāt multę malignę virtutes circa animā hominis ab initio vacātis iugiter ei insidiātes, ideo offerebāt vt tāgeret eos, quasi iā ex pręcedētib⁹ virtutē eius experti, qui offerebāt pueros vel infantes Saluatori: quoniā per impositionem manuum eius, & per orationem eius p pueris & infantibus factā, & per tactum eius repellūtur mala. Virtus eñ facta in eis nō solum ad pręsens sufficiens est custodire: verū etiam in posterum quasi phibitoria constituta tactum contrarium repellet ab eis. Et Saluator ergo non quasi superfluū aliquid sciēs hoc esse, sed salutare oībus q impositionem manuū eius acceperint, dicit ad discipulos suos phibētes
E pueros vel infantes offerri. Sinite pueros venire adme, & nolite phibere eos. Si quidē habent rationē quę supra diximus de offerentibus, qui erant qui offerebāt: cōsequenter cum eis discipuli Iesu egregiæ intelliguntur virtutes, & doctę a filio dei. Pōt eñ & ad illas nomen discipulorū Iesu puenire, vt nō solū homines discipuli eius sint, sed etiā angeli. Si qs autē hoc qd dicimus putauerit violētū, & voluerit discipulorum nomen non aliis nisi tantum hominibus applicare, discipulis eis q phibent offerri pueros Iesu & infantes, sic intelligendus est hic locus, vt eorum qui pficētur verbi doctrinā simpliciores quidē, & qua si puerilē sermonē habētes & similē lacti quo nutriūtur adhuc nouitii quibus lac opus est & nō solida esca, intelligātur esse doctores, q offerunt Saluatori pueros & infantes. Nec.n. possunt magis specialiori sermone eos nutrire q̄ postulat stat⁹ angusti sensus eorū, qui dicere possunt sicut ille qui dixit: Gręcis ac Barbaris, sapientibus & insipientib⁹ debitor sum.
F His ergo offerentibus Saluator huiusmodi pueros & infantes, id est nouitios fidei & minus eruditos adhuc: qui videntur esse perfectiores doctoribus illis simplicioribus, & ideo sunt discipuli Iesu, priusq̄ discāt rationē iustitię de pueris & infantib⁹ talib⁹, reprehendūt eos q simpliciter docent, & per simplicem doctrinam pueros & infantes offerunt Christo. Manifeste aūt intelligere poteris hoc, si consideraueris qd ait Apostolus. Videte vocationem vestrā fratres, qa non multi sapientes secūdum carnem, non multi fortes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mūdi elegit deus, & quæ infirma, & quæ ignobilia, & quæ non sunt, vt ea quę sunt destrueret. Si videat ergo qs eorū q doctrinam ecclesiasticam profitenť, offerentem aliquē quosdam stultos mundi, & ignobiles, & infirmos, q propter hoc appellati sunt pueri & infantes: videns non prohibeat quasi sine iudicio facientem eū q offert tales Saluatori atq̧ magistro pueros & infantes. Et vide si non conuenit referre quæ tractamus ad discipulos: quosdam qdem offerentes pueros vt manus eis iponat Iesus & oret: alios aūt prohibentes eos, vt dicat ad eos qui phibent offerentes pueros Christo, magister & Saluator & dn̄s: Sinite pueros, & nolite phibere eos venire ad me. Post hoc cohortans G discipulos suos iā viros cōstitutos cōdescēdere vtilitatibus puerorū, vt fiant pueris quasi pueri, vt pueros lucrenť, dicit Iesus. Taliū est »
eñ regnū cælorū. Nā cū & ipse in forma dei »
esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed fact⁹ est puer, vt dicat de eo Matthæus, qm̄ stella quā viderāt in oriente pcedebat eos donec veniēs stetit vbi erat puer. Nō solū Matthęus, sed etiā ipse angelus q apparuit Ioseph, talem & tantū saluatorem nostrū puerū appellauit, dicens. Surgēs accipe puerū & matrem eius, & vade in Aegyptū. Humilians ergo se factus est quasi puer, vt recte dicat. Sinite, & nolite phibere pueros venire ad me: taliū est enim regnū cælorū. Hæc ergo debemus diligenter attendere, vt ne æstimatione sapientiæ excellentioris, & profectus spiritualioris cōtemnamus quasi magni pusillos ecclesiæ: sed scientes qd dictū est: Taliū est enim regnum cælorū, tales efficiamur, vt etiā paruuli sensu saluentur per nos: non solū nō phibētes pueros ad Iesum ire, sed etiā ipsi cum pueris effecti pueri in humilitate volūtatem dn̄i adimpleamus, vt exaltemur a deo. Scito autē H quoniā pueri huiusmodi quis nō oīa quæ dicūtur sequi possunt quasi pueri, tñ imposuit eis manus Iesus. Ponēs autē abiit inde, & virtutē relinquēs in pueris, per actū abiit a pueris, videlicet pueris nō potētibus sequi Christū, sicut & cęteri discipuli eius pfecti. Si quidem autem eloquia domini euangelica eloqa sunt casta, & argentū igne examinatū, argentum pbabile, trāsmissum terrę, & valde mundatū, & septies mūdatū, sine dubio debet esse

aliqua idonea causa ꝑpter quã Mattheus exponẽs hunc locum, duas quidẽ causas ostendit offerẽdi pueros, nõ autẽ ad duas præcedentes causas intulit quę sequuntur. Oblati sunt enĩ pueri non solũ vt manus eis imponat, sed etiam vt oret. Scriptũ est autẽ post hoc, quoniã imponens eis manus abiit inde: & non addit & orãs: potuit enĩ dicere: & imponens eis
A manus & orans abiit inde. Et vide si potes dicere: quoniã maioribus qdem puerorũ seruatur oratio Christi: qui possunt capere non solũ impositionẽ manuũ eius sup se, sed etiã orationẽ eius ad patrem pro se. Minorib⁹ autem pueris sufficit impositio manuũ ei⁹. Dicẽs autem, Taliũ est enĩ regnũ cęlorũ, hortať vt nemo q̃uis sit sapiens in ecclesia glorieť aduersus paruulos Christi: quoniã nõ eorũ talium puerorũ est regnũ cęlorũ, sed eoꝝ qui per humilitatẽ facti sunt sicuti pueri cũ essent sensu perfecti. Hanc autẽ expositionem commendat apud Lucã positus sermo: qm̃ cũ dixisset, Offerebãt ei pueros & infantes vt tãgeret eos, videntes autem discipuli prohibebãt eos: Iesus aũt dixit: Sinite pueros venire ad me: talium est enĩ regnum cælorum: statim quasi conuenĩetia sensui pręcedẽti addidit, dicens. Amen dico vobis: qui nõ receperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud.

Secundum Mattheum, Cap. XIX.

" NTERrogauit Iesum vnus
" de turba dicens. Magister bo
" ne, quid boni faciã vt habeã
" vitam ęternam? Qui dixit ei.
" Quid me dicis bonũ? Nemo
" bonus nisi vnus deus.

" Homilia Origenis de eadẽ lectione. VIII.

B Vm scriptum sit & de homine bono, Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui pfert bona: & de angelis bonis, & de spũ sancto bono, & de filio Dei bono: hic Saluator ad eum qui dixit: Quid boni faciã vt habeam vitã æternam: ita respõdit, vt pprie nulli conueniat esse bonum, nisi tantummodo Deo, dicens. Quid me dicis bonũ? Vnus est enĩ bonus Deus. Scire autẽ oportet qm̃ hic quidem proprie bonũ soli cõuenire diciť Deo: in aliis aũt abusiue. Qꝫ ergo inuenitur in aliis appellatio boni, nõ est cõtrariũ huic dicto qđ ait, Nemo bonus nisi vnus Deus: qm̃ omnes (sicut diximus) abusiue dicunť boni, vnus aũt proprie. Ipse quoqꝫ dñs qui est imago dei inuisibilis: sic & bonitatis illi⁹ imago est: & sicut ipe distat a bonitate patris quasi imago bonitatis a principali bonitate, sic & omnes in quibus bonitatis nomen positũ inueniť, distãt a bonitate filii. Plus aũt distãt omnes boni a bonitate filii, q̃ bonitas filii a bonitate paterna: qm̃ plus filius ppinquus est patri in oĩbus bonis, q̃ oẽs filio. Forsitan autẽ & ꝑpter eũ q dixit: Quid boni faciam vt habeã vitã æternã? hoc Christus respõdit ad eũ: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus nisi vnus de⁹: vt illud cõfirmet qđ alibi dicit. Cũ oĩa feceritis q̃ ꝓcepta sunt vobis, debetis dicere: Serui inutiles sumus: qđ debuimus facere fecimus. Nã etsi oĩa fecerimus quę ꝓcepta sunt nobis, nec sic quantũ ad hæc verba bonũ aliqđ fecimus. Nec enĩ si vere bona essent quę facimus, scriptũ fuisset, vt faciẽtes ea dicamus esse nos inutiles seruos, si proprie conueniret hoĩbus appellatio bonitatis: qm̃ omne bonũ nostrũ, abusiue & non proprie diciť bonum. Vere enĩ qñ declinamus a malo C
& facimus bonum, quantum ad cõparationẽ cęterorum hominũ nolentiũ declinare a malo & facere bonũ, dicunť bona quę agimus: quãtum autẽ ad veritatẽ, secundũ q̄ diciť in hoc loco q vnus est bonus, bonũ nostrum non est bonũ. Et sicut non iustificatur in cõspectu dei omnis viuens: qm̃ quãtum ad cõparationem iustitiæ dei, omnis iustitia hominũ inuenitur nequaq̃ iustitia esse. sic nec bonus inueniť qs q̃ in cõspectu dei, quãtum ad cõparationẽ bonitatis illius, quis quãtum ad cõparationẽ cęterorum hominũ bonus quis appelletur. Discere autẽ poterit quis, qm̃ sciens dñs ppositũ interrogantis satis abesse vt faciat vel humanum bonũ, dixit ei interroganti: Quid boni faciam? qd me interrogas de bono? tanq̃ si dicat: cũ sis imparatus ad ea q̃ dicũtur bona, qđ me interrogas de bono, quid boni faciẽs vitã æternã possidebis? Et sic docet qm̃ vere vnus est bonus. Considera autẽ quomodo bonitatẽ eius oĩa sperant, etiã ea quæ videtur cõtraria esse: quale est: Ego percutiã, & ego occidã: nõ minus q̃ qđ dicit: Et viuere faciam, & ego sanabo. Et si ipse facit dolorẽ: scire debemus qm̃ & medicus frequẽter facit dolorẽ. Faciens enĩ deus dolorẽ iterũ restituit. Sic & ex bonitate quos percutit, percutit quasi filios. Quis enim D
est filius quẽ non corripit pater? Sed & omnis disciplina ad pręsens nõ videť esse gaudii, sed mœroris: postmodũ aũt fructũ pacificum reddet eis q per eam exercitãtur. Propterea sicut percutit deus, sic & sanat. Verũ est enĩ qđ scribitur: Percussit, & manus eius sanauerũt. Etsi nouũ videť qđ dicere volo, tñ dico: Boni dei est ipse quoqꝫ qui diciť furor eius: qm̃ opus salutis operať arguens: & quę diciť ira eius, qm̃

est boni dei,corripit vt emẽdet. Et multa pos
sunt dici de bonitatr eius ad ædificationẽ ho
minũ,vt non conturbent de bonitate ipsius.
Multa eñ iuste abscõdit a timẽtibus se, vt ne
diuitias bonitatis eius,& longanimitatis con
tẽnẽtes,secũdũ duritiã cordis sui, & sine pœ-
nitrntia cot thesaurizent sibi irã:quã nõ the-
saurizabũt si abscõsa fuerit multitudo bonita
E tis rius ab eis.Post hoc autem dicit. SI vis ad
" vitã intrare:srtua mãdata.Vbi cõsidera quo-
niam adhuc quasi rxtra vitã cõstituto ei q in
terrogabat de bono,ita respõdit,Si vis intra-
rr in vitã.Hic autẽ requito quomodo quis sit
extra vitã,& quomodo intret in vitam: & ne
forte srcũdũ vnũ quidem modũ sit homo ex-
tra vitã q est extra eum qui dixit:Ego sum vi
ta. Alias aũt omnis q super terrã est,q̃uis iu-
stissimus rsse videatur:potest qdem in vmbra
esse vitę,non aũt in ipsa vita,cum sit corpore
mortis circũdatus,& dicens:Quis me libera
bit de corpore mortis huius? & sedẽs in regi-
one,& in vmbra mortis,eo ꝙ nondũ venit in
terrã viuorũ.Introibit autem qs in vitam abs
tinens qdem sr ab operibus mortuis, appetẽs
autem opera viua,etiam nunq̃ quidem mor-
tua loquens,sed secundũ verbũ dei viuũ viua
& nõ habens iã cogitationes mortuas in cor-
de,sed viuas.Sicut rñ sunt opera mortua, &
opera viua,& verba mortua & verba viua:ita
sunt & cogitationrs mortuæ,& cogitationes
viuę.De q̃bus dicit Apostolus.Cogitationibꝰ
inuicem accusantibus,aut etiã defendentibus
in die cũ iudicauerit dominus occulta homi
num.Et saluabit quidem ille cuius cogitatio-
nes fuerint defendẽtes:periet autem,cuius fue
rint accusantes.Si ergo & nos volumus introi
re in vitã,audiamus dicẽte Iesu: Si vis introi
re in vitã,serua mãdata:& secũdũ mẽsurã ob-
seruationis mandatorũ ingrediemur in vitã,
aut in interiora rius,& beatiora, aut in medi
F ocria, aut ad quãcũq; partẽ vitę illius ad quã
induxerit nos obseruãtia mãdatorũ. Ille autẽ
audiẽs:Serua mãdata,respõdit: Quę? vt disca
" mus qualia maxime mãdata vult nos Iesus ob
" seruare.Ad quã iterrogationẽ dixit: NON
" occides,non adulterabis,nõ furtũ facies, non
" falsum testimoniũ dices : honora patrem tuũ
& matrẽ:& diliges p̃ximũ tuũ sicut teipsum.
Et forsitã ista sufficiũt vt in principiũ (vt ita
dicã) ingrediat quis: nõ autem sufficiũt hæc
vel alia similia istis,ad interiora vitę introdu
cere queq̃.Qui autẽ pręterierit vnũ mãdato-
rũ istorũ,nec in principiũ vitę intrauit. Absti
nendũ est ergo omni volenti vel in principiũ
vitę intrare,ab adulterio,ab homicidio, a fur
to.Sicut eñ adulter & homicida non intrãt
in vitã,sic nec fur. In hoc eñ pctõ multi etiã
eorũ qui vident credidisse Christo incurrũt:
negocia huius mũdi agentes, & pecuniarios
actus qui credunt eis : & qui operantur artes
istas mediocres:q omnes nõ sunt mũdi a fur-
to.Non solũ aũt fures non intrant in vitam:
sed nec socii eorũ,nec qui consentiũt eis. Scri
ptũ est rñ in Esaia.Socii furũ diligentes mu-
nera.Itẽ in Psalmo quadragesimonono prohi
bet enarrare iustitias dñi , & assumere in ore
suo testamẽtũ eius cõsentiens furibꝰ,ita.Si vi
debas furẽ cõcurrebas ei . qđ primũ dictũ est.
In secũdo autem loco: Et cum adulteris par-
tẽ tuã ponebas. Et vide ꝙ nec ipsum furẽ,nec
ipsum adulterũ dicit:sed concurrentem furi-
bus,& cũ adulteris partẽ suã ponentem. Qui
vult intrare in vitã,nec falsum testimoniũ di
cere debet.Expellitur autem a vita,& q nõ ho
norabit patrẽ suũ & matrem.Sed forsitan hęc G
seruare mandata nõ satis difficile est:opus au
tem est oĩbus qui per mãdata præcedẽtia in
ducuntur , quasi maius & vtilius qđ mandat
implere:Diliges p̃ximum tuũ sicut teipsum:
qm̃ & secũdũ qđ ait,non occides, & nõ furtũ
facies,nõ adulterabis,& si qđ est aliud manda
tum,in hoc verbo recapitulat:Diliges p̃ximũ
tuũ sicut teipsum.Et si omne mãdatum ĩ hoc
verbo recapitulat:Diliges p̃ximum tuum si-
cut teipsum:perfectus est qui impleuerit oĩe
mandatũ:q impleuerit & hoc qđ est : Diliges
p̃ximũ tuũ.Si aũt iste est perfectus qui diligit
proximũ suũ sicut se,quęre quomodo dicenti
adolescẽti:Hęc oĩa seruaui a iuuẽtute mea,
qd adhuc mihi restat? respondit dñs quasi ad
huc nondũ p̃fecto cõstituto q hęc oĩa fecit:
& quasi consentiens ei q dixit:Hęc oĩa feci,
respõdit.Si vis perfectus esse,vade:& vende o
mnia quę possides,& da pauperibꝰ,& habebis
thesaurũ in cęlis,& veni,sequere me. Vide er
go si possumus ad p̃positã quęstionem secũdũ
vnũ qdem modũ taliter respondere: qa ne for
te qđ ait:Diliges p̃ximũ tuũ sicut teipm̃, su-
spicari potest nõ a domino positũ ĩ hoc loco
sed ab aliquo nescio quo nõ intelligẽte subtili H
tatẽ dictorũ istorũ additũ esse. Hoc autẽ adie
ctũ esse cõmẽdat,ꝙ ipm̃ locũ Marcꝰ, & Lucas
exponentes,neuter addidit:Diliges p̃ximum
tuũ sicut teipm̃.Dicet autẽ q adiectũ hoc esse
defendere vult:si eadẽ ipa diuersis sermonibꝰ
a tribꝰ sunt exposita,nũq̃ dixisset dñs, adhuc
vnũ tibi restat,aut vnũ tibi deest,ei q p̃fessus
est se impleuisse mãdatum qđ ait:Diliges p̃xi
mũ tuũ sicut teipsum: maxime si secũdũ Apo
stolũ,qđ dicit:Non occides,& cętera, & si qđ

aliud est mãdatũ in hoc verbo recapitulatur, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum. Nã secũdũ Marcũ sic dicit, Intẽdens in eum qui dixerat, Oĩa hęc seruaui a iuuẽtute mea, dilexit eum vel osculatus est eũ. Videt em̃ affirmasse pro fessionem ei⁹ q dixit se oĩa ea implesse. Intẽdẽs enim in eũ mente vidit hominem ex bona cõsciẽtia cõfitentẽ se ppositã impleuisse mandata. Nũq em̃ si extra cętera mãdata etiam illud se impleuisse dixisset, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum, capitale & maximũ Marcus & Lucas pretermisissent mãdatũ: nisi forte quis similia quidẽ dicat scripta, non aũt de eodem ipso dicta esse. Quomodo autem quasi nondũ pfecto ei q extra cętera etiã hoc impleuit mãdatũ: Diliges pximũ tuũ sicut teipsum, Iesus respõderet: Si vis perfectus esse vade, vẽde oĩa
A quę possides, & da pauperibus? Multam enim differentiam inter exemplaria inuenimus, siue per negligẽtiam scribentiũ, siue ex temeritate quorũdam, siue propter eos qui negligũt emendare scripturas, vel propter eos q quod ipsis videt in emẽdationibus vel adiiciũt, vel subducũt. Et in exẽplariis qdem veteris testamenti quęcũq fuerũt incõsonãtia deo præstã te coaptare potuimus, vtentes iudicio cętera rũ editionũ: ea em̃ quę videbant apud Septuaginta dubia esse pp̃ter inconsonãtiam exẽplariorum, facientes iudicium ex editionibus reliquis conuenientia seruauimus: & quędam q dẽ notauimus quasi non posita in hebręo, nõ audẽtes ea omino auferre, quędã autẽ cũ asteriscis addidimus, vt sit manifestum qm̃ q non fuerunt posita apud Septuaginta, ex editionibus cęteris addidimus conueniẽter hebręo. In
B exemplariis aũt noui testamẽti hoc ipsum me posse facere sine periculo nõ putaui. Tantum suspitiones exponere me debere, rationes, causasq suspitionũ, nõ esse irrationabile existimaui, sicut in hoc loco qd dicit, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum, quoniã apud Marcũ & Lucam positũ nõ est. Iudicẽt aũt q possunt, vtrũ vera sint quę tractamus, an falsa. Tñ quasi posito etiã hoc: Diliges pximum tuum sicut teipsum, age aliter tractemus hũc locũ. Scriptũ est in euãgelio quodã, qd dicit secundum Hebręos, si tñ placet alicui suscipere illud, nõ ad auctoritatem, sed ad manifestationem ppositę quęstionis. Dixit (inquit) ad eũ alter diuitum. Magister quid bonũ faciẽs viuã? dixit ei. Hõ leges & pphetas fac. Respõdit ad eũ. Feci. Dixit ei, Vade, vẽde oĩa q possides, & diuide pauperibus, & veni, sequere me. Coepit aũt diues scalpere caput suum, & nõ placuit ei. Et dixit ad eũ dñs, Quõ dicis, legẽ feci & prophetas? qm̃ scriptum est in lege: Diliges pximum tuum sicut teipsum: & ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti sunt stercore moriẽtes p fame, & domus tua plena est multis bonis, & nõ egredit omino aliqd ex ea ad eos. Et cõuersus dixit Simoni discipulo suo sedẽti apud se. Simon fili Ioãnę, facilius est camelum intrare per foramen acus, q diuitẽ in regnũ cęlorum. Verum est ergo q non impleuit diues mandatum: Diliges proximũ tuum sicut teipsum: qui multos despexit pauperes, & nõ est eis partitus aliquid de tantis facultatibus suis. Impossibile est enim & implere mandatum qd dicit: Diliges pximũ tuũ sicut te ipsum, & esse diuitem, & maxime tantas possessiones habe- C
re. Qui ergo non existimat esse abiiciẽdũ verbum hoc quasi falsum: Diliges pximũ tuum sicut te ipsum: sed recipiendum quasi verum a domino dictũ, dicet non satis arguitione re perta: qm̃ strictim & non satis odibiliter volens arguere diuitem illũ dñs noster quasi nõ vera dicentem, q ait se impleuisse etiam illud mandatum: Diliges proximum tuum sicut teipsum dixit ad eum. Si vis perfectus esse vade vende omnia quę possides, & da pauperibus. Sic enim apparebis dicere verum, si dilexisti, aut diligis proximum tuum sicut teipsum. Si quis autem aspiciens humanã infirmitatem, & difficile hoc putans hominem posse implere, despiciat verba, & ad allegoricum se intellectum conuertat: audiat etiã historiã quorũdam gentiliũ, in qua pp̃ter sapientiam mũdi referũt, qd hic dominus diuiti facere mãdat, quẽdam Thebęũ fecisse pp̃ter libertatem animę suę, & exemplũ vitę facilioris, & volentemq se beatum demonstrare gentibus, & nihil mũdi istius opus habentem, tradidisse omnẽ substantiam suam populo Thebanorum. Si ergo propter sapientiam gentium, & dogmata liberantia animam (sicut illi putabãt) hoc facere potuit homo gentilis: quomodo non facilius põt facere qui cõcupiscit in se suscipere Christi perfectionem? Si autẽ & de diuinis scriptu- D
ris placari quis vult quoniam possibile est qd præcepit Christus, audiat historiam de Actibus Apostolorũ ita conscriptam. Omnes autem qui crediderant in id ipsum habebant omnia communia, & possessiones, & substãtias vendebant, & diuidebant prout quisq opus habebat. Quotidie autem permanentes in id ipsum in templo. & frangentes in domib⁹ panẽ, pcipiebãt cibũ cum lætitia & simplicitate cordis, laudãtes deũ, & habẽtes gratiã ad vniuersum populũ. Et post modicum iterũ dicit. Multitudinis aũt credẽtiũ erat cor vnũ & aĩa

vna, & nemo eorum dicebat aliquid suũ esse, sed erant illis oĩa cõmunia, & cętera. In quo loco introducit de Anania & Saphira coniuge eius qui vendiderũt prędiũ suũ, & de precio prędii partẽ aliquã subtraxerũt: & ideo passi sũt quę passi sunt. Digni erãt enĩ in hoc seculo recipere peccatũ suũ, vt mũdiores exeãt ab hac vita mundati castigationę sibi illata per mortem cõmunẽ, quoniã credentes erant in Christum. Puto aũt qm̃ audiens Ananias hęc verba ideo cadens expirauit, qm̃ nõ sustinuit arguitionẽ Petri: sed cruciatus in se adeo est punitus vt etiã expiraret, verbis videlicet Petri cathechizãtibus animã eius. Nec Petrum hic existimare debemus interfecisse Ananiã: sed illum non sustinuisse acritudinẽ verborũ Petri dicẽtis ad se. Vt qd repleuit Satanas cor tuũ, vt mẽtireris spũi sancto, & fraudares de pcio pdii? Nõne manẽs tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo facere rem talẽ? Non es mentitus hoĩbus, sed deo. Audiens autẽ (inquit) Ananias verba

E hęc, cecidit & expirauit. Cõuenienter aliquis quęrere potest, qm̃ si pfectus est qui oẽs habet virtutes, vt iã ex malitia nihil agat, quomodo fit perfectus qui vẽdidit oĩa sua, & pauperibus dedit. Ponamus enĩ aliquẽ hoc ipsum fecisse, quomõ fiet statim & sine ira? Et si contigerit eum esse sine ira, quõ fiet statim & sine tristitia? Quomodo fiet etiã extra timorẽ, vt nõ timeat aut dolorem, aut mortem, vel quæ libet alia quæ possunt aĩam imperfectiorẽ turbare? Quomodo qui erogauit substãtiã suam pauperibus, erit absq; omni concupiscẽtia? Deinde qm̃ possibile est ex hoc ipõ q̄ tradidit oĩa sua, vt patiens aliqd humanũ ex pauptate pœniteat eum facti, desideret aũt similia possidere. Si autẽ & quę dicitur voluptas irrationabilis cõstituta eleuatio animę passio est: quomodo quis mox vt tradiderit omnia sua pauperibus, statim liberabitur a passione iactãtiæ va-

F nę? Adhuc autẽ adiiciẽs aliquis dicat. Quomodo potest ex eo q̄ tradiderit bona sua pauperibus, etiam sapiens fieri, & suscipere sapientiam dei, vt possit reddere rationẽ omni homini interrogãti se de fide, vel de omnibus quæ in scripturis absconse sunt dicta? Siue enim ex hoc ipso dicimus quẽq̃ fieri perfectum, si habuerit ea quę diximus, ad irrationabilitatẽ venimus dicentes aliquẽ & perfectũ esse simul, & peccatorem. Peccator est enĩ omnis qui irascitur sine causa, & si qs seculi tristitia contristatur, & q dolores timet, aut mortẽ, & qui desiderat qđ nõ habet, & qui sine ratione extolliẽ quasi ĩ bonis quę nõ sunt bona. Siue simul vt tradiderit bona sua pauperibus, dicimus eum quasi receptaculum dei factũ, suscipere omnes virtutes, & deponere malitiã vniuersam: fideliter quidẽ vt cõmuniter neminem dicimus, nescio autẽ si vere. Et forsitan deridebũt nos quasi nõ sapienter dicentes, qui audierint solutionem huiusmodi. Sapienter ergo videbiẽ forsitan dicere quis seruãs simplicitatem verborũ, & non moraliter aliquid dicens de eis, si sic respõderit quasi fidelis, dicens qm̃ qui pauperibus tradit bona sua, ipsorũ orationib[9] adiuuatur, accipiẽs ad suam spiritalem inopiam spiritalẽ abũdãtiã eorum qui patiunẽ inopiã carnalem: sicut ait Apostolus ad Corinthios scribens, & fit hoc modo pfectus, q̃uis aliquas (quod humanum est) habuerit passiones: & si quis alius hãc inopiã passus fuerit, & magno adiutorio fuerit adiuuatus, deo exaudiẽte tãtorum pauperũ refrigeratorum preces, qui tamen similes sunt Apostolis, aut paulo inferiores: pauperes qdẽ in corporalibus sicut illi, diuites autem in spiritalibus. Aut ita. Iste q mutauit p diuitiis pauptatẽ vt fiat perfectus, credens sermonibus Christi, adiuuabiẽ statim sicut Apostoli Christi, vt sapiẽs fiat ĩ Christo, vt magnanim[9], vt iustus, vt castus, & absq; o-

G mni omnimodo passione. Nõ tamen sic debemus intelligere, vt in ipsa die, vel in ipso tempore quo tradiderit bona sua pauperib[9], efficiatur omnino perfectus. Sed cõsequẽter ex illa quidẽ die incipiet speculatio dei adducere eũ ad omnes virtutes, vt incipiat ex eo proficere sicut Isaac propter adiutorium dei collatũ in se, & magis atq; magis crescet per singulos dies donec adiutus sicut Isaac magnus efficiatur valde in omni virtute: omni videlicet malitia auulsa de anima eius. Et sic qui hanc expositionem defendere vult, dicere non cogeẽ perfectũ fieri hominẽ p hoc ipsum q̄ tradiderit bona sua pauperibus alioq delinquẽtẽ. Ali-

H ter aũt forsitan abundans fide & studio transeundi ad subtiliora, & ad magnitudinem aliquam intellectuũ eminentium & digniorum Christo, relinquens verbi simplicitatem ad expositionem moralem transibit: dicens substantiam esse vniuscuiusq; animæ, actus ipsi[9] post exitum, vt sit substantia quidem iustorum boni actus, ipsorum autem malorum, mali. Hic ergo dicit eũ qui multas habebat possessiones diuitem fuisse in mysterio eius qui multa possidet opera mala, in quib[9] potest esse & amor pecuniarũ, & cõcupiscẽtia glĩę, & alię res terrenę replẽtes animã eius. Quoniã ergo potest aliquãdo q hoc mõ diues est abstinere quidẽ se a malis quibusdã, vt puta ab homicidio, ab

adulterio, a furto, a falso testimonio, & q̃ con uenĩũt parẽtib⁹ reddere cũ quodam honore. Potest etiam esse aliquis & misericors ad primos nõ tamen & perfectus: ideo cõsilians huiusmodi viro imperat Christus vẽdere omnẽ substantiã malam, & quasi tradere eam virtutibus operantibus eã, quæ ab omni bono pauperes sunt, & propter hoc nõ sufferunt minas secũdũ qđ scriptum est. Pauper autẽ non suf-
A fert minas. Sed scio quia valde violenta videbitur expositio ista soluẽs quidẽ honeste quæ de perfectione sunt dicta, non autẽ valde persuadẽs, vt deponẽs quis quę malitię sunt, vendere intelligaẽ substantiã, & dare pauperibus. Quasi in tali autem pręuẽtus loco dicam: qui hanc expositionem defendit, dicere potest qm̃ plenus est peccator spiritibus secũdum mẽsuram peccatorũ suorum: vtputa fornicarius, secundum qđ dicit̃ in scripturis, spiritu fornicationis: furibũdus, spiritu furoris: & malíloquax, spiritu criminationis. Istã substãtiam acquisiuit qui malus fuit, & factus est participatione malorum spirituũ, abũdantior & multiplicior in ipsis malis. Sicut autẽ acquisiuit qs eam emens arbitrio ꝓprio complacens malis, sic vẽdit eã, & dat talibus pauperibus, de qualibus loquit̃ sermo, per hoc ꝙ credidit verbis Christi, & reliquit eam. Sicut ẽm pax Apostolorum reuertitur ad ipsos, nisi fuerit filius pacis: sic fornicatio, & vniuersa peccata reuertũtur ad pauperes qui auctores sunt peccatorũ, cũ nõ fuerit vtẽs malis eorũ. Et sic neq̃ dubitatio erit quin statim fiat pfectus qui sic vẽdidit oẽs sicut tradidimus ꝓprias facultates, & dedit pauperibus. Si autem & tempore multo huiusmodi facultates vendũtur, & multũ tẽpus necessariũ est vt tradatur quib⁹ dixi pauperibus, nihil cõtrarium est: sed secũdum æstimationem traditorũ malorũ paupẽribus, per tẽpora fit perfectus qui talia fecit. Manifestũ est autẽ, vt qui talia egit habeat thesaurum ĩ cœlo, & ipse factus cælestis. Qualis enim terrenus, hoc est malignus, tales & terreni: Et quaiis cœlestis, id est Christus, tales & cęlestes. In parte ergo sui cœli habebit thesaurũ qui voluerit esse perfectus, & vendiderit oẽs facultates suas, & dederit paupĩbus. Sed ne existimes
B huiusmodi virũ inueniri inter diuites huiusmodi quales sunt modo. Quis enim horũ deponit amorem diuitiarũ, &(vt ita dicã) mundi amorẽ? Quis ad plenũ deposuit spiritũ glorię vanę, vt suscipiat in suo cœlo thesaurum glorię dei, & diuitias q̃ sunt in oĩ verbo, & in omni sapiẽtia dei? Quis ẽm deposuit spiritum cõcupiscentię, & timoris, aut irę, aut volupta

tis proprię? Ergo qui vult secundũ subtilitatẽ discutere veritatis, pronunciabit hoc in Apostolis esse, & qui similes fuerint eis. Iste aũt talis & poterit sequi Christũ, qui sicut diximus vendidit vniuersa, & habuit thesaurũ in cœlo. Nec ẽm distrahit̃ huiusmodi vir ab aliqua mala possessione, quo minus Christũ sequat̃.

AVdiens autẽ verbũ adolescẽs, abiit tristis. C
Erat ẽm habẽs possessiones multas. Et considera secũdũ conuersationẽ humanã quõ cum difficultate diuellimur a bonis terrenarũ diuitiarũ, vel a cõcupiscẽtia glorię vanæ. Magis ẽm volumus adipisci etiã ea quæ male desideramus, q̃ liberari a desideriis malis: & magis volumus vt non incidamus in ea quę arbitramur esse timenda, q̃ deponere inimicũ timori dei timorẽ. Sed vide qa nõ senior aliqs introducitur in hoc loco, neq̃ vir qui euacuauerat quę paruuli erant: sed adolescens, qui audiens verbũ abiit tristis. Adolescens ẽm erat secundum animã, & ꝓpterea relinquens Christum abiit. Ad vituperationẽ ẽm dictum est ei⁹, Et abiit tristis: tristatus tristitia seculi quę mortem operat̃. Erat ẽm habẽs possessiões multas quas diligebat, diligens irasci, diligens tristari: propter qđ & abiit tristis: & quantacũq̃ ei nascebantur ex malo, q̃ tenebãt animam eius.
Si autem intelligere vis historiã secundũ expositionẽ aliquorũ, quam superius ex parte retigimus: in dimidio inuenis hunc adolescentem laudabilẽ, in dimidio aũt vituperabilem. D
Laudabilem quidẽ, quia nec occidit, nec adulteratus est, nec aliquid eorum fecit quæ prohibet lex: sed adhuc adolescens cõstitutus honorauit patrem, & matrem: Vituperabilẽ autẽ, quia tristatus est in verbis Christi vocantibus eum ad perfectionẽ: & promittentibus ei vt si tradidisset omnia quæ habebat, magnus efficeretur. Abeunte autẽ eo, dixit Iesus discipulis suis. Amen dico vobis, qm̃ diues difficile intrabit in regnũ cælorũ. Ex quo considerã dũs est sermo Christi cautissimus, quoniã nõ simpliciter dixit, Diues non intrabit in regnũ cęlorũ. Qđ si dixisset, exclusisset vtiq̃ diuites a regno cælorũ. Nũc aũt dicit, diues difficile introibit, difficultatẽ qđẽ salutis diuitũ manifestans: nõ aũt impossibilitatẽ suę potẽtiæ damnans. Qđ ex hoc ipso textu manifestissime declarat̃, posse diuitẽ cũ difficultate quidẽ resistere passiõib⁹ suis atq̃ pctis, tñ posse. Si aũt moraliter intelligamus diuitẽ, secũdum qđ supra diximus, eũ q multorũ malorũ habet substãtiã cõgregatã, quęrens quõ vel cũ difficultate introibit diues ĩ regnũ cęlorũ. Difficultatẽ E
aũt introit⁹ vtriusq̃ diuitis ad salutẽ manife

stat subiecta parabola, dicēs. Facilius est camelum per foramen acus intrare, q̄ diuitem in regnum cælorū. In qua parabola diues cōparatur camelo nō solum ꝓpter immūditiam animalis, sicut docuit lex, sed etiam ꝓpter totius corporis eius tortuositatē. Regnum autē cœlorū foramini acus assimilatur, vt demonstretur ex eo, qm̄ satis arctus est, & sup modū cōtribulatus regni cælestis introitus. Ostendit autē quoniā ex seipso impossibile est camelū per foramen acus intrare, possibile aūt quātū ad deū: Sic & diuitē quantū ad ipsum ptinet, impossibile est intrare in regnū cælorū, possile autē quantū ad deū, qui potēs est ineffabili sua virtute, aut grossitudinē malorū mali hominis subtiliare, aut angustiā introitus facere ei capacem. Q; autem propter difficultatem introitus, & non propter impossibilitatē accepit ad exemplū foramē, & camelum: claret ex eo qđ ad discipulos dicētes, Quis ergo potest

F fieri saluus? respōdet. Apud hoīes hoc impossibile est, apud deū autē oīa possibilia. Ergo possibile est & camelū per foramen acus intrare, nō tamē apud hoīes, sed apud deum. Quomodo autem faciat hæc possibilia deus, ipse scit, & Christus eius, & cui reuelauerit Christus. Qui aūt ꝓficit in sapiētia, & sermone, audebit forsitā abūdātius & de acu, & de foramine eius exponere. Nos autē hoc adiicimus solum, ꝙ sunt quædā quæ fiūt in lege artificio cōsutili, necessariam habētia acum, vt secundum sapiētiā dei faciat opera quis artificii qđ suscepit. Qualitercūq; ergo intellecta fuerint opera cōsutilia, ipa cōsutura dabit intelligere quę intelligi debeāt in hoc loco. Quę nūc dicere & manifestare forsitan quidem & supra nos est, forsitan aūt, & sciēti multū & importunum exitum habere videbitur. Duobus ergo ꝓpositis, camelum per foramen acus intrare, & diuitē in regnū cęlorū, facilius esse dixit primū. Quære autem inter hoīes, aliū quidē camelum cōstitutū per foramen acus intrantem, aliū autē diuitem impossibiliter quidem quantū ad homines, possibiliter autē quātum ad deum intrantē in regnū cælorum. Quicūq; ergo inuētus fuerit esse camelus, & qđcūq; intellectū fuerit acus foramen, intrabit ꝑ illud. Puto gentiū introitum in regnū cælorū faciliorem ostēdere volens, q̄ Iudæorū diuitum, hāc similitudinē introduxit. In quibus autem gentes dicebātur pauperes, in his Iudæi diuites erāt. Vtrum autem manifestent hæc fines aliquos secundū mysteria quædam adducentes ad fines aliquos ꝑ quasdam vias deo soli possibiles, nec ne, discutiat qui discutere pōt.

Secundum Matthęum.

IN ILLO tempore: Dixit Simō Petr⁹ ad Iesum. Ecce nos reliquimus oīa, & secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis?

Homilia Origenis lectionis eiusdem. Et est. IX.

G HOc poterit qs simpliciter interpretari, & moraliter. Qui ergo simpliciter vult intelligere, talia dicet. Sicut enī in datis nō ipsum datū, sed affectum dantis aspiciēs deus iustificat, & melius suscipit parua dantē cum magno affectu, q̄ magna ex affectu modico: sicut manifestū est ex his quę scribuntur ꝓpter data diuitis magna, & duo minuta viduæ: sic & in his qui ꝓpter dei dilectionem dimittunt quę possident, vt inseparabiliter Christum sequātur, oīa secūdū verbū eius agētes: nō magis acceptabilis erit qui plura reliquerit eo q parua dimiserit. Ergo & si minima, & contemptibilia Petrus cū fratre suo reliquit, quando audiētes, Venite post me, & faciā vos piscatores hoīm, statim relictis retib⁹ secuti sunt eū: sed non minima sunt æstimata apud deū considerantem quoniā ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerūt, vt etiā si multas habuissent possessiones, oīa sine dubio reliquissent, nec ab eis vllo modo retēti fuissent aut impediti ab impetu dilectionis huiusmodi. Et puto ꝙ magis confidens Petrus de affectu suo, q̄ de ipsa quantitate terū relictarum, fiducialiter dixit. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, Quid ergo erit nobis? Consequens est autem sentire, qm̄ non solum retia, sed etiam domum, & vxorem forte reliquit, & filios, & possessiones quasdam etsi paruas. Magnum ergo aliquid demonstratur de Petro, & de fratre ipsius, quoniam audientes, Venite post me & faciam vos piscatores hominum, nihil cogitantes statim relictis retibus secuti sunt eum: nec sunt imitati eū qui dixit, Sed primum permitte mihi ire & renūciare eis qui sunt in domo: nec simile aliquid fecerūt ei q dixit, Permitte mihi primū vt sepeliam patrem meū. Et diligenter attēde, quomā honestissime percussi Christi pręcepto, & promissionibus eius, & credentes quoniā modicā capturam piscium relinquētes, homines piscaturi fuerāt ad salutem: statim relictis retibus & quasi obliti suorū oīm, secuti sunt eū vt digni efficiantur hac interrogatione, quā fecit dicēs: Ecce nos reliquimus oīa, & secuti sumus te. Obserua simul & hoc, qm̄ occasio i

terrogationis huiusmodi ex illo facta est Petro, quod verbū Christi audiuit dicentis: Si vis perfectus esse, vade, vēde oīa quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cęlis, & veni, sequere me. Deinde qa considerauit adolescentē cū tristitia abeuntē, quoniā pręposuit multas possessiones habere in terris, ꝙ esse perfectus in deo: cōsiderās quoqꝫ & difficultatē diuitū ingrediēdi in regnū cælorū: ideo quasi qui ipse nō facilem rem cōsummauerit in eo quod vniuersa reliquit, & secutus est Iesum, dixit. Ecce nos reliqmus omnia, & secuti sumus te. Propterea Petro fiduțialiter ista dicēti, respondit promissionē istā maximam Christus, vt sit vnus de iudicibus illis.

A Quoniā aūt verbi simplicitas nō est satis idonea auditorē ingenii eminētioris placare, honestatem sensus in moralibus expositionib⁹ cōsiderātē: etiā hunc locū ita trademus, quomodo hoc ipsum qd ait: Ecce nos reliquim⁹ omnia, & secuti sumus te. Retia contemptibilia reliquisse, vel pauperē domū, & vitā in paupertate doloribus plenā: nō adeo magnū est, neqꝫ dignū tali discipulo, cui non caro & sanguis reuelauerat esse Iesum Christū filiū dei viui, sed pater cęlestis: cui etiā fuerat dictū, Tu es Petrus, & sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portę inferorū nō ꝑualebunt ei. Ergo ne forte ea quę tradita sunt superi⁹ de verbis Christi dicētis, Vade & vende oīa quę possides, & da pauperib⁹, & habebis thesaurū in cęlis, & veni sequere me: vtilia & vera sunt in ꝑsenti. Petrus enim oīa reliquit, in qbus erat peccator. Propter quæ & dixerat Exi a me dñe, qm̄ homo peccator sum. Et magna laus erat eius cōfidētis vt de cætero nō peccaret, q dixit: Ecce nos reliqmus oīa: & non solū mala reliquimus, sed & te secuti

B sumus. Qd aūt dicit, Et secuti sumus te: potest dici secūdū oīa ꝙ pater reuelauit Petro esse filium suū: secuti sumus te iustitiā secūdū ꝙ iustitia es: secuti sumus te sanctificationem, secundū ꝙ sanctificatio es, & sapientia, & pax, & veritas, & via ducēs ad deū, & vita vera. Propter qd quasi victor Athlera post luctamē Agonotherā interrogat quæ sint ꝓmia certaminis huiusmodi quęadhuc nesciebat. Quid vtiqꝫ erit nobis? Et nos si volumus percipere quę sunt Petro promissa, similiter omnia reliquamus, vt de cętero nulla teneamur malitia, neqꝫ aliqbus operibus eius: sed verbū dei sequamur, vt dicat & nobis, & oībus sequētibus eū, quæ in sequentibus dicit: Amen dico vobis, ꝙ vos q secuti estis me, in regeneratione cū sederit filius hominis sup sedē maiestatis suę, sedebitis & vos sup duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Qd & ipsum & simplicē habet interpretationem exhortantē relinquere bona seculi propter Christum: & spiritalem & altiorem. Qui ergo secūdū literā vult intelligere, talia dicet. Nō oēs dicit sequi Christū sermo, sed eos qui tunc fuerūt Apostoli, & qui similiter eis secuti fuerant eum, secutos se appellauit. Posteriores aūt manifestauit ꝑ illud qd dixit, Et omnis qui reliquerit fratres, aut sorores, & cętera. Qui ergo secuti sunt Christum nō C quędā sed oīa relinquētes, sedebūt super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Et hanc potestatem accipient in resurrectione mortuorū. Ipsa est enī generatio, & noua quędam natiuitas constituta, quādo & cęlum nouū, & terra noua creatur his, qui se ipsos renouauerūt, & nouū tradit testamentū, & calix ipsius. Illius autē regenerationis præmiū est, qd apud Paulū vocatur lauacrū regenerationis, & illius nouitatis mysteriū est hęc renouatio spiritus. Et forsitan quidē secundū hanc natiuitatē nemo est mundus a sorde, etsi vnius diei sit vita eius, ꝓpter natiuitatis nostrę carnalis mysterium: secūdū qd ait Dauid ex persona omniū nascentiū ex carne & sanguine: Quoniā in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Secundū regenerationē autē baptismatis, omnis quidem est mūdus a sorde, qui renatus fuerit ex aqua & spiritu: vt audacter aūt dicā, mūdus est per speculū in ænigmate. D Secundū tertiā autē regenerationē, quando sederit filius hominis in sede glorię suæ, oīs qui in illam regenerationē venerit quę est in Christo, mundissimus erit a sorde, & facie in faciem videbit, & ipse per lauacrum regenerationis veniens ad ipsam regenerationem. Si autē vis intelligere illud lauacrū, intellige quomodo Ioannes in aqua baptizans in pœnitētia, dicit de Saluatore: Quoniā ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & in igne. In ista ergo regeneratione baptismatis consepulti sumus Christo, secundum Apostolum, per baptismum: In illius autem regeneratione baptismatis, qd erit in spiritu, & in igne, cōformes efficiemur corpori gloriæ Christi sedentis in sede glorię suę: & ipsi sedētes super duodecim thronos, si tamē relinquentes oīa secūdum vtrāqꝫ interpretationem superius factā magis autē iuxta secūdā, secuti sumus Christum. Tunc autem cum filius hominis sederit in sede glorię suę, implebitur prophetia quæ dicit: Dixit dominus domino meo,

ſede a dextris meis, donec ponã inimicos tu-
os ſcabellũ pedũ tuorũ. Et tunc oportet eum
regnare, donec ponat deꝰ oẽs inimicos ſuos
ſub pedibus ſuis, donec nouiſſima inimica
mors deſtruatur. Qua deſtructa, iam nõ erit
mors ante faciẽ ſaluatorꝝ, ſed ſola credita vi
ta. Morte eñ conſtituta ante faciẽ hoim, nõ
creditᷣ vita ab his qui tenentᷣ a morte: deſtru
cta vero morte, ab omnibꝰ vita credetᷣ. Tale
aliquid poſitũ eſt in lege ita. Poſui ante faciẽ
tuam vitam & mortem. Itẽ. Erit vita veſtra
ſuſpenſa ante oculos veſtros, & non credetis
vitę veſtrę. Sedebit aũt filius hoĩs ſup ſedem
glorię ſuæ, cũ nullus cõtẽptibilis, & inglorꝰ
fuerit in regno eius. Oẽs eñ tunc qui gloriã
ab hominibus nõ acceperũt, nec fecerũt ali-
qd vt ab hoĩbꝰ glorificarentᷣ, ſed gloriã ſolã
quæ ex deo eſt quęſierũt, regenerabuntᷣ ab eo
qui ſederit ſup ſedem glorię ſuę. Tunc imple
bitur oratio Chriſti, quã orauit & dixit. Pa-
ter glorifica me ea gloria quã habui priuſq̃
E mũdus fieret, apud te. Si aũt potes intellige-
re verbũ reſtitutũ poſtq̃ factꝰ fuerat caro, &
oĩa quęcũq; factus eſt, ſecundũ ꝙ vnuſquiſ
q; neceſſariũ fieri habuit eũ ſibi vt omnes in
cretᷣ, & poſtea reſtitutũ, vt fiat qualis fuit in
principio apud deũ, Deus eñ erat verbũ in
gloria ſua, quaſi verbũ videbis eũ ſedentẽ ſu
per ſedẽ glorię ſuę, quando non aliũ ab eo in
tellexeris filiũ hoĩs q ſecundum corpus ho-
mo exiſtimabatᷣ. Tũc aũt cũ hęc in reſtitutio
ne Saluatoris fuerint facta, & qui reliquerũt
oĩa, & ſecuti ſunt eũ, ſedebũt quaſi cõformes
facti corporis & ſedis glorię eius ſup duode
cim thronos iudicãtes duodecim tribus Iſ-
rael. Oĩs eñ vita iuſtorꝝ iudicabit tribꝰ Iſra-
el quę nõ crediderũt, & iudicabunt apoſtoli,
& qui apoſtolorũ imitati ſunt vitã: & iudica
bunt generoſos qdẽ ꝓpter ꝙ ſunt Iſrael, non
F aũt egerũt digna genere ſuo. Forſitã aũt qđ
dicit Apoſtolus, In vobis iudicabitᷣ mũdꝰ, di
citᷣ ad eos qui venerũt ex gentibus. Quod an
tẽ dicit, Sedebitis & vos ſup duodecim thro
nos iudicantes duodecim tribus Iſrael, dicitᷣ
ad Apoſtolos, & ad eos qui apoſtolicã imita
ti ſunt vitã iudicaturos Iſrael, q generoſio-
res toto mundo habentᷣ. Si qs ergo reliq̃rit
oĩa, & ſecutꝰ fuerit Ieſum: quę Petro ꝓmiſ
ſa ſunt & ipſe recipiet. Si aũt non omnia reli
quit, ſed qdã quæ ſpecialiter inferius referũ-
tur: hic multiplicia recipiet, & vitã æternam
poſſidebit, ſecundũ ꝙ ait. Oĩs q reliquerit
fratres, aut ſorores, aut parentes, aut filios,
aut agrum, aut domũ ꝓpter nomẽ meum, cẽ
tuplũ accipiet, & in futuro vitã ęternã poſ-
ſidebit. Et hoc quidẽ qm̃ habet non cõtẽpti-
bilem rationẽ, & ſecũdũ ſimplicẽ traditionẽ
exhortatoriã ad cõtemnendã oẽm carnalem
cognationem, & omnẽ ſubſtantiã mundia-
lẽ, omnis homo fatetur, ꝙ multi credẽtium
Chriſto odio habiti ſunt a parẽtibus ſuis, &
elegerũt eos & omnem ſubſtantiam ſpernere
vt vitam ęternam poſſiderent, credẽtes: ꝙ
omnis qui reliquerit fratres ſecundũ carnẽ,
& ſorores corporis, & parẽtes carnales, aut
filios carnis, & ĩ terra maledicta agros & do
mos in ea, & reliquerit ꝓpter aliud nihil niſi
ꝓpter nomẽ Chriſti, mltiplicia recipiet: & ſi
oportet ſic nominare, inęſtimabiliter mltipli
cia ſpiritalia magis q̃ carnalia. Et adhuc ſu-
pra ꝙ multiplicia recipit, non in vita hac tẽ
porali, ſed ĩ illa vita ęterna factꝰ recipiet ea.
Et multiplices qdem fratres, & ſorores expo
nere facile eſt. Nam & in hoc ſeculo ꝓ fratri
bus carnalibꝰ, quos ꝓpter infidelitatẽ reliqt,
multos inuenit fratres ſecundum fidem. Sic
& parentes oẽs irreprehẽſibiles epiſcopos &
presbyteros ſine crimine cõſtitutos inuenit
quis patres, ꝓ eo ꝙ reliqt infideles parentes.
Similiter & filios omnes ętatẽ habẽtes. Quo
modo aũt intelligatᷣ mltiplices agros vel do
mos quæ reliquerit inuenire, nõ ſimiliter tra
dere poſſumus. Sũt ergo ſicut exiſtimo, & an G
gelis fratres & ſorores omnes q exhibuerũt
ſe Chriſto caſtas virgines, tã iſtę quæ adhuc
in terris habentᷣ, q̃ illę quę iã viuunt in cęlis.
Parentes autẽ quales dicti ſunt Abrahæ. Tu
ibis ad patres tuos in pace, nutritus in ſene-
cta bona. Si aũt facti fuerint aliquando ſecũ-
dũ illos patres iſti aliorꝝ patres, mltipliciter
recipiũt etiã natos. Agros aũt & domos mul
tiplices ĩtellige mihi in requie paradiſi, & ci
uitate dei, de qua dicta ſunt glorioſa, in cuiꝰ
gradibꝰ dignoſcetᷣ deus cũ ſuſcipiet eam, vt
dicatᷣ ad eos qui illic poſſident domos: Sicut
audiuimus, ita & vidimus in ciuitate domi-
ni virtutũ, in ciuitate dei noſtri. De qua di-
citᷣ. Diſtribuite gradus eius. Sup hæc autem
omnia vitã ęternã poſſidebit. MVLti erũt „
primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Et hoc „
habet aliqua & ſecundum ſimplicem ſenſum H
exhortari potentia eos qui nuper accedunt
ad verbum diuinum, vt feſtinent per ea quæ
cõſtituta ſunt hominibus ad ꝑfectum aſcen
dere prę multis qui videntur ſenuiſſe in fide
ad verbũ & vitam, quæ eſt ſuper illos, cũ ne
q; tempus, neq; parẽtes infideles impediant
eos qui nuper accedunt. Poteſt etiam huiuſ-
modi ſenſus, & deſtruere, & extollere, q glo-
riantᷣ eo ꝙ a chriſtianis parẽtibus ſunt enu-

triti in ipsa christianitate: maxime si fuerint ex patrib⁹ sacerdotali sede dignificatis, id est episcopatus, aut presbyteratus, aut diacona tus in populo dei. Audientes enim q̄ multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: re cordabũtur vt nõ glorientur in eo q̄ videntur priores, neq̄ humilienẽ, & pusillanimes fiãt, quasi minus aliquid prioribus possidentes, p eo q̄ christianitatis dogmata nouissimi rece
A perunt. Habet etiã alterum intellectũ, vt sint quidẽ primi Israelitæ, q facti sunt nouissimi ppter infidelitatẽ suã, & pditionẽ ĩ Christo: gẽtes autẽ nouissimi facti sunt primi: si tamẽ permãserint in fide, non alta sapiẽtes, sed hu milibus consentiẽtes: & si cõmunicãtes radi ci patriarcharũ, & pinguedini verbi patrũ in qua plãtati fuerint secundũ propositũ spiri talis legis, & secundũ volũtatẽ prophetarũ: si tamẽ & ipsi ĩtelligant spiritaliter sicut lex, illis videlicet a bona oliua ppter infidelitatẽ præcisis. Christo enim in iudicio veniente in istum mũdum, vt gentes quæ non videbant viderẽt, Israelitæ autẽ vidẽtes vt ppter infi delitatẽ fierẽt cęci, nos proselyti ascendentes per fidẽ, facti sum⁹ sursum & primi: Israelitæ autẽ q fuerũt priores, sunt facti nouissimi p infidelitatẽ cadentes. Sic intelligiẽ & qd ait, Si qs vult primus esse, erit nouissimus. Tãq̃ si dicat: quoniam nunc primatum accipient qui ex gentibus credunt in me, qui existimã tur nouissimi esse apud Israelitas: nouissimi autẽ iudicabũtur a deo oẽs Israelitæ, etsi vi dẽtur ppter tẽpora primi. Si quis ergo vult fieri vere primus, fiat in istis qui nũc nouissi mi existimanẽ ab Israelitis. Quicũq̄ autẽ vo luerit esse in illis q primi esse videnẽ, prima tu ad gentes translato computabiẽ inter no uissimos. Vide autẽ caute qd loquaẽ sermo.
B Multi, inqt, erũt primi nouissimi. Nõ omnes primi erũt nouissimi, nec oẽs nouissimi erũt primi. Sunt em̃ qui primi fuerunt, & nihilo minus pmanẽt primi, sicut Apostoli Christi qui Israelitę fuerũt de semine Abrahę, q etiã nunc primi habenẽ. Et sunt nouissimi nihilo minus permanẽtes, qui male se tractãt de po pulo Christiano, & videnẽ de ecclesia esse cũ non sint. Adhuc aũt vide si potes dicere pri mũ genus esse angelorũ, quasi honorabilius hoĩbus, q nouissimi præ angelis esse vidẽtur. Nã sicut scriptũ est in Iob, quãdo factæ sunt stellę, laudauerũt deum oẽs angeli eius, quasi antiquiores nõ solũ homine post creato, sed & omni creatura ppter eũ creata. Et sic au debit aliqs dicere, q̄ multi angelorũ priores fuerunt hominibus, efficiũtur inferiores qui busdã hominibus. Multi autẽ hominũ q na tura nouissimi sunt, efficiunẽ per vitã ange licam & verbũ dei quibusdã angelis superio res, qui primi quidẽ fuerunt constituti: facti sunt autẽ nouissimi propter aliquas culpas. Accipe aũt ad hęc scripturã Apostoli dicẽtis. An nescitis quoniam angelos iudicabimus? Nunqd secularia? Sed & Iudas dicit: Quoniã angelos Dei qui nõ custodierunt principatũ suũ, sed reliquerunt suam habitationẽ, deus in iudicio magnę diei vinculis grauibus sub caligine cõseruabit. Vide ergo nisi isti quidẽ q̃diu custodierunt principatum suũ, & non reliquerũt propriã habitationem, multo fue rũt hominibus meliores, & erãt hominũ pri mi: quorũ anima humiliata erat in puluerẽ, qui facti fuerãt ĩ corpore humilitatis, vt vix dicerent aliquãdo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Homines autẽ qui angelorum cõparatione nouissimi erant, angelorũ primi efficiunẽ, eorũ qui nõ conseruauerũt principatum suũ: sed relique runt propriã habitationẽ, accipientes princi patum secũdũ q̄ scriptum est: Esto potestatẽ habẽs super decem ciuitates, aut sup quinq̄ ciuitates. Facti ergo in habitatione quidã an gelorum derelinquũt eam: efficiunẽ autẽ ho mines primi, siquãdo pdicato sibi regno cæ lorũ fecerint quę possunt eos subleuare ad il lorũ habitationẽ quã angeli reliqrũt. Et mul C
ti ex nouissimis & natiuitatẽ habẽtibus sup terrã ascẽdẽtes, vt fiduтialiter dicere possint: Nostra aũt cõuersatio in cælis est, efficiũtur primi. Et ipe quoq̄ q sicut fulgur corruit de cęlo, Primus fuit quãdo incedebat immacu latus in omnibus viis suis, donec iniquitas inueniret ĩ eo: & factus est nouissimus in in fernũ descẽdẽs, vt admiretur vidẽtes eũ, & dicãt: Et tu cõsumptus es sicut & nos. In no bis aũt existimatus es, & descẽdit ad inferos honor tuus, & multa gloria tua. Sic cum no uissimus esset omnis qui insipiens & incredu lus erat, seruiẽs voluptatibus variis, & desi deriis in malitia, & inuidia, odibilis, & odiẽs: sed factus est primus quãdo benignitas appa ruit dñi Saluatoris p lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus, & suscepit eum qui dixit. Qui me suscipit, suscipit eum qui me misit. Sed secundum hęc quidem primos esse tradidimus eos qui saluanẽ, nouissimos autẽ qui non sunt digni tali ordine saluatorũ, sed pœna, & vt relinquanẽ, siue donec ĩtrauerit gentium plenitudo, siue donec compleantur quę peccatis propriis meruerũt. Parabola au D
tem quę subsequitur istos sermones, signifi

cat esse saluandos etiā nouissimos,q primi q dē sunt operati,nouissimi aūt acceperūt mercedē:& ideo cū primi fuissent,nouissimi sunt existimati.Meliores aūt eis dicit,q nouissimi quidē ad opa sunt vocati, receperūt aūt mercedē nō solū primi,sed etiā æqualē eis qui aduersus patrēfamilias murmurauerūt,& dixerunt:Isti nouissimi vnam horam fecerunt,& æquales fecisti eos nobis,qui portauimus pōdus diei & æstum.Et primi vocantur qui ad opera nouissimi sunt vocati, ex eo ꝙ primi acceperunt mercedem.

Secundum Matthęum. Cap.XX.

» IN ILLO tēpore:dixit domi
» nus Iesus discipulis suis. Si
» mile est regnū cęlorū homi
» ni patrifamilias,q exiit pri
» mo mane conducere opera
» rios in vineam suam.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione.Et est Decima.

E Videtur quidem omnis parabola hæc ppter hoc esse suscepta,vt discamus quomodo nouissimi venientes ad opa,quasi primi vocati, primi acceperunt mercedem:& quomodo qui vocati fuerant primi,in nouissimo loco a patrefamilias sunt statuti : propterea ꝙ & nouissimi acceperūt mercedem . Scire autem debemus ꝙ si parabola Iesu in quo thesauri sapiētiæ & scientiæ absconditi sunt discussa fuerit,tāta dogmata sapientiæ in mysterio abscondita inueniuntur his qui possunt talia inuenire:vt maxime de ista parabola dicat Saluator. Aperiam in parabolis os meum,loquar propositiones ab initio, & eructabo abscondita a constitutione mundi. Necesse est enim vt videat qui vult intelligere,quæ sit dies quæ refertur in ea & quæ horæ illius,& ꝙ nō euētu paterfamilias quinqꝫ ordinibus operatiorū tradidit opera vineæ . Deinde quęrenda est causa ei qui quęrere potest,quare qdē operarii mane conducti sunt: & post hoc nō circa horam secūdā,sed circa tertiā horam alii sunt conducti:& post eorū conductionem,quare non circa horā quartā vel quintam,sed circa horam sextam: ita nō circa septimam vel octauam,sed circa nonā: & nouissime non circa decimam,sed vndecimam . Debet enim esse quædam ratio digna Iesu,quare inter matutinam & tertiam tempus modicum est assumptum, & non secūdū tēpora quæ posita sunt inter tertiā & sextā, vel inter sextam & nonā.Post hoc aūt quare vna sit hora inter nonā & vndecimā, quēadmodum superius inter matutinam & tertiam. Non aūt negligēter est attēdendū qua ratio ne paterfamilias cū mercenariis qdem quos mane cōduxerat pactū fecit specialiter in die denariū:cōductis aūt circa tertiā horā nō cōstituit nominatim certam mercedē , sed ita , Quodcūqꝫ iustū fuerit dabo vobis. Similiter & circa sextam horā & nonam fecit vocatis. Et qa his q circa vndecimā erāt vocati,excusantibus se propter ociū totius diei,sic dixit: Ite & vos in vineā.Sed & quoniā quasi extra vineā constitutus paterfamilias, & inueniēs operarios ibi:primos quidē misit in vineam, secūdis autē dixit:Ite & vos in vineā:similiter eūdem sermonē & qui circa vndecimam fuerāt vocati,Ite & vos in vineā . Intelligat aūt qui potest,quid sit forū,qđ in Gręco nūdinę ponitur:in quo ociosos stantes inuenit Iesus . Secūdo similiter est requirendum,qui sunt qui inuenti sunt stantes circa vndecimā quibus dicit : quid statis hic tota die ociosi? Aspiciat aūt qs,quę sit excusatio eoꝝ q toto die steterāt ociosi, & qs esset dolor stādi eoꝝ qui toto die stare ociosi sustinuerūt,vt cum fiducia responderēt,quoniā parati quidē fuerūt ad opus, nemo autē eos conduxit: quasi plurimi essent qui cōducerētur, non aūt & q conducerēt. Necnon diligenter oportet attēdere & ꝙ sero facto dixit dñs vineę procuratori suo. Voca operarios,& redde eis mercedem, incipiens a nouissimis vsqꝫ ad primos . Quęres aūt qd mouit dñm vineę vt iuberet procuratorē vineę vocare opatios,& reddere eis mercedē incipiētē a nouissimis, & ascēdētē vsqꝫ ad primos: vt primi qdē accipiāt,q circa vndecimā erāt cōducti,secūdi autē qui circa nonā,tertii q circa sextā,quarti q circa tertiam,nouissimi vero qui mane.Hoc enim manifestissime declarat ex eo qđ dicit,Redde mercedē icipiēs a nouissimis vsqꝫ ad primos. Quis aūt & extra dñm vineę sit dñi procurator dās mercedē iuxta dñi iussionē. Sed & si qui vocati fuerāt circa nonā nō portauerūt pondus diei & æstū,manifestum est ꝙ nō illi murmurauerūt aduersus patrēfamilias dicētes:qm̄ hi nouissimi vnā horā fecerūt,& æquales eos fecisti nobis, q portauim⁹ pōdus diei & æstū . Neqꝫ illi qui sexta hora vocati sunt pondus portauerūt diei,nisi forte diei dimidiū.Et qui tertia sunt vocati, nō totius diei pōdus sustinuerūt,sed si oportet caute dicere,dimidiū diei,& quartā partē diei.Soli aūt qui ex mane cōducti sunt,pondus diei sustinuerūt,& æstū totū.Cęteri aūt secūdū men

furã tẽporis qd fecerũt in vineã,portauerũt.
A Quoniã autẽ diuersę parabolæ sunt vineam nominãtes: querendũ est vtrũ secũdũ diuersas res & vinea intelligit,aut secundũ ipsam rem.Ego arbitror oportere discutere,& quare nõ ad oẽs q primi venerũt, & existimauerunt q̃ plus essent accepturi, & murmurauerũt aduersus patrẽfamilias,sed vni eorum dixit:Amice nõ tibi facio iĩuriã. Denario cõ ueni tecũ. Et volo huic nouissimo dare quẽ admodũ & tibi.Q̃m aũt hęc & talia suscipit parabola p̃sens: potest qdẽ requirere qs in ea: digna aũt dicere est nullius,nisi eius q dixit, Nos aũt sensum Christi habem⁹. Age nos q multũ desumus a p̃funditate parabolæ, q̃dã
B modica q̃ suspicamur in ea dicamus. Et primũ qdẽ videamus de die parabolę,q̃ sit dies. Et vide si possumus totũ hoc seculum p̃sens dicere vnũ diem:magnũ qdẽ quantũ ad nos, modicũ autẽ & exigui tẽporis, quãtũ ad dei patris,& Christi,& sancti spirit⁹ vitã. Et qd dico quãtũ ad vitã patris, & filij,& spiritus sancti? Forsitan & quantũ ad vitã quarũdam beatarũ virtutũ & sublimiũ cõparatione generis multorũ. Nam quãtũ est vna hæc dies quãtũ ad vitã oĩm diu viuẽtiũ:tãtũ est omne seculũ hoc quãtũ ad vitã supernarũ virtutũ. Et si tãtũ est quãtũ ad vitã supnarũ virtutũ, iã vide q̃ nullius momẽti est omne hoc seculũ quãtũ ad vitã dei patris,& filij,& spiritus sancti. Vtrũ aũt aliquod tale mysteriũ demõ
H stretur in Deuteronomij cãtico ĩ quo dicit, Memẽtote dies seculi,an nõ,q̃rat q potest:& si tales sunt dies seculi,cõsequẽs erit tradirio nẽ similẽ esse ĩtelligere q̃ dicit:Et annos æter nos ĩ mẽte habui,& meditatus sum nocte cũ corde meo, exercebar, & cõtribulabã spiritũ meũ & dixi,nõ in secula p̃iiciet deus.Et forte vt audacter dicã, ĩ secula qdẽ nõ p̃roiiciet deus:multũ est em̃ & in vno seculo proiicere deũ.Proiiciet aũt forsitã & in secũdo seculo, quãdo q̃dã peccata nõ remittunť, nec ĩ hoc, nec in futuro seculo. Quis ergo idoneus est sex illos dies,& septimũ requietionis ad huiusmodi dies referre, & post sabbata & neomenias, & in primo mense festiuitates, & in quartadecima die mẽsis pascha,& in cæteris azymorũ? Sic aũt sequẽs qs rõnẽ in abyssum cadet intellectuũ, cæteras festiuitates existimãs secũdũ huiusmodi dies,& totũ septimanale magnũ, in quo pauperibus, & aduenis, & bestiis terrę donat deus fructus qui ex prima terrę opatione fint geniti in tẽpore cũ iã nemo operabit terrã. Abyssum aũt dico propter altitudinẽ dogmatũ, vt ascẽdẽs qs videat quinquagesimũ annũ,& quę de eo in lege cõstituũtur,& adimplenť.Sed q̃rẽtes vnã C propositę parabolæ diẽ,& existimãtes eã esse totum hoc seculum præsens, intrauimus in altitudines,opus habẽtes spiritu dei qui oia scrutatur,etiam altitudines dei. Ego autem existimo quoniã sicut in exitu cõsummationis anni quædã dicta sunt fieri oportere: sic (verbi gratia) & in cõsummatione seculorũ multorꝫ siue annũ aliquẽ cõplẽtiũ,siue aliud aliquid in abiectione peccati apparuit Iesus noster,vt post cõsummationẽ seculorꝫ,quasi anni vnius dierum:iterũ aliud succedat principium,& ostendat in seculis superuenientibus supereminentes diuitias bonitatis suę in eos quos ipse nouit ostendere oportere. Et hæc qdẽ diximus propter diẽ q in parabola nominatur pręsenti,quẽ potest qs cõfirmare etiam ex Ioannis epistola ita dicentis: Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quoniã Antichrist⁹ veniet, nũc aũt Antichristi multi facti sunt: vnde cognouimus quoniam nouissima hora est.Nouissima em̃ hora est post vndecimã, in qua homo paterfamilias egressus inuenit alios stãtes,& dixit eis.Quid hic D statis tota die ociosi? Post hoc requiramus quo modo non fortuitu paterfamilias quinq̃ ordinibus operariorum tradit opera vineę. Primũ quidem,quando egressus est mane.Secũdo,quãdo egressus est circa horam tertiam, vidit alios stãtes ociosos in foro.Tertia vice & quarta, quãdo iterũ circa sextam & nonã egressus similiter fecit.Quinta autẽ q̃ñ circa vndecimã,inuenit alios stantes.Et vide si potes primũ qdẽ ordinem dicere Adam in principio creationis mũdi,& eos q fuerũt in tempore illo,vt operarẽtur vineam culturæ dei. Secundũ autẽ ordinẽ Noe,& testamentũ q̃d dispositũ fuit ad eũ cũ eis qui fuerũt in tẽpore illo. Tertiũ autẽ Abrahã,& q post ipsum fuerunt patres, vsq̃ ad Moysen. Quartum Moysen & eos oẽs q de Aegypto sunt egressi, & legislationem quæ facta est in deserto. Nouissimũ autẽ ordinẽ,Christi aduẽtũ. Tamẽ vnus homo paterfamilias quãtũ ad parabolã istã quinquies est egressus, & ad negocia p̃uenit huiusmodi,vt incõfusibiles operarios docẽtes verbũ veritatis mittat in vineã operaturos opa eius.Si em̃ Christus q condescẽdit hoĩbus multoties,vocationẽ operariorũ semp dispẽsauit, & si de mũdo sensibili,& a sensu incipiẽte opa facere mysteriũ aliquod habẽt quinq̃ operariorꝫ ordines ĩtroduci, q potest cognoscat.Exerceať aũt,etsi non vult qs suscipere dogmata,& quę dicunť a nobis.

E Dicet eñ aliqs φ tactus est in prima vocatione: ꝑpterea φ mulier dixit serpēti. Dixit de⁹, Non mãducabitis ex eo, neqꝫ tangetis eum. Odoratus aũt misericordia, ꝑpterea φ dictũ est de Noe. Odoratus est dñs odorē suauitatis. Gustus vero eſt in Abrahę vocatione, ꝑpter qđ & pascēs angelos apposuit eis abscõdito (sicut est i latino) subcineritias de simi lagine, & vitulũ tenerũ. Audit⁹ aũt i Moyse, quãdo de cęlo audita facta est vox dei. Visus aũt q sup omnes sensus honorabilior est, in aduētu Christi significat, quãdo oculi beati Christum viderũt. Dicamus aũt & hæc, siue exercitationis ratiõabilis gratia, siue vult qs accipere quasi dogmata ꝑpter qnqꝫ vocationes. Arbitror autē qm̃ & opera vineæ huius modi erãt, vt opus haberēt operariis secũdũ horas. Oportebat eñ mox mane opera fieri in vinea: & vidit paterfamilias qui vocabat operarios, q essent apti ad opera quæ primo mane fieri oportebat. Aliud autē opus circa tertiam horam erat, qđ fuit in diebus Noe, quando testamentũ disposuit ei. Ita decē generationes a Noe vsqꝫ ad Abraham, qui fuit principiũ alterius operis eminētioris: & erat operarius vineę tunc incipiens Abraham, & post eũ Moyses, & q fuerũt cũ ipso in vinea. Dederat autē vineę aliquod nouissimũ opus qđ opus habebat noua vocatiõe, quæ deerat in vinea breuiter operante, qđ est opus noui

F testamenti. Cognouimus ergo interualla vocatorũ, circa tertiã, & sextã, & nonam, & vndecimã: in qua tantũ fuit interuallũ a nona Moysi hora vsqꝫ ad vndecimã, in qua est aduentus Christi carnalis: quantũ fuit a prima Adam vsqꝫ ad tertiã Noe. Conuenit autē paterfamilias q primo mane vocati sunt denariũ. Hunc aũt puto nouissima esse salutis, nõ simul collatis eis quę sunt secundũ gloriam. Salutis enim arbitror nomē esse denariũ: glorię autē quę sunt sup denariũ. Sic alicubi nominata sunt numismata eius, qui datam sibi mnam amplificauit in qnqꝫ mnas, vel i decē. Quid aũt dicit his q circa tertiã erãt vocati? Qđ iustum fuerit dabo vobis. Inuitauit qdē operarios tertię horę ad totũ: quicqd autem potuerint operari iudiciũ sibi reseruauit secũdũ opus qđ fuerit factũ, vt iustam reddat mercedem. Qꝫ aũt similiter fecit etiã eis qui circa sextã, & nonã venerũt, manifestum est: qm̃ & ipsis dixit: qđ fuerit iustũ dabo vobis. Poterant autem æquale opus facere in vinea eis, qui ex mane sunt operati, quicqꝫ in tempore breui volebant operantem virtutem ad opus extēdere, quæ ante non fuerat operata.

G Sed quęret aliqs quare sic dicit ad eos quasi nõ solum fuissent ibi, sed etiã tota die stetissent, id est ꝑ totũ tempus qđ fuit ante vndecimã horã, secundũ φ scriptũ est, quia egrediēs paterfamilias circa vndecimam horam dixit ad eos, Quid hic statis tota die ociosi? Ego aũt suspicor de anima etiã in istis secretam & absconditã rationē. Quomodo autē ociabant tota die vsqꝫ ad vndecimã horã volentes quidē operari: nõ autē assumebant in vineã, qui fideliter se excusabãt dicentes, qa nemo nos conduxit? Nos aũt ausi fuimus talia quædã, & de multis scripturis suspitionē accipiētes, & de ꝑsenti quoqꝫ parabola dicere, vt ostēdam⁹ quomodo tota die ociosi steterũt ꝑpterea φ nullus eos cõduceret, q circa horã vndecimã sunt vocati. Quibus autē nõ placēt dogmata ista, interpretētur nobis diē illã totã, & eos q stabant tota die ociosi, volentes quidē operari: nõ autē vocabant in vineam: & q fiducialiter se excusantes dixerunt, nemo nos cõduxit. Si enim cõseminata esset anima corpori: quomodo tota die steterunt ociosi? Aut dicãt nobis, quę sit illa dies tota, & in ea diuersę secũdũ diuersas horas operariorũ vocationes. Verũ autē beati qdē qui secũdum parabolam istã a patrefamilias sunt conducti: erant autē & alii operatores q cõducebãtur, siue ab aliis patribusfamilias, siue ab ipso: & siue nõ beati, aut nõ sic beati, supra nos est hoc intelligere digne, aut secũdũ φ intelligimus credere. Ego quęro & quę

H extra vineã sunt, vbi & inueniũtur operarii ab eo q exiit conducere eos. Et considera ne forte locus aĩarũ est ante corpus, q est extra vineã locus. Vinea autē nõ solũ hic in corpore est: sed etiã extra corpus vbi operãtur operatores. Nec eñ in ocio sunt animę operariorũ a patrefamilias conductorũ, cũ a corpore sunt liberatæ. Et Samuel ergo extra corpus operabat prophetãs, & Hieremias orãs ꝑ populo: proptereaqꝫ cõtēdimus, & opamur vineã, siue cõstituti in corpore, siue exeuntes a corpore, accepturi qđ fuerit iustũ. Et nemo est quãtũ ad parabolam istã, qui nõ est operarius opera vineę, qui tñ trãsmissus fuit in eã. Neminē eñ quasi q min⁹ fecerit opera paterfamilias reprēdit, q̃q̃ de mercede maiore vel minore sperata culpauit. Et forsitan locus q extra vineã est forũ est, vbi erãt stãtes ociosi, magnã excusationē habētes ad hoc vt digni efficiãtur totius diei mercede, secũdũ φ excusauerũt seipsos dicētes, nemo nos cõduxit. Propter qđ & paterfamilias libēter cõduxit eos, & vt ita dicã, reddidit eis mercedem

pro eo q magnanimiter tota die steterūt, & expectauerunt vsq ad vesperā conductorem.

A Post vespere facto, id est seculi cōsummatiōe & diei illius quę in parabola ista refertur, dicit dñs vineę procuratori suo, siue alicui angelo, q sup mercedes tribuendas positus est, siue alicui ex multis procuratoribus procuratori, secūdū q scriptū est, sub curatoribus & actoribus esse hęredē ī tēpore quo paruulus est. Secūdū praeceptū ergo patrisfamilias vocant operatores a procuratore, vt merces nouissimis detur in primis. Primi em̄ operarii testimoniū habētes p fidem, nō acceperūt dei promissionem, pro nobis melius aliquid prospiciēte patrefamilias, qui vocati sumus vndecima hora, vt nō sine nobis pficiantur. Et misericordiā cōsecuti sumus p eo q tota die stetimus, & voluim⁹ cōductorē nobis venire. Ociati aūt fuimus, & cū excusatione ad opus assumpti: & misericordiā cōsecuti, primi mercedē speramus accipere, q noti sumus Christi. Post nos autē dabit mercedē eis, qui ante nos operati sunt: & sic etiā eis q fuerūt

B ante illos, & sic vsq ad primos. Videns autē quis locū illū vbi cōmemorabat Samuel, & q cōsequēter cōsiderauerit de eis, q ante vndecimā horā sunt conducti: videbit quomodo portauerūt primi pondus diei & aestum: nos autē q vndecima sumus diei vocati, sicut illi qdē nō portauimus pondus diei & aestum, portauimus aūt pōdus eo q stetimus ociosi anteq paterfamilias veniret ad nos, q dixit nobis. Venite ad me omnes q laboratis, & onerati estis. Onus erat enim ociositas ipsa, & q non iudicabantur interim ad opera vineae digni. Aestū autē portauerunt, qui ante vndecimā erant vocati: vnusquisq secūdū aestimationē vocationis. Non autē scientes patrisfamilias dignitatem primi, & qm̄ non debebāt aduersus eū murmurare, amplius aliqd salutis q̄ nouissimi accipiunt, accipere putauerunt: & murmurauerūt contra patremfamilias, inuidentes nobis nouissimis qui vnam horā vsq ad cōsummationē fecimus, & similes facti sumus eis, qui a principio diei ad diuinā vineā sunt vocati. Sed paterfamilias vni eorū dixit (forsitan Adę) Amice non facio tibi iniuriā. Nōne denario conueni tecum? Accipe quod tuū est (Tuū est enim salus, qđ est denariū) & vade. Volo aūt & isti nouissimo dare sicut

C & tibi. Et nō dixit istis nouissimis, sed ostēdit aliquē secūdum exitum vnū, quē temeritatis quidē est dicere, non tñ incredibiliter potest quis arbitrari Apostolū Paulum, q vna hora est operatus: & forsitan super oēs q ante fuerūt, sicut ipse testat dicēs, Sed plus omnibus laboraui. Si aūt oportet & de vinea dicere aliquid, accipio occasionē ab eo ipso, qui interpretatus est in alia parabola de vinea, qm̄ vinea est regnū dei. Sic em̄ ipe dixit. Auferetur a vobis regnū dei, & dabitur gēti faciēti fructū eius. Omnes ergo q operant opera vineę, opera regni dei, & salute digna perficientes denariū cōsequent. Postq̄ aūt dictauim⁹ haec D in parabola hac psenti, subueniūt nobis etiā haec quę possunt esse vtilia eis, q in altiori & secretiori expositione pficiūt. Dicet em̄ aliqs omnē vitā esse diē vnū secūdū parabolā hāc. Hoc ergo ostendit, qm̄ quidā a pueritia ante aetatem ad operādū opera regni dei accedūt: & ipsi sunt q primo mane cōducūtur in vineā: alii autē in adolescētia veniūt ad dei culturam, & sunt ipsi, qui hora tertia inuitant: alii vero viri perfecti, & ipsi sunt qui in sexta vocātur: alii autē iam senes adducunt ad dei culturā, & ipsi sunt q circa nonam vocātur: alii aūtē in ipso exitu vitae senes ad plenū, & ipsi sunt qui circa vndecimā vocantur. Qm̄ ergo affectus nō tēpus respicit qđ qs fecit in fide: ideo nō aspicitur exquo qs vocatus est, sed quantū operatus est qs: & ppterea oībus aequaliter tribuit merces salutis. Vnde indignātur q a pueritia sunt fideles, qui laborauerūt, & subiugauerūt iuuētutē suā, & portauerūt totius aestatis feruidę aestū, & tentationū accidētium pondus, si aequalem salutē habituri sunt ociosi a pueritia vsq ad senectutē, q ociantes in infidelitate ante modicū tēpus ad fidē & opera fidei venerūt. Vineam E autē secundū hanc expositionē intelligimus regnū dei, qđ in ecclesia pdicatur. Forū autē est, quicqd est extra vineā foris, id est extra ecclesiā Christi, extra verbū veritatis, vnde sermo dominicus accepit eos qui vocātur a Christo, & mittit in vineā, id est in ecclesiā. Non autē numerabūtur secūdū expositionē istam inter operatios vineae, quotquot vocati sunt quidē primū ad dei culturam, nō aūt cōseruātes quae fidei erant, victi egressi sunt de vinea, id est de ecclesia dei, vel de fide veritatis, vel de iustitia regni cęlestis, peccātes, & post adimpletionem voluptatum suarum in peccatis suis, voluerunt quasi poenitentes iterum ab initio vineam operari. Nec enim possunt dicere patrifamilias, nemo nos cōduxit. Cōducti em̄ fuerūt secūdū tēpus primū, quo sunt vocati ad fidē. Sed neq dicetur eis, quid hic statis tota die ociosi? maxime si incipiētes spū postmodū carne pficient: & si post ea regredi volūt, vt iterū spū viuant. Et non

dixímus hęc dissuadētes surgere eos qui ceciderunt, aut impediētes ne conuertanť auet si, vt ne ad domū patriā reuertāť lasciui filii qui viuendo luxuriose, euangelicæ doctrinæ substantiam consumpserūt. Habent enim ꝓpter pœnitentiā quoniā victi sunt a vitiis ꝓuersis, meliorē eis qui in peccatis comprehēsi fuerint, cōsolationē salutis: non tamen debemus existimare, ꝙ similes sunt eis qui propterea peccauerūt in iuuentute sua, qm̄ nondum didicissent quę fidei erāt. Vult ergo paterfamilias nouissimis dare quemadmodum & primis denarium salutis, qm̄ licet ei facere quod vult in propriis suis, & arguere eū qui malum oculum habet propterea ꝙ paterfamilias bonus est. Erunt ergo, multi ex nouissimis vocatis primi, & quidam primorū nouissimi. Nam & multi vocati sunt, pauci autem inueniuntur electi.

Secundum Matthæum.

,, IN ILLO tempore, Ascēdēs
,, Iesus in Hierosolymā, acce-
,, pit duodecim discipulos su
,, os seorsū in via, & dixit eis.
,, Ecce ascēdimus in Hieroso
,, lymam, & fili9 hominis tra
,, detur principibus sacerdotum.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. Et est Homilia. XI.

F PAulus qui hortatur nos fieri sui imitatores, sicut ipse imitatus est Christum, sciēs Christum per hæc ad manifesta pericula promptissime ascendisse, scientē ꝙ tradendus fuerat pricipibus sacerdotum & scribis, & condemnandus fuerat morte, & gentibus erat tradendus ad deludendum & flagellandum, & crucifigendum: simile aliquid fecit. Cum enim Agabus accepisset zonam eius, & alligasset ipsi manus, & pedes dicens: Hęc dicit spiritus sanctus, virum cuius zona hæc est, sic eum alligabunt Iudæi in Hierusalem, & tradent in manus gētiū: audiens ista Paulus, imitatus suum magistrum in Hierusalē promptissime ascēdebat. Et cum aliquid humanum passus fuisset ab his, qui propter dilectionem eius cœperant flere, & prohibere ne ascenderet in Hierosolymam: dixit. Quid facitis flentes, & confringētes cor meū? Ego enim non solum alligari, sed & mori parat9 sum ꝓ noīe dn̄i nostri Iesu Christi. Hęc ergo considerantes & cognoscentes, scire debem9 ꝙ frequēter qm̄ tentationes aliquas subituri sumus, dolori nosipsos secundum ꝙ iustum est ad obuiandas tētationes offerre debem9, accipientes exemplum huiusmodi, primum quidem a Saluatore, deinde autem ab Apostolo Paulo. Et ne arbitreris hæc cōtraria esse eis quæ superius dixim9, & frequenter: qm̄ si quis vos persecutus fuerit in ciuitate ista, fugite in alterā: & ꝙ audiens dominus, ꝙ Ioannes tradit9 erat in carcerem, secessit inde: Sed sciendum ꝙ nec semper conuenit declinare pericula, nec semper obuiare periculis. Tamen sapientis est alicuius in Christo, vt cognoscat quale quidem tempus exigit declinationem, quale autem obuiationem periculorum. Et hęc quidem diximus secundum voluntatem scripturæ præsentis, hortantes homines aliquando spernere pericula mortis. Post hoc obseruandum est, quoniam ascēdens in Hierosolymam, duodecim accepit seorsum. G In duodecim autem adhuc erat & Iudas, ergo & Iudam accepit seorsum. Adhuc enim forsitan dignus erat cum cæteris seorsum accipi, & audire quæ passurus erat magister: & nō reprobo qm̄ adhuc nesciebat Iudas quid eēt facturus, sed nec aliquis nostrorum. Nam & omnibus nobis est dictum, Noli gloriari in crastinum. Nec enim scis quid pariet superuentura dies. Necdum enim arbitror immiserat in cor Iudæ Satanas vt traderet Iesum. Et videat qui potest, ꝙ ab initio euangelii vsqꝫ nunc Matthæus nusq̄ accusauit Iudam, nisi in Catalogo duodecim Apostolorum dixit, Et Iudas Simon Scariothes, qui & tradidit eum. Multa aūt de hoc, ꝙ & Iudam similem fecit cæteris, tractauimus vbi diximus, Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis & dicens, quæ dicta sunt ibi. Conferamus itaqꝫ hæc eis, quę supra sunt dicta, similia: qm̄ illic his ipsis verbis dn̄o prophetantē quę erat passurus, accepit eum Petrus, & cœpit increpare dicens. Propiti9 esto tibi domine, & hoc tibi non erit. Hic aūt nō referuntur discipuli dixisse, aut fecisse, cū audissent tristia hæc Christo futura. Et puto qm̄ ideo nunc tacuerunt, qm̄ superius quando Petrus accepit Iesum, & increpās dixit q̄ dixit, cōuersus Iesus dixit Petro: Vade post me Satana, scandalum mihi es, qm̄ non sapis q̄ dei sunt, sed quæ hominū. Consequens ergo erat, vt recordantes q̄ dominus dixit ad Petrum obseruarent discipuli, ne audiant talia, vel peiora a suo magistro. Non est autem absurdum reuocare in memoriam ea quę similiter istis sunt dicta superius. Tunc ꝑcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse erat Christus. Exinde cœpit ostendere Iesus H

discipulis suis, ꝙ oporteret eũ in Hierosolymã ire, & multa pati a senioribus, & principibus sacerdotũ, & scribis populi, & occidi, & tertia die resurgere. Et in illis dicitur ꝙ accipiẽs eũ Petrus, & cætera. Adhuc autẽ illic dictũ est occidendũ Saluatorem: hic autẽ & species ipa occisionis est scripta, id est ad crucifigendum. Quid est ergo qđ dixit oportet? Q̃diu quidẽ Iesus nõ tradebat in Hierosolymis principibus sacerdotum & scribis, nec cõdemnabat morte, nec deludebatur, nec flagellabatur, nec crucifigebat, stabat Hierusalem: & qđ vocabatur sanctuariũ, nõ deponebatur. Postq̃ aũt hęc in Iesum ausi sunt: tunc qui tradiderũt eum derelicti sunt: & sacerdotes qui condemnauerunt eũ morte, & scribæ qui excęcati mente, & alienati sensu nõ videntur voluntatẽ scripturarũ sanctarũ, traditi sunt morti inimicę Christi: & q deluserunt Iesum in delusione sunt facti, Hierusalẽ exercitu circũdãte, quãdo & venit desolatio ei⁹: & q flagellauerũt Iesum flagellati sunt, & flagellantur donec intret gentium plenitudo: qm̃ q lapidem mittit in altũ, super caput suũ mittit. Et hęc oĩa facta sunt, vt ab illis quidẽ recedat speculatio dei, transeat autẽ ad gentes, saluatis videlicet cũ gentibus & reliquiis Iudæorum secũdum electionem: qm̃ nisi dominus Sabaoth reliquisset illis semen, sicut

A Sodoma facti fuissent. Ego autẽ arbitror ꝙ sicut exemplũ & vmbra culturæ quod antea implebatꝰ, ꝑpter cęlestia solutũ est, & veniẽte vero principe sacerdotum figuralis sacerdos cessauit, & veris sacrificiis ꝓ peccato ĩ vsum veniẽtib⁹ figuralia sacrificia sunt destructa: sic qm̃ vera Hierusalem suscepit Iesum ascẽdẽtem sup subiugalẽ corporis sui, in quo & gaudebat valde filia Sion, & prędicauit filia Hierusalem quę sursum est, tũc destructa est Hierusalem quę fuerat vmbra, & cecidit tẽplũ qđ de lapidibus mortuis erat cõstructũ, propter templũ qđ de lapidibus viuis fuerat erigẽdum. Effossum est aũt & altare qđ fuit deorsum, qm̃ apparuerat qđ erat cęleste, cui⁹ Encenia in deseruitione vera fecit Iesus. Si autẽ secũdũ quãdã significationem homines ciuitas sunt, & nunc in Hierosolymis: sic eẽm eos voco qui spem suam habẽt in locũ illius Hierusalem quæ aliquando fuit in terris: & nunc ergo traditur Iesus eis qui profitentur esse se dei seruos Iudæis: & quasi principes sacerdotum constituti, & qui diuinas literas scire se arbitrãtur scribæ, cõdemnant Iesum morte per ea quę maledicunt de eo, & nõ est quando non tradunt gentibus Iesum deludentes eum & doctrinã eius apud se, & semper linguis suis flagellant eum, & cultutam dei quæ per Iesum introducta est. Et ipsi quidem crucifigunt eum, per hoc ꝙ anathematizant & tollere volũt doctriuam ipsius. Ille autem melior illis omnibus cõstitutus, paululũ deficiens surgit, & viuens gẽtibus quæ acceperunt posse videre, apparet.

Secundum Matthęum. Cap. XX.

IN ILLO tẽpore, Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedęi cũ duobus filiis suis, adorans, & petẽs aliquid ab eo. Ille autem dixit ei. Quid vis? Dicit ei. Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexterã, & alter ad sinistram in regno tuo.

Homilia Origenis de eadem lectione. Quæ est XII.

DIgnum est in præsenti loco B quęrere sensum non contẽptibilem, sed vere dignum euangelio Christi. Hoc autem pręmisi qm̃ textus simplicibus quidem, & altitudines dei & scripturarum eius nescientibus quærere, simplicitatẽ postulationis alicuius ostendit, & responsionem simplicem Christi ad eam. His autẽ qui vel ex aliqua parte scripturarum propositiones discutere possunt, profundior & spiritalis ostendit intellectus. Qui ergo hinc ostẽditur sensus, breuis & cõtemptibilis est, & nihil habens magnũ. Sicut enim in regno mundiali in honore esse vidẽtur qui sedent cũ rege sedẽti in veste regali, & aliquid regalium negociorum agenti, sic mater filiorum Zebedęi secũdum simplicem (dico) textũ videtur postulare a Saluatore, vt vnus filiorum suorum sedeat ad dexterã eius, alter ad sinistrã in regno ipsius. Et nihil fuit mirum si mulier ex muliebri simplicitate vel impitia talia debere se petere existimauit. Pone autem ꝙ & ipsi fratres, secundũ ꝙ Marcus exponit, quasi homines constituti, & adhuc imperfecti, & nihil altum intelligẽtes de regno Christi, talia arbitrati sunt de his qui sedebunt cum Iesu. Quid dicem⁹ de Iesu, qui ostendens magnum esse sedere aliquem ad dexteram, vel ad sinistrã suam, tollit postulationem, & dicit: Nescitis quid petatis: & non est meum dare vobis, sed quib⁹ paratum est a patre meo? Quæret autem qui C sapiens est auditor scripturę, quid sit sedere ad dexterã Iesu, & ad sinistrã in regno eius. Et conueniebat quidem cõgregare quę sunt

scripta de sessiōibꝰ dei, vel Christi, vt ex tractatu eoꝝ, & ex collatiōe eoꝝ ad inuicē clarescere posset aliqua dogmatis magnitudo. Sed prolixitatis declinādęq́ gratia ꝓponimus vnum qđ dicit Michęas. Vidi deum Israel sedentē in sede sua, & omnis militia cęli stabat in circuitu eius ad dexteram eius & sinistrā. Omis ergo q est spiritalis, & cū iudicio vult cuncta discutere: dicet quoniam spiritalis est sessio dei super spiritali sede: similiter etiam Christi. Nihil eñ in oībus sessionibus hmōi dei, vel Christi de corpali sessione significat sermo. Ridiculum eñ est ꝓpter has corporales sessiones appellatas, existimare sedes aliqs corporaliter eē ędificatas de materia nescio qua, in quibꝰ sedeat deus vel Christus eius, vel q ad dexterā eius sessuri sunt, vel ad sinistram, quibꝰ hoc a patre paratū est: & nescio si sit corporale qđ dicitur, militiam cæli stare ad dei dexteram vel sinistram: & iterū existimare quoniam qui saluantur qdem & laudabiles sunt, a dextris corporalibꝰ sunt regis nostri Iesu, mali autem & perditi similiter in sinistris corporalibꝰ. Sed vide ne forte quod dicit Christū restitui in regno suo recipientem ꝓprium principatum, sic intelligere debeamꝰ, vt destructo peccato qđ in corporibꝰ mortalibꝰ hominum est, & omni principatu alienatum virtutum, & potestate destructa, hoc sit sedere Christū in sede glorię suæ. Qz autem deus omnia facit ad dexteram & ad sinistram, hoc est vt iam nullū malum sit ante eū. Intelligat ergo q potest eminentiam quidem regni in hominibꝰ Christum recepisse, & glorificatū esse ad gloriā quā habuit priusq̄ esset mūdus, priusq̄ peccarent q peccauerūt, & habebat gloriā apđ patrē: eoꝝ autem q appropiant in primo, vel secūdo, vel in tertio loco, quasi homines cōstituti secūdū mēsuram suā habētes sedere ad dexterā vel sinistrā Christi in regno eius, quos restituet deꝰ cooperās eis, & parās eis vt appropiēt eminētię Christi. Qui qdē pręcellūt pręcęteris appropinquātibꝰ Christo, sunt a dextris Christi: videlicet qui tāgunt eum, coniuncti sunt dextris ipsius verbi: qui aūt inferiores sunt, a sinistris eiꝰ sunt. Dexterā autē vide si potes intelligere Christi īuisibilē creaturā: Sinistrā
D aūt visibilē & corporalē. Et Christus quidē omnibus regnat: appropinquantium autē ei qdam dexteram sortiunt, & ītelligibilia: alii aūt sinistrā, & sensibilia. Et ne forte vera mater filioꝝ Zebedęi, quos appellauit filios Tonitrui Christus, magniloquētia ipsa indicās magna de filiis suis Iacobo & Ioāne: nā & vere magni erāt: & existimās eos prima habere posse sup oēm naturā hūanā, quasi q potuerūtq́ capere magniloquiū eiꝰ, accedēs deū precabat, vt cōfirmaret vnum quidē a dextris, alterū a sinistris. Saluator aūt repħēdēs etiā huiusmodi magniloquentiā, matrē Iacobi & Ioannis quasi ignorātem q essent eminentiores, & ꝙ huiusmodi donum solius Dei est q super omnia est conspirātis, & cooperantis, & cōfirmātis ī huiusmodi eminētia quos viderit aptos, & ideo dixit. Nescitis qđ petatis. Sedere aūt mecū non est meū dare vobis, sed qbus paratum est a patre meo. Arbitror aūt ꝙ volēs ostēdere matri filiorum Zebedæi, & ipsis quoniam adhuc minus habebāt de perfectione, q̄ hoīes possunt habere non mediocres, ideo respōdit postq̄ dixerat, Nescitis qđ petatis: Potestis calicē bibere quē ego bibiturus sum? aut baptismo baptizari quo ego baptizor? Deniq́ cū dixissent, Possumus: nō ita respondit Christus, Calicē qdem meū bibere potestis: sed ad futuram eoꝝ pfectionē respiciens dicit, Calicē qdē meū bibetis, & baptismo baptizabimini. Adhuc autē qrere oportet in loco, qđ est calix, & qđ est baptismus. E
Quasi distent eñ ab inuicē, sic vtrūq́ est nominatū. Multi eñ vtrunq́ dicūt ad passionē martyrii pertinere, nō attēdētes quoniā nisi duos & diuersos intellectus ostenderēt calix & baptismꝰ, nunq̄ vtrūq́ nominaretur. Nos F
autē & istā qdē traditionē non reprobamus, alteram aūt statuimus: quoniam calix quidē ipsa passio intelligitur esse doloꝝ. Quod cōfirmatur non solum eo exemplo qđ dicit, Pater si possibile est transfer calicem hūc a me: qui cum doloribꝰ bibitur ab eo qui suscepit certamen martyrii, donec biberit eum sustinēs in tentatione martyrii vniuersa quæ inferuntur: sed etiam eo quod in alio loco dicitur. Quid retribuam domino ꝓ oībus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomē domini inuocabo. Vota mea domino reddā in cōspectu omnis populi eius. Preciosa in conspectu domini mors sanctoꝝ eiꝰ. Nihil eñ dignū reddere possumus Deo pro omnibus bonis quę fecit in nobis, nisi vt calicem salutarem prompte accipiamus, & nomen domini inuocemus: vt possimus magna nimiter bibere eum: in quo bibendo vota nostra reddimus domino in cōspectu omnis populi eius. Manifeste autem ostendit in his ꝙ calix martyrium est, ex eo quod statim ꝓpter bibitum calicē addidit, sic. Preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius. Intel G
lectu aūt omne martyriū duplex est, quorum

vnum vocatur calix salutaris,reliquum autē
baptisma.Et hoc quidem ꝙ quis perfert do-
lores,calix est:quem bibet omnis qui sustinet
oīa sibi illata,nec reiicit, nec euomit aliqd
eorum : ꝙ autem quis in passione remissio-
nē accipit peccatorum,baptisma est. Si enim
baptisma indulgētiam peccatorum promit-
tit,sicut accepimus de baptismo aquæ & spi-
ritus:remissionē aūt accipit peccatoꝝ & qui
martyrii suscipit baptismū:sine dubio ipsum
martyriū rationabiliter baptismus appellat.
Quoniā autē remissio fit peccatorum omni
martyriū sustinēti,manifestū est ex eo quod
ait.Omnis qui confessus fuerit in me coram
hominibus,& ego confitebor in illo corā pa
tre meo qui est in cęlis. Confitetur ergo co-
ram patre suo Saluator omnē hominem qui
cōfessus fuerit eum coram hominibus , etsi
fuit ante cōfessionem aliqua habens peccata.
Si enim eos qui aliqua habentes peccata cō-
fessi sunt,non cōfitetur & Christus corā pa-
tre suo:iā non erit verū qđ dixit.Omnis qui
me cōfessus fuerit,& cętera.Alias aūt pecca-
S torem nescio si confitetur Christus corā pa
tre suo. Confessio enim filii gloriantis est in
conspectu paterno super eo quem cōfitetur,
A quasi digno Christi cōfessione ad patrem. Se
cundū hæc videntur & calicem bibisse,& ba
ptismo baptizati filii Zebedęi:qm̄ Herodes q
dem interfecit Iacobum fratrē Ioannis gla-
dio:Impator aūt Romanoꝝ sicut docet tra-
ditio condemnauit Ioannē dantē testimoniū
verbi dei in insulam Patmō,sicut ipse de suo
martyrio docet,non dicens quis eū cōdēna-
uit,sed vbi fuit condemnatus. Dicit autē in
reuelatione sua hoc modo.Ioānes frater ve-
ster,& socius in tribulatione , & in regno &
in patientia Iesu , fui in insula quę vocatur
Patmos,propter verbū dei,& ꝑpter testimo
niū Iesu Christi.Et fui ī spiritu in die domi-
nico:& audiui post me vocē magnā quasi tu
bam, & cętera. Et ex hoc intelligitur ꝙ re-
uelationem hanc in insula cōstitutus vidit.
Adhuc aūt addimus iuxta ea quæ diximus:
sicut ē aliqua esca Christi, de qua dicit,Mea
est esca vt faciā voluntatē eius qui me misit,
& perficiam opus ipsius:sic secundū æstima-
tionē escæ illiꝰ,est etiam potꝰ.Qđ temerita-
tis quidē est abdirimere,& rebus ipsis osten-
dere.Tamē qui potest intelligat,ne forte qđ
est in actu,esca sit:qđ aūt in cōsideratiōe, po
tus.Manducare est enim Christi,facere volū
tatē eius qui misit eū,& perficere opus eius.
Bibere autem,sapere secūdū voluntatē eius
qui misit eum,& perficere notitiam eius.Se-
cūdum hanc differentiam intelligit & quod
ait.Caro mea vera est esca,& sanguis meꝰ ve
rus est potus.Esca enim animarum vera, est
actus.Verus autem potus,est agnitio verita
tis.Ideo & primum dat panem benedicens &
frāgēs discipulis suis,quoniā in primo loco
est actus:Et post hoc accipiēs calicem,& gra
tias agens,dixit:Bibite ex hoc omnes.Quo-
niā cōuenit primum quæ sunt actꝰ implere,
& opus bonū delectare,& sic ad scientiam re
rū venire:& secūdum prophetam qui dicit,
Seminate vobis ad iustitiam, & vindemiate
fructum vitæ,vt primū bona opera faciamꝰ:
post hoc aūt quod dicit,Illuminate vobis lu
men scientię,quasi per viam quandam postq̄
emendauerit quis mores suos, proficiscatur
ad scientiam & illuminetur.Et in Psalmo vi
gesimosecundo dictum est primū,Pręparasti
in conspectu meo mensam aduersus eos q tri
bulāt me, impinguasti in oleo caput meum.
Et post hoc,Poculū tuum inebrians q̄pręcla
rum est. Nō autem reprehendat nos q legit
hęc verba,qm̄ oportuit interpretari quodā-
modo quæ de sessionibus dicta sunt dei , vel
Christi . Respondemus em̄ ꝙ placare tantū
modo de scripturis propositū fuit de sessio-
nibus,& legētem auertere ab humili illa tra
ditione.Alterius autem temporis est, princi
palem expositionē facere de sedere dei, & sta
re,& ambulare,qđ non exigit expositio prę-
sens. ET audiētes decem cōtristati sunt de B
duobus fratribꝰ,qm̄ rogauerunt cæteris prę
poni. Et vide ꝙ & Iudas erat inter indignā
tes.Et si inter indignantes cæteros erat , ne
forte necdum immiserat diabolus in cor eiꝰ
vt traderet dominum , sed erat in ipso pro-
posito,quo & cæteri apostoli erant. Iesus au
tem conuocans eos dixit. SCItis quia prin
cipes gentium dominantur eorū,& qui ma-
iores sunt potestatē exercēt ī eos.Nō ita erit
inter vos:sed quicūq; voluerit īter vos ma-
ior esse,erit vester minister:& quicunq; vo-
luerit īter vos primus esse,erit vester seruꝰ.
Quoniam duo fratres super cæteros aposto
los sibi gloriā præripere voluerunt indignā
tibus cęteris,inde occasionē accipiens Iesus,
regulam iustitiæ fidelibus ponit, quomodo
quis apud deum potest obtinere primatum.
Principes gentium non contenti tantum re
gere suos subiectos,violēter eis dominari ni
tuntur.Inter vos aūt qui estis mei,nō erunt
hæc.Ne forte q videntur habere aliquem in
ecclesia principatū,dominent fratribus pro-
priis,vel potestatē in eos exerceant. Quoniā
sicut omnia carnalia in necessitate sunt posi

ta,non in voluntate: spiritalia autem in voluntate,non in necessitate: sic & qui pricipes spiritales,principatus eorũ in dilectione subiectorũ debet esse positus,non in timore cor
C porali.Sed & qui voluerit apud patrem meum maior esse comparatione fratrum suorũ cæterorum,efficiatur minister eorum quib⁹ vult esse maior. Et qui principatum desiderat ecclesiæ,debet fieri omniũ seruus in humilitate seruili,vt obsequatur omnib⁹ in his quæ pertinent ad salutem. Et hæc docet nos sermo diuinus.Nos autem siue non intelligẽtes voluntatem diuinam positam in scripturis,siue contemnentes talem commendationem Christi,tales sumus,vt etiam malorum principum mundi excedere superbiam videamur: & nõ solum quęrimus sicut reges acies præcedentes,& terribiles nos,& accessu difficiles maxime pauperibus exhibemus: & tales sumus ad eos qui nos interpellant vt ppter aliquid deprecentur,sicut nec tyrãni,& crudeliores principibus mundialibus ad subiectos.Et est videre in quibusdam ecclesiis pręcipue ciuitatum maximarũ principes populi Christiani nullam affabilitatem habentes, vel habere ad se permittentes.Et apostolus quidem etiam dominis dat mandatum de seruis dicens.Domini qđ iustum est & æquum seruis præstate,sciẽtes qm̃ & vos habetis dominum in cælis.Docet autem & remittere minas.Episcopi autem quidam crudeliter comminantur,aliquando quidem occasione peccati,aliquando autem contemnentes pauperum curam,cum sit scriptum, Quantũ magnus es,tantũ humilia te,& inuenies gratiã coram domino.Item in Prouerbiis. Ante cõtritionem extollitur cor viri, & ante gloriã humiliatur.Principes ergo gẽtium dominẽtur eorum, principes autem ecclesiatum seruiant subditis. Sed & maiores gentium potestatem exerceant fidelium,audiant autem eum qui dicit, Discite a me quia mitis sum,
D & humilis corde.Nõ ista dicimus vt incline mus ecclesiasticum principatum.Est enim interdum quando secundum vocem apostolicam peccantes coram omnibus arguãt,vt & cæteri metum habeant.Est aliquãdo,vt vtẽs potestate sua tradat peccãtem Satanæ in interitum carnis,vt spirit⁹ saluetur in die domini nostri Iesu Christi.Tamen raro hoc fieri debet.Corripiendi enim sunt inquieti,cõsolandi autem pusillanimes, sustinendi infirmi,& ad omnes magnanimitas est habenda. Nulli malum pro malo reddendum, vt non existimetur inimicus qui peccat,sed corripia

tur vt frater. Hæc autem diximus volentes ostendere,ꝙ ecclesiarum principes, principũ mundialium imitatores esse non debent, sed imitari debent Christum accessibilem,& mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem,& discipulis suis pedes lauantem,atꝙ tergentem,exemplum eis dãtem,vt & ipsi similiter faciant fratribus suis.Forsitan autẽ & quoniam dominus cõstitutus seruiebat ꝑ salute hominum generi nostro,propterea dicitur formam serui suscepisse, & humiliasse se vsꝙ ad mortem,propter qđ & domin⁹ eũ superexaltauit.Qui vult ergo exaltari, similia faciat vt exaltetur per ea: sicut filius hominis nõ venit ministrari,sed ministrare.Nã etsi angeli ministrauerunt ei quando accesserunt & ministrabant ei,etsi Martha ministrauit ei,tamen non ideo venit vt ministretur, sed vt ministret: & tantũ creuit ministrans, vt animam suam daret redemptionẽ ꝑ multis qui crediderunt in eum.Cui dedit animã suam redemptionẽ pro multis? Nec eñ conuenit dicere,deo.Ne forte ergo maligno.Ille eñ dominabatur in nobis,donec daretur ei B
pro nobis redemptio anima Iesu,decepto videlicet & existimãti quasi possit dñari eius, & nõ vidẽti ꝙ non poterit sustinere in tenẽdo eam tormenta.Propter qđ & mors putãs se dominari eius dominata non est: qm̃ erat solus inter mortuos liber,& fortior omĩ potestate mortis, & vsꝙ adeo fortior, vt & oẽs sequi se volentes qui tenebantur a morte liberaret a morte,nihil valente in eis postmodum morte.Omnis enim qui sequitur Iesum incomprehensibilis est a morte. Data autem anima eius in redemptionem pro multis, nõ mansit apud eũ cui fuerat data.Propter hoc dicit propheta,Quoniã non derelinques animam meam in inferno.

Secundum Matthęum. Cap.XX.

IN ILLO tempore,Egredientibus illis ab Hiericho,secutæ sunt eum turbæ multæ. Et reliqua.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione.Quæ est.XIII.

QVę sunt secundũ historiam hui⁹ loci,in aperto cõsistũt. F
Quæ autem spiritaliter nobis videnẽ,dicamus. Et primũ cõsideremus,quid est qđ dicit.Egredietibus discipulis Iesu cũ ipso Iesu ab Hiericho,secutę sunt eum turbæ multę. Vide ergo si memor eorũ

quæ a nobis sunt dicta apud Lucam in para-
bola de homine descendente ab Hierusalem
in Hiericho, & incidēte in latrones, potes di
cere, ne forte & hic Hiericho intelligit mun
dus iste terrenus. Qui ergo ab Hierusalē in
Hiericho descēdit fuit Adā, id est homo, q̄ i
cidit in latrones. Propter quē Iesus descēdit
in eam cū discipulis suis: & egressus est mer
catus multos in ea fideles, & volētes eum se
qui. Nec em̄ sciūt qui sunt in Hiericho exire
de sapientia mundiali, nisi viderint non solū
Iesum exeuntem de Hiericho, sed etiam disci
pulos eius. Hęc ergo vidētes, secutæ sunt cū
turbę multę. Et est videre eos qui secundum
verbum viuere volunt, & mundum & mun-
dialia vniuersa cōtemnere cupiētes, Christū
sequentes & discipulos eius, vt post eū ince-
dentes, & eo duce vtentes, ascēdant in Hie-
A rusalē illā cælestem. ET ecce duo cęci secus
» viam sedebant: & audientes ꝙ Iesus transit,
» exclamauerunt dicentes. Miserere nobis do-
» mine, fili Dauid. Duos cęcos possumus dice
re Iudam, & Israel, qui ante Christi aduentū
cęci fuerūt, tamen secus viam sedentes legis
& ꝓphetarum commorabantur. Et cęci qui-
dem erant, quia non videbant ante aduētum
Christi ad aīam suam verbum verū qđ erat
in lege & prophetis. Clamabant autem, Mise
rere nobis domine fili Dauid, ꝑpterea ꝙ sen
tiebant esse se cęcos, nō intelligentes volun-
tatem scripturarum, & volentes respicere &
videre gloriā quę erat in eis, quasi adhuc cæ
ci & nihil magnū de Iesu existimātes, sed se-
cūdū carnē de eo tātū intelligētes clamabāt
ad eū qui factus est ex semine Dauid secūdū
carnem, quia nihil amplius intelligebant q̄ fi
lium esse Dauid: & omnis quę videbatur eo-
rum propter deum eloquētia nihil amplius
sciebat de Christo, nisi ꝙ filius erat Dauid.
Duos cæcos autem diximus populos duos i
duo regna diuisos tēpore Roboam: & vide
prophetas, quomodo nunc Israeli, nūc Iudæ
prophetauerūt, aliquando autem simul am-
B bobus. Hi ergo populi quoniam signo quo-
dam prophetico audierant trāsire Iesum, cla
mauerūt. Puto enim ꝙ audierunt ab eis qui
aduentum Christi prophetauerunt. Et quo
niam transit, veniēs quidem in eam, egrediēs
autem ex ea, & timentes ne forte pertranseat
eos, nequaq̄ misericordiam faciens super eos,
clamabāt, Miserere nobis domine fili Dauid.
Iesus autem nō pertransit, sed stat, vt stante
illo nō transfluat beneficiū, sed quasi de fon-
te stante profluens misericordia deueniat vs
ꝙ ad eos. Turba autem, id est præcedens eo-
rum qui crediderāt, etiam increpabat eis cla
mātibus Fili Dauid miserere nostri, vt tace-
rent, & non appellarent eum contemptibili
nomine, sed potius dicerēt, Fili dei miserere
nostri. Stās ergo Iesus clamoribus eorum re
tentus & precibus, vocat eos ad se, principiū
beneficii ostendens. Nec enim in vacuū voca
uit eos. Vtinā & nobis clamantibus, & dicē-
tibus, Miserere nobis domine, vocet nos inci
piētes a filio Dauid: stans autem vocet nos,
quasi intendens deprecationibus nostris. Di-
xit autem eis. Quid vultis vt faciam vobis? C
Quod existimo esse tale. Qđ vultis ostēdite
manifeste, vt omēs qui egrediuntur de Hie-
richo & sequunt me, audiāt & videāt factū.
Illi aūt responderunt. Vt aperiant oculi no-
stri. Ingenue quidē, eo ꝙ erāt de Israel, & Iu-
da, cęci aūt ignorātia, & intelligentes ꝓpriā
cęcitatem, & audientes eos qui prędicauerūt
de Iesu, dicunt se velle vt aperiantur oculi
sui. Et pręcipue hoc dicunt, qui legentes di-
uinas scripturas intelligūt cæcitatē suam ad
sensum scripturarū. Hi em̄ dicunt, Miserere
nobis, & quia volumus vt aperiant oculi no
stri. Et vtinā & nos intelligētes in quibꝰ cęci
sumus, & nō videmus: sedentes iuxta ipsam
scripturarū viā, & audientes quoniam Iesus
trāsit, precibus nostris faciamꝰ eum stare di-
cētes, Volumus vt aperiant oculi nostri. Qđ
si dixerimus ex affectu desiderāte videre quę
donat, tāgens oculos animarū nostrarū ape-
riet, quasi verbū, & virtꝰ, & sapientia, & oīa
quę de eo dicuntur cōstitutus. Et sic eo tan-
gēte recedet a sensibus nostris tenebra igno-
rantiæ, vt statim non solum videamus, sed
etiam sequamur eum, qui dedit nobis posse
videre propter nihil aliud, nisi vt eum sequa
mur, & illius ducatu trāseamus ad deum, &
videamꝰ oculis nostris ꝑ eum apertis deum.
Quoniam autē Marcus & Lucas secundum D
quosdam quidē ipsam exponūt historiā, secū
dum aūt aliquos alteram similē, dignum est
& quæ ab eis dicunt videre. Et primū videa-
mus de Marco ita scribēte. Et venit in Hieri
cho. Et exeūte eo īde, & discipulis eiꝰ, & tur-
ba multa. Qui ergo corporaliter intelligūt,
propter diuersitatem verborum dicunt alia
vice duos istos cęcos Christum sanasse: alia
aūt vice illum quem Marcus exponit: tertia
vero, qđ scribit Lucas. Qui autē spiritaliter
intelligūt, vnam eandemꝙ rem diuersis mo-
dis euangelistas exposuisse defendunt. Duo
enim cęci sunt sicut diximus, Iudas & Israel.
Vnus autem est mixtus ex vtroꝙ populus
vniuersus. Turba ergo multa ex gentibus

exeunte cum Iesu & discipulis ei⁹ de mūdo, Iudaicæ quędam reliquię iuxta viam sedētes id est iuxta ꝓpheticas scripturas, & mēdicātes intellectū necessariū animarū suarum, sicut Marcus exponit, fortiter clamabāt, filiū appellātes Dauid. Et cum videris eos qui ex Iudęis crediderūt in Iesum, aliquando quidē ex Maria & Ioseph esse eū putātes, aliquādo autē de sola Maria & spiritu sancto, videbis quomodo ille cęcus clamabat, fili Dauid miserere mei. Quē increpant multi qui de Hiericho egressi ex gētib⁹ sūt, populū videlicet qui videt̄ credere ex Iudęis, vt taceat q pauperes sunt i fide Christi: & putant eum ex semine viri & mulieris esse, trahentē genus ex
E Dauid. Sed multis increpantibus magis clamabat, credens quidem in Iesum, secundum hominem autem credens, & clamās dicit, Fili Dauid miserere mei. Iesus autem stās, iam non sicut in Matthęo, ipse eum vocat: sed iubet eum vocari. Post hæc inquit. Ille autē abiiciens vestimentum suum, exiliens venit ad Iesum. Ne forte vestimētum cæci & mendicātis, velamentum intelligatur cęcitatis, & mēdicitatis quo fuerat circūdatus: qđ abiiciēs venit ad Iesum, & digniosiori voce cōfessus est dicens, Raboni. Digniosius enim est dicere Raboni, vel sicut in aliis dicit domine, q̄ fili Dauid. Vnde & dominus propter illud quidem qđ dixit, Fili Dauid miserere mei, nō ꝓstitit sanitatem, nec quando sedebat veste cęcitatis & mendicitatis velatus, nec quādo se debat secus viam mendicās. Propter hoc au
F tem qđ dixit, Raboni vt videam, dixit ei. Vade, fides tua te saluū fecit. Nunc videam⁹ secundum Lucā, q cōmuniter dixit prætereūtes, propria aūt eius tangentes. Et primū quidem qđ Marcus & Matthæus egrediēte Iesu de Hiericho ponūt: Lucas aūt ita. Et factum est cū appropiquaret Hiericho, & fact⁹ in ꝓximo, cęcū illuminauit. Et dicet aliquis secūdum mysterium spiritale, ꝙ ꝑrius est qđ ait Lucas, secūdū aūt qđ Marc⁹, tertiū vero qđ dixit Matthęus. Primū enim oportet appropinquare Hiericho, & ita itrare in eā, postea aūt exire de ea. Lucas ergo scribit, Et factum est cū appropinquaret Hiericho. Marc⁹ aūt ita. Et venit Hiericho, & exeūte eo īde. Matthæus vero neq̄ appropinquasse Hiericho scribit, nec ꝙ venit Hiericho, sed tantum exeuntibus eis ab Hiericho. Potest ergo secū dū Lucā quidem appropians Hiericho fecisse hoc, secūdū Marcum autem veniēs ī Hiericho, secundum Matthæum autē exiens ab
G Hiericho. Post hæc considera ꝙ clamāti cęco atq̄ dicenti, Miserere mei fili Dauid, qui præcedebant increpabant eū vt taceret. Tan q̄ si dicat. Qui primi crediderant increpabāt ei clamanti Fili Dauid, vt taceret, & non appellaret eum contemptibili nomine, sed potius diceret, Fili dei miserere mei. Ille autem magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus, iussit eum adduci ad se. Et vide nisi, sicut diximus, inferior est cæcus iste. Nā nec Iesus eum vocauit, nec dixit eum vocari, sed quasi non capientem hæc iussit eum quasi non potētem a semetipso venire: adduci ad se. Et cum appropinquasset ei, interrogauit eum: Quid vis vt faciam tibi? Et non prius interrogauit eum, aut interrogat⁹ appropiauit ei, sed quoniam appropiauit, ideo interrogatus dixit, Vt videam domine. Item hoc amplius habet Lucas, ꝙ in illis quidē secutus est tantūmodo cæcus: hic autem secutus est dans gloriam deo, vt vidētes eū oēs, deo laudem offerrent.

Secundum Matthæum. Cap. XXI.

IN ILLO tempore, Cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit. Et reliqua.

Homilia Origenis Presbyteri de eadē lectione. Quæ est. XIIII.

Dignum est ostēdere hic voluntatem euangelistarum conscribentium, & proposi tum eorum, quid confiderantes, post mirabilia eius & opera gloriosa, etiam de exhibitione asinę & sessione domini super eā facerent mentionem. Pone quia de visione cęcorum, de paralyticorum cōstrictione, de resurrectione mortuorum, de mundatione leprosorum scripserunt euangelistæ, vt ædificent homines in fide Christi legentes in scripturis opera eius: quid autem voluerunt cō scribere, ꝙ appropiās Iesus Hierosolymis cū discipulis suis, & veniens Bethphage iuxta montē Oliueti, misit duos discipulos mādās eis de asina & pullo eius, vt soluentes adducant eam ad se, qui frequēter non pigritauit maiorem viam pedibus ambulare, sicut fecit quādo ab Hierosolymis transiens per Samariam ibat in Galilæam, cum venisset ad puteum ex itinere lassus, & super eum sedisset? Quid autem est ꝙ & ipse Iesus asinam cum pullo eius ligatam soluere iubet, & mandat vt dicenti sibi, quare soluitis, respondeant, H

quia dominus opera eius desiderat, cōfestim autem remittet eā. Nec enim huiusmodi do minus necessariā hābēs asinā & pullum eius aliquādo ligatos, ostendit in prima facie ali= quid dignū magnificentia sua. Quid autē est vt de hoc etiā Zacharias propheta pdiceret verbis huiusmodi, Gaude valde filia Sion, prędica filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluās, ipse mansuetus, & sedēs super subiugalem, & pullum eius nouellum! Si autē vis discere ex ppheta quomodo hoc magnū gaudiū habuit Sion, audi qđ dicit: Et exterminauit currus ex Effrata, & equū de Hierusalem, & exterminabitur arcus belli cus, & multitudo, & pax ex gētibus, & prin= cipabitur aquarum vsq ad mare, & fluminū exitus terræ. Et tu in sanguine testamenti di misisti vincula tua de lacu nō habenti aquā.

A Notauimus autē, sicut in aliis, φ non iisdem sermonibus Matthæus & Ioānes protulerūt prophetiam eādē. Nec enim est idem, Gaude valde filia Sion, prędica filia Hierusalem, qđ ait, Dicite filiæ Sion, aut noli timere filia & cætera, quæ non similiter posuerunt. Quæ= rere autem oportet quomodo rationabiliter mandet propheta valde gaudere filiam Sion & prędicare filiam Hierusalem, propter eum qui sedit super asinam & pullum nouellū, cū post modicū videns Hierusalem Iesus fleuit super eā, dicens: Hierusalem Hierusalem quę occidis prophetas & cætera. Vide ergo ne forte gauisurā Sion, & prædicaturā Hieru= salem, nō illam dicit quę dominū crucifixit, sed istam quæ crucifixum suscepit, cælestem Sion: de qua dicit apostolus ad Hebręos. Sed accessistis ad Sion montē, & ciuitatē dei viui Hierusalem cælestem, & cętera. Idem ad Ga= latas. Hierusalem autem quę sursum est, libe ra est, q̄ est mater nostra. Ne forte ergo my= steria sunt hęc oīa Saluatoris, qui soluit vin cula per discipulos suos populi ex Iudæis, &

B populū q venit ex gentibus. Ligata enim erat asin⁹ peccatis quę tūc fuit synagoga: ligatus fuit & pullus cū ea, qui postmodū factus est nouellus ex gētibus populus credens. Et hos ambos appropians ad Hierusalem cælestem, id est ascendēs in cęlum, iussit discipulos su= os vt soluerent eos, dans eis spiritū sanctum dicens; Accipite spiritū sanctum. Si cuius di= miseritis peccata dimittentur eis: & si cuius tenueritis, tenebuntur. Et semper discipuli Christi soluētes ligatam asinā, & pullū, addu cūt ad Iesum volentem eis vehiculis vti per discipulos suos solutis a vinculo peccatorū priorum. Et dignū est filio dei, vt sic necessa= rios habeat eos. Misericors enim est super asi nam alligatam, & pullum cū ea. Necessarios autem habet eos, vt sedens super eos repau= set magis eos super quibus sedet, q̄ vt repau setur ab eis. Sed quęret aliquis, quomodo eis quæ diximus conueniens fit sermo qui sequi tur dicens, Confestim remittet eos! Solutio autē istius quæstionis sicut arbitror hęc est: quoniā dominus quidem eorum qui fuerāt ligati: nullus alius erat nisi ille de quo ait Apostolus. Nobis autē vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia. Cui quoniā nequaq̄ contradicturus fuerat aliquis dicētiū quare soluitis pullum! manifestum est. Nam quasi nullo contradicere potēti, sic dicit Christus, Et si aliquis vobis dixerit, dicetis quoniam dominus opera eorum desiderat. Et vide φ postq̄ ascenderit Iesus in Hierosolymam se= dens super pullū hūc vel illum, missio quędā ad opus aliquod necessarium ad ipsum locū erat futura, vt aliquid operis faciant asina & pullus eius. Et hoc quidē significat, nō tamē clare. Sēsum autē huiusmodi intellectus acci pio credens ordini beatitudinum quem facit Matthæus. Nam postq̄ dixit, Beati pauperes spiritu quoniā ipsorū est regnū cælorū, post hoc scriptum est, Beati māsueti quoniā ipsi possidebūt terrā. Dicimus eñ in his, quoniā primū quidē beatorū est regnū cælorum: in secūdo autem loco possidebunt terram: non vt per omne seculum sint super eam, sed con solati pro eo φ esurierunt, & sitierūt iustitiā satiati in ea, & misericordiam cōsecuti iterū restituantur in regnum cælorum. Aut certe quoniā multi ex populo Iudęorū, vel gētiū quos asinam & pullum supra sumus interp= tati, qui crediderūt in Christo, & susceperūt sup se, postea missi a Christo reuersi sunt ad populū Iudaicū, vel ad cæteras gētes nondū credētes, vt pdicarēt eis dominū Iesum filiū dei. Et hoc est qđ significat dicens; Cōfestim aūt remittet eos. Si ergo asina & pullus eius

C

D illi sunt quos diximus supra, super quos ver bū ascēdit, non tibi videat sermo insulsus, φ fideles homines animalibus cōparētur. Forsi tan eñ tale aliqđ intelligēs & propheta dicit se factum esse quasi iumentū, non simpliciter iumētū: sed sicut iumētū apud deū, vel apud Christū eius, secūdū φ ait, Vt iumētū factus sum apud te. Nam quantū ad deum, iumēta sumus non solū nos, sed etiam multo nobis prudentiores. Sic autem quātū ad pastorem Christum etiā oues eius sumus: quoniā tāta distātia est īter eū & nos, quāta īter hominē & qualecūq iumētū. Et forsitā cū ascēderint

in Hierosolyma sedente Iesu super se, asina &
pull⁹, & facti illic, nõ manebũt ibi, sed remit-
tẽtur mutati iam, & prodificati, & enutriti
verbi diuinitate, & eminentia, scientia, hone
state: vt ad gloriã dei digni habeanť remitti
in locũ vnde assumpti fuerãt, prius domino
eos meliorãte & quasi mercedẽ hãc eis pstã-
te p eo q portauerũt eũ & reqescere fecerũt
in se, vt (sicut diximus) digni habeanť remit
ti i locũ terrę huius ex qua assũpti fuerãt, nõ
iam ad opa priora. Nec eñ fas est vt miseri-
cors deus, dominus constitutus, postq̃ semel
eos suscepit, & honorauit, & a vĩculo soluit
& fecit eos ppriã sessionẽ, vt mittat eos rur-
sus ad vĩcula, & opa mala, postq̃ semel susce
perũt sup corda sua filiũ dei. In his omnibus
cõueniebat valde gaudere, & extendere gau
E diũ fructũ ipsis sancti filiã dei Sion, & filiam
eius Hierusalem prædicare. Veniebat enim
ei rex iustus & saluans: & nõ simpliciter sal-
uans, sed iustus & saluãs, id est cum iudicio
& iustitia saluãs: veniebat sedẽs sup asinam,
& pullũ nouellũ quos dixim⁹, visitãs Israel,
& exterminãs currus ex Effrata, similes con
stitutos curribus Pharaonis quos piecit in
mare. Veniebat aũt vt exterminet etiã equũ
animal bellicũ de Hierusalem, vt pacẽ faciat
Israel conuertens perditas oues ipsius. Quo
modo non erat res digna gaudio magno sic
venire regẽ iustũ atq; saluãtẽ in Hierusalem
ex qua erat exterminãdus omnis arcus belli
cus, vt iam nunq̃ peccatores in ea intendant
arcũ, neq; preparent sagittas in pharetra vt
sagittent in obscuro rectos corde! Erat tunc
pax futura ex fide gentiũ saluatarũ, domino
principãte aquarũ vsq; ad mare, id est popu
lorũ: principante autẽ & fluminũ emissionis
terræ, & exitus facientiũ, & irrigãtiũ multa
ipsius. Qui autem simpliciter vult itelligere
Sion populos Iudæorũ ad quos venit Salua
tor, sic dicere potest: q verbum quidem dei
pręcepit gaudere filiã Sion, & prędicare filię
Hierusalem. Si autẽ aliqui eorũ diis credide
rint, nõ digna gaudio opa facientes, neq; susci
pientes prędicãdi pceptũ: ipsi sibi causa sunt
facti vt patianť ea quę passi sunt, vt recte di-
catur ad eos. Vobis quidẽ missum fuerat dei
verbũ, sed qa indignos vos iudicatis æternæ
F vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Videamus
aũt de noĩe Bethphage scdm Matthęum, Be
thanię autem secundum Marcũ, Bethphage
aũt & Bethaniæ secundũ Lucam. Et hic erat
locus in mõte qui vocabatur Oliueti. Inter-
pretať aũt Bethphage quidẽ dom⁹ maxilla-
rũ. Erat autẽ villa sacerdotũ, quoniã maxilla
propria pars erat sacerdotũ ex lege. In quo
possumus dicere (maxime occasionẽ accipiẽ-
tes de libro Iudicũ) q in his erat fons q vo-
cabať fons maxillæ, de quo biberat Sampson
cum sitisset. Aut forsitã fons ille, mysterium
erat patientię fideliũ, ad quos dominus dicit,
Qui te percusserit in maxillam vnã, præbe ei
& alterã. Bethania autẽ, domus obœdiẽtiæ.
In domũ ergo obœdientię adducunť oẽs qui
soluunť a vinculo peccatoꝝ suoꝝ, vel ad do
mũ sacerdotalẽ maxillarum, vel patientię, vt
inde ascẽdat dominus super eos, quos secũdũ
præceptũ soluerũt discipuli eius, & perduxe
runt ad eũ. Mons aũt oliuarũ est ecclesia, in
quo fructificãtes fideles dicere possunt. Ego
autem sicut oliua fructifera i domo dei. Qui
aũt in primis adducunť ad eũ habẽtes initia
fidei, sunt sicut nouellę oliuarũ in circuitu
mẽsę Christi, qa sunt filii eius. Si autẽ opor- G
tet & duoꝝ discipuloꝝ quos dominus misit
enarrare mysteriũ, forsitã nõ irrationabiliter
dicere possumus, fuisse eos in mysterio Petri
& Pauli, qui dextras illis dederũt societatis,
vt Petrus quidẽ i circũcisionẽ ad subiugalẽ
iret, predicaturus populo Iudęorũ sub iugo
legis degẽti: Paulus aũt ad gẽtes, ad nouellũ
& indomitum pullũ. Erant aũt ambo (id est
populus ex Iudæis, & populus ex gentibus)
in villa, & nõ in ciuitate Sion, vel Hierusalẽ:
sed discipli Christi soluũt vtrũq;, & ad Chri
stum perducũt, vt ascendat sup eos cũ soluti
fuerint a peccatis, accipiẽtes remissionẽ eoꝝ.
Super alligatos aũt adhuc & vinculis pecca
torũ suoꝝ cõstrictos, nõ sedet Iesus. Secũdũ
Marcum aũt & Lucam etiã pullus introdu-
citˀ alligãdus, super quẽ nemo hominũ sedit.
nihil eñ rationabile, neq; qd secundũ mores
humanos fieri solet, in gentibus factũ fuerat
aliquãdõ, neq; fundatũ in eis aliquid discipli
næ, sed cõtra meritũ suũ a deo sunt cõsecuti
vt verbũ dei super eos sederet, vt eo ducente
ascẽdãt in Hierusalẽ dei. EVNtes aũt disci H
puli fecerũt sicut præcepit eis Iesus. Et addu ,,
xerũt asinã & pullũ, & imposuerũt super eũ ,,
vestimenta sua, & sedit sup eũ. Adducentes ,,
ergo ad Christũ asinã & pullũ, nudos eos nõ
dimiserũt, sed ornamẽta eis imposuerũt qb⁹
fuerãt adornati, & vestes quibus ipsi fuerãt
cooperti, honestatẽ eis adiicientes quos suo
studio soluerãt ipsi, vt super ornatos vestib⁹
discipuloꝝ Christi, Christus ascendat & re-
quiescat in eis, & apd eos Dei verbũ fundet:
quoniã vnũquẽq; discipulorũ decebat aliqd
Christo cõferre regi mãsueto, vt possint di-
cere, quoniã Christi sum⁹ operis participes,

A PLVrima aũt turba ſtrauerũt veſtimenta ſua in via. Alii aũt cędebãt ramos de arboribus,& ſternebãt in via. Multus ergo populus cũ Chriſto aſcẽdebat in Hieruſalẽ, qui & ipſi fructũ ſuſceptionis Chriſti demõſtrauerũt, veſtimẽta ſua & quęcũq̃ habuerãt ornamẽta ſternẽtes in via, per quã aſina tranſibat, videlicet vt mũde incedẽtes, terrã, & rerũ terrenarum puluerẽ nequaq̃ contingant, vel pariãtur in via illa qua in Hieruſalem aſcendebãt. Et tertiũ agmen poſt diſcipulos, & plurimã turbam ſternẽtem veſtimẽta ſua, introducitur: q pulchritudinẽ aliquã itineri faciebãt, per qđ proficiſcebatur in Hieruſalem Ieſus.

TVRba aũt quę pręcedebat, & quę ſequebatur, clamabãt dicẽtes. Oſanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine dñi, oſanna in excelſis. Et pcedẽtes quidẽ ante Ieſum dicẽtur qui ante aduentũ Chriſti fuerũt ſancti pphetę, & cęteri iuſti: ſequentes aũt qui fuerũt poſt aduẽtum ipſius Apoſtoli cęteriq̃ fideles qui ſecuti ſunt verbũ dei. Tamen nõ aliud dicebant qui pręcedebant, aliud autẽ qui ſequebantur: ſed omnes clamabãt inſimul conſona voce, humanam quidem Chriſti diſpenſationem laudantes in eo q̃ dicebant, Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini: reſtitutionẽ autem eius in ſancta, in eo q̃ dicebant, Oſanna in excelſis.

Secundũ Matthęũ. Cap. XXI.

IN ILLO tẽpore, cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam, cõmota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. Quis eſt hic.

Homilia Origenis de eadem lectione. XV.

B IN iſtis nunc duobus clamoribus dictis ex cõſenſu pręcedentiũ & ſequentium Ieſum, ipſe quidem intrauit in Hieroſolymã verã: admirantes autem virtutes cęleſtes q̃ appellantur ciuitas, dicebant, Quis eſt hic? ſecundum q̃ fuerat prophetatũ in Pſalmo de aſcẽſione ipſius, & de admiratione virtutum cęleſtium propter nouum vehiculum corporis eius. Habet aũt ita. Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. Quis eſt iſte rex glorię? Dominus fortis & potẽs, dñs potẽs in plio. Et in Eſaia ſimilia quędam prophetãtur de reditu eius in cœlũ poſt diſpenſationẽ paſſiõis ipſi⁹: hoc modo. Quis eſt iſte q venit ex Edom, rubra veſtimẽta habens ex Boſor, iſte formoſus in ſtola? Hoc aũt diximus, vt oſtẽdamus myſterium eius quod dicitur, q̃ aſcendente eo in Hieruſalem: commota eſt vniuerſa ciuitas dicẽs, Quis eſt hic? Et intrauit Ieſus in tẽplũ dei, & eiiciebat oẽs vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorũ euertit, & cathedras vendentiũ colũbas. Et dixit eis. Scriptũ eſt, Domus mea, domus oratiõis vocabitur. Vos autem feciſtis eam ſpelũcam latronũ. Supra menſuram dignitatis Chriſti fuerat, ſecũdum q̃ videbaẽ filius eſſe fabri, vt tanta fiducia vtereẽ & poteſtate eiiciẽs nundinas de tẽplo, qua nec princeps alicuius gẽtis vtẽs facile poterat explicate quod fecit Ieſus. Et hæc diximus ſecũdũ ſimplicem intellectũ. Secũdum moralem autẽ talia dicemus. C

Et primum quidem de tẽplo, de quo per prophetã dixit de⁹. Domus mea, domus orationis vocabitur. Ergo ſecundũ corporalem circũciſionẽ carnis, & ſecũdum corporales legis feſtiuitates, & ſacrificia, conſequẽter & templum dei exiſtimabaẽ, qđ ex lapidibus inſenſatis erat conſtructũ, primũ quidẽ a Salomone, deinde reparatum ab Eſdra, poſtea vero poſt Chriſti aduentũ a Romanis deſtructũ: & illa exiſtimabaẽ domus eſſe oratiõis. Qua deſtructa, neceſſe eſt vt Iudęi quaſi nõ iam habentes domũ orationis: iam nõ habeãt priuilegium ſpeculationis dei, nec poſſint ſecũdũ legẽ deo ſeruire. Hoc ergo facto, omnia Chriſt⁹ eiecit in myſterio ſpiritaliũ actuũ ſuorũ: & tunc fecit viſibiliter, qđ ſemp inuiſibiliter agit, eiiciẽs vendentes & ementes de tẽplo, & menſas nũmulariorũ euertens, & cathedras vendẽtium colũbas, ad correptionẽ populi, vt nõ p mũdi feſtiuitatibus in nomine dei emptionibus & venditionibus vacent in loco nõ cõpetẽti, in quo nõ debent vendere, nec emere, ſed orationibus vacare, qui cõgregãtur quaſi in domo orationis. Nunc autem arbitror eſſe templũ dei ex lapidibus viuis conſtructũ, eccleſiã Chriſti. Sũt aũt multi in ea nõ ſicut debet viuẽtes ſpiritaliter, ſed ſecũdũ carnẽ militant, qui & domũ orationis de lapidibus viuis cõſtructã faciũt ſpeluncam eſſe latronũ actibus ſuis non eccleſia dei dignis, ſed ſpelũca latronũ. Qui enim cõſiderat in multis eccleſiis talium Chriſtianorũ peccata, q arbitrãtur quęſtum eſſe pietatem, & cũ deberent de euangelio viuere ſecundũ q̃ viuere decet ſeruos dei, hoc nõ faciunt, ſed diuitias & multas poſſeſſiones acquirunt: nonne dicet ſpeluncã latronũ factam eſſe ſub iſtis eccleſiam, vt recte dicat Chriſtus ad eos ppter diſſipationẽ eccleſię ſuę, Quę vtilitas i ſanguine meo dũ deſcẽ

do in corruptionẽ? Itẽ ipse per Michęam tali modo. Vęh mihi quoniã factus sum sicut qui colligit stipulã in messe, & sicut q racemũ in vindemia, cũ nõ sit botrio ad mãducãdũ primogenita. Vęh animę meę, qa periit timoratus a terra, & q corrigat in hominib⁹ nõ est. Et cũ intellexeris Iesum dicentẽ talia, & lugẽtem peccata nostra, aspice simul & illud qđ in Euangelio scribitur. Cũ vidisset Hierusalem fleuit sup eã, & dixit. Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem, rationabilius flebit sup ecclesiam ędificatã quidem vt esset domus orationis, factam autem propter turpia lucra & luxus quorũdã (qđ vtinã nõ esset) principũ
D populi speluncam latronũ. Sed tũc quidem intrauit Iesus in templũ dei, & mundauit illud eiiciens vendentes & emẽtes in tẽplo, & mensas nũmulariorũ euertens, & cathedras vendentium columbas: nunc autem q̃diu nõ visitantur, qui in nomine Iesu Christi cõueniũt in ipsum, sunt in cõuentibus vẽdẽtes & emẽtes in tẽplo, & reliqua omnia faciẽtes, & usq̃ eis Christus apparet, vt eiiciens eos, reliquos saluet. Si autẽ visitauerit sup peccata nostra, & quasi lugẽs nos veniat, & corripiat, & castiget quasi filios, vt recipiat nos: tunc ingredietur Christi potestas cõgregatis nobis & spiritu sancto, & ingrediens eiiciet omnes vendẽtes & ementes in templo. Vendentes quidem & alienãtes a se quicquid habebãt boni, emẽtes autem pro eis mala. Et destruet mẽsas nũmulariorum, id est auarorũ & pecuniæ cupidorũ, qui aliorũ quidem pecunias cũ iniquitate vertunt ad se, ipsi aũt non ad quod expedit
E eas expendũt. Sunt & alii in templo vendẽtes Christi columbas, & tradẽtes simplices sicut columbas, orãtes & dicẽtes, Quis dabit mihi pennas sicut colũbę, & volabo, & requiescam? tradẽtes eas principibus, qbus nõ oportebat. Et arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarũ, eis qui tradũt ecclesias auaris, & tyrãnicis, & indisciplinatis, & irreligiosis episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantũmodo appellauit Euangelista euersas esse a Iesu. Et vtinã audirẽt hęc cũ decẽti ammonitione scripturę, q gloriantur de cathedris Moysi in quibus sedent, & vendũt omnes ecclesias columbarũ, & tradũt eas talibus prępositis, ad quos recte dicatur a domino per Hieremiã Prophetã: Principes populi mei me nõ cognouerũt: filii eñ sunt insipientes, & non intelligẽtes. Sapiẽtes sunt ad male faciendũ, bene autem facere nesciũt. Et apud Michęã similiter. Principes populi mei expellentur de domo epulationis suæ. Si autẽ audirent, nunq̃ venderẽt Christi columbas, sed constituerent principes eorum parcentes columbis, & prouidentes saluti earum, & nõ despicientes nec occidentes pingues columbas. Si autẽ oporteretres istas species ielectas a tẽ
F plo cautius exponere, possumus dicere. Quicũq; in populo Christiano ad nihil aliud vacãt in seculo isto nisi circa vẽditiones & emptiones, raris aũt orationibus permanẽt, vel aliis actib⁹ rectis, quos quęrit sermo diuinus: ipsi sunt vẽdentes, & ementes in templo dei, facientes domũ orationis speluncam latronũ. Diaconi autem qui nõ bene tractant ecclesiasticarum pecuniarũ mensas, sed semper de eis fraudant, & ipsas quas dispensant, nõ secũdũ iustitiam dispensant, & diuites fiũt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularii pecuniarum mẽsas habẽtes, quas Christus euertit. Q; autem mensis ecclesiasticarum pecuniarum diaconi præsunt, docent nos in actibus suis Apostoli. Cum factũ fuisset (inquit) murmur Grę corum ad Hebręos, eo q despicerentur viduę eorũ in ministerio quotidiano, dicentes. Non est bonum relinquentes verbum dei ministrare mensis. Eligite ergo ex vobis septem quos G
cõstituamus in hũc vsum, nos autem verbo dei intenti erimus. Episcopi autem, & presbyteri quibus creditę sunt cathedrę, qui tradũt ecclesias quib⁹ nõ oportet, & cõstituũt principes quos cõstituere nõ expedit: ipsi sunt qui vendũt columbas, quorum cathedras Christus euertit. Vnusquisq; ergo sedentiũ super cathedrã ecclesiasticam, & amantium primas cathedras in Synagogis, videãt ne forte sic sedeant in eis, vt veniens dominus eas euertat quasi dignas euersiõe. Et vnusquisq; diaconorum qui congregant sibi diuitias fraudantes pauperũ pecunias, intelligant præsentem scripturam, vt iam non congregent, ne forte veniens dominus euertat mensas dispẽsationis eorũ. Sed & qui sollicitudinibus mũdialibus ferũtur, semper ad venditiones & emptiones currẽtes, ne forte veniẽs dominus eiiciat eos de templo dei, quãdo eiectus nec spem habet regrediendi vnde eiectus est. Scrutanti mihi scripturas apparet, ne forte hęc faciet Iesus ĩ secũdo aduẽtu, & in futuro iudicio. Tũc eñ ingressus in omnes ecclesias eiiciet vl' euertet quos inuenerit secũdũ ea quæ diximus, templo dei indignos. Si quis autẽ inuẽtus fuerit non habẽs aliqd de his criminibus tribus, & inuentus fuerit esse in templo, confidat. Nec enim eiicietur a Christo, nec aliqd eius euertetur, nec exprobrabitur quasi fecerit domũ orationis speluncam latronum. Puto autem

& in hoc tempore inuisibiliter venit Iesus ad singulas ecclesias dei, & eiicit quos supra diximus dignos eiectione. Quotiescunque enim excitat tentationem super ecclesiam, venit ad eam, & visitat eam, vt faciat quod facere scribitur
A in hoc loco. Post hec videamus ne forte & sic locus iste intelligi possit. Omnis enim natura rationabilis templum est dei, quae ad hoc est creata, vt capiat gloriam dei. Hoc ergo quod est naturaliter templum dei, id est animam, implemus peccantes quibusdam quidem vendentibus, quibusdam autem ementibus cogitationibus malis, & si aliquid sanctum reliquum est in anima nostra, quod est columba. Dicit ergo ad eos qui peccant, & pleni sunt furibus cogitatibus. Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et Iesus quidem eos qui speluncam fecerant latronum domum orationis, fures eiicit de templo: illi autem qui consentientes erant furibus, de Iesu quidem dixerunt, Crucifige, crucifige eum: de Barabba autem latrone, Dimitte nobis Barabbam. Propter quod vsque hodie Iudei Iesum quidem non habent: nec enim crediderunt in eum: habent autem de spiritalibus nequitiis latronem Barabbam, quem iam tentum, & in carcere clausum aduersus se petierunt dimitti. Ideo principes infidelium Iudeorum est Barabbas latro. ET accesserunt ad eum
B caeci & claudi in templo, & sanauit eos. Quae sunt quidem secundum simplicem intellectum, habentur manifesta. Secundum consequentiam autem praedictorum moraliter expositorum, dicendum est quod in templo dei, id est in ecclesia, non sunt omnes videntes, neque recte ambulantes: sed alii quidem sunt caeci, alii autem claudi. Qui ex eo quod intelligunt propriam caecitatem, & scientes quia nullius alterius opus est nisi Christi Iesu & verbi dei vt sanentur, vt percipiant sanitatem accedentes ad verbum dei, sanantur. Videntes autem principes sacerdotum & Scribae mirabilia quae fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, vtique. Nunquam legistis, Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Quemadmodum secundum historiam vituperabiles sunt isti principes & Scribae: ita & secundum ecclesiam Christi vituperabiles sunt quidam episcopi & presbyteri, qui vitam suam minime adornantes, nec induti scientia veritatis, & quidem videntes miracula Christi, nihilominus contemnunt pusillos ecclesie, & paruulos deum laudantes, & Christum ipsius, & indignantur in eorum profectu, & accusant eos apud ipsum Iesum quasi peccantes, cum non sint peccantes: & quasi ad non audientem, neque seruantem ordinem omnem dicunt. Audis quid isti dicunt? Et hoc magis intelligere poterimus, si cognouerimus quomodo frequenter eos qui feruent spiritu, & vsque ad carcerem contra infideles luctantur, & pericula vniuersa contemnunt, & cum omni virtute continentiam & virginitatem seruare student: quidam contemnunt, cum ab eis arguuntur C
pro ea quae facere student. Sunt autem imperiti sermone quos arguunt, quasi incontinentes sacerdotes vituperabiles, & culpant eos apud Iesum quasi ipsi sint iustiores talibus pueris simplicibus, & benignis, & studiosis. Iesus autem pueris quidem testimonium praestat, sacerdotibus autem ignorantiam scripturarum imputat dicens. Nunquam legistis quod scriptum est, Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Qui adhaerent ecclesiae, quasi nuper nati infantes, rationabile & syncerum lac desiderantes, & sugentes ipsum, laudant deum fide & conuersatione, & completur in eis quod dictum est, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Ipse enim sibi deus in talibus perficiet laudem. Pro quibus gratias agens filius patri dicebat. Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quoniam abscondisti haec a sapientibus, & manifestasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic fuit bona voluntas ante te.

Secundum Matthaeum.

Cap. XXI.

IN ILLO tempore, Abiit Iesus foras extra ciuitatem in Bethaniam, & mansit ibi. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. XVI.

DImittens relinques exiit ab Hierosolymis Iesus, & mansit in Bethania, nisi principes, & Scribas, qui sciebant quidem mirabilia quae fecit Iesus, & pueros clamantes in templo, nihilominus indignantes aduersus eos qui deum laudabant, quasi qui non intellexerant quod fuerat scriptum, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et quoniam reliquit illam Hierusalem, & factus est extra eam, ideo cecidit, & lapis super lapidem ibi stare non potuit. Venit autem in Bethaniam ad domum obedientiae, id est ecclesiam, in qua est etiam commoratus, & requieuit: eo quod non habebat in Hierosolymis, vbi caput reclinet, quae talibus sacerdotibus D

bus & populo impio erat repleta.Cũ autẽ re-
quieuiſſet in Bethania, in domo obœdiẽtiæ,
poſt principium cõſtituendi eccleſiam, poſtq̃
repauſauit aliquantulũ in ea,tunc reuertitur
in ciuitatem quam paulo ante reliquerat. Et
reuertens eſuriit. Et vidit vnã ficulneã ſecus
viam arborem, populum circũciſum. Et ve-
niens ad eã nullum fructũ manducabilem in-
uenit in ea,ſed tãtũ ſpeciem vitæ. Folia enim
ſine fructibus erãt in ficu. Et quoniam arbor
illa erat animã habẽs, quaſi audienti dignam
maledictionẽ ſuam dicit. Nũq̃ ex te naſcatur
fructus in ſempiternum. Id eſt q̃diu ſtat hoc
ſeculum præſens,nũq̃ ex te fructus naſcatur.
Ideo infructuoſa eſt Synagoga Iudęorum:&
hoc erit ei vſq; ad conſummationẽ ſeculi, do
nec intrauerit gẽtiũ plenitudo. Et aruit ficul
nea adhuc peregrinante in hac vita hominũ
Chriſto, & inter homines quaſi homine con
uerſante.Et vidẽtes diſcipuli mirati ſunt,ocu
lis eñ ſpiritalib9 viderũt myſteriũ fici ficca-
tæ: non tantũ q̃a ficcata eſt, ſed q̃a confeſtim
E ficcata eſt,id eſt populus Iudęorũ. REſpõ-
,, dens autem Ieſus,ait illis.Amen dico vobis ſi
,, habueritis fidem,& nõ hęſitaueritis, nõ ſolũ
,, idẽ de ficulnea facietis,ſed etiã ſi monti huic
,, dixeritis,Tolle te,& iacta te ĩ mare,fiet. Er-
go diſcipuli Chriſti fideles & non hęſitantes
areſcere faciũt ficulneam illã, dicẽtes ad eam.
Vobis primũ miſſum fuerat verbum dei, ſed
quia indignos vos iudicatis ęterna vita, ecce
cõuertimur ad gẽtes.Et relinquẽtes eã, ficcam
faciunt eã,cũ vitalis virtus eius tranſierit ad
gentes.Super illud autem ꝙ poterunt ficcare
ficulneam adhuc diſcipulis ſuis promittit,
ꝙ ſi habuerint fidem , & non hæſitauerint,
etiam mõti qui a Chriſto videtur & manife-
ſtatur,id eſt cõtrarię poteſtati extollẽti ſe cõ-
tra homines,dicẽt,Tolle te,& mitte te in ma
re,& fiet.Tollitur eñ a ſingulis qui adducũ-
tur ad fidẽ verbo diſcipulorum Chriſti, altitu-
do illa malitiæ,mons ille Satanas,& mittitur
in mare,id eſt abyſſum dignum ſe locum.De
quo mari dicit in Pſalmo. Hoc mare magnũ
& ſpatioſum,illic naues pertranſibũt, animalia
puſilla cũ magnis, Draco iſte quem formaſti
ad illudendum ei.Item.Tu confregiſti capita
draconum ſuper aquas, & dediſti eum eſcam
populis Aethiopum. Ipſa autẽ eſt Bethania,
vbi ex mortuis ſuſcitatus amicus Chriſti La-
zarus morabatur. Et omnis q̃ obœdit verbo
dei confirmato,& cõmoranti in ſe,Bethania
eſt,& domus obœdiẽtię,& cõmoratur Chri-
ſtus in eo,& requieſcit.Et forſitã ſimplices di
cũt de eo q̃d ſcriptũ eſt, Relictis illis abiit in
Bethaniã:quomodo enim poterat fieri extra
ciuitatẽ niſi reliq̃ſſet priores apud quos fue-
rat prius?Sapientiores autẽ auditores dicũt.
Non omnes reliquit priores quando fit apud
alios, ſed malos quidẽ & peccatores reliquit.
Quando fuerit apud iuſtos,fiet & apud alios
poſt illos,& cũ illis.Nam & in Bethania com
morans Ieſus,non relinquens Bethaniam ve
nit in ciuitatem:erat enim in Bethania,& ve
nit in ciuitatem. Eſurit autem Ieſus ſemp in
iuſtis,volens manducare fructũ ſpiritus ſan-
cti in eis:& ſunt eius eſcæ,vt ita dicam, ficus
quas eſuriens edit,id eſt charitas eius qui eã
fructificauit, qui primus fructus eſt ſpiritus
ſancti,& gaudiũ,& pax,& patiẽtia,& reliqua.
Quę quidem q̃diu fructificamus,non areſci-
mus.Si autem venienti domino, & quærenti
huiuſmodi fructũ vt manducet in nobis, nõ
exhibuerim9,dicet ad nos:Nũq̃ ex vobis fru-
ctus naſcatur in ſempiternum. Et vide ꝙ ſe- F
cus viam erat hęc ficus, quę folia tantum ha
buit ꝓ fructu. Sic eñ & terra quæ ſecus viã
eſt,licet fuerit ſeminata,nullum fructum pro
ducit,diripientibus volucribus ſemina ſemi-
nata. Q̃diu ergo nõ venit Ieſus ad aliquam
ficum,nec quęrit fructum eius, ſed patienter
agit,& ſuſtinet ſi forte proferat fructum:non
exſiccatur. Si autem venerit eſuriens,& fru-
ctum requirens,& inuentus fuerit aliquis ni-
hil iuſtitiæ habens niſi profeſſionem tantum
modo fidei,q̃d eſt folia ſine fructu, mox exſic
catur,etiã hoc ipſum ꝙ videtur fidelis,amit-
tens.Et eſt multos in eccleſia videre tales,qui
multo tempore portauerũt fidei nomen,oſtẽ
dentes tantummodo ꝙ viuunt: omnino au-
tem ſunt ſicci.Quos quia non fructificabant,
videmus recedentes a verbo dei ad plenum,
& ſiccos.Quem talem cum viderint diſcipu-
li ſiccum,mirantur,dicentes: Quomodo con
feſtim ſiccata eſt? Adhuc manifeſtius de hoc G
ipſo dicamus:quomodo in tentationibus pe-
tit fructũ Ieſus a ficulneis quas plantauit, id
eſt in perſecutionibus confeſſionem & teſti-
monium quęrit fidelium.Et cum mulier me-
retrix inſaniẽs excitata fuerit ſuper aliquem,
quærit in eo Chriſtus fructum continentiæ.
Quem protulit & Ioſeph,cũ fureret eius do-
mina ſuper eũ.Et ſic in ſingulis quibuſq; ten-
tationibus intellige Chriſtũ venire ad Chri-
ſtianos in tentationibus eſurientem, & fru-
ctum virtutis quęrentem.Qui autẽ non fue-
rit præparatus vt exhibeat fructum eſurien-
ti,aut confeſſionis,aut caſtitatis:cõfeſtim ſic-
catur.Qui eñ denegat in perſecutione,ſicca-
tur.Similiter & qui fornicatur ſiccatur,q̃uis

ostensione fidei quã antea baiulabat, quasi fo-
liis coopertus. Et super tales mirãtur discipu
li quomodo mox siccantur. Et frequenter per
multos annos quis cõstitit ficus, & nõ est sic-
catus: veniente autem in vltimo vitæ eius ad
eũ Christo, videlicet in tentationibus, & quę
rẽte fructum in eo, & nõ inueniente, siccatur:
& tãtorum annorũ perdidit subito vitam. Et
hoc fit, vt impleat sermo dñicus dicens: Qui
habet dabitur ei, & abundabit: qui autem nõ
habet, & ipsum qđ habet auferet ab eo, vt nõ
A sit ociosum qđ habet. Et vnusquisq; discipulo
rũ si habuerit fidem, & nõ hęsitauerit, & ficũ
arescere facit, & quod sequitur eũ. Et est ope-
ris demõstrare, quomodo Christi discipulus
quęrẽs fructum in ficu, & nõ inueniens dicat
ad eã, Nunq̃ ex te fructus nascatur in ęternũ,
vt confestim siccetur. Vtputa, pone mihi ali-
quem quę sunt quidẽ fidei profitẽtem, & pro
nunciantẽ se in nomine Iesu manducare & bi
bere corã ipso, & Iesum in plateis cordis eius
docuisse: ita veniat discipulus Christi quærẽs
fructũ sapientię & verbi in eo secũdũ profes-
sionẽ docẽdi quę dei sunt: quærẽs & scrutans
eũ per verbũ, nullũ inueniat fructum in eo: &
ideo manifestũ faciens eũ vidẽtibus, vacuum
a Christo exhibeat per verbum, ꝙ nõ est pos-
sibile aliquem fructum fieri in eo in sempiter
nũ qui ex arbitrio Iesus est. Sicut & Petrus di
xit ad Simonẽ, arefaciẽs eũ qui videbat Chri
sti professor. Pecunia tua tecũ sit in interitũ,
quoniã donũ dei existimasti te p pecuniã pos-
sidere. Cor em̃ tuũ non est rectũ corã deo. In
felle enim amaritudinis & obligatione iniqui
tatis video te esse. Et melius est fallacem ficũ
quæ viuere existimatur, non autem fructifi-
cat quasi viua, arguẽdo qa est infructuosa sic-
cari verbis discipulorũ Christi, & fieri mani-
festã, q̃ vt furetur dũ viuere existimatur, per
figmentũ professionis innocẽtiũ corda, & eo-
rũ qui facile seducũtur a talibus. Arbitror au
tem & in vnoquoq; infideli & iniquo mõtem
esse secũdum mẽsuram infidelitatis & iniqui
tatis ipsi⁹, qui verbis discipulorũ Christi tol-
B litur, & mittitur in mare tormentorũ eius. Et
omnia quęcũq; petierint in oratione credẽtes
discipuli Iesu percipiẽt, quasi discipuli Chri-
sti, nihil qđ nõ oportet petẽtes: & quia credẽ-
tes magistro nihil aliud petunt nisi magna &
cælestia, sicut ipse dicit ad discipulos suos. Pe
tite magna, & minima vobis adiicientur. Peti
te cælestia, & adiicientur vobis terrena. Mar-
cus autẽ in hoc eodem loco scribẽs, aliud ali-
quid quãtum ad textum adiecisse videtur: di
cens, ꝙ videns Iesus ficum de longe habẽtem
folia, venit quasi inuenturus aliquid in ea. Cũ
venisset autẽ & nihil inuenisset nisi folia tan-
tum, nec erat tempus ficuum, respondens di-
xit ad eam. Nunq̃ ex te in æternum quisq̃ fru
ctum manducet. Dicet aliquis. Si nõ erat tem
pus ficuum, quomodo venit Iesus quasi in-
uenturus aliquid in ea? Et quomodo iuste di-
xit ad eam, nunq̃ ex te quisq̃ fructum mãdu-
cet? Contra hęc respondemus, ꝙ numerari ab
Apostolo fructus spiritus sancti hi sunt. Cha
ritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bo
nitas, fides, mansuetudo, cõtinẽtia. Hi omnes
aliquando in tempore suo redduntur. Melius
autem est, quando circũstantibus aduersariis,
& prouocantibus ad non fructificãdum, po-
tuerit aliquis propterea ꝙ satis est prodiffica
tus in verbo, nihilominꝰ proferre fructus spi
ritus sancti. Qđ autem dico tale est. Vnus de
fructib⁹ spiritus sancti charitas est. Huius tẽ-
pus est quãdo non est difficile fructum redde
re charitatis, & diligere diligẽtem: & est qui-
dem fructus iste spiritus sancti, tamen in tem
pore suo. Si autẽ aliquis excitetur ad odium
fidelis constitutus, & circumueniatur, & insi
dias patiatur, & diligat insidiãtẽ sibi: aut cer-
te si fuerit aliqs male morat⁹, & odio dign⁹,
ille iustus nec hũc talẽ odiat, sed quasi filius
eius qui Solem suũ oriri facit super bonos &
malos, etiam tunc eum diligat, vtputa nõ in
tempore ficuum fructũ dans charitatis, bea-
tus est. Similis & de gaudio potest esse tracta
tus. Qui profert fructum gaudii, nullo eũ ad
tristitiam prouocãte. Quando autem præsen-
tia prouocant eum ad tristandum, vel ad pu-
sillanimitatem, prouocatus autem ille per ver
bum in tantum proficit, vt etiam in tempo-
re tristitiarum gaudeat, & in tempore oppro
brii vel castigationũ glorietur, & in omni tẽ-
pore periculi memor sit eius qđ dictũ est, Sẽ-
per gaudete, beat⁹ est huiusmodi christianus
fructum gaudii ferẽs etiam nõ in tempore fi-
cuũ. Similiter in omnibus fructib⁹ sancti spi-
ritus est tractandum. Vult em̃ Christus fide-
les suos meliores esse humana omĩ natura, &
exigit eos supra naturã, & (vt ita dicam) ope
ra dei magis q̃ hominum. Propter qđ homi-
nibus dicit, quoscunq; ad beatitudinẽ vocat.
Ego dixi dii estis, & filii excelsi oẽs. Arguens
autem eos qui nolũt esse dii, nec filii esse ex-
celsi: Vos autem sicut homĩes moriemini. In
singulis em̃ quibusq; peccatis quando sumus
carnales, & secũdum hominem ambulamus,
nihil operamur nisi vt moriamur. Et verum
est ꝙ si secundũ carnem viuimus moriemur,
sicut docet Apostolus.

Secundum Matthęum. Cap.XXI.

„ IN ILLO tempore, cum ve-
„ nisset Iesus in templum, ac-
„ cesserunt ad eum docentem
„ principes sacerdotum, & se-
„ niores populi, dicẽtes: In qua
„ potestate hęc facis? Et quis ti
„ bi dedit hanc potestatem?

Homilia Origenis de eadem
lectione. XVII.

C TRibus Euangelistis idipsum
quasi necessariũ cõscribenti-
bus, dignũ est videre quid in
telligentes principes sacerdo
tũ, & seniores populi interro
gauerũt Iesum, nõ vnam in-
terrogationem, sed duas proponentes: vnam
quidẽ, In qua potestate facis hęc: alterã autẽ,
Quis tibi dedit hãc potestatẽ: & quid volens
dominus propter hoc solũ contra interroga
uit, vt ne respõderet ad interrogationẽ eoꝝ.
Qꝫ autẽ non (sicut arbitrantur quidã) sim-
plex est intellectus loci istius, & facilis, sed my
sterialis & altus, manifestũ erit ex eo qđ ostẽ-
demus. Dicũt enim simpliciores quoniã scien
tes duas esse potestates, vnã quidẽ dei, alterã
autẽ diaboli, principes sacerdotum & populi
seniores interrogabant in qua ex duabus his
potestatibus vna, prodigia faciebat, & a quo
eã accepit. Ita dominus vt ne ad interrogata
eoꝝ dare respõsum, ĩterrogauit ecõtrario, si-
mul vt & interrogantes argueret, quasi q nõ
recte fecerũt credere nolẽtes Ioãni, & vt abii-
ceret interrogatores indignos a suo respõso,
vt videretur eis rationabiliter nõ respõdere.
D Sed dicet aliquis contra hęc, quia ridiculum
erat interrogare, in qua potestate hęc faceret
Iesus. Nec eñ poterat fieri, vt respõderet qa
in potestate diaboli. Et nõ dicã, Iesus hoc nõ
responderet, sed nec ipse homo peccati, q ad-
uersatur, & extollitur supra omne qđ dicitur
deus, aut qđ colitur, responderet qđ erat ve-
rũ, quoniam in potestate diaboli facit omnes
virtutes, & signa, & prodigia, qbus seducat si
possibile est, & electos dei. Si ergo nec ille dice
ret se in potestate diaboli facere signa & pro-
digia mẽdacia in omni seductione iniquitatis
his q pereunt: quanto magis dñs & Saluator
nequaq̃ etsi nõ ĩterrogasset ecõtrario, aliđ ali
quid respõderet, nisi in potestate dei? Ad talẽ
ergo manifestissimã rationẽ horũ, & illos in-
terrogare, & Christũ nõ respõdere, satis vtile
mihi videtur. Si quis autẽ dicat, quoniã non
interrogabant principes vt audiẽtes discerẽt,
sed vt illum terrerent: vtputa, si facit aliquis
quod nobis non placet in nostris, dicimus ei,
Quis te iussit hoc facere? non volentes audi-
re, sed eũ terrentes, vt ille sciens ꝙ nemo sibi
iussit, recedat ab actu: sic & principes interro-
gabant dominũ, terrẽtes potius q̃ interrogã-
tes, vt ille quasi sciens se non in potestate dei
hoc agere, cessaret ab ope. Sed qđ ꝙ & Chri-
stus ita respõdit, DIcite mihi vos hoc, & ego E
vobis dico in qua potestate hoc facio? Qđ nũ „
q̃ diceret Iesus, si eos nõ discẽdi causa, sed ter
rẽdi, interrogare sensisset. Vide ergo ne forte
intelligatꝛ sic hic locꝰ. Sũt potestates diuersę,
quę generaliter qdem sunt duæ: vna ex parte
dei, altera ex parte diaboli: Specialiter aũt plu
res, & incõparabiles. De qbꝰ Apostolus Chri
stũ glorificans, scribit ad Colossenses, dicens
oĩa in eo esse secreta q̃ in cælis sunt & in ter-
ris, siue visibilia, siue inuisibilia, siue sedes, siue
dominationes, siue principatus, siue potesta-
tes. Nõ dixit vnũ principatũ, aut vnã domi-
nationẽ, aut vnã sedẽ, aut vnã potestatẽ, sed
multas. Et sicut sunt in parte dei, ita sunt &
in parte diaboli multi principatus, multę po
testates: sicut testatꝛ Apostolus dicẽs: Non est
nobis colluctatio cũ carne & sanguine, sed ad
uersus principatus, & potestates, aduersus re
ctores huius mũdi tenebrarũ harũ, aduersus
spiritalia nequitię in cęlestibus. Ego aũt arbi- F
tror, quoniã & oĩa eorũdẽ nominũ sũt apud
diabolũ, quæcũq; sunt apud deum: & est for-
te potestas ex potestatibus vniuersis, quę ipsi
Christo ministrat, alia autem quæ prophetis
cooperabatꝛ faciẽtibus signa: & nõ oĩbus vna
potestas, sed alia forte istis, alia aũt illis secũ-
dũ dignitatẽ fidei eoꝝ, quã solus sciebat deꝰ.
Et nec in omnibus virtutibus faciẽdis vna ea
dẽq; potestas cooperabatur, sed in quibusdam
quidẽ hęc, in quibusdã autẽ alia: & ad res for
sitan inferiores, inferior: ad res autẽ eminẽtio
res, eminẽtior. Principes ergo sacerdotũ, & se
niores populi cognoscẽtes plura de potestati
bus, & gradibus sacramẽtoꝝ cælestiũ, siue ex
traditione maiorũ, siue de secretis quibusdã,
vtrũ autẽ rationabiliter, an irrationabiliter
excitati videbãt Iesum multa prodigia faciẽ-
tẽ nõ sine potestate aliqua ei subiecta: & ideo
potestatis illius speciẽ, & proprietatẽ volebãt
audire a Christo. Etsi qdẽ fuissent principes
sacerdotũ aliqui sancti, qualis fuit Aaron, vel
Eleazar, vel Phinees, vel qcũq; eoꝝ q bñ fun-
ctionẽ suã cõsummauerũt, quasi nõ tẽtãtibꝰ,
sed discere cupiẽtibꝰ, & dignis huiusmõi sciẽ-
tia, sine dubio declarasset mysteria potestatũ,
& differẽtias earũ, & de cõtrariis potestatibꝰ
rationem, & differẽtias earum manifestasset.

A Quoniã aũt illi principes sacerdotũ,& populi seniores nõ fuerãt digni talia audire mysteria: propterea nõ eis dat responsum,sed cõtra interrogauit, vt propter hoc q̃ nõ respõdent ad interrogationẽ sibi propositã de Ioãne: rationabiliter nec ipse respõdeat eis. Quęro autẽ si vnusquisq; eorũ qui signa fecerũt in aliqua potestate, vtrũ in vna fecerũt semper, an in primis quidẽ in ista, proficiẽtes aũt in alia potestate maiori. Tñ Saluator videt̃ in vna potestate vniuersa fecisse,quã accepit a patre. Nã hoc qđ respõdet, dicẽs: Nec ego vobis dico in qua potestate facio hęc, docet q̃ in potestate quidẽ vna fecit: in quali autem potestate nõ declarauit, nec proprietatẽ eius manifestauit, nec eminentiam quã habebat illa potestas super alias potestates in quibus ante eum prophetę fecerũt virtutes. Et nũc in tẽplo ecclesię Christus habetur,& docet in ea,& sunt quidã principes sacerdotũ similes principib[9] illis,& seniores similes seniorib[9] illis,& iterrogãt Iesum, & nõ accipiũt respõsum ab eo, qa

B nõ sunt digni scire quę cupiunt. Item quero, vtrũ volens eos Iesus a se remouere fortuito hãc eis interrogationẽ proposuit de Ioanne, tanq̃ si aliam quãcunq; interrogationẽ ꝓposuisset, aut necessarie propter vtilitatẽ eorum de Ioanne specialiter eos intertogauit. Et mihi videtur q̃ non fortuito hoc eos interrogauit,sed quia Ioãnes fuerat vox clamãtis in deserto, parate vias domini, rectas facite semitas ei[9]: Et hic erat de quo deus per prophetã dicebat: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã, qui præparabit viã tuã ante te. Propter hoc (existimo) intertogauit de illo, nõ quidẽ ignorãs q̃ cogitantes dicturi fuerant, Nescimus, secundũ qđ scriptum est, sed quantũ ad se significãtes quasi ex hominib[9] esset. Ita quasi respondẽtibus illis q̃ ex hominibus erat: cõsequentem parabolam introducit.

Secundum Matthęum.XXI.

IN ILLO tẽpore, dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã habuit duos filios. Et accedẽs ad primũ dixit. Fili, vade hodie operari in vineam meã. Et reliqua.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. Cap.XVIII.

C Solus Matthæus hanc parabolam scribit, sicut mihi videtur, continẽtem Israel nõ credentem verbis dei, & de populo credituro ex gentibus. Isti sunt enim filii duo quos habuit deus, quasi homo morem hominum gerens. Hic ergo accedens ad primum quem acquisiuit in primis, quem præcognouit,& præsfiniuit, dixit ad eum. Fili, vade hodie,& operare in vineam meã. Et distulit, fugiens hanc vineam propter æstum qui habetur in ea & labores,& dixit, Nolo. Postea circa consummationem pœnitens q̃ dixerat patri suo nolo: venit in vineam, & operatus est volũtatem patris. Quando autem primus respondit nolo, accessit pater ad alterum, & similiter dixit. Secũdus quidem respondit, Etiã domine: nõ autem venit ad vineam verbi, & in agrum patris. Et manifestum est q̃ ille qui dixit nolo, postea autem compunctus, abiit & operatus est in vinea: volũtatem patris impleuit non verbis, sed factis. Qui autem verbis promisit, non autem fecit: operibus negauit voluntatem facere patris. Vide autem si potes vti parabola ista ad eos qui modicum quidem aut nihil promittunt, neq; virginitatem, neq; alium secundum euangelium spiritalem actum: operibus autem ostendũt quod nec ab initio vsq; ad verbum promiserunt. Ecõtra eos qui magna promittunt, nihil autem secundũ promissionem suam huiusmodi agũt. Dicit enim aliquis: Virginitas super D me est, propter quod nolo eam: & maius est q̃ virtus mea abrenunciare hãc vitam,& vacare spiritalib[9] verbis: & postea recogitãs ad meliora se tradit q̃ profiteri videbatur in primis. Alii autem audacter multa promittunt, operibus autem cõtraria suis promissionibus agunt. Post parabolam autem dicit de eo qui dixit nolo, postea aũt recogitauit,& sic abiit. Amen dico vobis, quoniam publicani & meretrices præcedunt vos in regno dei. Ad eũ autem qui dixit, Vado domine,& nõ abiit, hoc refert. Venit Ioannes ad vos in via iustitię,& nõ credidistis ei. Iterum de primo quidẽ, Publicani autem & meretrices crediderunt ei. Ad eũ autem qui dixit, Vado domine,& non abiit: Vos autem videntes, nec pœnitentiam egistis, vt crederetur ei. Considera & illud qđ ait, Pręcedunt vos in regno dei: quoniam nõ exclusit Iudęos, vt non ingrediantur aliquãdo in regnum dei. Nemo enim dicitur præcedere eum in aliquo loco, qui non sequitur eũ per ipsum locũ. Vide ergo ne forte hoc indicet sermo, vt cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus efficiatur. Intellige autem mihi Israelitas qui non secundum carnem sunt, sed qui ingenuitate animæ Israel intelliguntur in fide & operibus bonis.

Secundum Matthęum.
Cap.XXI.

» I N ILLO tempore,dixit Iesus
» discipulis suis Parabolã hãc.
» Homo erat paterfamilias,q
» plãtauit vineam,& reliqua.

Homilia Origenis.XIX.

E Q Vi non abundantius discu-
tiunt Parabolã hãc, neq; sin
gula verba scrutantur,satis
manifesta videt̃, si hoc mo-
do intelligatur. Populus q
fuit ante nos cum esset pars
dei,qui plantatus est a deo,vinea fuit dei.Cu
stodia autẽ dei quæ extitit circa eã,fuit sepes
ipsius.Turris aũt,tẽplũ.Torcular autẽ,locus
libationũ.Coloni autẽ,sacerdotes,& sapiẽtes
populi. Peregrinatio vero dñi,quando dñs q
fuerat cũ illis in nube diei,& ĩ columna ignis
per noctem,donec plantaret eos introducens
in montẽ sanctũ suũ & in tabernacula sua:ne
quaq̃ postea similiter apparuit eis.Tẽpus aũt
appropians fructuũ petẽdorũ,tempus extitit
prophetarũ exigentium a colonis, & a vinea
ipsa,vt ostẽdant q acceperũt legem,si secũdũ
eam vixerunt.Serui autẽ missi ad colonos ad
fructus accipiẽdos,prophetæ q prius fuerũt:
quos principes & sapientes populi iniuriaue-
rũt,cędẽtes quosdã,& occidẽtes,& lapidãtes.
Alii autẽ serui plures post eos tempore pro-
phetarum multorũ,quorũ nomina in secũdo
Paralipomenon sũt cõscripta, & ĩ Hieremia,
& in duodecim,& in Daniele.Dicet autẽ ali-
quis,& Ananiã,& Azariã,& Misael pphetas
fuisse tẽporis ei9. Et his ergo plurimis siliter
sunt abusi cędẽtes,& occidẽtes,& lapidantes.
Nouissime autẽ mittit paterfamilias filiũ suũ
Iesum Christũ,qui poterat reuerentiã eis in-
cutere.Sed principes sacerdotũ,& seniores po
puli,& prudẽtes,vidẽtes filiũ,nõ omnino in-
sensati existentes,eminẽtię suę hæredẽ eũ esse
intellexerũt.Ausi sunt autẽ interficere eũ, vt
ipsi efficerent̃ dñi sup vineam illã:& eiiciẽtes
eũ extra res Israelitarum, foris eũ iudicantes
esse,interfecerunt. Dominus autẽ qui statim
rediit,quẽ occiderũt,venit resurgens a mor-
tuis:& malos qdẽ colonos male perdidit,aliis
aũt colonis,id est apostolis,vineã suã cõsigna
uit,id est eos q ex Iudaico populo reliqui cre
diderũt,qui darẽt in tẽpore suo fructus domi
no suo. Item docet eos ex prophetia,quoniã
ab istis quidẽ ędificatoribus reprobatus est,a
deo aũt electus,& caput totius ędificationis,
& caput mirabile factus in oculis eorum qui
possunt eũ videre.Ita prophetans gẽtiũ fidẽ,
dicit nõ credẽtibus sibi doctoribus Iudæorũ.
Tolletur a vobis regnũ dei,& dabitur gẽti fa
cienti fructus suos.Ad quã multa quis spiri- F
talis cõstitutus,& ad discutiẽda omnia para-
tus poterit dicere, pulsans obscuritatẽ eius,
id est ostiũ clausum,& quærẽs iueniet:& nos
secũdũ mediocritatẽ nostrã talia suspicamur
in loco, quoniam paterfamilias homo deus
est,de quo scriptum est:Morigeratus est dñs
deus tuus,quẽadmodũ si homo morigeraret̃
filiũ suũ. Sic eñ eo q morigerat̃ homines,vt
hoĩm prodificet mores, inquibusdã parabo-
lis dicitur homo,quemadmodũ si pater cum
paruulo filio suo colloquat̃ infantia,vt descẽ
dat ad verba filii sui,& morigeretur eũ. Pro-
prerea puto, q oẽs iustitiæ quas tradidit de9
hominibus,quasi pueriles sunt quãtũ ad pro
prias iustitias dei.Quę est ergo vinea alia prę G
ter colonos priores & scdos,quã plãtauit pa
terfamilias?Quę ista vinea quę primũ qdẽ tra
dita est iiuriosis colonis, postea aũt aliis colo
nis facientibus fructũ eius in tẽpore suo,secũ
dũ qđ dominus ait,Auferetur a vobis regnũ
dei,& dabitur genti faciẽti fructum eius.Pu-
tas ergo id ipsum debem9 dicere regnũ dei,
& vineam quę colitur a colonis prioribus,&
datur alteri genti? aut aliud quidẽ debemus
existimare vineã,aliud autem regnũ dei? Vi-
deamus ergo primũ probantes de scripturis,
q vinea appellatur populus,vtrũ oĩa eius se-
cũdũ huiusmodi expositionẽ valeãt conueni
re.Dicit eñ Esaias:Cantabo nunc dilecto cã-
ticũ,dilectę vineę meę.Vinea facta est dilecto
in cornu,in loco huberi,& sepe circundedi,&
cariciaui eã,& plãtaui vineã Soreth,& ędifi-
caui turrim in medio eius,& torcular fodi in
ea,& expectaui vt faceret vuam,fecit aũt spi-
nas.Et post aliqua sic.Vinea eñ dñi Sabaoth
domus Israel est,& homo Iuda,nouellũ dile-
ctum.Protuli itaq; canticũ Esaiæ,volens con
siderare secundũ parabolam hanc,si secundũ
illam vineam,& hæc vinea intelligi possit.Et
vide quoniã quędã quidẽ similia habent,alia
autẽ dissimilia: vt vidẽs differẽtias similiũ ad
similia,discas sensum scripturę. Simile est er-
go qđ ait,Plantauit vineã, & sepe circũdedit H
eã,& fodit ĩ ea torcular,& ędificauit turrim.
Dissimile aũt,quoniã in Esaia quidem ipsam
vineam accusat plantator,dicẽs:Expectaui vt
faceret vuam,fecit autẽ spinas. In Euangelio
autẽ manifeste nõ vinea accusatur,quasi quæ
non dederit fructus in tempore suo, sed colo
ni qui susceperunt, & patrisfamilias seruos
contumeliis affecerunt diuersis:nouissime &
ipsum filium patrisfamilias occiderunt.Ite[illegible]

in Esaia ipse, viueç minaē dicēs. Auferam sepē eius & erit in rapiná, & destruam maceriá ei⁹ & erit in conculcationē, & cętera. Sed & nubibus promittit se mādaturū, vt ne super vineā pluant illam quæ fuit secūdum prophetā domus Israel, & homo Iuda, qui nullū fructū fecerāt. In euangelio aūt vineā non inuenimus aliqd patientem, sed adhuc & prouisionē dei consecutam, vt possit fructus suos patrifamilias dare. Ablata est ēm a colonis impiis, & data genti meliori. Coloni autē omnē suscipiūt iram. Dicētes ēm, cū venerit paterfamilias malos male perdet, siue ratiōe verbi coacti, & cōsequētia parabolę, siue nolētes ppheтauerunt de se, quoniā cū venerit, malos male perdet, & viueç promissionem faciēs, & aliis eā dabit colonis. Itē cōsequēter & Hieremias dicit ad populum. Ego plātaui te vineā fructiferā omnē verā, quomodo cōuersa es in amaritudinē vineç alienę? Vides ergo quouiā in pphetis populus Iudaicus vinea appellaē, & cōminatio patrisfamilias cōtra vineā fit: in euangelio autem omnino vinea nō culpatur, sed eius coloni.

A Sed qui vult euāgelica verba caute cōsiderare, nequaq̄ poterit clariter approbare, quoniam vinea populus est. Sed ne forte secūdum euāgelium vinea regnū est dei, id est doctrina quę prouidentiam habēs dei, scripturis inserta est factis. Q: ēm dicit, rolleē a vobis regnū dei, & dabitur genti facienti fructum eius, manifeste sicut arbitror demonstrat mysteria regni dei vineā esse id est legē, & pphetas, & omnes diuinas scripturas, quas tradidit dñs vineç primū quidem colonis populo illi priori, quoniā & primis credita sunt eloqa dei, secūdis autē gentibus facientibus fructū: cuius vineæ sepes nihil tale patitur, quale scriptū est in propheta dicēte: Auferā sepem eius & erit in rapinam. Vide ergo ne forte naturali ratione, vineā possimus dicere eloquia dei. Consequenter autē secūdū eandē naturę rationē vitam irreprehensibilē hominū & mores & speciosissimos fructus ipsius vineę: ipsas aūt scripturas, & literas scripturarū esse vineç sepem extrinsecus circūpositam, vt nō videatur vinea ab eis q foris sunt, maxime fructus eius q

B sunt in absconso. Profunditas autem eloquiorum dei, torcular esse vineę eius: in quā q pfecerūt de eloquiis dei, & facti sunt pfecti fructus eorū, infunduut studia sua quasi fructus quos de ipsis eloquiis colligunt. Turrim autē ædificatam in ea, ascensum habentē, & eminētiam, & altitudinē super vineā ipsam, & sepem & torcular, existimo verbū esse de ipso deo, & de dispēsatiōib⁹ Christi. Et tēplū diuinos sensus qui habenē in eo. Et de tali turre puto dicere saluatorē in aliquo loco euangelii. Quis vestrū volēs turrim ædificare, nō prius cōputat si potest prius ponere fundamentū, & consummare, ne forte icipiāt vidētes deridere eū qui non consummauit: quoniā qui vult dicere de deo, debet considerare si potest incipiēs omia quę quęrunē circa dei expositionē consummare: ne forte incipiēs dogmata pietatis, imperfectā relinquat turrim verbi de deo, & coronā nō superędificet ei. Si ēm nō ędificauerit ei coronā, cadet aliqs ab intellectu dei scādalizatus, & morietur. Hanc vineam tradidit C colonis, id est populo ante nos, tam sacerdotibus q̄ laicis, & profectus est ad suam profectionē, dans occasiones colonis ex eo q ipse plantauit, & circūposuit sepē, & fodit torcular, & ædificauit turrē, pferēdi fructus, cū appropiquasset tēpus fructuū. Appropinquant ēm & secundū vnūquęq; quidē tēpora fructuū: puto aūt & generaliter populo vniuerso. Appropinquationē aūt tēporis fructuū exponere vere sicut est: sup nostrū igeniū est, & cordis est mūdioris. Tamen secundū virtutem nostram incipimus hoc modo, incipiētes secundū vnūquēq; hominū. Ergo itellige mihi in vnaquaq; anima, quasi vineā verbū dei plātatum. Vinea ēm occasiones sunt omniū ppositionū q̄ necessariæ sunt ad salutē. Sicut ergo in vineis est aliquod tēpus quādo principiū fructus demonstrant, & aliud quādo florēt, quę sunt demonstrata, & aliud quādo acerbescūt fruct⁹, & aliud quando variant, & aliud quando vindemiandi est tēpus fructus perfectos, & paratos ad prębēdū vinū. In omnibus itaq; primū D vitę tēpus est ifātia, & est tūc vinea nihil ostēdēs nisi tantū habēs in se vitalem virtutē. Cū autē cœperit posse loqui, tēpus est generationis. Quantū autē pficit aīa pueri operata, tātum & vinea quæ operatur in eo, id est verbū dei naturaliter implantatū proficit, & producit iudicia botrionū futurorū, florētiū qdem adhuc, & odorē suauitatis futuræ virtutis in primis dantiū. Postea autē & acerbescūt, quādo malitia qdem est in iuuentute, non autem permanet, sed necessarie superueniens est propter ętatem, sed vt ita dicam semper ad virtutem pergens. Quā si quis māducauerit, secundum prophetā obstupescere facit dentes: si autem nō, ea fuerit vsus, sed semper quasi per aliquā viam adducat eā ad virtutē, ex parte incipit variare, nō autem & vuam habet perfectam. Est autem & post perfectū status aliquis studiosus, quādo vinea operata fructū pferre maturū, & studiosos botriones, diuersos, atq;

perfectos charitatis,& gaudii,& pacis, & longanimitatis,cęterarũq virtutũ quas Apostolus refert,& multę scripturę.Est eñ aliqua botrus secũdũ qđ scriptũ est: Beati pauperes spiritu: & alia, Beati q lugẽt: & alia , Beati mansueti: & alia,Beati pacifici: & alia,Beati mundo corde.Et qd necessariũ est dinumerare singulas beatitudinum causas,quasi diuersos botriones? Hęc aũt diximus volẽtes ostẽdere qd sit qđ ait,Cũ aũt appropiasset tẽpus fructuũ. Patrissfamilias autẽ solius est cognoscere vere quando vniuscuiusq hominis tempus appropiat,vel quãdo adhuc lõge est fructuũ tẽpus. Et nos si abũdanter consideremus, cõparationem faciẽtes tẽporũ ex quo sumus vocati,ad omne tempus fidei nostræ:poterimus videre quomodo quidam cum deberẽt esse magistri secũdũ tẽpus,iterũ opus habẽt doceri qualia sunt elementa principii eloquiorũ dei. Sic cũ deberẽt quidã quantũ ad tẽpus dispẽsationis dei,& secundũ vocationẽ omniũ,iam fructus afferre:aut omnino nõ habẽt:aut cũ deberẽt habere perfectos,habẽt extra tẽpus florentes,

E & in tẽpore nõ suo acerbos.Si aũt intellexisti in singulis quibusq hoĩbus, quomodo oporteat intelligere qđ dicit: Cũ aũt appropiasset tẽpus fructuũ:transi ad populũ illũ,qui tunc acceperunt legem per Moysen, quoniã & illis tempus fructuũ appropiauerat aliquando.Et misit seruos ad priores colonos qbus credita fuerãt eloquia dei,vt acciperẽt fructus vniuscuiusq vitis. Facile quidem est dicere q seruos dicit prophetas,sed quęrere cõuenit quomodo mittuntur ad colonos accipere fructus vineæ? Dicit eñ aliqs,quoniã non ad accipiẽdos fructus mittunt pphetę, sed operari magis.Vide ergo si possumus dicere, qa spiritales fructus,& diuinæ oblationes danẽ ab iis q coluerant vineã,prophetis trãsmissis vt offerant quasi sacerdotes deo populi fructus.Sed accipiẽtes coloni ex populo illo, aliũ qdẽ ceciderũt,sicut Michęam percutiens in maxillam Sedecias filius Chanaan,quãdo & dixit ei pphetãti pseudopropheta: qualis spiritus dei qui locutus est in te? Aliũ aũt occiderũt,sicut Zachariã inter tẽplũ & altare.Aliũ lapidauerũt,sicut Azariam filiũ Ioiadę sacerdotem, sicut in secũdo libro Paralipomenon positũ est. Cũ spiritus dei induisset Azariã filiũ Ioiadæ sacerdotem,surrexit super populum,& dixit. Hęc dicit dñs.Quare pteritis mandata dñi,& nõ prosperabimini? Dereliquisti dominum, & derelinquet vos.Et superpositi sunt ei,& lapidauerũt eũ p mandatũ Ioas regis in atrio domus dñi,& nõ est recordatus Ioas misericordiam quã fecerat cũ eo Ioiada pater ipsius, & mortificauit filiũ eius.Et cũ moreretur dixit, Videat dñs & iudicet.Iterũ misit plures prioribus,& fecerũt eis similiter. Plena est oĩs scriptura eorũ q̃ acciderũt prophetis,quos misit ad populum vt fructus eorũ offerant per orationes suas deo quasi sanctissimi sacerdotes.

F NOuissime aũt misit filiũ suũ,dicẽs.Reuerebũtur filiũ meũ. Quęres aũt quomodo deus quidẽ mittẽs filiũ suũ,dicit,Reuerebuntur filiũ meũ,quasi q nõ pręsciebat qđ ei fuerat euẽturũ.Nec enim videtur secundũ textũ pñtẽ Iudæi reueriti eum,& inuenitur in hoc deus nescisse futurum. Sed dicere aliud esse factũ, impium est:iterũ dicere quoniã reueriti sunt eum coloni,falsum est.Coloni eñ videntes filiũ dixerũt apud se:Hic est hæres, venite occidamus ipm,& nostra erit hęreditas.Nisi forte hoc mõ soluamus.Sicut eñ quasi de oĩbus Iudęis occisuris Christũ sic dicit generaliter, Coloni autẽ dixerũt:Hic est hęres, venite occidamus eum.Et tñ nõ oẽs Iudęi occiderunt Christum,sed q secundũ carnẽ fuerũt Iudæi. Secundum spiritũ autẽ Iudęi nõ occiderunt Christum,sed crediderunt in ipm. Sic generaliter quasi de omnibus colonis dicit:Reuerebunẽ filium meum:& tñ nõ oẽs illum reueriti sunt,sed illi tãtummodo q secundum spiritũ fuerũt Iudęi,q crediderunt in eũ:vt illud qdẽ qđ ait:Reuerebunẽ filiũ meũ,videaẽ impletũ in illis Iudęis q intelligẽtes Christum crediderunt in eum:hoc aũt qđ dictũ est: Hic est hæres,venite occidamus eum,in illis impletũ sit q vidẽtes Christum, & cognoscẽtes filiũ dei, nihilominus occiderũt eũ.Simul autẽ quęret

G aliqs q sint isti coloni q dixerunt:Hic est hæres,venite occidam⁹ eum.Nec eñ videnẽ Iudæi occidisse eum quasi filium patrisfamilias dei.Econtrario hoc aliqs dicit: qñ loquebanẽ ad alterutrũ qs esset,quidã dixerunt : Hic est Christus.Ad quos alii respõderunt.Christus cum venerit,nemo scit vnde sit: hunc autem scimus vnde est. Ita quoniã p signa & pdigia compuncti,intellexerũt quidẽ eum esse Christum,põ autẽ & cõfessi sunt. Recognoscẽs autem aliqs & quę scripta sunt de Herode,cum didicisset a Magis natum esse regem Iudæorum videbit q qui occiderunt Christum cognoscentes q filius dei erat , nihilominus ausi sunt cõtra eum.Nam & Herodes cõdiscens a scribis quoniã in Bethleem nascit Christ⁹, & cõsentiẽs quoniã Christus erat q nascebaẽ, promittit qdẽ,dicẽs:Ite & requirite caute de puero,vt & ego veniã & adorem eum.Nihilominus autem ausus est contra puerũ,credens

quia Christus erat. Nec eĩ si nõ credidisset,
oẽs occidisset infantes in Bethleem a biennio
& infra secũdum tẽpus qđ didicisset a magis.
Sic & cæteri Iudæi cognouerũt qdẽ eũ secun
dũ quæ diximus: cognoscẽtes aũt nõ diuulga
uerũt, vt sermo eorũ etiã ad alios perueniret:
sed quasi q non cognoscerẽt, eiecerũt extra vi
A neam filiũ, & occiderũt eũ. Qđ autẽ dicit: Eie
cerũt eum extra vineam, tale mihi videt, quã
tũ ad se, alienũ eũ esse iudicauerũt a vinea &
colonis, quãdo sẽtẽtiã mortis cõtra eũ tule-
runt. Et dixit eis Iesus. Cũ venerit paterfami-
lias qđ faciet colonis illis? Respõderũt ore pro
prio iudicati, ꝙ malos male perdet, & vineam
dabit aliis agricolis. Aut eĩ ꝓphetãt quẽad-
modũ Caiphas sacerdos, q non ex se dixit ve
rũ sed qa sacerdos fuit anni illiꝰ ꝓphetauit:
sic & isti nõ ex se ꝓphetauerunt cõtra se, qm̃
tollẽda eis erãt eloquia dei, & gẽtibus danda
» fructũ in tẽpore suo daturis. Dicit illis Iesus.
» Nunq̃ legistis in scripturis: Lapidẽ quẽ repro
» bauerũt ædificãtes, hic factꝰ est ĩ caput angu
» li: A dño factũ est istud, & est mirabile oculis
nostris? Quoniã ergo putabãt se esse ædifica-
tores populi sacerdotes illi, cũ nõ essent ædifi
catores ꝓbabiles: nec eĩ si fuissent ꝓbabiles la
pidẽ huiusmodi reprobassent: tũ dicit illis de
scripturis ꝙ lapidem se constitutum & repro
batũ ab eis pater collocauit in totius ædificii
caput, vt cõprehendat duos angulos veteris
testamẽti & noui, & duorũ populorũ ædifica
tionẽ. Hoc est eĩ qđ ait: Lapidẽ quẽ reproba-
uerũt ędificãtes hic factus est in caput angu
B li. Et iste lapis donũ est donatũ a deo ædificio
vniuerso, & admirabile caput ĩ oculis nostris
qui possumus eũ videre oculis mẽtis. Si ergo
verũ ẽ qđ ait: Auferet a vobis regnum dei, &
dabit aliis colonis, q reddent ei fructũ tẽpori-
bus suis: sine dubio nemini dat regnũ dei, id-
est verbũ dñi, nisi faciẽtibꝰ fructũ de eo: & ne
mini qui a peccato regnat, dat regnũ dei. Sed
dicet aliquis: Si nemini dat regnũ dei fructus
eius non faciẽti, quomodo illi populo datum
est a quo & ablatũ est? Considera si possumus
dare idoneã rationẽ in tanta difficultate quæ
stionis huiusmodi. Cõsidera quia cum vinea
illi populo traderet, nõ est dictũ, & dedit eam
colonis: sed ita, locauit, aut sicut in gręco ha
betur, tradidit eã colonis. Hic aũt habet, aufe
retur a vobis regnum, & dabit aliis colonis.
Indissolubilis eĩ erat q̃stio si quẽadmodũ di-
xit illic locauit, aut tradidit, similiter & hic
dixisset, locauit, aut tradidit eã aliis colonis:
aut quẽadmodũ dixit hic: Dabit eã aliis colo
nis, & illic ita dixisset, dedit eã colonis. Quo-
niã qđ datur, intelligit ꝙ gratis dat: qđ loca-
tur autẽ & traditur, nõ omnino gratis datur
Quibꝰ ergo tradidit, aut locauit, nõ omnino
quasi electis & fidelibus tradidit aut locauit:
qbus autẽ donauit, cũ iudicio electionis meri
to eorũ donauit. Et cũ audissent principes sa- C
cerdotũ & pharisęi parabolas eius, cognoue-
runt ꝙ de ipsis dicit. Et quęrẽtes eũ tenere ti
muerũt turbas, qm̃ sicut ꝓphetã eũ habebãt.
Et quicũq; insidiatorie volũt tenere verbum
veritatis, vt quantũ ad se mortificẽt ipm, hi
nũq̃ poterũt ipm tenere, neq; mortificare, qm̃
multus est populus qui existimãt ipm dei esse
prophetam, & pręconem veritatis, & largito
rem salutis, & ideo tenent ipm in cordibꝰ, qui
& auellẽt ab eis q volũt ipsum tenere, & op-
primere. Deinde sciendũ est quoniam volen-
tiũ Iesum tenere differẽtia est. Aliter eĩ prin
cipes & Pharisęi quęrebãt eũ tenere, aliter au
tem illa sponsa quę in Canticis canticorũ quę
rebat eũ, & subiens ibat in ciuitatẽ, in plateis,
& nũdinis, & vix inuenit eũ. Postq̃ autẽ modi
cum pertrãsiit custodes, & circũeũtes in ciui-
tate, & inueniens tenuit eũ, quãdo & dixit te
nui eum, & non dimittã eũ, donec introducã
eum in domũ matris meę, & in cubiculũ eius
quæ concepit me. Hæc enim eadem sponsa in
principio quidem Cantici canticorũ sic dicit,
Tenui eum in domo matris meę, & in cubicu
lum eius quę concepit me: circa finem autem
ipsius libri quasi iam prouecta, & aliter eũ tẽ-
tura, melius q̃ in primis sic dicit. Dixi ascen-
dam super palmã, & teneam altitudines eius.
Vt autem intelligas qui sunt volẽtes eum te-
nere principes & Pharisæi, non autem tenue- D
runt, considera quoniã alia quidem verba ex
tra verbum Christi possibile est comprehen-
dere, & tenere, & separare de sensu eorum, vi-
delicet qui aliud qualecunq; extra veritatem
habuerint dogma, & manifeste in irritũ ipm
facere possibile est. Verbum autẽ veritatis ne
mo potest cõprehẽdere, id est intelligere, neq;
tenere, id est conuincere, neq; separare a sensu
credẽtium, neq; mortificare, id est destruere.
Dicit enim apostolicus sermo. Spiritalis diiu
dicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur.
Diiudicat eĩ, & discutit, & cõuincit alia ver
ba siue sapientiam huius mũdi, siue hæretico
rum: nõ autem diiudicatur, neq; comprehen
ditur sensus q est in Christo, neq; coinquina-
tur ab eis qui proponũt eũ irritũ facere. Quis
eĩ cognouit sensum dñi q instruat eum? Et
manifestũ est, quoniã qui instructurus est sen
sum alicuius, primum cognoscit eum, & post
hęc instruet. Sẽsum aũt dñi nemo cognoscit.

Propterea nemo est q instruat eum. Qui habe
bát tãq̃ pphetá eũ, sapiunt quidẽ aliqd de eo
qđ verũ est, nõ autẽ & magnitudinẽ ei⁹ intel
ligũt. Erat eñ Iesus & ppheta qdẽ sicut osten
ditur intelligẽtibus ex eo qđ scriptũ est. Pro-
phetá suscitabit vobis dñs deus vester de fra
tribus vestris, tãq̃ me ipm audite secundũ oĩa
quęcũq; loquutus fuerit. Quicũq; autẽ nõ au
dierit Prophetá illũ, interibit de populo. Tñ
eminẽtia eius nõ erat in eo q̃ erat Propheta,
sed in eo q̃ erat filius dei, primogenitus vni-
uersę creaturę, in quo creata sunt oĩa in cęlis,
& in terris, & cætera: & eminẽtia eius erat in
eo qđ erat sapiẽtia, dicẽte. Dñs creauit me in
principio viarũ suarũ, in opa sua prius q̃ ali-
quid faceret, & cętera. Istas autẽ turbas sic sa-
E piẽtes de eo, & paratas pugnare pro eo cõtra
impugnãtes: timẽt pricipes, & Pharisęi, & nõ
possunt insidiari Iesu, volẽtes eũ tenere. Et q̃-
uis quasi Prophetam eũ habẽtes turbæ nihil
magnũ sapiebãt de diuinitare ipsius, tñ prin-
cipes, & scribę, neq; eorũ sciẽtiá cõphendere
possunt, q ex parte eũ cognoscũt, nihil dignũ
declarãtes de eo. Hoc autẽ dico de his q vere
pro eo sunt. Qui autẽ mendaciter sapiũt non
sunt pro eo, q glorificare se putant eũ: quales
sunt hęretici q cõfundũt patris & filii substã-
tiá, vnũ dicẽtes esse patrem & filiũ, suspitione
sola & noĩbus solis diuidẽtes eos, quos existi-
mãt vnũ: quasi magna de eo sapere pponẽtes
iniquitatẽ in excelso loquũtur, & male loquẽ-
tes de deo nõ sunt pro eo: nec eñ sunt cũ eo,
propterea sunt contra eũ, sicut dicit: Qui nõ
est mecũ, aduersum me est. Sic & si cõgregant
C qui nõ sapiunt de Christo qđ verũ est in noĩe
Iesu, dispergũt magis q̃ congregant, sicut ipse
dicit: Qui nõ cõgregat mecũ, spargit. Et vide
quia nõ simpliciter dixit, qui non congregat,
spargit, sed cũ cauta adiectiõe: Qui nõ cõgre
gat mecũ. Qui eñ cõgregat, cũ Christo con-
gregare debet. Quid sit autẽ congregare cum
Christo intelliges, si cõsideraueris quod dicit
Apostolus, Congregatis vobis & meo spiritu
cũ virtute dñi nostri Iesu Christi tradere eũ
q talis est Satanę in interitũ carnis. Qđ eñ di
cit: Cõgregatis vobis & meo spiritu cũ virtu
te Iesu Christi, manifestat qd sit cõgregare cũ
eo. Et hoc nõ cõuenit ad eos dicere: Cõgrega-
tis vobis cum virtute dñi nostri Iesu Christi.
Qui eñ cõgregãt cũ male sapiẽtib⁹ de Chri-
sto, nõ cõgregãt cũ Christo. Et manifesti⁹ hũc
F sensum habes apud Lucá ita dicẽtem. Et erat
docẽs quotidie in tẽplo. Principes aũt sacerdo
tũ, & scribę, & seniores populi volebãt eũ pde
re, & nõ inueniebãt qd facerẽt. Populus enim
omnis suspẽsus erat in eũ audiẽs eũ. Et in his
ostẽdit, qm̃ q pręsunt inique Iudaicis turbis,
& noiant principes sacerdotũ, & scribę, & se-
niores populi, inimici Christi: volũt qdẽ pde
re Christũ, & dispdere nomẽ ei⁹ ex hoibus, &
fidẽ de eo, sed nõ inueniũt qd faciãt scđm qđ
volũt, qm̃ pueniens oĩs populus q crediđit ei
pendet in dilectione ipsius, & pẽdet vt audiat
doctriná eius. Et est hoc vsq; nũc videre, quo-
modo q̃rũt exterminare q se pfitent esse sacer
dotes dei, & scripturas eius cognoscere, quasi
scribę essent, antiqtatẽ se tenere putãtes quasi
seniores: & quęrũt pdere Iesum, & extermina
re fidem veritatis ipsius, oĩa consequẽter se
cundum voluntatẽ patrũ suorũ agẽtes. Non
tamẽ inueniũt quid faciãt, qa nõ possunt po-
pulum Christi pẽdẽtem in eum ab eo diuelle
re, neq; delere eum de sensu eorũ. Forsitan au
tem & omnes q nõ recte sapiũt de diuinitate,
sed aliud loquuntur de ea q̃ est Christi doctri
na, perdere volũt Christũ, non autẽ possunt:
quia tot⁹ populus fidelis pẽdet in eũ, audiẽs
eum. Sed & qcũq; ad sensum scripturarum ex
tranearum aspiciunt, ideo moraliter dicũtur
scribę, & omnes alieni presbyteri a Christi do
ctrina, id est philosophi gentium, cæterorũq;
barbarorum prudẽtes, pdere volunt Christũ,
non autem possunt, victi a populo Christi pẽ
dente, & audiente doctrinam ipsius.

Secundum Matthęum. Cap. XXII.

N Illo tempore, dixit Iesus
discipulis suis. Simile est re-
gnum cælorum homini re-
gi qui fecit nuptias filio suo
& cætera.

Homilia Origenis Presby-
teri de eadem lectione. XX.

AEc quoq; Parabola simpli
citer intellecta, videtur ostẽ G
dere, q̃ homo rex moraliter
deus & pater dñi nostri Iesu
Christi dicat. Nuptię autem
filii regis, restitutio sponsæ
ecclesiæ ad Christũ sponsum ipsius. Qui autẽ
mittũtur serui vocare inuitatos ad nuptias,
secũdũ tẽpus habent prophetę cõuertẽtes ex
populo p suas pphetias ad lętitiá restitutiõis
ecclesię ad Christũ. Qui autẽ noluerũt venire
i primis iuitari, sunt q noluerũt audire verba
prophetarũ. Itẽ alii trásmissi, alia cõgregatio
pphetarũ. Pręparatũ aũt prádiũ, in quo tau-
ri, & saginata regis occisa erãt, solidę & ratio
nabiles mysteriorũ dei escę. Sic autẽ & oĩa ap
parata, id est de oĩbus quę necessaria sunt pręę
parati sermones: quos cũ venerit qđ perfectũ

est,q inuitationē secuti sunt dei mãducabunt
& bibent.Qm̄ autem vocatorū per pphetas
qdā qdē neglexerūt tantūmodo q̄ dicebanť,se
cularibus occupati negociis,non aūt & mali-
gnati sunt aduersus pphetas,alii aūt & mali-
gnati sunt cōtra eos,ideo differētiā eorꝫ ostē-
dere volens:dixit.Quidā quidē negligētes ab
ierūt,alius quidē in agrū suū,alius autē in ne
gociationē suā:reliq autē tenētes seruos eius
iniuriis affecerūt,& occiderūt. Adhuc autē
secūdū simplicē hāc traditionē ira ītelligiť re
gis,de qua & Apostolus dicit ppter Iudæos,
Prȩuenit aūt illos ira vsq in finē : & pphetať
aduersus Iudȩos bellū,& interitus Hierusalē,
& interfectio populi post ascēsionē dn̄i facta,ī
eo qđ ait.Mittēs aūt exercitū suū īterfecit ho
micidas illos,& ciuitatē eorum succēdit igni.
A Qđ aūt dicit: TVNC dixit seruis suis,nu-
,, ptiȩ qdē paratȩ sunt, inuitati aūt nō fuerunt
,, digni:Ite ergo ad exitus viarū,& quoscūq in
,, ueneritis vocate ad nuptias:referť ad Aposto
los Christi dicētes Iudæis. Vobis primū mis-
sum fuerat verbū dei:sed qm̄ indignos vos iu
dicatis ȩterna vita,ecce cōuertimur ad gētes.
Exitus ergo gentiū sunt res gētiū foris extra
Israel,ex qbus quoscūq īueniebāt apostoli vo
cabāt ad nuptias. Vocabāt aūt obœdiētes tā
tū,nō autē & curabāt vtrū aliquādo ante vo
cationē mali fuerint an boni qui vocabantur:
om̄es em̄ quos inuenire poterāt,vocabāt. Bo
nos autē intelligere hic simpliciter conuenit
humiliores & rectiores ex eis qui veniebāt ad
cultū dei,qbus cōueniebat apostolicū dictum
qđ ait.Cū gētes quȩ legē nō habent, naturali
ter quȩ legis sunt faciūt, huiusmodi legē non
habētes,ipsi sibi sunt lex,q ostēdūt opus legis
scriptū in cordibus suis, testimoniū eis perhi
bente cōscientia eorum.Et impletȩ sunt Chri
sti & ecclesiȩ nuptiȩ, & restituti deō q ab apo
stolis sunt inuēti recubuerūt ad epulandū in
nuptiis.Sed qm̄ bonos & malos oportuit qui
dem vocari,non autem vt mali permanerent
mali,sed vt exuerent & deponerent vestimen
ta cōtraria nuptiis, & induerent se nuptialia
indumēta,id est viscera misericordiȩ,benigni
tatem,humilitatem,mansuetudinem, longa-
nimitatem: hæc enim sunt nuptialia indumē
ta:ideo rex ingreditur vt videat discūbentes
priusq̄ apponatur prādium præparatum eis,
Tauri,& saginata,& oīa prȩparata:vt videns
retineat quidem habentes nuptialia vestimen
ta ad quȩ delectet,condemnet autem contra-
rios.Ingrediens ergo inuenit quēdā q nō mu
tauerat pprios mores,nec induerat se nuptia
,, lia indumēta,& dixit ei. QVOmodo intra-
sti huc nō habēs nuptialia indumēta? Et qm̄ ,,
qui peccat,& renouatus nō est,nec induit do
minum Iesum,quasi non habēs excusationem
aliquā,ideo dixit:Obmutuit:& nō solum reie
ctus est a nuptiis q iniuriam nuptiis fecit,sed
adhuc a ministris regis sup vincula constitu
tis ligatis pedibꝰ.i.incessione,qua nō est vsus
ad bonum,& manibꝰ.i.apprehensoria virtu-
te,qua nullum bonum opus impleuit,conde-
mnatus est in loco ab oī lumine alieno,& quā
tum ad omnes tenebras pressioribus tenebris
quȩ vocātur tenebrȩ exteriores.Sed & si quis
nostrum ad inuitationem quidē regis veniēs
ad nuptias filii eius,nō aūt & indutus fuerit
qualia prædiximus nuptialia vestimenta:simi
lia patietur , ligatus manus & pedes expelle-
tur in tenebras exteriores,vbi erit fletus,secū
dum q scriptū est: Vȩh q nūc ridetis, qm̄ fle-
bitis.Et vt ostēdat sermo tristitias & dolores
eorum in quibus erunt qui vestiti nō fuerint
nuptialibus vestimētis,ideo dixit.Illic erit nō
solum fletus,sed etiam dentium stridor. Hæc
ergo secundum simplicem traditionem sint B
dicta,tentemus autem repetētes scrutari sub
tilius.Regnum ergo cælorum simile est secun
dum eum quidem qui regnat,homini regi:se
cundum eum autem qui conregnat , filio re-
gis:secūdum ea vero quȩ sunt in regno regis
assimilatum est seruis,& inuitatis ad nuptias.
quorum quidam quidē nolentes venire negle
xerunt propter occupationes secuľ huiꝰ,alii
autē iniuriis affecerunt seruos, & occiderūt.
Adhuc autem ex eis qui regnabātur fuit etiā
ille exercitus regis:& qui ab exitibus viarum
congregantur boni & mali, donec implerenť
ex recumbentibus nuptiæ:& qui inter discū-
bentes non habuit vestimentum nuptiale, &
ministri qui iussi sunt pedibꝰ,& manibus alli-
gatū mittere in tenebras exteriores . Poterat
quidē dicere,simile est regnū cælorū regi,sine
additamēto hoīs: sed q additum est etiā ho
mini,necessarium est exponere etiam hoc . Et
ante me alius quidā interpretatus est sicut &
mihi videtur.Fecit em̄ libros de legibus san-
ctis,& protulit sermonē vbi deus secūdū pas-
sibilē naturā hominū vertiť : & primū quidē
dixit,vbi secūdū passibilē naturā vertiť dispē
sans homines,secundū q dictū est:Morigera-
uit te dn̄s deus tuus,quēadmodū si pater mo
rigeret filiū suū.Deinde ptulit vbi nō est deꝰ
quēadmodum homo,secūdū q dictū est: Nō
sicut homo deus noster. Nos autē multā abū
dantiam exēplorum habentes de euāgelicis,
in qbus deus pater assimilatur homini,expo-
nimus parabolas nominātes quasi hominem

deum, & dicimus ad quosdã hęreticos, q non intelligẽtes quæ hoc modo dicunt in scriptu ris veteribus, peccãt in deũ legis, & propheta rũ totius creationis: q si homini assimilatur deus secundum parabolas Euãgelii, secũdum consequentiã parabolarũ istarũ suscipere con uenit & irã ei⁹, & furorẽ, & pœnitẽtiã, & auer sionẽ vultus, & sessionẽ, & stationẽ, & incessio nẽ, & somnũ: quę oĩa de deo scripta sunt in prophetis: & ab exitu ostẽdũtur, quia nec ve teris testamenti scripturas intelligũt. Nam si nihil deus habet ĩ se qd videt humanũ, dicãt vtrũ iste deus q secundũ Parabolas Euangelii & homo dicit, & iratus proponit, secũdũ hu manã naturã ipse est pater Christi, aut alius pręter eum! & necesse habent, aut aliũ aliquẽ dicere patrẽ Christi extra hunc quẽ parabolę & patrẽ Christi appellãt, & similẽ rũ humanę naturę proponũt: aut si dixerint hunc ipsum esse patrẽ dñi nostri Iesu Christi, cogẽdi sunt confiteri qm̃ multa in eo secundum passibilẽ naturã hominũ esse dicũtur, nõ qa ipse passi bilis est, sed quia morigerat passibilem natu ram hominũ. Qdiu ergo hoĩes sumus, & nõ expediũt nobis diuinę bonitates dei, & multi tudo miserationũ eius abscõdita apud eũ, vt ne noceamur videntes eã: necesse est vt simile sit regnũ dei homini regi, vt hoibus quasi ho mo apud homines loquat, & dispenset hoĩes nõ capiẽtes dispensari a deo: qui omnino qdẽ deus est, & in eo q loquit per prophetas, & in eo q dispensat homines: & tũc cessabit regnũ cęlorũ simile esse homini, cũ cessante zelo, & contẽtione, & residuis passionib⁹ & peccatis, cessauerimus secũdũ hominẽ ambulare, & di gni facti fuerimus audire a Deo: Ego dixi dii estis, & filii excelsi oẽs: iã nõ agẽtes talia pro pter q dicat ad nos: Vos autẽ sicut homines moriemini. Ego autẽ arbitror, qm̃ non solum

D homini regi simile esse regnũ cęlorũ cessabit, sed & alia multa, qbus opus habet homo pec cator. vtputa dicit in Osee, Ego autem sum si cut pãthera, & sicut leo domui Iudę: & ĩ alio loco: Et obuiabo eis sicut vrsus turbatus. Ces sabit ergo aliquãdo esse sicut pãthera, & sicut leo, & vrsus turbatus, cũ desinẽtes talia facere iã nõ opus habuerint homines deo sicut pan thera, & sicut leone, & vrso turbato, nec ipse habeat eos tales qui talẽ necessariũ habẽt: tũc manifestabit se sicut est. Ego autẽ sic intelligo qd ait, De⁹ noster ignis cõsumẽs est, cõsumẽs ea. Cũ aũt cõsumpta fuerit ab igne cõsumẽte, ea q cõsueta sunt cõsumi ab eo: tũc iã nõ erit deus noster ignis cõsumẽs, sed lumẽ, sicut di cit Ioannes, Deus lumen est. Qm̃ autem noui mus hęc, vide si potes etiã secũdũ hũc intelli gere modum ex Ioãnis Epistola catholica sic habẽte. Charissimi, nũc filii dei sumus, sed nõ dũ apparuit qd erimus. Scimus autẽ qm̃ si ap paruerit similes ei erimus, qm̃ videbimus eũ sicuti est. Nũc qdem & si digni fuerimus deũ videre mẽte & corde, videamus eũ nõ quẽad modũ est, sed quẽadmodũ pter nostrã dispẽ sationẽ factus fuerit nobis. In fine aũt rerũ, & restitutionis oĩm qcq locutus est p os pro phetarũ a seculo, videbimus eũ non sicut mo do, qd nõ est: sed quẽadmodũ tũc docuerit, se cũdũ qd est. Qm̃ autem semel diximus hęc in E eo qd ait: Simile est regnũ cælorũ homini re gi: possumus inuenire & causas propter quas sępe Saluator filium se hoĩs nominat, osten dens qm̃ sicut deus homines dispẽsans, quasi in Parabolis dicitur homo: forsitan sic & Sal A uator principaliter qdem filius dei existẽs, & deus, & filius charitatis eius, & imago dei in uisibilis, nõ aũt manẽs in eo qd est principali ter, efficit secũdũ dispẽsationẽ filius hominis eius q in Parabolis dicit homo, secũdũ simili tudinẽ hoĩs, cũ cœperit hoĩes dispensare. Sed eius q in Parabolis dicit, & fit quasi hõ, non debemus qrere qs homo, vt illius dicam⁹ esse filiũ Saluatorẽ: sed stãtes in sensu dei, & Para bolarũ dicẽtiũ ipsum esse hominẽ, sapiẽter au diamus eũ dicẽtẽ se filiũ hominis. Apud nos ergo homines, simile est regnũ cęlorũ homini regi: apud eos autem q secũdũ scripturas dii vocant, quorũ in Synagoga stetit deus in me dio deos discernẽs: regnũ cęlorũ simile est re gi deo. Quæres autẽ si quẽadmodũ in homi F nibus q sunt inferiores quantũ ad suã naturã & angelis, & sedibus, & dominationibus, & principatibus, & potestatibus: simile fecit re gnũ cælorũ homini regi, sic in sedibus simile est regnum cęlorũ sedi regis, dominationibus autẽ dominationi regis, principatibus autem principatui regis, potestatib⁹ potestati regis. Dicet eñ aliquis. Quæ discretionis est ratio, vt hominibus qdem assimiletur regnũ cęlorũ homini regi: superioribus autẽ non similiter fiat? Iste igitur q assimilatus est homini regi faciens nuptias filio, misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Et cõsidera si quẽadmo dũ in corporalibus alia est q nubit spõsa, alii autẽ inuitatores, alii aũt qui inuitãtur ad nu ptias: sic & in rebus mysterialibus qdam qdẽ sunt q accipiunt in cõstitutionẽ spõsę, alii aũt in ordine trãsmissorũ seruorũ inuitatos voca re, tertii autẽ pter istos q vocant ad nuptias. Deus aũt scit diuersos ordines istos animarũ earũq virtutes & causas, ob quas hi quidem

in constitutionem sponsæ accipiuntur, alii autem in ordine seruorum ministrantium vocationi huiusmodi, & alii in numero inuitatorum ad nuptias. In spiritalibus autē nuptiis communicationē spōsi ad spōsam, id est Christi ad animā, verbi susceptionem intellige. Partus autem, opera bona animę nuptę, quę non corrumpit a verbo sponsi, sed quotidie per cōmunicationem eius, incorruptibilitatē consequit, & generat qualia decet ex talib⁹ nuptiis rationabilia generamina. Et in talib⁹ nuptiis
A intellige prādiū qd paratur esse eloquiū dei, vt fortia quæq; eloquiorū dei, tauri intelligātur: suauia autem & delectabilia eorū sint saginata. Varietatē autē diuersam omnium eloquiorum dei diuersitatem intellige. Qz ait omnia pparata: Rex eīn in abundātia regali digna regno & diuitiis suis existens, prandia facit. Puto autem ingenuatum aliquarū animarū & Israeliticarū primā hanc fuisse vocationem ad nuptias. Principaliter eīn vult de⁹ venire ad epulationem istam beatam eos, qui ad intelligēdum sint ingeniosiores: & est videre plerumq;, qm̄ qui huiusmodi sunt, nolunt ad istam vocationem venire, & ideo transmittūtur alii serui prouocantes eos qui venire nolebāt, & promittētes si venerint inuitati, percipient a rege prandiū præparatū, carnes taurorum, quæ inter mūda omnibus mūdis mūdiora habent: manducabunt etiam saginata, id est ad vnāquāq; propositionē, exēpla multa rationis pbatione repleta & bene diuisa: q moraliter intelligunt occisa, quę in vnaquaq; propositione afferūt multam ostēsionem. Vt puta (argumēti gratia dico) si qs aduersus aliquam propositionē proferat quædā dicta modica, & infirma, & nō magnā virtutem rationis habētia, nōne videnf tibi tenuia esse, & exilia, & macra quæ proferūtur, & vt ita dicā sicca & sine carnib⁹ verba: Sed nō sunt talia quæ præparata sunt in cōuiuio regis, in quo dicit, Tauri mei, & saginata occisa, & oīa parata. Vt puta (manifestādi intellectus gratia dicā) loquitur aliquis apostolorum de castitate sermonē, sermo ille recte intelligitur turtur: Sed cum ipsum castitatis sermonē cum multa rationis probatione de scripturis repletum protulerit, ita vt delectet animū audiētis pariter & cōfirmet, protulit eū saginatum. Si de charitate locutus fuerit, protulit columbā. Et sic in omnib⁹ eloquiis dei intellige quid est exile
B & quid saginatū. Sed qui principaliter quidē fuerāt inuitati, primos inuitatores quasi pauperes sensu neglexerūt, & egenos sermone, & abierūt sua sequentes, & magis sunt delectati

in illis q̄ i his q̄ p seruos suos rex pmittebat: & vnus qdē eorū habēs propriū quendā agrū non venit ad nuptias: alius aūt negociationē exequēs: imitari quodāmodo volēs illū negociatorē margaritarū, & quærentē margaritas bonas, qui cū inuenisset pciosissimā margaritam, vendidit oēs vt emeret vnā. Sed nō bona negociatio ista, ad quā vadens q fuerat inuitatus nō percepit prādiū qd a rege fuerat pparatum. Qui ergo ex intelligētibus inuitatis nō veniūt quidē, non aūt & seruos ad vocādum trāsmissos iniuria afficiūt, nec iterficiūt, leniores sunt illis q ausi sunt talia. Et requiescit quidam quidē in agro proprio, alii autē in sua negociatione: reliqui autē extra eos: videamus qui sunt. Puto q̄ hi sunt q ceciderūt in pparatione cōtētiosorū & astutorū verborū, in quibus tenuerūt, aut visi sūt tenuisse seruos trāsmissos, q nō fuerūt pparati ad soluēdas eorū q̄stiones versutas, & cōtumeliis affecerūt ministros vocationis. Et est videre quotidie, quomodo inuitatores dei simplices, & non valde astuti secūdū carnē, cū diuina sapiētia sua volunt illos tales docere, sed iniurias patiunt ab eis qui intelligūt quidē, nō aūt volunt credere veritati. Alii aūt & interficiunt ab eis, quibus rex iratus dicit, qm̄ præuenit sup eos ira vsq; in finē. Et iratus rex misit exercitū suū, siue multitudinē cælestis militię, siue eos angelos qui positi sunt sup pœnas, & interficiunt interfectores ministrorū verbi, & oēm ciuitatem eorū succendūt. Puto ciuitas impiorū est secundū vnūquodq; dogma, cōgregatio eorū qui cōueniūt in sapiētia principū huius seculi. Hāc succēdit rex, & exterminat, quasi ex malis ędificationib⁹ cōsistentē. Et siquando videris exterminationē siue alicuius falsi nominis sciētię, siue quorūlibet verborum profitentiū veritatē destructionē validā, nō pigeat te dicere hoc factū esse a militibus dei, qui succēdere solent ciuitates inimicorū veritatis dei. Succēsa est ergo & ciuitas doctrinæ Iudaicæ post Christi aduentū: qua succensa dixit rex seruis suis, id est apostolis, aut angelis dei, q præpositi erāt sup vocationē gētiū, dicēs. NVptię quidem paratę sunt, iuitati aūt nō fuerūt digni. D
„ Ite ergo ad exitus viarū, & quātoscūq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et est videre ex omni via imperitorū dogmatū q fuerūt secundū gētiū mores, & ciuitatum, & villarū, vocatos ad nuptias. Et egredientes serui, siue de Iudæa & Hierusalē apostoli Christi, siue ab interiorib⁹ finib⁹ in qb⁹ fuerāt angeli sc̄ti, & veniētes ad vias diuersas diuersorū morū, cōgregauerūt & cōgregabūt quoscūq; inuenerint, malos qdē

vt deponentes maliciã,qđ est extraneũ a nuptiis vestimentum,& induentes se opera bona,quę sunt nuptialia vestimenta, impleāt cõuiuium nuptiale recumbentes & requiescẽtes in fide. Cum autẽ impletæ fuerint nuptiæ ex requiescentibus in fide,& cultura dei:tũc ingreditur rex ad vidẽdum & iudicãdũ de discumbentiũ qualitate,vt eum quidem qui vestem nõ habuerit nuptialem arguẽs damnet,
E reliquis autẽ prandiũ pręparatũ apponat. Vidit autẽ vnũ non habentẽ nuptialem vestẽ:id est quia vnius sunt generis omẽs qui seruant maliciã post fidẽ quã habuerãt ante fidem,& nõ deponũt eam,arguit eos quasi q̃ male fecerint,eo φ ausi sunt in huiusmodi nuptias introire nõ recipiẽtes digna nuptiis indumẽta, id est texturam virtutũ claram vestẽ, de qua dicit Salomon in Ecclesiaste pręcipit,dicẽs: In oĩ tẽpore sint vestimẽta tua cãdida.Obmutuit aũt qui ausus fuerat i huiusmodi nuptias introire sine vestimẽto decẽti,& sic condemnatur ab eo qui dixit ministris suis,videlicet prẽter exercitũ illũ q̃ erat desursum,vt alligantes eũ manus & pedes,qbus non sicut debuerat vsus est(Nec enim ad bonum cucurrerat aliquando,nec aliquos bonos impleuerat actus) eiiciant eum nõ solum de cõuiuio nuptiali,sed etiam in tenebras exteriores, & oĩ lumine alienas mittant,vt sitiens lumẽ cũ fuerit in tenebris exterioribus ploret ad eum q̃ potẽs est ei misereri,& eripere inde,& dẽtibus strideat: q̃ qm̃ acerba mãducauerãt, malitia stupidi erãt effecti. Vua enim acerba intelligitur malitia eius qui non obliuiscitur posteriora,nec appetit priora,sed permanet in id ipsum, cum deberet ad maturitatem proficere dulcem,& offerre virtutis alicuius manducabilem botrionem.Et addit.Multi vocati,pauci vero electi. Et si quis cõsideret multitudinem hominum quę in ecclesiis cõgregatur, & discusserit quãti sunt qui conuersantur disciplinate, & reformantur nouitate sensus sui, quanti autem negligentissime cõuersantes configurantur seculo huic:videbit φ verus est sermo domini dicens:Multi vocati,pauci autem electi.

Secundum Matthęum. Cap.XXI.

» IN ILLO tempore,abierunt
» Pharisæi, & consilium acce-
» perunt vt eum caperent in
» sermone: & mittunt discipu-
» los suos cum Herodianis: di-
» centes.Magister,scimus quia
» verax es,& viam dei in veritate doces:& non
» est tibi cura de aliquo,nec enim respicis in p-
» sonas hominum &c.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione.Numero.XXI.

Voluntas loci pręsentis secũdũ textũ talis mihi videtur. **F** Iudęi propriã habentes conuersationẽ ex lege, extranea ab omĩ cõuersatione gẽtiũ, & habẽtes præceptũ qđ ait: Vsq; ad mortẽ certa pro veritate, & dñs pugnabit p te:ideo cõtradicebãt gẽtibus dominantibus sibi,vt nõ trãsgrederent legẽ dei: **A** & frequẽter radicitus interire periclitati sunt sub Romanis volentibus statuam Cæsaris introducere in tẽplum dei: resistentes & prohibentes fortiores super se factos propter peccata.Inuenimus autem in historia Iudaica,φ in tempore Tyberii Cæsaris sub Pontio Pilato periclitatus est populus,Pilato quidem cogẽte vt susciperent statuam Cæsaris in templo, Iudæis autem & supra vires suas resistentib⁹. Similiter autẽ scriptũ est factũ & in tempore Caii Cæsaris.Existimamus ergo quoniã q̃diu quidem speculabat populum illũ deus,circũdatus fuerat sepe dominicę tuitionis,quasi vinea domini Sabaoth:nihil huiusmodi cõtingebat eis.In primis autem ipse Pilatus cui tradiderant Christum,ausus est populũ inquinare,qđ grauius erat captiuitatibus vniuersis. Quoniã omnis captiuitas quã frequẽter sunt passi,corporis erat vexatio: introductio autẽ statuę in templũ,animarũ erat interitus.Et in tempore ergo Christi,quando tributum iussi sunt dare Romanis,cogitatio,& consiliũ erat apud Iudęos , vtrũ deberent qui dei populus erant,& portio eius,tributum dare principibus:an potius pro libertate bella suscipere,nisi permitterentur viuere sicut ipsis placebat. Et refert historia φ Iudas quidam Galilæus, **G** cuius memor est & Lucas in actibus Apostolorum,auellẽs multam multitudinem Iudęorum, docebat non oportere Cæsari dare tributũ,neq; dominũ,neq; Cęsarẽ appellare.Qui aũt erat in tẽpore illo Tetrarcha, suadere populo festinabat,vt statui pręsenti consulerẽt, & nõ volũtarie cõtra fortiores susciperẽt bellum,sed acquiescerent dare tributũ.Et sermo quidẽ Euangelii pręsentis,non q̃dẽ manifeste, tamen hæc ipsa ostendit.Qui autẽ diligenter considerat verborũ præsentium sensum, inueniet hoc & in loco præsenti. Nec enĩ haberẽt occasionẽ Pharisæi, volẽtes Christũ capere in sermõe,mittẽtes discipulos suos cũ Herodianis vt eũ interrogarẽt vtrũ liceret Cęsari dare **I** tributũ,an non: si manifestũ apud eos fuisset, qm̃ non oportet dare, & si consonantia vo-

lūtatū apud eos fuisset vt nō darēt tributū. Et vide an nō manifestat historia illa ex eo q̄ volētes Christum capere in sermone, nō solū miserunt discipulos suos interrogātes de cē-
A su, sed cū Herodianis. Forsitan enim in populo tūc qui quidem dicebāt oportere dare tributum Cæsari, vocabātur Herodiani ab his qui hoc facere recusabant. Qui autē p̄spectu libertatis dare tributū vetabant, videbantur esse Pharisæi, subtilitatem Iudaicarū disciplinarū cautius obseruantes: vt si q̄dē Christus respōderet nō oportere Cæsari dare tributū: traderent eum Romanis quasi recessionis auctorem. Si autem iuberet dari: Pharisæi accusarent eū quasi personas hominū aspicientē, magis q̄ docentem viam dei in veritate. Cōsidera aūt, & vide q̄ Pharisæorum discipuli dicentes, Magister scimus quia verax es, & viā dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, nec em̄ aspicis p̄sonas hominū: p̄uocabant eum per huiusmodi laudem vt nō acciperet Herodianorū personas qui partes Cæsaris defendebāt: aut respōdēs secūdū volūtatē Pharisæorum q̄ nō licet Cæsari dare tributū: traderet Herodianis. Vnde & domi-
B nus vidēs neqtiā eoꝝ, ita dixit. QVID me
›› tentaris hypocritæ? Ostēdite mihi numisma
›› cēsus. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis
›› Iesus. Cuius est imago hæc, & superscriptio?
›› Dicūt ei: Cæsaris. Tūc ait illis. Reddite ergo
›› quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ dei sunt, deo.
Ex hoc loco discimus Saluatoris exēplo, vt non his quæ a multis dicuntur: & propterea gloriosa videntur, occasione pietatis attēdamus: sed quæ conuenienter secūdū ordinem rationis dicuntur. Nam cū quæreretur ab eo vtrum licet Cæsari dare tributum, an nō: nō simpliciter dedit responsum secundū q̄ videbatur eis, sed dixit: Ostendite mihi numisma census: & interrogauit, cuius est inscriptio. Et dicētibus eis, q̄ Cæsaris, respōdit q̄ oportet reddere Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & non eum oportet fraudare a propriis eius pietatis occasione. Nec enim ex eo q̄ reddit quis Cæsari quæ Cæsaris sunt: impeditur reddere deo quæ dei sunt. Potest aliquis moraliter in-
C telligere locū istū hoc modo. Omnes consistimus ex anima & corpore (differamus nūc dicere quoniā & ex spiritu) & debemus quædā dare quasi tributū, corpoꝝ principi qui dicit Cæsar, id est necessaria corpori, & habentia imaginē principis corpoꝝ corporalē, hoc est escas, & vestimēta, & somnū, & quæcūq̄ necessaria sunt ad repausationē simplicē naturæ carnalis, sine quibus consistere non potest carnis natura. Item quoniā anima quātū ad naturā suā secūdū imaginē est dei regis sui, quæcūq̄ sunt cōuenientia aiarū naturæ, id est viæ oēs quæ ducūt ad virtutem, debemus ea deo offerre. Qui ergo supra modū docēt legē dei, & de rebus corporalib⁹ & debitis corpori nihil curare p̄cipiūt: ipsi sunt Pharisæi q̄ reddere tributū Cæsari vetabāt, id ē q̄ tota virtute suadēt omnino ieiuniis & vigiliis debere affligere corpus, & abstinere ab omnib⁹ quæ sunt corporalia, & necessaria corpori, vt nihil ex nobis corporis principi tribuat: quales sunt, de q̄bus ait Apostolus. Nouissimis tēporibus recedēt quidā a fide attēdētes spiritibus erroris & doctrinæ dæmoniorū in hypocrisi loquentiū mendaciū, cauteriatā habētiū conscientiā suā, prohibētiū nubere, & iubentiū abstinere a cibis quos deus creauit ad p̄cipiēdū cū gratiarū actionē fidelibus.
Alii aūt sunt q̄ supra modū existimāt oportere corporibus indulgere, & per omnia satisfacere principi corporū: & ipsi sunt secundū similitudinē Herodianoꝝ dicenriū oportere Cæsari dare tributū. Saluator aūt noster verbū Dei, dilucide sepatans rōnabilia corporis debita a debitis spiritalib⁹ animæ: dixit. Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt: & quæ dei sunt, deo. Imaginē em̄ Cæsaris habet oīs res corporalis, & imaginē dei habet omnis virtus. Si ergo sic reddimus principi carnis q̄ carnalia sunt, vt nō fraudemus deū a spiritalibus ei⁹ virtutibus: tunc reddimus principi corporū quæ corporis sunt, id est ea sola q̄ necessaria habet carnis natura, & nihil amplius qd̄ pertineat ad rationē virtutū. Et si sic virtutibus seruiamus vt nō grauet carnis natura a necessariis suis: tūc reddim⁹ deo quæ dei sunt, vt nec virtus minoretur dū supra modū carni seruimus, nec carnis natura grauetur dū abūdātius virtutib⁹ adhæremus. Scio & hu- E
D
ius loci aliā traditionē, quoniā princeps mūdi moraliter dicit: sicut & omniū gētiū principes, in persona principū mūdi ponunt. Rex aūt omniū seculoꝝ deus, nō in vno mysterio sed vbiq̄ est deus. Quoniā ergo habem⁹ quæ dā in nobis quæ sunt principis huius mundi id est diuersas malitias, & nō possumus pri⁹ reddere deo quæ dei sunt, nisi reddiderimus principi q̄ principis sunt, id est nisi deposuerim⁹ malitiā vniuersam: ideo dn̄s ostēso sibi numismate, & imagine ei⁹ respōdit. Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt: & deo, q̄ dei sunt. Et hoc discamus ex loco præsenti, quoniā si quādo tentati fuerimus ab eis q̄ volūt occasionē, & proponūt nobis quasdā p̄positiones

non vt discât, sed vt causam accusationis inueniant contra nos, nec omnino tacere debemus, nec simpliciter respondere, sed cum cogitatu, & circũspectu, vt quantum possibile nobis fuerit præcidamus occasionem quærẽtium in nobis occasionem, & doceamus irreprehensibiliter ea quæ possunt saluare volentes saluari.

Secundum Matthęum. Cap. XXII.

» N illo tempore, Accesserunt
» ad Iesum Sadducæi qui di-
» cunt non esse resurrectioné,
» & interrogauerunt eum di-
» centes. Magister, Moyses di-
» xit: Si quis mortuus fuerit,
» & cætera.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. Quæ est. XXII.

F IN qua die! in illa die sine dubio quãdo ineũtes Pharisęi consiliũ acceperũt aduersus eũ vt caperent eũ in sermone, & interrogauerunt eum de censu. Forsitan eñ respõdẽte domino, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo: & admirantibus cũctis de respõso ipsius, bene æstimauerũt Pharisęi videntes sensata eius respõsa. Sadducæi autẽ per interrogationem huiusmodi voluerunt se ostendere prudẽtiores habere sermones dicẽtes resurrectionem non esse. Sadducęi enim qui dicunt resurrectionem nõ esse, non solum hanc quæ in consuetudine a simplicioribus carnis resurrectio nominatur negabant, sed etiam animæ immortalitatẽ tollebant. Secundum quos etiam nunc sapiunt Samarei. Nec non etiam apostolorum tempore quidam ex Corinthiis similia sapiebant, animæ vitam post mortem negãtes. De quibus talia scribit apostolus. Si Christus prædicatur quod a mortuis resurrexit, quomodo quidã dicunt in vobis, quia resurrectio mortuorum nõ est! & cętera quæ de ipsa causa sequũtur. Quia autem Corinthii permansionẽ animæ denegabant secũdũ sententiam Sadducęorum, illud ostendit qđ ait Apostolus. Si in hac vita tãtũ sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominib9. Quis eñ quis carnis resurrectionem non credat, tamẽ qui animam existimat immortalem, non tñ in hac vita sperat in Christo: sed ille in hac vita tãtũ sperat in Christo, qui animam victuram nõ credit post mortem. G Qm̃ ergo ad defensionem sui erroris proferunt Sadducęi exemplũ de lege Mosaica, dignũ mihi visum est ponere ipsum textũ legis quem proferũt Sadducęi, habentẽ hoc modo in Deuteronomio. Si habitauerint fratres in idipm̃, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autẽ nõ fuerit ei, nõ erit vxor mortui fratris viro non appropinquãti. Frater viri eius ĩgredietur ad eã, & accipiet eã sibi in vxorẽ, vt habitet cũ ea: & erit infans qcũq3 fuerit natus, cõstituetur ex nomine fratris eius mortui, & nõ delebitur nomen eius ex Israel. Si autẽ noluerit homo accipere vxorem fratris sui, ascẽdet vxor fratris eius ad portam ad seniores, & dicet. Nõ vult frater viri mei suscitare fratris sui nomẽ in Israel. Et vocabũt eũ seniores ciuitatis illius, & dicent ei. Et si stans dixerit, Nolo eã accipere, accedẽs vxor fratris eius ad eũ ante cõspectũ seniorum excalceabit calceamẽtũ eius de pede ipsius, & expuet in faciem eius, & respondens dicet. Sic facient homini, qui non ædificat domũ fratris sui, & vocabũt nomẽ eius in Israel, Domus excalceati calceamẽtũ. Hęc verba legentes Sadducęi, & nihil dignũ deo intelligẽtes ĩ eis, arbitrati sunt nõ posse fieri propter hęc verba, vt mortui resurgãt, vt vir iterũ sit virilia habens mẽbra, aut mulier vt mulier sit muliebria habẽs mẽbra. Et dñs qdẽ respõdẽs eis, volũtatẽ verborũ legis nõ exposuit quasi indignis huiusmodi agnitione mysterii, sed tantũ simpliciter eis dixit resurrectionẽ futurã, contestãtibus hoc etiã scripturis diuinis, quod illic nuptiæ non sunt sed erũt q resurrexerint sicut angeli in cælo, & quod transformabũtur corpora humilitatis eorum secũdum corpora angelorũ cælestia, atq3 luminea. Nõ aũt existimaui superfluũ ex H quo semel ipsa verba protulimus legis, vt sensum eorũ aliquatenus explanemus. Quęro ergo q̃ sit hęc mulier vna & duo fratres, quorum primus9 qdẽ habuit vxorẽ, & fructũ nõ reliqt ex ea: alter aũt mortui frater, qui accepit eã, & generauit ex nomine mortui: & qs est ille qui nõ vult accipere vxorẽ fratris sui, & propterea coram senioribus excalceat eũ mulier calceamentũ vnũ, & expuit in faciẽ eius ascẽdens ad portã dicẽs, nõ vult frater viri mei suscitare nomẽ fratris sui in Israel: & q sunt seniores, & quę porta ad quã ascẽdit mulier illa. Duo igitur fratres sunt, primus qdẽ sermo legis, secũdus vero euãgelii sermo. Hos ambos vna peperit sapientia mater, & vna eos semp habuit domus, id est eadẽ scriptura veteris testamenti, & in idipsum habitauerunt semper. In aduẽtu autẽ Christi mortuus est frater prior id ẽ sermo legis, ex eo quod euacuatus per nouũ testamentum irritus factus est.

Mulier aūt sermonis illius est omnis anima, vel synagoga quę prius fuit sub lege: qualis fuit anima Pauli, vel Petri, cęterorūq; ex populo illo. Omnis autem anima recta quę fuit amatrix sermonis illius, & vult memoriā illius & nomē apud se semper seruare, vt nūq̄ desinat dici vxor illius, efficitur vxor fratris alterius nō peregrini & extranei verbi qđ nō appropinquat. Peregrinū aūt & extraneū est omne verbum gentile, qđ longe est a genere legis dei: sed accepit sibi virū euangelicū sermonē, fratrē viri sui defuncti atq; ppinquū secundū genus diuinū, vt faciat natos ex eo. Ex priore sermone nullū potuit facere natū, quia ex operib⁹ legis nemo iustificatur. Nati autē mulieris de viro secūdo opera eius sunt sancta: & ipa est mulier seruās legis mādatū. Et oīs puto anima in primordiis suis prius accepit verbū secundum simplicē historiam legis, qui sine dubio morietur, cum cœperit anima illa ad maiora proficere. Sic mortuo simplici verbo, specialiori iungit verbo, q̄ est secūdū mysteria altiora in scripturis. Anima autē quę nō seruat legis mandatū, quę prius fuit sub lege, post mortē legis fit vxor viro non appropinquāti quando suscipit verbum qđ nō appropinquat omnino legi priori, nec est secūdū sensum eius, sed omnino habetur extraneum. Et tales sunt omnes animę hereticorū: qbus sermo quidē legis antiquę mortuus est: noluerūt aūt verbo nubere spiritali qđ semp habitauerat in idipsum cū lege antiqua sub vna eadēq; domo eiusdē scripturę: sed nupserūt alicui extraneo verbo, & alieno tam a nouo q̄ a vetere testamēto, & nūq̄ eis appropinquāti. Cum autē anima recta mortua sibi sicut diximus lege, acceperit super se euangelicū verbum, fratrem defunctæ legis, tūc frater mortui, hoc est verbū nouæ legis, intrat ad animā illam, & fit intus in ea, & accipit illā sibi vxorē, & cohabitat animę illius in omni beatitudine ei⁹, & ex eo fructificat, & infans quicūq; natus fuerit ei (id est opus quodcunq; factū fuerit ei bonū) efficitur ex noīe fratris mortui: & q̄uis nō fit ex lege natū, tamē baiulat nomē legis prioris, & dicit opus illud generatum ex lege, & nomē legis dei noīat i opere illo bono, qm̄ & illa lex, dei lex vocabat: & non deletur nomē legis illius ab omni opere animę sanctę, licet fit ipsa euacuata. Sequitur autē qđ ait: Si autem

A noluerit homo accipere vxorē fratris sui, ascendet vxor fratris eius ad portam ad seniores, & dicet quæ scripta sunt dici. Et primū vide q̄ diu quidē & mulier faciebat qđ præceptum ei fuerat ex lege, & vir intrās ad eam habitabat cum ea, & generabat ex ea: nō dicebatur homo, sed frater defuncti. Quando autē non vult accipere vxorē fratris sui, nec vult suscitare fratris sui nomen in Israel, & vocatus a seniorib⁹ ciuitatis dixerit, nolo eā accipere: tunc iam non dicitur frater, sed homo. Vt puta q̄diu quidem facit legis mandatū, dicit ad eū scriptura, Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Si autem prætererit dicitur ei, Vos autem sicut homines moriemini. Propinquus autem qui non vult accipere fratris sui vxorē, habetur omnis hęresiacus sermo: qm̄ post mortem legis, facta est altera quædā traditio legis erratica, & non spiritalis, neq; vera: quę q̄uis sit peruersa, tamen generationem habet ex lege: qm̄ ex occasionibus eorū quæ dicuntur in lege sumit originē: & ideo dicitur homo propinquus nolens suscitare nomen fratris sui, & honorare nomen legis. Hoc autem verbum cum sit prauū, non vult accipere vxorem fratris sui, id est animam rectam, ad fructificandum & reparandum nomen legis. Propter q̄ mulier illa non deorsum stat quæ parata fuit honorare virū suū priorem, sed ascendit ad portam, de qua scriptum est: Hæc porta domini, iusti intrabunt in eā: & ad seniores ciuitatis illius, id est ad presbyteros ecclesię dei: & conuincet mulier verbū illud prauū dicens, q̄ non vult frater viri mei suscitare nomē fratris sui in Israel. Qui enim contraria docet legi: nō vult suscitare semen legis. Ita seniores ciuitatis illius interrogant virū illum talē si vere non vult. Quando enim sacerdotes discutiunt verba dogmatis alicuius, quasi interrogant illud. Et cū inuenerint ipsum q̄ legi cōtraria profitetur, videtur dogma illud senioribus dare responsum, & dicere q̄ nolo accipere eam quæ fuit legis. Cū ergo ille respōderit nolle se: accedit ad eū anima sancta, & sub p̄sentia seniorū excalceat eū calceamētum eius vnū & ignominiat eū. Et vide in his ex eo qđ ali-

B bi scriptū, Solue calceamenta pedū tuorum ad Moysen: & iterū in euāgelio dicit, Cuius non sum dignus ego soluere calceamenta pedum eius: ne forte nō sit hoc ipsum soluere calceamentum, & excalceare. Nec enim excalceare iubetur Moyses, nec Ioannes de Saluatore loquēs excalceare dixit, sed soluere. Iste autē qui contra legē agit: excalceatur. Omne enim dogma qm̄ ex occasione veritatis scripturarum nascitur, plerunq; in aliqua quidem parte verum dicit, in alia autē falsum. In qua ergo parte falsum dicit, in ea pte ar-

guitur, & conuictum ab anima sancta excalceatur a colore verisimilis erroris sui qd fuerat calceatum. Et ideo omnis hæresiacus sermo nec ad plenũ excalceatus est, nec ad plenũ calceamẽtis ornat⁹. Propter qd expuit in faciẽ eius corã seniorib⁹ mulier illa abrenũciãs
C eũ. Expuere enim videtur i faciẽ dogmatis erratici oĩs anima in eo ꝙ abrenũciat ipm̃, & abdicat. Et vere nisi abrenũciauerit aĩa oẽ dogma peruersum, nõ potest firmiter verbo nubere veritatis. Et respondens dicet: Sic faciet homini, qui non ędificat domũ fratris sui. Omnis ergo qui videt hunc hominẽ excalceari a muliere & expui, & audite dicẽtẽ, Sic faciet omni homini qui non ædificat domũ fratris sui: omnia ad ędificationẽ fratris facere debet. Si autẽ non ædificauerit domũ fratris sui legis, excalceabitur similiter vnũ calceamẽtum, & expuetur, & domus eius vocabitur in Israel ab omnibus videntibus eũ, domus excalceati calceamentum. Qꝛ autem animæ vir prior fuit sermo Mosaicę legis, secũdus aũt euangelicus sermo, cui nubit oĩs anima recta mortua lege, illud est documẽtũ qd Apostolus dicit hoc modo, An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) ꝙ lex dominatur homini, inquantum temporis viuit? Si autem mortuus fuerit vir: soluta est a lege viri. Igit̃ viuente viro adultera est, si facta fuerit alteri viro. Si autẽ mortuus fuerit vir, liberata est a lege viri, ita vt nõ sit adul-
D tera si fuerit cum altero viro. Hęc in excessu diximus ad manifestandũ legem Moysi, cui⁹ memoriã faciẽtes Sadducęi, Christũ interrogabãt dicẽtes. Moyses dixit, & cętera. putauerũt oĩa sic futura esse illic, quõ sunt ĩ seculo isto viri & vxores, patres & filii, fratres & sorores. Debuerãt eñ cõsiderare tũc Sadducęi ea quæ sequebãtur opinionem eorum: qm̃ si sunt ibi nuptię, & partus: si part⁹, & mortes & ĩfirmitates: si natiuitas, & pueritia, & ascẽsiones a pueritia ad maturitatẽ virilẽ, & minorationes senectutis. Si autem hæc omnia, erit & malitia, & vix alicubi virtus inuenieẽ in raris hominibus quærẽtibus eã. Et his qd potest ęsse ampli⁹ vanũ? Et melius est vt nec sit resurrectio, q̃ vt sit talis qualem existimãt Sadducęi. Si aũt est ibi aut pater, aut fratẽr, aut aliquid eiusce modi, nõ tamen est secũdũ natiuitatem carnalẽ, neq; per mulierem, neq; per turpes corporis partes. Ego aũt existimo nõ tantum ibi patres & filios esse secũdũ impassibilem spiritum, sed etiam vxorem & virum in spiritus vnitate: secundum parabolã illam quę dicit. Simile est regnum cęlorũ homini regi q fecit nuptias filio suo, & cætera. Ergo filius regis in resurrectione mortuorũ faciet nuptias extra oẽs nuptias quas oculus vidit, & auris audiuit, & super cor hoĩs ascendit: & erunt illę nuptię castę, & diuinę, & spiritales in verbis mysterialibus constitutæ, quę non licet hominib⁹ loqui. Et quæres si in resurrectiõe possunt esse & alioꝝ nuptię secũdm nuptias Christi, aut poti⁹ solus Christus spõsus, destruens nuptias omnes, faciet nuptias, vt sint duo in carne vna: magis aũt nõ solum duo in carne vna, sed duo spiritus vnus, id est sponsus & spõsa. Sed vide ne tu E
audiẽs hęc aberres audiens fabulas aliquoꝝ dicẽtium esse secula masculina, & fœminina, qui finxerũt & coniunctiones seculorũ illorum quæ non sunt, neq; sit eorum memoria in scripturis. Nunc videamus Christi respõsa quibus ait. ERratis nesciẽtes scripturas, ››
neq; virtutem dei. In resurrectione neq; nu- ››
bunt, neq; vxores accipiũt, sed sunt sicut an- ››
geli in cælo. Querit̃ hic Saluator, qui dicit ››
ad Sadduceos, Erraris nescientes scripturas, neq; virtutem dei. Indicat enim ꝙ in quibusdam scripturis positum est, vt in resurrectione nuptiæ non sint, hominibus videlicet factis in similitudinem angelorum. Quæ ergo scriptura est docens ꝙ in resurrectione neq; nubunt, neq; vxores accipiũt? Et in qua scriptura vel legis, vel prophetarum discimus, ꝙ erunt qui resurrexeriut sicut angeli in cælo? Manifeste enim in veteri testamento hoc non legitur scriptum: & quærat qui vult si poterit inuenire. Nos autem dicimus ꝙ scriptum est, non tamen in ipsis sermonibus manifeste ista dicentibus, sed in mysterio indicãtibus secundum intellectum moralem. Nam F
cum sit lex vmbra futurorum bonorum, & dicens quædam de viris, & vxoribus, & exponens nuptias, non principaliter de ipsis nuptiis intelligitur, quas non simpliciter secundum carnem nuptias existimamus, sed de talibus nuptiis quales nos supra de Christo & ecclesia exposuim⁹ in seculo illo fore. Vtputa Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla, alterum ex libera: & qui ex ancilla, secũdũ carnẽ natus est: qui autem de libera, secũdũ ꝓmissionẽ. nõ omnino oportet me stare ĩ intellectu carnaliũ nuptiarũ liberę & ancillę sed hęc alia significant ex aliis. Et iterũ. Propter hoc relinquet hõ patrẽ & matrem, & adheret vxori, & erũt duo in carne vna. non ita debemus existimare qd dicit̃, quasi nullũ mysteriũ demonstretur in eis, qm̃ mysterium illud magnũ est de Christo & ecclesia. Et sunt

alia mille loca de nuptiis ſcripta:& vnuſqſq̃
locus caſtũ & diuinũ de nuptiis continet in
tellectum,ſecundũ expoſitionẽ moralẽ.Qui-
cũq; ergo ſcripturas legit,& nuptias virorũ
atq; vxorum,& nihil ampliꝰ exiſtimat demõ
ſtrari in eis niſi ſimplices nuptias:errat in eis
neſciẽs ſcripturas,neq; virtutem dei:ſicut er
rabãt Sadduçi,nuptias legentes in ſcriptu-
ris,& carnaliter eas intelligentes.Quęret ali
quis,hoc qđ dicit Sadduçis,Erratis neſciẽ-
tes ſcripturas,vtrum in hoc eos errare ſigni
ficet qm̃ ſcripturas alias extra libros Moſai-
cos nõ legebãt,aut qa nec ipſos libros Moſai
cos legentes intelligebãt.Et dicet aliquis: In
hoc illos increpabat errare, quia non lege-
bant cęteras ſcripturas quæ ſunt extra legẽ,
id eſt libros ſecretos:& ideo errabant neſciẽ
tes ſcripturas.Alius autem dicit.Sufficit ad
arguendũ errorem Sadduçorum, ꝙ neſcie-
bant Moſaicæ legis ſcripturas,ex eo ꝙ diui-
A num ſenſum earum non ſcrutabantur.Duas
tamen res dicit Sadduços neſcire, vnam q-
dem ſcripturas,alteram autem virtutem dei
per quã reſurrectio fit,& noua vita in ea.Po
teſt aliquis dicere,ꝙ dominus arguens Sad-
duços neſcire virtutẽ dei,ſe eos non cogno
ſcere arguebat.Ipſe enim erat virtus dei , &
ſapientia,& uon cognoſcebant eũ Sadducæi
quaſi neſciẽtes ſcripturas q̃ loquũtur de eo.
Propterea nec reſurrectionẽ credebãt quam
facturus fuerat ipſe ſanctorum ſuorum.Qui
autem nõ vult intelligere dictũ hoc,vt Sad-
duçi ideo videãtur culpari,quia ſcripturas
de nuptiis quibuſq; poſitas moraliter nõ in-
telligebãt ſecundum ſpiritalem expoſitionẽ,
ſed ſimpliciter ſecũdũ corporalem hiſtoriã:
neceſſe habebit vnũ facere ex duobꝰ, aut nõ
credere pręſentibus verbis Chriſti,quaſi ma
le Chriſto dicente,qui dixit poſitũ eẽ in ſcri
pturis qđ poſitum non erat,aut refugere ad
libros ſecretos in qbus de vita illa beata ma
nifeſtius videtur eſſe conſcriptũ: & dicet ad
illas ſcripturas referẽdum eſſe,qđ hic domi-
nus dicit ad Sadducæos , Erratis neſcientes
ſcripturas.Et vide niſi ex oĩ parte cadat qui
cũq; moralem ſcripturarum reſpuit intelle-
B ctũ.Propterea non aliter mihi videtur ſolui
poſſe qđ dicit:Erratis neſcientes ſcripturas,
neq; virtutem dei:niſi ſcripturas qui morali
ter audientes,aliã ex aliis intellexerit, demõ
ſtrãtes in quibus aliquid de viris, & vxoribꝰ
loquunt ſcripturæ,& quemadmodum errãt
qui propheticas ſcripturas nõ intelligentes
moraliter,putãt poſt reſurrectionem homi-
nes manducaturos,& bibituros eſcas carna-
les:& poſt,qm̃ ſcripturæ propheticę talia cõ
tinent quædam ſicut & de nuptiis virorũ &
mulierũ ſcripta,ſecundũ textũ intelligentes,
putãt nos etiam poſt exitum futuros eſſe in
vſu carnalium nuptiarum,propter quas nec
vacare quis orationibus poteſt abſq; macula
nec in hoc mũdo.Itẽ quęro,qđ dicit,Erratis
neſciẽtes ſcripturas neq; virtutẽ dei,vtrũ ad
illud ſolum pertinet qđ dicit,In reſurrectiõe
neq; nubũt,neq; vxores accipiũt:aut etiã ex
eo qđ ait,Sed erũt ſicut angeli in cęlo.Nec I
uenio alicubi ſcripturã dicentẽ,ſanctos poſt
exitũ fore ſicut angelos dei:niſi forte quis &
hoc moraliter itelligat ſecũdũ illud qđ dici
tur,Tu autẽ ibis ad patres tuos cũ pace nu-
tritus in ſenecta bona. Item appoſitus eſt ad
populũ ſuũ,aut appoſitus eſt ad genꝰ ſuum.
Reſtat vt dicamꝰ de eo quod ait.Nõ legiſtis
de reſurrectiõe qđ dictũ eſt vobis a deo. Ego
ſum deus Abraham,& deus Iſaac,& deus Ia
cob:nõ eſt deus mortuorũ,ſed deus viuẽtiũ.
Et hic dicimus qm̃ cum poſſet mille exẽpla
proferre oſtẽdẽtia reſurrectionẽ futurã, hoc
non fecit ex prophetis,ſed tantũ ex lege,qm̃
Sadduçi tantum Moſaicam legem legebãt,
ex qua volẽs illos placare,protulit inde exẽ-
plum.Deus enim qui eſt dicit . Ipſe ego ſum
qui ſum,& hoc mihi nomẽ eſt ſempiternũ.
Si impoſſibile eſt vt dicat eorũ deus eſſe,qui
nõ ſunt,& ſi hoc impoſſibile eſt,ergo eorum
eſt deꝰ qui ſunt,& qui viuũt, & ſentiũt bñfi
cium eius . Et vide ꝙ uon dixit,Ego ſum de
us Abrahã,& Iſaac,& Iacob,ſed deus Abra-
ham,& deus Iſaac,& deus Iacob. In alio aũt
loco ſic dixit.Vade & dic ad Pharaonẽ,deus
hebræorũ miſit me.Qui eñ pfectiſſime ſunt
circũ deũ,quãtum ad cõparationẽ dico cæte
rorũ hoĩm,pleniꝰ totũ habent deũ in ſe:pro
pterea non cõmuniter,ſed ſingulariter eorũ
dicitur deꝰ.Vtputa ſi dicatur,ager ille eorũ
eſt,oſtẽdimus ꝙ vnuſquiſq; eoꝝ q poſſident
agrũ illũ,partẽ modicã habent de eo,& non
habent eum in toto . Si autem dicimus , ꝙ
ager ille illius eſt : demonſtramus ꝙ totum
agrum illum poſſidet ille. Sic & vbi dicitur
deus Hebræorum,imperfectio demõſtrat eo
rum,qm̃ vnuſquiſq; eorum aliquid modicũ
de deo habebat.Abraham aũt totũ habebat
deum,& Iſaac totũ habebat deũ,& Iacob to
tũ habebat deũ,ideo non dicit in cõmunio-
ne deus eoꝝ:ſed deus Abrahã,& deus Iſaac,
& deus Iacob:quaſi ſinguli eoꝝ totum habe
bãt deũ.Sic & alibi dicitur deus Helię. Chri
ſti autẽ & deus & pater eſt. Qđ beneficiũ ſin
gulare donauit etiam diſcipulis ſuis,vt non

solum deus sit eorum, sed etiã pater, sicut dicit ad Mariã post resurrectionem suam. Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrẽ vestrum, ad deũ meũ, & ad deum vestrum. Lucas aũt hoc addidit amplius dicens. Non est deus mortuorum,
C sed viuorum. Omnes em̃ ei viuunt. Qđ non ad modicam laudem respicit patriarcharum qui nõ solum viuebant, sed deo viuebãt qđ viuebant, & nemini alteri: vt nos festinemus nemini viuere nisi deo.

Secundum Matthæum. Cap. XXII.

„ IN ILLO tempore, Audiẽtes
„ autem Pharisei ꝙ silentium
„ imposuisset Iesus Sadducęis
„ conuenerunt in vnum, & in
„ terrogauit vnus ex eis ten-
„ tans eum. Magister quod est
„ maius mãdatum in lege? Ipse autẽ dixit eis.
„ Diliges dominum deum tuum ex toto cor-
„ de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte
„ tua. Hoc est maximum, & primum manda-
„ tum. Et reliqua.

Homilia Origenis Presbyteri de eadẽ lectione. Quæ est. XXIII.

D CVm dominus ad interrogationẽ Sadducęorũ esse resurrectionẽ audire nolẽtib⁹ demõstrasset legis exemplo (sicut dixit Matthæus) silẽtiũ Sadducęis ipsuit Iesus: volens ostendere, ꝙ amaram & nociuã mendacii vocem obmutescere fecit claritas veritatis. Sicut ergo Saluator verbo doctrinæ suæ silẽtiũ imposuit Sadducęis, & falsum dogma quod apud illos veritas putabatur cõuicit: fiduialiter sic facient & Christi imitatores exẽplis scripturarũ quibus oportet secundũ sanã doctrinã oẽm vocẽ obmutescere Pharaonis, in qua gloriãs dicit, Mea sunt flumina, & ego feci ea: sicut scriptũ est apđ Ezechielẽ. Sadducęi ergo q dicunt resurrectionẽ nõ eẽ interrogauerũt saluatorẽ ea quę scripta sunt existimãtes silentiũ ĩponere ei. Sed nec Iesus, nec dilecti discipuli eius aliquãdo obstruunt ab ĩpiis. Propriũ est em̃ vt Sadducæis silẽtiũ imponatur a Christo. Iustus enim tacet quidem sciẽs tempus tacendi, & tempus loquendi: nõ autem obmutescit. Et sicut proprium est iusti tacere, nõ autem obmutescere: sic ꝓprium est Sadducęorum vel omnium q mendacii sunt doctores, obmutescere quidẽ, non autem tacere. Nam etsi obmutescunt quantum ad rem, non tamen tacẽt. Ideo & dominus nõ homini dixit, sed mari: tace, & obmutescere: increpans illud cum turbaretur. Tamẽ
E Pharisei qui resurrectionem cõsentiunt audientes qđ silentium imposuit Sadducęis: cõuenerũt in vnum, videlicet resurrectiõis dogmate pręualente, & congregati sunt qui nõ congregabantur q̃diu Sadducęis silentiũ nõ imponeretur. Nihilo minus tamen & si congregati fuerĩt, ꝑpterea ꝙ tenuit resurrectionis ꝓbatio, tamen vnus ex eis interrogauit, non quasi volens ab eo discere quæ interrogabat, sed tentans dominum deum. Omnem ergo hominẽ qui non discendi gratia, sed tẽtãdi causa, neq; ex affectu simplici itertogat aliquẽ doctorũ de qualicũq; capitulo, existimare debem⁹ fratrem Pharisei illius qui Saluatorẽ interrogatione sua tentabat. Omnia enim quę fiunt in sanctos Christi siue ab insidiatoribus, siue a diligẽtibus, in se suscipit vniuersa. Secundũ ea enim quę scripta sunt, tractare debemus & ea quę scripta non sunt. Scriptum est enim propter esuriẽtes, & sitiẽtes eũ dixisse Esurii, & sitiui: & ꝑpter nudos, & pegrinos, & ęgrotantes, & in carcere positos, Nudus fui, & hospes fui, & ĩ carcere fui, & infirmus fui. Secundum consequentiam similitudinis addamus & nos: iniurias passus sum, cęsus sum, & tẽtatus sum, & omnia. Et sicut in illis quæ scripta sunt, ver⁹ est sermo dñi dicentis, Q̃diu vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis: sic cum iniuriã passus fuerit iustus, vel blasphemat⁹, vel aliqđ tale passus, pone Christum in eos qui fecerũt dicẽtẽ eis. Quãdo vni ex minimis istis fecistis iniuriã, me tẽtastis, me blasphemastis. Videamus
F nũc ꝓpositionẽ tẽtãtis. Magister (inquit) qđ ẽst mãdatum maius in lege? Tentans dicebat Magister, qm̃ non quasi discipulus Christi ꝓferebat hanc vocem. Hoc autem manifestius erit ab exemplo qđ dicimus. Puta, pater filii sui pater est, & nemo eum proprie potest dicere patrem nisi filius eius: & mater filię suę mater est, & nulla eam põt dicere matrem, nisi sola filia eius. Sic & magister discipuli sui magister est, & discipulus magistri sui discipulus est. Propterea nemo potest dicere bene magister, nisi discipulus. Et vide nisi ꝑpter hoc, quia nõ omnes qui dicunt eũ magistrũ bene discũt, sed hi soli q habent discendi voluntatem ab eo, dicebat ad discipulos suos. Vos vocatis me magistrum, & dñm, & bene dicitis: sum etem̃. Bene ergo discipuli Christi vocãt eũ magistrum, & seruientes verbo ipsius bene illum dominũ vocant. Vnde bñ
G dicebat apostolus. Nobis aũt vnus dñs Iesus Christus per quẽ oĩa, & nos per ipsum. Et

illud considera qđ ait. Satis est discipulo, vt fiat non simpliciter sicut magister, sed sicut magister ei⁹. Si qs ergo aliqđ nõ discit a verbo, nec tradit se ex toto animo suo, vt fiat dilecta plãtatio eius, dicit aũt ei, Magister: frater est Pharisęi tẽtãtis Christũ, & dicẽtis ei, magister. Sic & oĩs q dicit, Pater noster q es in cęlis: nõ debet habere spiritũ seruituris in timore, sed spiritum adoptionis filioꝶ. Qui aũt nõ spiritũ adoptionis filioꝶ habet, & dicit, Pater noster q es in cęlis: mẽtit, cũ nõ sit filius dei, deũ patrẽ suũ appellãs. Interrogatio aũt ipsa est talis.
A Qđ est magnũ mandatũ in lege? In quo dignũ est vt de mãdatoꝶ differẽtia aliqđ exponamus. Quędã eñ mãdata sunt magna: quędã aũt subsequẽtia: & sic per ordinẽ vsq ad minima mãdata est reqrẽdũ. Si eñ tẽtãti pharisęo, & dicẽti, Qđ est maius mandatũ in lege, nõ respõdisset: cõsequenter existimabamus nõ esse mãdatũ maius altero mãdato. Nũc aũt cũ respondẽs dicat, Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, hoc est magnũ mandatum & primũ: necessariam discimus sententiam de mandatis, ꝙ & sunt magna, & sunt iferiora, vsq ad minima. Adhuc aũt & illud attẽde, ꝙ pharisæus iterrogauit qđ est magnũ mandatum in lege: dñs autem respondẽs ei docet nos, ꝙ nõ solum magnũ est mãdatũ diligere dominũ, sed etiã primũ. Primũ autẽ non ordine scripturę, sed dignitate virtutis. Et hoc quasi conueniens huic loco est attendẽdũ, ꝙ quasi multis mãdatis cõstitutis: ita nũc magnũ hoc, & primũ dixit mãdatũ: Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Secũdum & simile est priori, & propter similitudinẽ magnũ.
B Diliges proximum tuũ sicut teipsum: vt secundũ hoc intelligamus & aliud esse qđ sit magnitudine & ordine tertiũ, aliud vero quartũ: & sic per ordinẽ dinumerãs legis mãdata, accipiẽs a deo sapiẽtiã ordinet ea qs vsq ad minimũ. Qđ opus nullius alterius est nisi Christi solius qui est dei virtus, & dei sapiẽtia. A tẽporibus igitur Moysi vsq ad Saluatoris aduẽtũ cũ legeret lex, forsitan quętebatur qđ esset magnũ mãdatum in ea. Nec eñ interrogasset hoc pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, & nõ inuentũ, donec veniẽs Iesus docuit, nõ solũ qđ esset magnũ, sed etiã primũ & qđ esset secundũ simile priori. Ipsius ergo est opus inuenire & tertiũ, & quartũ, & reliqua. Quæres autẽ si est aliquod mandatũ nõ habẽs vtrũq, id est vt & primũ sit & magnũ sed vnũ ex eis. Et puto tale aliqđ dicit Apostolus ad Ephesios. Honora patrẽ tuũ & matrem, qđ est mãdatũ primũ in pmissione, vt bene sit tibi, & eris longęuus super terram. Ergo primũ quidẽ, nõ autẽ & magnũ, Honora patrẽ tuũ & matrem: & si est aliquod magnũ qdẽ, nõ aũt & primũ, quęres differentiã magnitudinis mãdatoꝶ. Et qa ad cõparationẽ qdẽ mandatoꝶ sunt alia minima: vtile est ad exẽplũ pferre qđ ipse dñs ait: Si qs soluerit vnũ de mandatis his pusillis, & docuerit sic homines: minimus vocabit in regno dei. Et Saluator qdẽ tradẽs qđ esset magnũ mãdatũ, & primũ, ad interrogationem pharisęi tentãtis: adiiciens autẽ & secũdũ simile priori, qđ erat, Diliges pximũ tuũ sicut teipm, addit dicẽs. In his duobus mandatis, omnis lex & prophetę pendent. Apostolus autẽ ad Romanos dicit. Non mœchaberis, nõ occides, nõ furtũ facies, & si qđ est aliud mãdatũ in hoc verbo recapitulatur, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum. Videam⁹ ergo vtrũ aliud
C est pendere omnẽ legem & prophetas in his duobus mandatis de dilectione dei & proximi: aliud autẽ, recapitulari omne mãdatum in hoc mandato, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum: aut omnia mandata & pendent, & recapitulantur in vtroq mandato. Dicit ergo aliquis pendere a mandatis mandata: & a primo quidem & magno pendere secundũ & simile primo, a secũdo autem tertium, & sic deinceps omnia quę sunt post secũdum, pendere a pręcedẽtibus: Et Apostolum quidem secundũ considerationem rei dixisse pendere omne mandatũ a mãdato: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum: Saluatorẽ autẽ docuisse, ꝙ dominationẽ habent oĩm mandatorũ hęc duo mãdata. Alter aũt discutiẽs quęret, quomodo dictũ est illud, Non mœchaberis, non occides, nõ furtũ facies, & si qđ aliud est mãdatũ in lege, in hoc verbo recapitulatur, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum. Dicet ergo, & illud mãdatũ: Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua: recapitulatur in eo mãdato, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Quomodo aũt verũ sit qđ ait, Et si qđ aliud est mandatũ, in hoc verbo recapitulatur: nisi & mãdatũ qđ positũ est de dilectione dei, recapituletur in secundo, & simili priori? Et si primũ mandatum recapitulatur in secũdo: necesse est maius esse secũdũ priore. Recapitulatur ergo omne mãdatũ: sed & primũ illud & magnũ in hoc secũdo, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum: qm diligentes nosmetipsos si quid

fecerimus: & ipsum diligimus deũ qui factus est auctor dilectionis nostrę, vt alterutrũ diligamus, & diligamur ab inuicẽ. Gratias enim agẽtes in eo ꝙ rationabiles sumus, & vocati sumus ad dei agnitionẽ, & cõsequimur beneficia eius, & gratiá: recapitulamus dei dilectionẽ i secũdo, & simili priori. Magnũ ergo & primũ mãdatũ in lege est hoc, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte. Et forsitã omnes qui diligũt deũ, & dominũ suũ, nisi & sequẽtes partes impleuerint, & ex toto corde dilexerint, & ex tota anima, & ex tota mente: ex parte seruãt mandatũ. Hi autẽ soli magnitudinẽ eius in se suscipiũt, & primatũ, qui non solum diligunt dominũ deum suũ: sed etiam tria illa susceperint, id est vt ex toto corde suo apud se illã totã recondant, & operationes eius, & cogitationes eius, & ex tota anima sua, id est vt parati sint ponere eam pro pietate dei qui vniuersa creauit, quãdo vtilitas exegerit verbi: ex eo ꝙ ex tota anima diligit deum: ita vt nulla pars animę euellatur ad aliquã rem quæ a fide est aliena: & in tota mẽte nostra nihil aliud cogitãtes vel proferentes nisi ea quæ dei sunt. Et vide si potes cor quidem accipere pro intellectu, qui est in intelligibilibus speculans, & ostendẽs fontem & principium eorũ qđ est deus: mẽtẽ autem ad proferendas res. Mente enim proferimus singulas res, & per vnũquodꝙ significatum quasi mente nostra inambulamus, atꝙ proferimus. Et si quis ingeniose intelligat mãdatũ qđ de dilectione positum est in omnibus illis tribus quæ sunt nominata, & considerauerit in singulis quibusꝙ fidelibus dei dilectionẽ: inueniet forsitan totum mãdatum aut apud vnum forsitan, vel secundum, vel tertium, & hoc si fuerit datum in omnibus, aut dei dilectionem minus habentẽ, vel modicũ, vel amplius, aut ex eo qđ dicit ex toto corde: aut ex eo qđ ait, ex tota anima, aut ex tota mẽte. Simile est & secundum mandatum priori, qm̃ est dilectio hominis qui factus est secundum imaginem dei, forsitan & secundum similitudinem. In expositione autem mandati qđ est de dilectione proximi positum, etiã hęc sunt discenda. Qm̃ secundum qđ dictum est in decimo psalmo, Qui diligit iniquitatem odit animã suã: & secũdũ qđ in Prouerbiis dicit, Qui repellit disciplinam odit seipsum: manifestum est ꝙ nemo diligens iniquitatem diligit proximum suum sicut seipsum, cum nec seipsum diligat: & nemo repellens disciplinã diligit proximũ suum sicut seipsum: quippe qui nec ipsum se diligit: Et ita fit, vt qui diligit iniquitatẽ, & odit animã suã: nec possit seruare secũdũ mãdatũ. Similiter & q repellit disciplinã, peccatũ diligit: ideo & qui repellit aliquod verbũ disciplinę dei, odit animã suã. Post hęc quęres quomodo omnis lex & prophetę pẽdẽt in duobus istis mãdatis. Videt enim textus ostẽdere ꝙ omnia quęcũꝙ sunt scripta, vel in Exodo, vel in Leuitico, vel in Numeris, vel in Deuteronomio, pendeãt in his duobus mãdatis. Quomodo aũt lex quæ posita est de leprosis, vel de fluxũ sanguinis patiẽtibus, vel de mẽstruatis mulieribus, pendeãt in istis mãdatis? adhuc aũt quomodo & prophetia q̃ de Hierusalẽ captãda posita est, vel visio Aegypti apud Esaiã cęterosꝙ prophetas, quomodo & visio Tyri, vel q̃cũꝙ prophetãtur de Tyro, vel de principe Tyri, quomodo etiã visio quadrupedũ i deserto apud Esaiam pendeant in duobus istis mandatis? Qđ aũt videt mihi i hoc loco, huiusmodi ẽ. Qui oĩa adimpleuit q̃ scripta sunt de dei dilectione & p̃ximi, dign⁹ est maximas gratias a deo pcipere: qbus p̄positus est sapiẽtiæ sermo p spiritũ sanctũ, p quẽ sermo scientię qui secũdũ spiritũ est. Dignus autẽ constitutus his oĩb⁹ donis exultat in sapiẽtia dei, plenũ habẽs cor de dei dilectione, & totã animã lumine sciẽtię illustratã, & totã mẽtẽ verbo dei. Cõsecutus aũt huiusmodi dona ex deo, pfecto intelligit oẽm legẽ & pphetas, partẽ aliquã esse ex oĩ sapiẽtia, & sciẽtia dei: & intelligit oẽm legẽ, & pphetas pendere, & adhęrere a principio dilectionis dñi dei, & proximi. Et qm̃ perfectio pietatis in dilectione cõsistit sufficientia qdẽ sunt & ista q̃ diximus: tñ ad demõstrationẽ magnitudinis eius nihilominus conuenit & ista subiungere. Charitas patiẽs est, benigna est: Charitas nõ inflatur, nõ agit perperã, non est ambitiosa, nõ irritatur, nõ cogitat malũ, nõ gaudet sup iniquitate: cõgaudet autẽ veritati, oĩa sustinet, oĩa credit, oĩa sperat, charitas nũq̃ excidit. Nemo. n. pusillanimis cõstitutus charitatẽ habet, nec cõtrariũ aliqd faciẽs benignitati: neꝙ zelans zelum quẽ habuerũt patriarchę aduersus Ioseph, vel Aarõ & Maria cõtra Moysen. Et nemo inflatus habet dilectionẽ, neꝙ perperã aliquid agẽs, nec qui in iracũdiã excitatur. Itẽ nemo cogitãs malũ, charitatẽ habet i corde coingnatus. Qui charitatẽ habet, nũq̃ de aliqua re iniusta gaudet, sed semp veritati cõgaudet. Qui charitatẽ habet, oĩa accidẽtia sustinet mala, & nõ p parte credit, sed oĩa credit: & nõ ex parte sperat, sed omĩa sperat: nec est

quod nõ sustinet dilectio, sed omia sustinet. Et qm̃ charitas nunq̃ excidit, confidẽs apostolus totã eã se suscepisse, dicebat, Quis nos separabit a charitate dei? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladi⁹? Sicut scriptum est, Qm̃ pp̃ter te mortificamur tota die, existimati sumus vt oues occisiõis. Propter dilectionẽ eñ dicebat, Sed in his oĩbus superamus propter eũ q dilexit nos. Ex charitate eñ nunq̃ excidente erant illę voces dicẽtis: Cõfido enim ꝙ neq̧ mors neq̧ vita, neq̧ angeli, neq̧ principat⁹, neq̧ p̃sentia, neq̧ futura, neq̧ virtutes, neq̧ altitudo, neq̧ pfundũ, neq̧ alia aliqua creatura poterit nos separare a charitate dei, q̃ est i Christo Iesu domino nostro. Et qm̃ habebat duo apostolus dilectionis mandata, dei, & pximi: ideo habebat in se totius legis & prophetarũ manifestata mysteria, vt intelligẽs ea diceret, ꝙ omnis lex & prophetæ in his duobus

A mãdatis pendẽt. CONgregatis aũt Phariseis interrogauit eos Iesus dicens. Quid vobis videt̃ de Christo, cuius est filius? Dicunt ei. Dauid. Dicit eis Iesus. Quomõ ergo Dauid in spiritu dominum eum vocat, dicens, Dixit domin⁹ dño meo, sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorum? Si ergo Dauid dominũ eũ vocat: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respõdere ei verbũ, nec ausus est q̃sq̃ ex illa hora iterrogare eũ quicq̃. Verba qdem ipsa posita sunt in psalmo centesimonono, Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Quasi cõsistentib⁹ aũt phariseis, ꝙ q dixit qdẽ est dñs deus, ad quẽ aũt dixit secũdus dñs Christ⁹: iterrogat eos saluator dicens, Quid vobis videt̃ de Christo, cui⁹ est filius? & ad respõsionem eoꝝ qui dixerũt Dauid: addit dicens. Si Dauid dñm eũ vocat, quomõ filius eius est? Digna est ergo res vt videamus quid volens proponat saluator Phariseis quæstionem de Christo, vt respõderẽt qd eis videret̃, & quæ fuit causa vt nõ possint ei dare respõsum. Et simplicior aliq̃s ex discutiẽtibus ista dicet, ꝙ voluntas saluatoris fuit hęc, vt compesceret Phariseorũ audaciã, multas propositiones pponentiũ ei: similiter & Sadduceoꝝ qui proposuerãt ei de septẽ fratrib⁹, & vna vxore eorũ. Qm̃ ergo multa proponentes Pharisei & Sadducei aliqd dicere videbant̃, & hoc faciẽtes nõ quasi discipuli discere cupiebãt, sed tẽtabãt Christũ, & videbant̃ legis eẽ doctores cũ nõ essent: ideo fuit & dñm interrogationẽ proponere eis necessariũ, pfitentib⁹ legis habere se sciẽtiã, vt coram populo argueret eos, cũ responsum ad interrogata non dederint, ipse ad oĩa respondens: qm̃ ipse quidem idoneus erat secũdũ professionẽ doctoribus cõdocentẽ manifestare & tradere doctrinam diuinã: illi aũt, nec ipm̃ pphetã qui erat fastigium prophetarum sciebãt. Adhuc autẽ cui B hęc expositio placet adiiciẽs dicit. Propterea & sic adiicit scriptura euãgelii, dicẽs. Et nemo poterat rñdere ei verbũ, nec ausus est q̃sq̃ ex illa hora interrogare eũ verbum. Causa aũt vt non essent ausi interrogare eũ postmodũ verbũ, hęc fuit, qa interrogati respondere ei nõ potuerũt. Si eñ interrogatio eoꝝ fuisset ex volũtate discẽdi, nunq̃ talia eis proposuisset, vt postmodũ nõ essent ausi iterrogare: Sed tẽtãtes interrogabãt, ideo obstruere eos voluit interrogatiõe sua, vt erubescẽtes quiescant ab audacia sua, & postmodũ nihil interrogent eũ. Hęc secundũ intellectum simplicis interpretatoris sumus locuti. Nos C autẽ dicimus, ꝙ cognoscebat seipsum saluator & dñs noster, factũ qdẽ ex semine Dauid secũdũ carnem, prædestinatũ autẽ filium dei in virtute. Et qm̃ hæc oĩa erat quæ ipse de se docẽs dicebat, Ego sum via, veritas, & vita: ego sum ianua, ego sum resurrectio, ego sũ panis viuus q de cęlo descendi, & sciens esse se ante natiuitatem etiã ipsius Abrahę: propter qd & dicebat, Ante Abraham ego sum: & sciens ꝙ sapiẽtia erat, & verbũ viuũ: sapiẽtia qdem quã deus creauit pricipiũ viarum suarũ in opera sua: verbũ aũt qd erat in pricipio apud deum, deus verbũ: hæc oĩa de seipso cognoscẽs, & vidẽs, Phariseos ꝙ illud q̃dem qd secũdum dispensationem humanam & pp̃ter hoĩes erat vt cape possint, sciebant ex diuinis scripturis, ꝙ de semine erat Dauid secũdum carnẽ. forsitã aũt qm̃ & omnino eũ arbitrabant̃ filiũ esse Dauid: vidẽs autẽ lõge eos esse ab intellectu diuinitatis suæ secundum ꝙ principiũ erat vniuersę creaturę, nullius filius constitutus nisi dei qui sup omnia est: arguere titubãtẽ existimationẽ eorũ de se, & prouocare eos sermonib⁹ suis, vt velint ascendere verbo, & videre secundũ ꝙ de⁹ verbũ erat, q erat i principio apud deũ: in primis quidem dixit, Quid vobis videtur de Christo, cuius est fili⁹? Ita rñdentibus, & dicẽtibus, Dauid, iterũ eis respondit, manifestãs sublimitatem diuinitatis suę, quæ demõstrabat̃ in ipso principio psalmi dicẽs, Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ: vt etsi tũc ei rñdere nõ posset, tñ occasionẽ acciperet

ex verbis ipsius, vt totū psalmum cōsideran
tes, aliquid amplius sentirēt de Christo: qui
nō solum excedens erat humanā naturā, sed
etiam cęteras genitas, secundū q᷑ ait, In splē
dorib⁹ sanctorum ex vtero ante luciferū ge-
nui te. Non eñ specialiter designauit in splē-
doribus aliquoꝝ sanctoꝝ, sed generaliter de
omnib⁹ sanctis, id est nō solum hominū, sed
etiam angelorum, dicens. In splēdoribus san
ctorum ex vtero ante luciferū genui te. Et si
quidē sapiēter cōsiderassent & illud, Iurauit
dominus, nec eum pœnitebit, tu es sacerdos
in ęternū secundū ordinē Melchisedec: subte
cissēt vtiq͂ se sicut discipuli tali saluatori no
stro, qui a deo erat trāsmissus magister, atq͂
D sacerdos. Sed causa fuit ꝓpter quā Pharisęi
non potuerūt respondere sermonibus Chri-
sti ista, qm̄ nihil magnum de Christo in san-
ctis scripturis positum sentiebāt, sed tantū-
modo de dispensatione eius humana, sed nec
ipsam digne diuina dispensatiōe. Puto enim
q᷑ nec illud sciebant qd̄ dixit, Ecce virgo in
vtero cōcipiet, & vocabit̄ nomē eius Emma-
nuel: nec illud, Ecce orietur stella ex Iacob, de
natiuitate videlicet Christi. Hoc autē ipsum
quod dicit in Psalmo, Dixit dn̄s dn̄o meo, se
de a dextris meis, donec ponā inimicos tuos
scabellum pedū tuorum, opportunius quidē
exponet quis, cū ipsum sibi exponere propo-
suerit psalmū. Et nunc tamen sensum eius le
uiter degustemus. Nec tibi describas sensibi-
les sessiones, & duas cathedras, & sedētes su
E per eas humano schemate patrē & filiū: sed
intellige hæc moraliter dici de regno dei, &
de regno filii, qd̄ a patre ē stabilitū, & ē sem-
per ad dexterā patris. Si quis aūt hęc morali
ter intelligi non vult, exponat quomodo &
hoc fit verum qd̄ ait, Dixit dn̄s dn̄o meo, se
de a dextris meis: & illud qd̄ alibi dicit, Sede
re autē ad dexterā meā, & ad sinistrā non est
meum dare vobis, sed quib⁹ paratū est a pa-
tre meo. Cogēdus est ergo dicere q non vult
hęc intelligere digne, secundū magnitudinē
sensus Christi, q᷑ aliquando quidē ad dexte-
ram sedet patris, aliqando autem dignitatē
huiusmodi derelinquens sedendi ad dexterā
patris, priuatim sedet cum eis quibus parā-
uit pater vt sedeāt ad dexterā eius, vel ad si
nistram. Item adhuc cogendus est dicere, q᷑
ad dexteram quidem sedēs patris, adhuc ini-
micos habet. Tandiu enim sedet iuxta eū do
nec ponantur a patre scabellū pedum Chri-
sti. Cum vero desierit sedere ad dexteram pa
tris, tunc iā nō habebit inimicos, cum sedere
ad dexterā eius vel sinistrā cœperint secūdū

ordinationem patris, qui prius fuerāt scabel
lum pedum ipsius. Et ita fit vt sedētiū aliqui
in loco priori sedeant patris. His aūt qd ma
gis ridiculum potest esse? Deinde corporalē
volēs intelligere sessionē, inuenies in eodem
psalmo, q᷑ & filius ad dexteram sedet patris,
secundū q᷑ ait, Dixit dn̄s dn̄o meo, sede a de-
xtris meis: & pater sedet ad dexteram filii, se
cundū q᷑ in sequētibus declaratur, dicēs: Do
minus a dextris est tuis, confringet in die irę
suę reges. Nos aūt dicim⁹ nō esse necesse cor F
poralē cōsiderationē introducere in his quę
spiritaliter sunt intelligēda. Nā moraliter &
filius ad dexterā patris est: & pater ad dexte
ram filii semper. Quomodo & inimici salua-
toris ponunt̄ a patre scabellū pedū eius, con
gruum est videre digne, secūdū benignitatē
dei ponētis inimicos eius scabellum pedum
ipsius. Nec eñ est existimandū similiter pone
re deum inimicos Christi scabellū pedū eius,
quemadmodū ponūtur inimici sub pedibus
regum terrenoꝝ exterminātiū proprios ini-
micos. Nōne illi sine misericordia conculcāt
aduersarios ꝓprios? Deus aūt nō ad pditio-
nē ponit inimicos Christi scabellū pedū eius
sed ad salutē ipsoꝝ, sicut proferem⁹ scriptu
rarū sanctarū exempla idipsum significātia.
Scriptū est eñ in lamentationibus Hieremię
in secūdo Aleph, Quomodo cōtenebricauit
dn̄s in ira sua filiam Sion, deiecit de cælo in
terram gloriam Israel, & nō fuit memor sca
belli pedū suorū. Et vide q᷑ quando quidem
erat Israel scabellum pedum dei, in cælo erat
gloriosus: postq̄ aūt est deiectus vt nō sit sca
bellum pedum eius, desiit esse in cęlo. Atten-
de enim diligenter qd̄ ait, Deiecit de cælo in
terram gloriā Israel, & non fuit memor sca-
belli pedū suorū. Item & illud, Cęlū mihi se-
des, terra aūt scabellū pedū meoꝝ: non igno
miniā, sed gloriā significat terrę, quæ de deo
modicā aliquā & nouissimā intelligit partē,
quę moraliter appellat̄ pedes eius. Sic & ec-
clesia super terrā in initiis quidē culturę dei
& notitię dei scabellū pedū eius, sicut & pœ-
nitentiā agēs mulier illa peccatrix ad pedes
erat Iesu in principiis pœnitētiæ suę: nec eñ
poterat vnguētū odoris actuū suorū bono-
rū effundere sup caput Christi. Optabile eñ
erat velut secus pedes dn̄i stare & vngere. Et
vnusquisq͂ nostrū se intelligens esse quod di
cit apostolus, Eramus & nos aliquando sine
intellectu, increduli, errātes & seruientes de
sideriis, & voluptatibus variis: videbit quo-
modo quādo quidē talis erat, priusq͂ lauare-
tur ab illis: inimicus fuerat Christi, inimicus

iustitię,veritatis,sapientiæ,pacis.Postq̃ autẽ benignitas apparuit Saluatoris nostri dei, primum factus est scabellum pedum Christi.
A Et ego confitens q̃ iste est sensus scripturæ, non dubito affirmare q̃ sic dicit filio pater, Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et Apostolus in prima ad Corinthios talem introducit sensum scripturæ,vt ad subiectionem intelligamus eorũ qui aliquando fuerant inimici,fieri eos scabellũ pedũ Christi:hoc modo dicens. Nũc autem Christus resurrexit a mortuis: primitiæ dormientium factus est: qm̃ quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur.Vnusquisq̃ autem in suo ordine:initio Christus, deinde hi q̃ sunt Christi,qui in aduentu eius crediderunt:deinde finis, cũ tradiderit regnũ deo & patri: cum euacuauerit omnem principatũ, & potestatem, & virtutem. Oportet enim illum regnare donec ponat inimicos eius sub pedibus eius.Nouissima autẽ inimica destruetur mors.Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat,q̃ omnia subiecta sunt ei, manifeste pręter eum qui subiecit ei omnia, Cum autem subiecta illi fuerint omnia,tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui sibi subdidit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Horum quidem omniũ manifestationem fecimus in proprio loco. Vide tamen quomodo in omnibus istis nomẽ subiectionis ad salutem ponitur subiectorum.

Secundum Matthęum. Cap.XXIII.

„ IN ILLO Tempore,Locutus
„ est Iesus ad turbas, & ad di
„ scipulos suos dicens. Super
„ cathedram Moysi sederunt
„ Scribę & Pharisęi: oĩa quęcũq̃ dixerint vobis facite,
„ secũdũ autem opera eorum ne faciatis.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. Numero.XXIIII.

B FRequẽter quidem,maxime autẽ apud Matthęum seruatur: quoniam meliores sunt discipuli Christi cęteris turbis.Et inuenis quidẽ in ecclesiis quosdã quidem cũ dilectione audiẽtes diuinas doctrinas,& affectuosius accedentes ad verbum. Iuste ergo huiusmodi homines dicuntur esse discipuli Christi: cæteros autem multos qui nõ sunt tales,populum esse illius.Et quædam interdum quidem discipulis suis solis dicit,nõ etiam turbis,sicut beatitudines illas in euangelio scriptas,de q̃bus Matthæus quidem dicit ita: q̃ videns turbas ascendit in montem, & sedente eo accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suũ docebat eos,dicens:Beati pauperes spiritu, & cætera.Lucas autem,tollens (inquit) oculos super discipulos suos,dicebat, Beati pauperes, quia vestrum est regnum cælorũ. Alia autem annunciat turbis,sicut parabola seminãtis declarat. Matthęus autem ita scribit. Loquente autem eo ad turbas,ecce mater & fratres eius stabant foris quærentes loqui cũ eo. Turbis ergo loquebatur quę scripta sunt ante hęc.Cum autem dixisset ei aliquis:Ecce mater tua,& fratres tui stãt volẽtes te videre: respondens nũcianti sibi dixit: Quæ est mater mea & fratres mei? Non iam extendens manum suam super turbas, sed super discipulos suos,dixit. Ecce mater mea & fratres mei.Qui enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est: ipse est mihi & mater,& frater. Et præcedentes parabolas exponens Matthęus scribit.Egressus Iesus de domo,sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbę multæ,vt ingrediẽs in nauem sederet,& totus populus stabat in littore, & loquutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiuit qui seminat seminare semen suũ. Et ne putes euentu sic positam parabolę narrationem seminantis, quia turbis eam Iesus loquebatur:considera Marci & Lucę expositionem,qui similiter conscripserũt: Marcus quidem ita. Cœpit iterum docere ad mare, & congregatus est ad eũ populus multus,vt intraret in nauẽ, & sederet in mari:& totus populus secus mare ĩ terris erat, & docebat eos in parabolis multa,& dicebat eis,Exiit q̃ seminat seminare. Lucas autem hoc modo. C Conueniẽte autẽ populo multo,& per singulas ciuitates exeunte ad eũ, dixit parabolam talem,Exiit qui seminat seminare semẽ suũ. Manifeste autẽ differentiam populi & discipulorum scientes euãgelistę,post parabolam addiderũt,q̃ iã nõ turbis,sed discipulis exponebat causam ꝓpter quã turbis in parabolis loqueretur.Matthęus quidẽ dicit ita. Accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?Lucas aũt ita. Interrogabãt aũt discipuli ei⁹ quæ esset hęc parabola. Marcus vero sic. Et cũ facti fuissent secreti,interrogabãt eum discipuli quæ esset parabola hęc. Et vide si potes ex euãgelio Ioannis audire, & discere,qm̃ q̃ tantummodo credunt,& in

verbo ascendere nō concupiscūt:Christi populus sunt. Qui autem ęmulantes sunt dona meliora, & qđ est primū omniū gratiarum, sapientię verbum student suscipientes: discipuli sunt ipsius. Dicit autem Ioannes ita, ꝙ dicebat Iesus ad eos q crediderūt ei Iudæos. Sed si manseritis in verbo meo: cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Ergo
D quædam quidem discipulis suis dicit, quædam autem turbis, alia vero turbis simul atq; discipulis: sicut & sunt hæc ipsa pręsentia de quibus loquimur modo. Quid ergo dicit turbis & discipulis videamus. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisęi. Qđ arbitror huiuscemodi esse. Qui legem Moysi ꝓfitentur se interpretari, & in hoc gloriātur, aut qui superascendere hęc se profitērur, hi sedent super cathedram Moysi. Qui ergo nō recedunt a litera legis, Scribæ dicuntur. Qui autem maius aliquid profitentes diuidūt se ipsos quasi meliores a multis: secūdum hoc Pharisęi dicuntur, qui interpretantur diuisi & segregati. Phares enim diuisio appellatur. Est ergo videre vsq; nūc apud Iudęos, sedentes sup cathedrā Moysi, Scribas & Pharisęos. Non hoc dico, quia soli Scribæ & Pharisæi sederūt super cathedrā Moysi qui dicebant, & non faciebant: & alligabant onera grauia & importabilia super humeros hominū, ipsi autem nec digito volebant ea mouere. Arbitror enim ꝙ qui Moysen secundum spiritalem virtutem intelligunt, & exponūt, sedent quidem super cathedram Moysi, sed nō sunt Scribæ & Pharisæi, sed his meliores. Tales sunt dilecti Christi discipuli, qui & verbum eius per gratiam dei interpretantur, & inueniunt ea quę sunt aliud ex alio significantia. Ergo ante Christi quidem aduentum super cathedram Moysi sedebant bene, qui bene & secūdū rationē dicta Moysi interpretabātur. Post aduentum autem Christi sedent super cathedram ecclesiæ, quę est cathedra Christi & thronus. Sicut autem super cathedram Moysi male quidem sedebant Scribę & Pharisęi: bene autē qui recte intelligebāt legem, atq; tradebant: sic & super ecclesiasticā sedēt quidam dicentes quæ facere oporteat vnūquēq;, nō autē faciētes: & alligātes onera grauia, imponunt super humeros hominū, ipsi nec digito volētes ea mouere. De quibus dicebat Saluator. Quicūq; soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit homines sic, minimus vocabitur in regno cælorum. Alii autem sedentium faciunt anteq̄ dicant, & dicunt sapienter moderātes differētias humerorū, & onera eis parce imponūt: ipsi ea prius mouentes ad exhortationē audientiū cęterorū: de qbus dominus ait. Qui autē fecerit, & docuerit sic, hic magn⁹ vocabit̄ i regno dei.
Adhuc autē secūdū simplicē traditionē dicti E
huius quo ait: Secūdū oīa quæcūq; dixerint vobis facere facite, secūdū opera eorū ne faciatis: dicimus ꝙ per hæc ostendere voluit quosdam in ecclesia esse, qui quantū ad verbum quidem potētes sunt docere mirabilia, & exponūt ea secūdū rationē, nō aūt volunt secūdū qđ dicūt agere: quoꝝ quidē doctrina est audienda, nō autē est & conuersatio imitanda. Reprehendit ergo huiusmodi pręceptores, qui nō solū quę docēt nō faciūt, sed etiā crudeliter & sine misericordia, & nō secūdū existimationē viriū vniuscuiusq; audientis, sed maiora virtute ipsorū iniūgunt: vtputa qui prohibēt nubere, & ab eo qđ expedit, ad immoderatā immūditiā compellunt. Qui docēt etiā abstinere a cibis, & alia huiusmodi, ad quę nō omnino oportet cogere homines fideles, alligāt ꝑ verbū expositionis suę onera grauia, citra volūtatem Christi dicentis, Iugū meū suaue est, & onus meū leue est: & imponūt ea quātū ad verbū suū super humeros hominū curuātes eos, & cadere faciētes sub pōdere grauiū mādatorū eos q baiulare ea nō sufferūt. Et frequenter videre est eos q talia docēt, cōtraria agere sermonib⁹ suis: & nec modica virtute animę quę moraliter digitus appellat̄, volūt ea mouere. Castitatem eñ multi docētes, castitatē non seruauerūt. Abstinere a cibis hortātes alios: ipsi siue propter simulationē, siue ꝑpter hoc ꝙ victi sunt a cōcupiscētiis suis, cibos huiusmodi susceperūt quos abrenūciauerūt verbis: alia docētes in publico, & alia secrete & occulte agentes: oīa faciētes ꝑpter ꝑsonas hominū, & glorias vanas: sicut subseq̄ns sermo demōstrat dicēs. Oīa opera sua faciūt, vt videant̄ ab hoībus.
Et plerūq; oēs illi sunt tales qui diligūt pri- F
mos discubitus in conuiuiis, & salutationes in foro, & vocari ab hoīb⁹ rabi, aut aliqđ qđ simile est rabi huic: vtputa q volunt vocari epi, aut presbyteri, aut diaconi, cū deberet vnusquisq; eoꝝ etiā si vocaret̄ ab aliquo, vel cōsciētiā suā ostēdere deo, qm̄ non vult hoc noīe noīari: cuius nec, sciētiā habet, nec actū. Et si habet, tñ nō debet velle vocari eo noīe, qđ ꝓprie alterius est. Proptie em̄ episcopus dñs Iesus est. Et presbyteri Abrahā, Isaac, & Iacob, sicut manifestū est his q in Genesi cōsiderant quæ de semine eorum sunt scripta, vel cæteri q hoc nomine digni habiti sunt,

quales fuerũt Apostoli Christi. Diacones vero septẽ archãgeli sunt dei: ad quorũ mysteria septem diaconi in Actibus sunt ordinati. Precidit ergo dominus huiusmodi concupiscentias ab anima nostra per hæc verba quæ posita sunt, & hortatur magis zelare humilitatẽ quę est prima exaltatiõis occasio apud deum: sicut ecõtrario humiliationis occasio est apud deum, diligere primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cõuiuiis, & primas salutationes ĩ foro, & vocari rabi. Et vide ꝙ super hęc addit, & dicit. Qui maior est inter vos fiat minister, & qui se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Ita ex phylacteriis & fimbriis ad ostensionem eorũ qui vanas glorias concupiscũt, & ex iactationibus propter pompã, & ex vestimentis, & ex annulis, & calceamentis, manifestum est qui sunt qui diligunt ab hominibus vocari rabi. Si ergo secũdum qd̃ diximus Scribæ & Pharisęi sedentes super cathedram Moysi sunt Iudęorũ doctores, secundũ literã docẽtes legis mãdata: quomodo iubet nos dominus præsentibus verbis, secundum ea omnia quæ dicunt illi facere, cum omnes Apostoli vetent fideles viuere secũdũ literã legis, sicut testatur epistola Apostolorum in actibus, quã miserunt ad gentes, & nihil seruent ex lege nisi immolatum, & suffocatum, A & fornicationem? Sed illi docent secundum literam legem, legis sensum spiritaliter non intelligẽtes: sicut de illis ait Apostolus, Finis autẽ legis est charitas de corde puro & fide nõ ficta: a quibus quidam aberrantes cõuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmant. Qui enim legem Moysi exponũt secũdũ literam, cadentes a dilectione quæ est ex corde puro, & a fide non ficta in quibus posita est lex spiritalis: omnes vaniloqui sunt. Vaniloquiũ enim est, circũcisio, azyma, pascha, & de mũdis & immũdis secũdum literam legis. Hi ergo qui conuersi sunt in vaniloquiũ, & volũt esse legis doctores, nec tamen sunt secũdũ veritatem legis: dicunt quidem legis mandata, non autẽ intelligunt ea quę dicunt, nec quid significent legis dicta de quibus affirmant. Ideo dicit de illis Saluator, Dicunt enim & non faciũt, vt puta dicũt de circũcisione, de pascha, de azymis, de escis, de festiuitatibus, de neomeniis, de sabbatis, cęterisq; legis mandatis: nõ autẽ faciũt secũdũ volũtatẽ legis. Nec enim circũciduntur, sicut est legis voluntas. Vnde ait Apostolus, Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu deo seruimus, & nõ in carne confidimus. Nec imolãt pascha, ignorãtes ꝙ pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Nec manducãt azyma secũdũ legis ꝓpositũ, qd̃ interpretat̃ Apostolus dicens: Epulemur nõ in fermento veteri, neq; in fermento malitię, & nequitię: sed in azymis syncetitatis, & veritatis. Sed nec corporaliter pascha celebrãt, cũ pcipiat lex in Hierusalem ciuitatem quã elegit dominus deus, oportere immolare agnũ, & ter in anno apparere oẽm masculum in cõspectu dñi dei. Nos autẽ q discipuli B sumus Iesu, intelligẽtes eos q sedẽt sup cathedrã Moysi, Scribas, & Pharisęos, seruãtes circũcisiones, & cętera corporalia legis mandata: longe autẽ cõstitutos a spiritalibus legis mãdatis, quęcũq; dicũt nobis ex lege intelligẽtes sensum legis facimus, & seruamus, nequaq̃ faciẽtes secũdũ opera eorũ. Nã quę loquũtur ex lege qdẽ vident̃ dicere: tamẽ sicut lex docet nõ faciũt. Nec enim suscipiũt charitatẽ in corde puro, nec fidem nõ fictã, in quibus sensus legis positus est: nec intelligũt velamen esse sup literã legis, nec audiunt prophetã hęc intelligẽtẽ pariter & petentẽ: Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Et sic alligant onera grauia, & sicut Lucas ait, importabilia, & imponũt sup humeros discipulorũ audiẽtiũ se. Nã corporalia legis mandata secũdũ literam onera sunt grauia, & alligationes nõ leues, sicut Petrus testatur in Actibus Apostoloꝝ dicens, Quid tẽtatis deũ, & vultis imponere iugũ sup ceruicẽ discipuloꝝ, qd̃ neq; nos, neq; patres nostri potuimus portare, sed p gratiã dei credimus salui fieri? Spiritale aũt eius onus est leue: ideo & dñs dicit ad eos q legis mandatis corporalibus erãt grauati & alligati: Venite ad me q laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiã. Suscipite iugũ meũ sup vos, & videte quia iugũ meũ suaue est, & onus meum leue est. Onus aũt leue euãgeliũ est, qd̃ est lex spiritalis. Adhuc autem sedẽtes sup cathedram Moysi Scribę & Pharisęi oia opera sua faciũt vt ab hoibus videãtur, visibilem suscipiẽtes circũcisionẽ, & visibiliter corporalia fermẽta auferẽtes de domibus suis, & p eis similiter corporalia azyma inducẽtes, & Hierusalem visibilẽ hoibus requirẽtes, & similia his agẽtes vniuersa. Aspiciũt eñ ea quæ vidẽtur & tẽporalia sunt, & eleemosynas faciẽtes vt ab hominibus glorificẽtur, & stantes in plateis orant vt videãtur esse religiosi. Christi autẽ veri discipuli q aspiciunt quæ nõ vidẽtur & sunt æterna: orãt in occulto ꝓptuario suo

& eleemosynas in occulto faciunt, & legē in occultis implent, quasi in occulto constituti Iudæi, secūdum ꝙ ait Paulus. Non enim qui in manifesto Iudæus, neq; quę palam ī carne circūcisio, sed q in occulto Iudęus est, & circūcisio cordis in spiritu, non in litera. In occultis em̄ & in azymis inuisibilibus epulanť syncęritatis, & veritatis: mādućāt etiam pascha immolatū Christum pro nobis, qui dixit. Nisi manducaueritis carnē meā, non habebitis vitam manētem in vobis. Et per hoc ꝙ bibūt sanguinē eius verum potū, vngunt superliminaria domoꝝ animę suę, quęrentes non sicut illi ab hominibus gloriā, sed a deo C occulta vidēri. Post hæc videamus quid est » quod ait, Dilatāt phylacteria sua, & magnifi » cāt fimbrias vestimētoꝝ suoꝝ. Sciēdū est in istis, qa qđ scriptū est in lege de verbis diuinis dicente, Alligate ea super manū vestrā, & erūt mobilia coram oculis vestris. Qui ergo omnia faciunt vt ab hoībus videātur scribę & pharisęi, scribentes legis dicta in duob⁹ ꝑcisuris membranis alligāt: & alterā quidem in domibus portant, quasi coronā ponētes ī capitibus suis, qđ scriptum est secūdum frōtem: alterā aūt super brachiū manus suæ, & vocant eas phylacteria. Siſiter & de fimbria aliqđ inueniētes in Deuteronomio, existimātur seruare legem fimbriam aliquā facientes in aliqua parte vestimentoꝝ suorum q̄ portant. Etiā hæc ergo dn̄s reprehēdens scribas & pharisęos in corporalibus & visibilib⁹ eorum obseruationibus dicit, Omnia faciūt vt ab hoībus videātur. Dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias vestimētorū suorum. Discipuli aūt Iesu omnia opera sua faciūt, vt a deo videantur solo. Alligant em̄ legem dei super manū suam, spiritaliter super opus suum bonū: & per meditationē diuinarum disciplinarū semper ea mouentes, mobilia faciūt diuina præcepta coram oculis animarū suarū, & fimbriam virtutis Iesu plenā D in eo ꝙ imitantur magistrū. Quid aūt oportet dicere de hisq amant primos discubitus in cōuiuiis, & primas cathedras in synagogis, & primas salutationes in foro, & vocari ab hoībus rabi! Manifeste huiusmodi delicta non tantum apud tunc scribas & pharisæos solos inueniebanť, vel inueniunť apud ipos: sed etiā in ecclesia Christi inueniūtur nō solum conuiuia, & facientiū ea mēsas suscipiētes, sed etiā cathedras primas in eis amātes, & multa faciētes: primum quidem vt diacones fiant nō tales quales dicit scriptura, sed quales sunt qui comedūt viduarū domos: occasione lōga orantes: & propterea accipient iudiciū maius. Et qui tales diaconi fieri volūt, consequenter visibiles primas cathedras eorum qui dicunť presbyteri præripere ambiūt. Quidā autē nec istis contenti plurima machinanť vt episcopi vocenť ab hominib⁹ qđ est rabi: cum deberent intelligere episcopum fieri oportere irreprehēsibilē, & cætera quę sequuntur: vt si non dicatur ab hominibus esse episcopus, tamen sit apud deū. Qui em̄ habet in se quæ Paulus enumerat de episcopo: etsi nō est corā hoībus episcopus, episcopus est apud deū, etsi nō per ordinationē hominū ad eū gradū puenit. Sicut & medicus est qui medicinalē didicit disciplinam, & potest medicare quasi medicus: etsi ęgrotantes nō ei credāt corpora sua, medicus est: sed & gubernator est qui didicit gubernatoriā artē, & pōt ea sicut conuenit vti: etsi nō crediderit ei aliqs gubernacula nauis, tamen est gubernator. Inuenies aūt nouę glorię amatores zelātes ab hoībus gloriā, & a deo nō desiderātes, quasi ante iudices & ꝑsides, sic quosdam adduci ante eos: & si dicere oportet, ꝑ hoc ipsum leuissimū Christi onus, ītolerabile faciūt onus. Christi autē discipulus sustinet, & adhuc intercedit: om̄ia facit vt videatur a deo, gloriā cōtemnens humanā. Iste videns parabolarū euangelicarū cœnam, & cælestes primitiuoꝝ ecclesias, & cōgregatiōes, & nūdinas, in quib⁹ erat secundum canticū canticorum sponsa, diligit quidē in spiritalibus cœnis discubitus primos, vt meliora spiritalium ciborum, & primitias cōuiuii spiritalis manducet, & non reliquias cęterorum. Diligit etiam cum apostolis sedētibus super thronos duodecim, primas cathedras, actibus bonis dignum se prębere festinans cathedris huiusmodi. Sic autem & salutationes q̄ fiunt in nundinis, quas exposuimus supra. Vnus est magister omnium. Vocari autem E rabi, neq; ab hominibus, neq; ab alio aliquo diligit iustus, certus quia vnus est magister omnium. Omnes autem qui sub eo sunt, alterutrum sunt fratres. Sed & qui supna natiuitate non solum ex aqua, sed etiam de spiritu natus est: spiritum adoptionis accepit vt dicatur de eo, ꝙ non ex carne, neq; ex voluntate viri, sed ex deo natus est: nullius eorum qui in terris habētur & deorsum filius adhuc existēs: nō vocat patrē in terris, quasi qui per omnē actū secundū deū impletum dicit, Pater noster qui es in cælis. Et si ministrat quis verba diuina, nequaq̄ se pręberet vt magister vocetur, quasi sciens ꝙ Christus

in eo est, quando bene profecerit quem oportet vocare magistrum a cũctis prodificatis: se autem profitetur ministrum, secundũ mãdatum Christi dicentis, Qui maior est inter vos sit omniũ minister. Quoniã & ipse Christus, cũ esset vere magister, ministrum se esse professus est dicẽs. Ego autem sum in medio vestrum nõ quasi qui recumbit: sed quasi qui ministrat. Bene autem post omnia quib⁹ vanę glorię vetuit concupiscentias, addidit dicẽs, Qui se exaltauerit humiliabitur. Quod vtinam omnes quidem audirẽt: maxime aũt Diaconi, & presbyteri, & episcopi, maxime q arbitrãtur sibi hęc nõ esse scripta. Qui se exaltauerit humiliabitur: propterea ꝙ quasi ne ꝙ illud sciẽtes, Qui se humiliat exaltabitur, non audiunt eũ qui dixit: Discite ex me q̃m mitis sum, & humilis corde. Inflati sunt autem, & per inflationem decidunt in iudiciũ diaboli, nec quærunt per humilitatẽ ascendere a iudicio inflationis, cum deberent recordari sapientię verbum dicentis: Quantũ magnus es, tantũ humilia te, & coram deo inuenies gratiam. Quod primum dominus consummauit. Quantum enim fuerat magnus, tantum se humiliauit. Cũ enim esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse se parem deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens in similitudine hominum factus, & in specie inuentus vt homo: humiliauit se vsq ad mortem, mortẽ autem crucis: propter quod & deus illum superexaltauit, & donauit ei nomen qđ est sup omne nomẽ. Qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Secundum Matthæum.
Cap.XXIII.

„ IN ILLO tempore, Dixit Iesus turbis Iudęorũ. Vęh vobis Scribę & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines. Et reliqua.

Homilia Origenis Presbyteri de eadẽ lectione. Numero.XXV.

A QVi audẽt deum dicere non bonum propter maledictiones quas aduersus peccatores in lege sua posuit De⁹, audiant quomodo quasi vere filius Dei illi⁹ qui legem dedit, secũdum similitudinem quidem benedictionũ quæ positę sunt in lege, dicit & ipse beatitudines eorum qui saluantur. Secundũ similitudinem autem maledictionum positarũ in lege, ponit aduersus peccatores vęh, dicens, Vęh vobis, & vobis. Et hæc audientes qui deum legis causantur, non intelligentes ꝙ & illa a Deo benigno sunt dicta, dicant, quid debemus intelligere de Iesu dicente, Væh vobis Scribæ & Pharisæi. Qui fatẽtur bonitatis esse aduersus peccatores ista pnũciate, intelligant ꝙ simile est propositum dei in maledictionibus legis proferendis in lege. Si autem illa maledictio, siue illud vęh pronunciatum, non ex pronunciatione pronunciantis vnicuiq contingit peccãti, sed ex peccatis ipsius peccantis, qui dignum se præbet ad susceptionem vel illarum maledictionũ, vel istorum væh, quæ Deus disciplinæ causa pronunciauit aduersus illos, vt cõuertat illos ad bonum. Nam & pater increpans filium, profert frequenter ad emendationem eius quosdam sermones qui vidẽtur esse maledictiones: & tamen non vult dignum fieri maledictionibus illis, sed auertere eum magis cupit ab eis. Hæc diximus, vt demõstremus euangelica, conuenientia esse legi. Similiter & nunc dicens, Væh vobis Scribæ & Pharisæi qui clauditis regnum cælorum, terruit Scribas & Pharisæos vt ne claudant regnum cælorum ante homines. Cludentes autem regnum cælorũ Scribæ & Pharisæi duo ad semel delinquunt. Vnum quidem, ꝙ ipsi non ingrediuntur in regnum cælorum. Secundum, ꝙ intrantes introire non sinunt. Hæc duo peccata naturaliter inseparabilia sunt ab inuicem. Qui enim alterum ex istis peccat, ab altero se nõ potest abstinere. Item ecõtrario, qui ab reliquo se abstinet, impossibile est vt non ab altero se abstineat: vtputa non inuenitur aliquis, vt ipse quidem ingrediens in regnum cælorum alios ingredi non permittat: q̃m qui alios vetat intrare in regnum, sufficit ei ad expulsionem quo minus intret in regnum cælorũ, hoc ipsum ꝙ alios non permittit intrare: q̃m qui scãdalizauerit vnũ de pusillis ecclesiæ, prohibẽs aliquem intrare in regnum cælorũ, patietur quod scriptum est in euangelio vęh. Item econtrario, qui potest aliquem facere intrare in regnum cælorum, si tamen in eius potestate fuerit & permittere & vetare, mlto magis ipse introibit in regnum cælorum. Cum frequenter dicat dominus Scribis & Pharisæis vęh, vniuscuiusq væh causam in loco proprio exponemus, Nunc autem huius præsentis væh exponemus causam. Præsentis ergo væh causa est, quia cludebant regnum cęlorum ante homines. Cludentes autem ante alios, nec ipsi

intrabāt propter hoc ipsum ꝙ introire veta bant eos q introissent vtrīq ſi ab iſtis nō fuiſ ſent excluſi. Et primū qdē ſimpliciter quaſi de Scribis & Phariſæis q apud Iudæos haben tur, ſermo pręſens eſt exponendus. Hi em̄ nō cōtenti ꝙ ipſi dn̄o nō credebant: adhuc dero gabant doctrinæ eius, & ſubuertebant omnē prophetiam ſcriptā de eo, & blaſphemabant om̄e opus ipſius quaſi falſum, & a diabolo ſi ctū, dicētes, hic nō eiicit dęmonia niſi ī Beel zebub, & homicidialiter ſe prębebāt eis q cre diderāt Chriſto, & om̄i modo ꝓhibebant ali quē ad chriſtianitatē venire per quā introi tur in regnū cęlorum. Cludebant illud qđ in conſpectu omniū palā eſſet annūciatū, & prę dicatū, & apud oēs homines conclamatū: Et cludentes regnū cęlorum nec ipſi intrabant: nec enim volebant eū audire qui dixit. Si qs ꝑ me itroierit ſaluabit, & introibit, & exiet & paſcua īueniet: Nec intrantes, id eſt eos q credere poterāt propter fidē quę a lege & ꝑ phetis ante fuerat declarata de Chriſto, in troire ſinebāt, oīno diſſipātes pricipiū cōſen ſus eorum: & cū omni terrore & ferali auda cia quātū ad ſe oēs volētes introire ꝑ ianuā

D ꝓhibebant ipſi eā cludētes. Huic ſimplici ex poſitioni iūgemus etiā hoc, de his q peccāt apud nos, quoniam omnes qui mala conuer ſatione ſuadent exēplū peccandi in populo, & qui faciūt iniuriā eis q adhuc ſunt puſil li in Chriſto & impfecti, & exanimātes & ſcā dalizantes cludere videnť ante hoīes regnū cælorum: & nec ipſi intrant, nec alios introire ꝑmittunt. Et hoc peccatū inuenitur quidem etiā in popularib⁹, maxime aūt in doctorib⁹ qui docent qdem ſecūdū iuſtitiam euangelii homines, nō aūt faciūt q docēt, qa ſunt ma li paſtores: & ideo nō paſcūt ouib⁹, neq̄ cu rant de ſalute earū, ſed ſemp aſpiciūt ad lu cra ex hoībus veniētia ſibi, pro eo ꝙ vidētur paſcere populū cū nō paſcāt: & deprehēdun tur in ſordidis lucris, & cōcupiſcentiis glo riæ vanę. Iſtæ em̄ ſunt mercenariorū merce des, q cludūt ante hoīes regnum cęlorū, nec intrant in illud, nec volunt intelligere quod eſt dictum, Cōtendite intrare per anguſtum oſtium: & quoniam ſuper omnia certamina, hoc eſt certamē vt ſit aliquis vim faciens & rapiēs regnum cæleſte. Ad eos ergo tales do ctores conuenienter iſta dicunť: Nec vos in tratis, nec intrātes ſinitis intrare: maxime ſi videam⁹ eos vita ſua mala, & ſuperbia, & cō uitiis, & auaritia, non dicam vnum de puſil lis, ſed etiam quātū ad ſe, omnes in ſcandalū inducētes. Vęh ergo illis qui cludunt regnū cęlorum ante homines, vel hoc modo, vel alio. Beati aūt q aperiūt illud, vel verbo, vel ope re ſuo bono, ſicut ille q dixit, Oſtiū mihi aper tum eſt magnum, & euidens: vel ſicut cęteri Apoſtoli aperuerunt. Et ſi quis fuerit imita tor eorum, aperit regnū cælorū ante hoīes ſua iuſtitia, & veritate, & caſtitate, & ſapiētia. Et E quāto magis qs proficit pietate, tāto magis aperit ante hoīes regnū cęlorū. Arbitror er go oēs q ꝓfitētur ſe in eccleſiā intrare, omni no aut cludūt regnū cęlorum ante homines malis cōuerſationibus ſuis ſecūdū ꝙ peccant ipſi, aut aperiunt actibus bonis ſuis ſecundū ꝙ iuſte fuerit cōuerſati. Maxime hoc faciunt qui vidētur in eccleſia clariores, quales ſunt epiſcopi, preſbyteri, diaconi. Bene enim viuē tes, & bene docentes verbū veritatis, aperiūt ante homines regnū cælorū: & dum ipſi in trant, alios prouocāt introire. Mali autē qui non ſunt paſtores, ſed mercenarii, cludūt re gnū cælorum ante homines, nec audiunt quod ait apoſtolus: Sed oīa ſuſtinem⁹ vt nō offen diculū demus euangelio Chriſti. Eſt vero vi dere multos doctores nō ꝑmittentes intrare in regnū cęlorū intrare cōcupiſcentes, maxi me quando ſine iudicio & ſine ratione nō ꝓ pter peccata q̄ faciunt, excommunicāt quoſ dam: ſed propter aliquē zelū & contentionē prohibent intrare frequenter & meliores q̄ ſunt ipſi. Et ipſi qdē nō permittunť introire, illi aūt qui ſobrii ſunt mēte, & animo vigilā tes, vincētes ſua patientia & longanimitate tyrānides eorum, q̄uis vetiti, tamen intrant & hæreditant regnum cælorum. Deinde vi deamus extra eos quos dixim⁹ ſi poſſibile eſt F etiam alios videre qui cludūt, & aperiunt re gnum cęlorum. Qui enim digni habiti ſunt & idonei ad euangeliū exponendū, & q tales ſe præbent vt vere dicere poſſint, An experi mentū quæritis eius qui in me loquiť Chri ſtus? aperiūt ante homines regnū cælorum quā do altitudinē diuinorū eloquiorū quę nō de terris dicta ſūt, ſed de cęlo, & de ſenſu domi ni q venit ad hoīes, cum om̄i manifeſtatione & probatione demonſtrant: ita vt quātū ad ſe eſt gentiles, & barbaros, ſapiētes, & inſipiē tes inducere velit ad pietatē Chriſti. Qui au tē per ſuā indocilitatē & iniuſtitiā cū multa temeritate ſeipſos dederūt ad ꝓfeſſionē docē di priuſq̄ diſcerent & cognoſcerēt veritatē, & propterea fabulas vanas Iudaicas imitan tes, tradūt corporales hiſtorias ſcripturarū & non ſenſum ſpiritalem, aut volūtatē earū, & adhuc detrahūt eis qui Chriſto conſurre xerūt, & quę ſurſum ſunt in ſcripturis requi

rũt, & nõ sup terrã, nec in terrenis scriptura rũ positã existimãt veritatẽ, eludũt quãtũ ad se ante hoies regnũ cœlorũ: eludẽtes illud in iustitia sua, & trahẽtes ad se eos qui poterãt audiẽtes diuiniorẽ & maiorẽ doctrinã & altitudinẽ veritatis ĩtrare per cœlestes doctrinas, & p cõuenientes eis actus in regnũ cælorum. Huic expositioni cõueniẽs est qđ scribit Lucas. Vęh vobis legisperitis, quoniã abstulistis clauẽ sciẽtię, & ipsi nõ introistis, & alios ĩtrãtes phibuistis. Qui eñ criminãtur expositionẽ allegoricam, & docere volũt, ꝙ manifesta est diuina scriptura, & nihil habẽs amplius q̃ textus ostẽdit, neq̧ diuiniorẽ aliquẽ sensum, & de circũcisiõe, vel de pascha, vel de azymis vel de escis & potib⁹, vel de festiuitatib⁹, vel de neomeniis, vł de Sabbatis, & nõ respiciũt ꝙ in ostensione & vmbra futurorũ tunc seruiebãt Iudæi: legisperiti qđe sunt, eũ tulerunt clauẽ scientię quãtũ ad verbũ suũ, id est oẽm legis viã ad intelligẽda legitima auferentes: propterea nec ipsi itrauerũt, nec alios quãtũ ad se ĩtrare pmiserũt. VAEH vobis Scribę, & Pharisęi hypocritę, q circuitis mare & aridã vt faciatis vnũ pselytũ: & cũ fuerit factus, facitis eũ filiũ gehẽnę duplo q̃ vos estis. Hęc cõueniẽter dicũtur post aduẽtum Christi ad Scribas & Pharisęos Iudaicorũ verboꝝ, q diligẽter circũeũt plurima loca mũdi, vt aduenas iudaizare suadeãt. Quicq̧ eñ post salua torẽ iudaizãt, docenẽ imitari affectũ eoꝝ qui dixerũt in illo tpe: Crucifige, crucifige eũ. Et iterũ. Tolle, tolle a terra eiusmodi. Docentur aũt & accusare eũ, sicut tũc accusabãt sacerdotes plębis. Est aũt eos videre vsq̧ nũc, cum iudicat latro, & testimoniũ dat veritati Christianus, volẽtes magis absolui imitatorẽ Barabbę, q̃ Christi discipulũ. Quę oia nõ simpliciter faciũt pselytum filiũ gehẽnæ, sed sicut scriptũ est dupl'r sup Scribas, & Pharisæos, q proselytũ eũ fecerũt. Sed dicet aliqs in hoc loco: Quõ discipul⁹ proselyt⁹, eis q nũc sũt Scribę, & pharisęi miserabiles cõstituti, nõ æqualiter efficiẽ filius gehẽnę doctoribus suis, sed dupliciter? Dicit enim ꝙ debebat minus fieri gehẽnę fili⁹: aut si forte, pro dimidia parte ei, q fecit pselytũ eũ. Aut si & aliqs concedat vt sit discipulus sicut magister ei⁹, debebat discipulus ęqualiter magistro suo fieri fili⁹ gehẽnę. Arbitror ergo oẽm hominẽ q ex cõuersatiõe gẽtili, Iudęoꝝ factus est proselytus: filiũ gehẽnę fuisse & priusq̃ proselytus efficiatur. Sufficiens est eñ etiã vita idololatriis subdita, facere hoiem filiũ gehẽnę. Talẽ ergo filiũ gehẽnę saluat quidem & liberat per lauacrum baptismatis sermo dñi nostri Iesu Christi, dãs ei potestatem fieri filium dei, & viã ei ostendens vt efficiaẽ filius dei patris q est in cælis. Sermo aũt Iudęorũ nõ credẽtiũ Christo, non solũ gẽtilẽ nõ soluit a gehẽna, sed adhuc addit illi dãnationis numerũ, vt etiã secundum Iudaismũ fiat fili⁹ gehẽnę. Et sic facit Scriba vel pharisęus filiũ gehẽnę alterũ plusq̃ se, nõ quia ipse dupliciter facit: sed quia cũ factus fuerit homo dupliciter fili⁹ gehẽnę p doctrinã doctoris efficiẽ: & sic fit ille q docuit causa secũdi erroris illi⁹, vt fiat dupliciter filius gehẽnæ supra illũ, qui male docuit eũ. Alius autẽ dicit alio modo: quoniã q ab initio nutriti sunt in lege Moysi, iã sunt filii gehennę propterea ꝙ nõ crediderunt in Christũ. Qui aũt gentilẽ reliquerũt vitã semel iudicantes relinquere idololatriã, in qua fuerãt enutriri, & apprehenderunt Iudaicam vitã, duplici pœna sunt digni, q nõ cũ requisitiõe reliquerũt, neq̧ discutere voluerunt Iudaicũ verbũ, & ipsum qđ videẽ Iudaico verbo esse cognatũ, id est professionẽ Christianoꝝ: nec seruati sunt ab eis, qui vtraq̧ sectã idonei sunt docere, vt intelligerẽt qđ verbũ verius eẽt, & potius eligendum. Simul discimus ex hoc loco, ꝙ & eorum qui in gehenna futuri sunt erit differẽtia tormentoꝝ: quoniã alter qdem est simpliciter filius gehennę, alter autẽ dupliciter. Sed & hoc videre oportet, si adhuc abundantius fiat aliquis filius gehẽnę, vtputa tripliciter, vel multipliciter secundum multitudinẽ peccatorum: & si generaliter est fieri aliquẽ filiũ gehẽnæ, vtputa Iudęum, vel gẽtilẽ, aut cuiuscũq̧ falsi dogmatis professorem, aut & specialiter, vt per singulas species peccatorũ fiat quis filius gehẽnę: vtputa qui fornicatur fit filius gehẽnę: & qui adulteraẽ, dupliciter fit: & q furtũ facit, adhuc tripliciter, secundũ ꝙ scriptũ est, Qua mẽsura mẽsi fueritis eadem mensura metietur vobis: vt iustus quidem secundũ numerũ iustitiarũ suarũ augeatur in gloria, peccator autẽ secũdũ numerũ peccatorũ suorũ multiplicetur in gehenna. Quæ sit autẽ hęc gehenna, & in quo loco scripturarũ prius est nominata, qui potest requirat, maxime in diuisione hæreditatis Iesu filii Naue, vbi interdum quidem appellatur vallis filiæ Nom, interdum autẽ vallis Enon quæ est in gehẽna. Gehenna eñ est vallis. Et obseruet, ꝙ sicut Hierusalem fors, vt tribus Beniamin, & aliæ quædam ciuitates electæ vel vici, sic & gehenna. Cõsequens autem est ei qui cognoscit quæ sit Hierusalem in diuisione verę hęreditatis filiorũ Israel, vt intel-

ligat sermonē de gehenna. Qui autē legit di-
ligēter Iesum Naue, videat & q vici referun-
rur illic vicinare valli ei quæ dicitur gehēna.
Hęc prolixius & manifestius tradere per atra
mētum, & calamū, & chartā visum mihi est
nō esse cautū: vtinā & hæc ipsa q̄ dicimus nō
F videamur temere & p̄iculose dixisse. VAEH
» vobis duces cęcoꝝ, q dicitis. Quicūq; iuraue-
» rit p tēplum, nihil est. Qui aūt iurauerit per
» aurum tēpli, debet. Stulti & cæci, qd em̄ ma-
» ius est! aurū, an tēplum qđ sanctificat aurum!
» Et quicūq; iurauerit p altare, nihil est: sed q-
» cūq; iurauerit p donū qđ sup illud est, debet.
» Stulti & cęci, quid em̄ maius est! donū, an al-
» tare qđ sanctificat donū! Qui ergo iurat per
» altare, iurat p illud, & in oibus quæ sunt sup
» illud. Et qui iurat per tēplum, iurat p illud,
» & p eum qui habitat in ipso. Et qui iurat per
» cœlū, iurat per thronū dei, & per sedentē su-
» per eū. Per hoc quoq; verbū criminat̄ tradi-
tiōes! Pharisęoꝝ, quasi nō rectas. Hoc facit &
in eo loco vbi vituperat traditiōes Pharisęo-
rū factas aduersus dei mandatum, quod posi
tū erat de honore patris & matris. Dicenti-
bus em̄ pharisęis, qcūq; dixerit patri vel ma-
tri, donū qđ ex me tibi proderit, nō honora-
bit patrē suū. Post q̄ addit, & dicit: Irritū feci
stis mandatū dei, vt statuatis vestrā traditio-
nē. Et p̄fert Esaię exēplum dicēs: Populus hic
labiis me honorat, cor autē eorū longe est a
me. Sine causa autē colūt me docētes doctri-
G nas, mādata hoīm. Vna autem ex pharisaicis
traditionib9 erat talis de iurātibus, qm̄ qui-
dā quidē per tēplum iurabāt, alii autē per au-
rum tēpli: item alii p altare, alii p donum al-
taris: & dicebāt debitorē esse eum q per aurū
tēpli iurauerit, aut per donum altaris: eū au-
tē in nulla re obnoxium esse, q iurauerit per
tēplum, vel p altare. Ideo ergo aduersus eius-
modi traditiones loquens Iudęis Saluator, &
volens eos corrigere ab humanis traditioni-
bus ad diuina mandata, dicit ꝙ cæci & fatui
sunt qui talia tradunt, non videntes ꝙ om̄e
quod positum est in templo, non per seipsum
sanctificatū est, sed per tēplum. Sic & qđ posi-
tum est super altare, donū iam dei esse iudica
tur ex eo ꝙ sup altare susceptum est. Si ergo
causa sanctificādi auri tēplum est, & sanctifi-
cādi doni, altare: quomodo nō videat̄ fatuū,
hūc q iurat p sanctificantē nō esse reum, qui
autē per sanctificatum iurauerit, reum vide-
ri! quasi melius sit qđ sanctificat̄, q̄ qui sancti
ficat. Ita qm̄ Iudęi consuetudinem habent &
per cælum iurare, præcedētibus addidit etiā
hoc ad reprehensionē eorum, qui facilius iu-
rabant per cælum q̄ per deum: quoniā simili-
ter irrationabiliter agit qui iurat per cælum,
sicut qui iurat per templum vel per altare:
quoniam qui iurat per cælum, & per seden-
tē super ipsum iurare videtur: & nō sicut ar-
bitratur euadit periculum ex eo ꝙ non per
ipsum deū iurat, sed per thronū dei. Et hæc
loquitur ad Iudæos prohibens homines pha
risęorum attendere traditionibus. Alioquin
manifeste superius vetuit omnino iurare. Si H
autem oportet quasi in talib9 euāgelii agris
absconditum, & nō a quibuscunq; cōprehen
sibilē sensum scripturę, vel ex parte alti9 pu-
blicare, dicēdum est. Omne iuramētum colli-
gatio est & cōfirmatio verbi de quo iuratur.
Iuramētum ergo esse intelligēdum est omne
testimoniū scripturarū quod profert̄ ad con-
firmationē & colligationē nostri verbi quod
loquimur: vt sit quidē tēplum gloriæ dei oīs
scriptura diuinitus inspirata, aurū autē posi
tus sensus in ea. Debemus ergo ad testimo-
nium omniū verboꝝ quæ proferimus in do-
ctrina, proferre sensum scripturæ, quasi con-
firmantē quē exponimus sensum. Sicut enim
om̄e aurum quodquod fuerit extra tēplum,
nō est sanctificatū: sic omnis sensus qui fuerit
extra diuinā scripturam, q̄uis admirabilis vi
deatur quibusdam, non est sanctus: quia non
cōtinet̄ a sensu scripturæ, quæ solet eum so-
lum sensum sanctificare, quem habet in se: si-
cut templū propriū aurum. Non ergo debe-
mus ad cōfirmandā doctrinā nostrā nostros
p̄prios intellectus iurare, & quasi testimonia
assumere quos vnusquisq; nostrū intelligit,
& secundū veritatē existimat esse, ni ostende-
rit eos sanctos esse ex eo ꝙ in scripturis cōti-
nētur diuinis quasi in tēplis quibusdam dei.
Stulti ergo & cæci oēs qui non cognoscunt
ꝙ templum, id est lectio scripturarum, ma-
gnum & venerabilem facit sensum, sicut au-
rum sacratum. Adhuc autē vide, ne forte se- I
cundum similitudinē templi, & auri positi in
tēplo, intelligere debeamus altare, & donum
quod positū est sup altare. Altare ergo quod
votū sanctificat est hominis cor, qđ principa
le habet̄ in homine: Vota autē & dona quæ
ponūtur super altare, omne qđ superponitur
cordi. Vt puta proponis orare: votū oratio-
nis posuisti super cor tuum, quasi sup quod-
dā altare, vt orationē offeras deo. Proposui-
sti psallere: votū psalmorū posuisti super cor
tuum, quasi super quoddā altare, vt offeras
deo votum psalmorum. Proposuisti eleemo-
synas facere: votum eleemosynarum posuisti
super cor tuum, quasi super quoddā altare,

vt votū eleemosynarū offeras deo. Proposuisti ieiunare: votum ieiunii posuisti super corruū, quasi sup quoddā altare. Venerabile ergo & sanctū facit omne votum hominis cor eius, ex quo votū deo offertur. Ideo non potest honorabilius esse votum, q̄ cor hominis, ex quo transmittitur votum. Cæcus ergo est omnis homo qui videt aut eleemosynas alicui⁹ magnas, aut psalmos, aut p̄ces magnas, aut ieiunia, & sine iudicio beatificat illa: & nō considerat ex quali corde eleemosynæ offerū tur, vel psalmi, vel preces, vel ieiunia offerun tur. Altare est enim cor quod sanctificat votū eius qui mūdi est cordis. Si em̄ cor & conscientia hominis non compungit, fiduciā ha bet ad deū, non propter dona sua, neq̄ verba orationis, vel psalmi, q̄uis videantur bene cō posita, & de scripturis electa, sed quia (vt ita dicam) altare cordis sui bene construxit. Qui ergo testem altare, id est cor principale & cōscientiam assumit, iurat per altare, cōplectens omnia quę continentur in eo. Et qui iurat se cundū ꝙ tradidimus per templum, idem per scripturam iurare videtur, & per verbū sen

A sumq̄ dei qui continetur in ea. Tertiū autem est vt dicam⁹, qđ super templum, id est super omnem scripturam, & super altare, id est super om̄e cor, est intellectus quidam super intellectū omnium scripturarū, & super omne cor, qui super cor hominis nondum ascendit, qui moraliter appellatur cœlum, & thronus iam non gloriæ dei quemadmodū templum, sed dei ipsius. Templū enim gloriæ dei, templū est in quo p̄ speculū videmus in ænigmate: Cœlum autem, qđ est super templū ipsius dei, in quo thronus est dei, in quo est considerare facie reuelata cum venerit quod perfectum est, faciem mysteriorū veritatis seden

B tiū i huiusmodi cœlo. VAEH vobis Scribę ,, & Pharisęi hypocritę, q decimatis mentham ,, & anethū, & cyminū, & relinquitis quæ gra,, uiora sunt legis, iudiciū, & misericordiam, & ,, fidem. Hæc autem oportuit facere, & illa nō ,, omittere. Duces cæci liquantes culicem, ca,, melum autem glutiētes. Hic sermo opportuno tempore est dicendus eis, qui circa res quidem minimas religionē ostēdunt ad deū, circa res autem magnas, & necessarias contemnūt mandatū, & deū ipsum qui ea mandauit. Talia & apud Iudæos fiebant, qui arbitrabantur se legem Moysi seruare, qui pręcipit ex omnibus fructibus decimas dare leuitis & sacerdotibus. Ita qm̄ facile erat imple re legem in minimis, mēthan quidem & ane thum, & cyminum decimabant, & omnia vt ita dicam minima, & quæ leuia erant legis: grauia autem eius non obseruabāt, id est iudiciū, & misericordiam, & fidem. Iudiciū qui dem, vt vnusquisq̄ iusto iudicio de omnibus iudicaret, non de quibusdam: & acquiesceret ei qui dixit, Misericordiā volo q̄ sacrificium: vt sacrificia misericordiarū deo offerret, vt discutiens ea quæ fidei sunt, esset fidelis. Sed C ꝙ conueniens erat vt audientes quidā de decimandis rebus minimis dominū ista loquentem, contemnerent minimarum rerum decimationem, sapienter addidit dominus dicēs: Et hæc oportuit facere, hoc est iudicium, & misericordiam, & fidem: & illa non omittere, id est decimationem menthæ, & anethi, & cy mini. Et dicit eos qui talia agunt Scribas & Pharisæos, qui omittūt grauiora legis, & decimant contemptibilia fructuum, duces esse cæcos: Et sapienter dicit eos tales liquare, id est expellere a se minima delicta, quæ culices nominauit: glutire autem, id est committere maxima delicta, quę nominauit camelos, animalia videlicet tortuosa & grādia. Secūdum hos itaq̄ sermones omnis homo qui omittit grauiora legis, maxime iudiciū, & misericordiam, & fidem, camelum glutit. Non solū au tem apud Iudæos, sed etiam apud nos, multos est inuenire peccata huiusmodi peccantes, & glutiētes camelos, in eo ꝙ maxima delicta cōmittunt: & oportet huiusmodi homi nes frequenter cōsiderare quomodo in rebus minimis religionem suam ostendant. Et bene eos hypocritas appellat. Volentes enim religiositatem acquirere coram hominibus, nolūt suscipere religiositatē illam quā deus iustificauit. Fugiendæ sunt ergo nobis Scribarum & Pharisæorū simulationes huiusmodi ne vęh illud etiam nobis cōtingat quēadmodū & illis. Existimo autem omnes moraliter Scribas dici, qui amplius nihil existimāt posi tū i scripturis, q̄ simplex sermo scripturæ demonstrat, sed adhuc cōtemnūt eos qui scru tātur altitudinē dei. Similiter Pharisæi sunt omnes qui iustificāt semetipsos, & diuidunt se a cæteris dicentes, noli mihi appropiare, qm̄ mundus sum. Interpretantur autem pha risei secundū nomen phares, diuisi, q seipsos a cæteris diuiserūt. Phares autē dicit hebraica lingua diuisio. Si autē oportet in eiusmo D di euāgelii verbis etiā moralem assumere intellectum, sciendum est sicut mentha, & anethū, & cyminum ciborum sunt cōditura, nō ipsi principales cibi, sic in cōuersationibus no stris quędam quidem sunt principalia, & necessaria ad iustificationē animarū nostrarū,

qualia sunt hęc grauia legis, iudicium, & mi-
sericordia, & fides. Alia autē quasi cōdientia
actus nostros, & cōmendantia eos, & suauio-
res eos facientia, vtputa abstinentia risus, ie-
iuniū, flexio genuum, permansio in collectis,
assiduitas cōmunicatiōis, & alia his similia,
quæ nō ipsę iustitiæ sunt, sed condituræ iusti
tiarum habentur. Res autem spiritales quæ a
semetipsis iustitię sunt, dicuntur iudicium, &
misericordia, & fides. Turpe est ergo in iis mi
nimis obseruare, quod est decimare: rerū au-
tem necessariarum obseruationes non offer-
re deo, id est non decimare. Qui autem hæc
agunt & docent sicut & priores, duces sunt
cæci. Quomodo autem nō existimentur cæci
quos latet magnitudo & tortuositas camelo
rum, id est actuum peruersorum: nec vident
ꝙ nihil prodest liquare, & cautum esse discus
sorē in rebus minimis, cū principalia, & vere
ad gloriā dei pertinentia negligantur? Quo-
niā ergo multi sunt & in nobis, qui circa res
leues caute viuere existimantur, circa res au-
tem necessarias contemnūt seipsos: huiusmo
di homines sermo pręsens confundit: nō qui-
dem leuia illa prohibēs obseruare, sed princi-
palia, & magis salutaria, præcipiens cautius
custodire. Omnia ergo liquat, q in oībus quę-
cunqꝫ agit, vel loquitur, vel cogitat: segregat
qđ est sordidum, & terrenū, & nō diuinis ra-
tionibus adornatū, ab his quæ natura lucida
sunt, & syncera, & iusta: secūdum eū q docet,
Epulemur nō in fermēto malitiæ & nequitię,
sed in azymis syncęritatis, & veritatis. Inue-
nies aūt multos qui credere existimātur, non
liquatos sermones & actus & cogitatiōes ha-
bētes. Propterea sicut fœnū carnalia eoꝝ acta
ignis comedet, crucians etiā animā simul cū
corpore ꝓpter cōcreta ei delicta corporalia.
Sicut eñ non est possibile superfluitates cor-
porib⁹ innatas sine magno dolore & crucia-
tibus amputare ab eis q patiunť: sic nec com-
missa carnalia ab eis, qui (vt ita dicā) animas
suas carnes fecerūt. Propterea dictū est de ta-
libus animabus. Nō ꝑmanebit spiritus meus
E in hoībus istis, quoniā carnes sunt. VAE H
» vobis Scribę & Pharisęi hypocritę, qui emū-
» datis qđ foris est calicis, & parapsidis: intus
» aūt pleni estis rapina, & intēperātia, & dolo.
» Pharisęe emūda prius qđ intus est calicis, &
» paropsidis, vt fiat id qđ foris est mūdū. Hic
sermo nos instruit, vt festinemus esse iusti, nō
apparere. Qui eñ studet vt appareat iustus,
quę a foris sunt mundat, & quę videntur cu-
rat: cor autē suum & cōscientiā negligit, non
considerans ꝙ qui studet ea quæ intus sunt

& cogitatiōes suas studet mūdare, cōsequens
est vt etiā ea q̄ foris sunt studeat facere mun-
da. Si quis autem ea quę videnť studet, negli-
git autem interiora animæ suæ: necesse est vt
huiusmodi homo impleatur ab intus, auari-
tia, lasciuia, malignitate, cæterisqꝫ plurimis
malis. Qm̄ oīs qui de salute sua sollicitus est,
qđ est ab intus, etiā de opinione sollicit⁹ est,
qđ est a foris: nō aūt oīs q de opinione solli-
citus est a foris, etiā de salute sua sollicit⁹ est
ab intus. Vtputa scriptū est: Qui viderit mu-
lierē ad cōcupiscēdū eā, mœchatus est ī cor-
de suo. Iste ergo q abstinet se ab opere fornica
tionis, fornicatur aūt in cōcupiscētia cordis
sui, mūdauit qđ a foris est calicis & parapsi-
dis, aut catini: ab intus aūt intēperātia plen⁹
est. Sed & qui facit eleemosynas, vt gloriā ab
hominib⁹ cōsequať, mundare quidē videť qđ
a foris est calicis & parapsidis faciēs eleemo-
synas corā hominibus: ab intus aūt plen⁹ est
cupiditate glorię. Et quicqđ boni fecerit ho-
mo nō ex cōscientia mūda propter deū, a fo-
ris quidē mūdus videť, ab intus aūt plen⁹ est
malis. Sed & oēs falsi dogmatis ꝓfessores ca-
lices sunt a foris quasi mūdati ꝓpter speciem
religionis quā simulāt: ab intus aūt pleni ra-
pina, seductione, quib⁹ rapiūt homines ad er-
rorem, & lupi rapaces sub pellibus oniū lati-
tātes, & deuorātes animas simplices, q videre
eos non possunt lupos esse rapaces, propter
ouiliū pelliū tegumentum. Si oportet aūt oīa F
in sermonib⁹ euāgelicis moraliter cōsiderare
vidēdum est quare apud Matthæum quidē a
foris calicis & parapsidis Scribæ & Pharisæi
mūdare dicunť: apud Lucā autē calicis & ca-
tini mētio fit. Vterqꝫ ergo vasa ponūt cibi &
potus: & calicē quidē ambo nominät, q est ad
potū: parapsidem autē nō ambo, sed ille qui-
dē catinū, hic aūt parapsidē: vtrūqꝫ tñ vas ci
bi habeť. Ergo secundū vtrūqꝫ Euāgelistā est
aliquis spiritalis potus, & spiritalis cibus, quē
apperimus in sermonibus scripturarū legis &
prophetarū. Omnis itaqꝫ sermo per quē pota
mur spiritaliter, vel omnis narratio per quā
enutrimur, vasa sunt potus & cibi. Ammone
mur ergo vt nō curā habeamus sermonum,
vel narrationū quę foris sunt, sed quę ab in-
tus sunt: vt cor nostrū sensibus mūdis pota-
toriis, & enutritoriis impleať, & non verbis,
neqꝫ cōpositionibus eorū ornatis: quia nō in
sermone est regnū dei, sed in virtute. Vtpu-
ta qui studet cōpositū proferre sermonē, ma-
gis q̄ salutari sensu repletū, calix narrationis
eius a foris mūdatus est, ab intus autē sordi-
bus, vanitatibusqꝫ replet⁹. Vnde Paulus qui

nō solebat a foris calicis, & parapsidis mūdare, sed ab intus, imperitū se confitetur sermone, sed nō scientia: & erat sermo ipsius rusticus quidē, tamen mūdus propter sciētię mūditiam. Illi autē qui in sapientia verbi loquebātur, & per hoc Christi crucem euacuabāt: a foris quidē mūdos prębebāt sermones suos, ab intus autem immunda scientia plenos, & rapinis, & intēperātia vitæ. Item qui audiens verbū, aut aliquā legis scripturam, compositionibus eius exterioribus magis q̄ interioribus & salutaribus sensibꝰ delectatur: calicem vel parapsidem diligit a foris mūdatū, ab intus autem sordidū.

A Si oportet autem & tertiam cognatā prioribus superinducere expositionem: dicimus ꝙ literæ legis & prophetarum, calices spiritalium potuum animę, & parapsides necessariarum escarum sunt fideliū hominum, vel catini ciborum sapienter conditorum: quorum calicum, & parapsidum, & catinorū legalium, vel propheticorū, scribæ quidē & pharisęi student sensum exteriorem atq; vulgarem, & hunc mundum & sanctum demonstrare festinant: Discipuli autem Christi sensum interiorem, & spiritalem mundare festināt, & sanctificare scientia, & demonstratione probabili, vt ab intus mūdatam legem & prophetas māducent & bibāt, interiorem & mysterialē sensum audire, & suscipere concupiscētes, & trāscendentes sensus exteriores verborū. Bonū est ergo caute mūdare qđ ab intus est calicis, vel parapsidis, vel catini, qa ei qui mundauerit primū quod ab intus est calicis: fiunt etiam ea quæ foris sunt vere mundata: & tunc inueniuntur vasa sermonū mūda, quādo manifestati fuerit veri & spiritales sensus eoꝝ.

B VAEH vobis *Scribæ* & Pharisęi hypocritę, qa similes estis sepulcris dealbatis, quę a foris quidem parent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: sic & vos a foris quidē paretis hominibus iusti, ab intus autē pleni estis hypocrisi, & iniquitate. *Si*cut em̄ superius ab intus pleni sunt rapina & intemperantia, similiter & hic pleni sunt hypocrisi & iniquitate, quæ comparantur ossibus mortuorū, immūditię vniuersæ. Hypocrisis enim cū sit aliqua simulatio boni, nihil quidem habet vitale ex eo bono quod simulat. Ossium autem (vt sic dicā) virtutis illius quā simulat mortua iustitia est, aut castitas. *Si* enim sapiēter audiamus qđ vult ostendere sermo præsens: intelligimus ꝙ omnis iustitia simulata, mortua iustitia est. *Si*cut homo mortuus videt quidem homo, sed non est homo: sic & mortua castitas, nec castitas est. Mortua autē, quę nō propter deū, sed in simulatione propter homines fit. Et quēadmodū est in mimis qui personas suscipiunt aliquorum, & non sunt ipsi quos simulant, sed vidētur: sic qui iustitiā simulat, simulata iustitia eius non est iustitia, sed videtur. Est enim non iustitia, sed figmentū iustitiæ. *Si*c & in seductione, castitas ficta non est castitas, sed videtur. Propter qđ bene assimilātur huiusmodi homines sepulcris dealbatis. A foris vidētur iusti in cōspectu eorū qui nesciūt interiora cōsiderare: ab intus autem pleni sunt ossibus mortuoꝝ. C Tanta sunt ossa in eis & immunditiæ, quanta opera simulantur bona ex malo affectu: & vidētur a foris iusti corā hominibꝰ, nō eis quos scriptura deos appellat, ad quos factū est verbū dei, sed corā eis qui sicut homines moriūtur. Et malū quidē esset, vel vnū ossiū mortui habere intus in se, vel immūditiam aliquā vnam: Nunc aūt vide exaggerationem scripturę de malitia hypocritarum. *Si*cut em̄ sepulcra plena sunt ossibus & immūditia omni: sic & illi pleni sunt hypocrisi, & iniquitate, nō in vna aliqua re simulāres, neq; in cōspectu vnius in omni vita sua, vel duobus, vel tribus, q̄uis & hoc esset pessimum malum: sed omnibus diebus vitę suę in simulationibus viuūt, & aliud quidem sunt, aliud autem esse putātur. *Su*nt lasciui quidā ab intus, a foris autem castos se esse ostendūt, simulatores castitatis, & virginitatis fictores. Et alii simulatores iustitię, cū sint ab intus iniqui, & alii aliarum virtutum simulatores existunt cū sint ab intus contrariis vitiis pleni. *Su*nt quidā & martyrii simulatores: quidā autē episcopatus vel presbyteratus, vel diaconatus, vel ecclesiasticę sciētię, vel doctrinę, tātū personas & ostentationem virtutum habētes, vere autē sunt inimici earūdem virtutum quas simulant.

Finis Homiliæ.XXV.

Lectio Euangelica

*Se*cundum Matthæū.Cap.XXIII.

IN ILLO tēpore, Dixit Iesus turbis Iudæorū & principibus sacerdotum. Vęh vobis Scribę & Pharisęi hypocritę, q ędificatis sepulcra prophetarum, & ornatis monumēta iustoꝝ, & dicitis, qa si fuissemus in diebus patrū nostroꝝ non essemus socii eorū in sanguine prophetarum. Itaq; testimoniū redditis vobis, quia filii estis eorū qui occiderūt prophetas. Et vos implete mēsuram patrum vestrorum. Serpentes, generatio viperarum,

» quomodo fugietis a iudicio gehēnę? Ideo ec-
» ce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes,
» & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis,
» & ex illis flagellabitis i synagogis vestris, &
» persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt ve-
» niat super vos omnis sanguis iustus q effun-
» ditur super terram.

Homilia Origenis presbyteri de eadem lectione. Numero. XXVI.

D Quantum ad primá faciē pertinet textus, nō satis rationabiliter cōminari videtur aduersus eos qui ædificant sepulcra prophetarū, & ornant monumēta iustorum. Quantū ad hoc enim solū laudabile aliquid faciebant, q̄ sepulcra prophetarum ædificabant, & ornabāt monumenta iustorū, operibus patrum suorum: quibus ausi sunt cōtra prophetas & sanctos, nō consentientes, maxime in eo quod dicunt: si fuissemus in diebus patrū nostrorū, non essemus socii eorū in sanguine prophetarum. Quomodo ergo digni erant suscipere vęh? Si aūt dicit aliquis: quātum ad opus quidem illud, & pfessionē verborum suorum non erāt rei: propter illud autem q̄ testimoniū sibi reddebant, esse se eorū filios q occiderūt prophetas, culpabiles erāt: quod nec ipsum verum est. In re enim quæ ex arbitrio hominis nō cōtingit, quomodo potest homo fieri reus? Non enim ex arbitrio vniuscuiusq̄ hominis est, cuius sit filius, boni viri, an mali viri. Ergo neq̄ propter illud q̄ ædificabār sepulcra prophetarum, & dicebāt, si fuissemus in diebus patrū nostrorū nō essemus rei, vel rei erant, vel innocentes: sed quia rebus ipsis & similitudine facinoꝝ testimoniū sibi reddebant esse se filios eorum qui occiderūt prophetas, implentes mensurā patrū suorum, & adhuc adiiciētes quod fuerat minus, supplentes interfectionē prophetarū atq̄ iustorum interfectione Christi filii Dei. Propter q̄d possibile non erat qui huiusmodi actu detinebātur obnoxii, fugere a iudicio gehēnæ. Quibus nec suffecit sanguis Christi, sed adhuc illos prophetas vel Scribas q fuerūt missi a Christo, interfecerūt, & crucifixerūr, in synagogis suis flagellauerūt, & persecuti sunt de ciuitate in ciuitatē. Pro quibus oībus homicidialibus cōmissis, iustum fuerat eos pati excidiū Hierusalem, captiuitatē populi: patientia dei magnitudinē & multitudinem facinorum eorū vlterius nō sustinente.

E Venit autē in generationem eorū qui impleuerāt mensurā patrum suorū, & superposuerūt Iesu Christi pphetas, & sapientes, & Scribas: oīs sanguis iustus qui effunditur sup terrā a sanguine Abel iusti vsq̄ ad sanguinē Zacharię filii Barachię: cui⁹ iterfectionē iputat Scribis & Pharisęis, quasi nō esset interfect⁹ a patribus eorū, sed ab ipsis illis. Sic eīn scriptū est, Quē occidistis iter tēplū & altare. Nō autē possunt q exprobrant a Christo dicere Zachariá filiū Barachię vnū fuisse ex prophetis duodecim, quoꝝ scripta habemus in manib⁹: sed Zachariā dicit patrē Ioannis: de quo per scripturas qdē canonicas ostēdere non possumus, nec q̄ filius fuit Barachiæ, nec q̄ Scribę & Pharisęi interfecerūt eum inter templū & altare. Sed venit ad nos quædā traditio ta- F
lis, quasi sit aliquis locus in templo vbi virginib⁹ quidē cōsistere licet, & orare deū: expertę autē thorū virilem, nō permittebant in eo cōsistere. Maria autē postq̄ genuit Saluatorē, ingrediens adorare stetit in illo virginum loco: prohibētibus aūt eis qui nouerāt eā iā filiū genuisse, Zacharias stetit, atq̄ dixit phibentibus eam, q̄ digna est virginū loco cū sit adhuc virgo. Ergo quasi manifestissime Zachariā aduersus legem agentē, & in loco virginū permittentē stare mulierem, occiderunt inter templū & altare viri generationis illi⁹. G
Tamen ab eis q huiusmodi traditioni nō credūt, exigamus rationē quomodo nō quasi filios eoꝝ q interfecerūt pphetas etiā Zachariā exprobrat Iesus pp̄ter Zachariā, sed quasi qui ipsi occiderunt Zachariā inter tēplū & altare. Si ergo verū est verbum Christi q̄d dicit ad pſentes tunc Pharisęos & Scribas, Quē vos occidistis inter tēplū & altare, nō est possibile illū itelligi Zachariā q est ex duodecim vnus. Nec tñ est mirū si cōrigit eiusdē nominis esse & vtrūq̄ Zachariā, & patres eoꝝ. Tale aliquid dicere vult sermo quē loquit̄ Christus: qm̄ vos q vos a sanguine pphetarū excusatis, & dicitis, si fuissemus in diebus patrum nostrorū non essemus socii eorū in sanguine prophetarū: & ædificatis sepulcra prophetarū interfectorū: per ipsa hęc quæ ausi estis aduersum me, testimoniū redditis vobis, q̄ homicidarum patrū vestrorum filii estis: quod minus fuerat iniquitatib⁹ eorū, per meum & meorū prophetarum sanguinē adimplentes. Nec eīn Christū illi crucifixerūt, vos autem crucifixistis mēsurā adiplētes, & facti earū vipperarū q interfecerunt pphetas genetamina, serpentes pessimi, viā fugæ a iudicio gehennæ vobis ipsi cludentes propter magnitudinē facinoꝝ quę cōmisistis in Christū, & in sapiētes ei⁹, & in pphetas, & in Scribas ipsius,

& adhuc ausi estis a societate patrũ vestrorũ disiũgere vos, & excusare a sanguine pphetarũ. Sed cõsequẽs est vt aliquis q secundũ simplicẽ historiã scripturã intelligit: obiiciat, & requirat quare nõ dixit vsq ad sanguinẽ Ioãnis filii Zachariæ: maxime cum lex & pphetę
A vsq ad Ioannẽ pphetauerint. Dicemus ad eũ ꝙ manifesta est res, ꝙ Scribæ & Pharisęi non occiderũt Ioannẽ, sed Herodes. Nam etsi non crediderũt Ioãni Scribę & pharisęi, vt scriptũ est, Si dicimus, baptismus Ioãnis de cœlo est, dicet nobis, quare ergo non credidistis ei? tñ adhuc reuerentiã quandã habebant nominis eius, nõ audẽtes aduersus interrogationẽ dicere Christi de baptismate ipsius ꝙ ex hominibus erat. Timebãt enĩ populũ, credẽtes ꝙ vere Ioãnes erat propheta. Quomodo ergo improperaret eis q nõ occiderunt Ioannẽ, quasi interfectorib⁹ ei⁹? Sed improperauit quasi interfectorib⁹ Zacharię dicẽs, Quẽ occidistis inter tẽplũ & altare. Adhuc ĩ textu dicẽdũ est, ꝙ nõ statim vt factũ fuerit peccatũ, puniet peccãtiũ generatio, sed cũ subsequens gñatio debẽs emẽdare in se peccatũ patrũ suorũ, adhuc adiecerit peccatis patrum suoꝝ peiora: & sic si multę gñatiões peccauerit ĩ gẽte aliq̃, vel ĩ ciuitate, puniet gens, vel destruiet ciuitas. Sic ergo & gens Iudęoꝝ multa inferẽs mala phetis, nõ vt cœpit homicidiũ contra eos statim fuerat punienda, sed post patientiã dei, postq̃ addiderunt sup sanguinẽ pphetarũ sanguinẽ Christi, & ipleuerũt mẽsurã patrũ suorũ: tũc dignius sunt puniti. Nõ ergo peccatũ qđ peccauit Cain interficiẽs fratrẽ suũ, aut peccatũ eorũ qui interfecerunt pphetas, suscepit hæc generatio Iudęoꝝ quę fuit in tẽpore Christi: sed oportebat patientiã dei q̃ fuit in gẽte Iudæoꝝ finiri mensuris, vt post multas effusiones sanguinis prophetarũ & iustoꝝ, nõ desolata prius Hierusalẽ & Iudæa, hoc pateretur postea in sanguine Christi, & ppter hoc magnanimiter deo agente, vt accipiant Scribæ & Pharisęi, populo cõplacẽte, sanguinẽ pphetarũ Christi, & secũdũ euãgeliũ sapiẽtium & scribarum, quos occiderũt, & crucifixerũt, & castigauerũt ĩ synagogis suis, & psecuti sunt de ciuitate in ciuitatẽ: vt eiectis oĩbus de Iudęa: desolet locus euacuatus ab oĩb⁹ sanctis, & patiat quęcunq sunt passi a Vespasiano, &
B Tito. Hęc corporaliter exposuim⁹. Si autẽ & moraliter hæc ipsa oportet exponere: talia dicemus in loco. Arbitror sicut Christus celatus venit in corpore, vt a carnalib⁹ qdem spẽciẽ corporis ei⁹ aspiciẽtib⁹, & nõ virtutes cõsiderãtib⁹ homo videret: a spiritalib⁹ aũt nõ speciem corporis attẽdentibus, sed opera virtutum eius cõsiderãtibus, deus intelligat: sic est oĩs scriptura diuina incorporata, maxime autẽ veteris testamẽti. Spiritalis enĩ & prophe ticus sensus scripturæ cęlat⁹ est ĩ historia rei propositę, vt oĩs scriptura a mediocrib⁹ quidem secũdũ historiã intelligatur: a spiritalibus aũt & pfectis secũdũ mysterium spiritale. Hac pręmissa pręfatione redeamus ad verbũ. Quoniã sicut in ipsis prophetis recedẽtibus ab hac vita, corpora quidẽ eoꝝ erãt in sepulcris, animę autẽ & spiritus in regione viuorũ: sic & in propheticis dictionib⁹ est animaduertendũ: vt narratio qdem eoꝝ secũdũ historiã simplicẽ sit corpus: spiritalis aũt sensus, & ipsa scripturarũ intima veritas, sit anima, & spirit⁹ q inhabitat in narrationib⁹ simpliciorib⁹ secũdum historiã. Sepulcra autem prophetarũ nõ incõuenienter possumus existimare literas ipsas scripturarũ, & libros, in q̃bus collocata narratio pmanet, quasi corpus aliquod positũ in sepulcris. Qui ergo spiritalia scripturarũ, & veritatẽ earũ interius cęlatã intelligunt, & suscipiunt: habent in se animas, & spiritus prophetarũ, ipsi quasi regio viuentiũ prophetarum effecti: Qui autẽ illa nõ capiunt, neq requirunt, sed simplicẽ narrationem, & historiam rei solam attendunt: corpora prophetarũ colunt in literis posita, & in libris quasi in quibusdã sepulcris: quales fuerũt & pharisęi, q recte pharisęi sunt appellati, id est pręcisi: q spiritalia prophetarum a corporali historia præciderũt, quasi animã prophetarũ expellentes a corpore, & occidentes ipsas pphetias, & exanimes faciẽtes quasi nihil spiritale habẽtes. Et vere hypocritę sũt sola sepulcra prophetarum corporalẽ historiam cõtinentia ædificãtes, & ornãtes, id est scripturas ipsas, & libros pphetarum studentes: qui non intelligentes ꝙ corpora mortua colentes, id est historiales narrationes, videntur quidem pie agere circa memoriam prophetarum, impii autem sunt: & nõ esse se socios eoꝝ qui interfecerunt prophetas p hoc ipsum defendere volunt, arguuntur autem adiicientes super facinora eorũ qui interfecerunt prophetas, & implẽtes mẽsurã iniquitatis ipsoꝝ p hoc ipsum ꝙ nõ credũt in Christum: quẽ nõ simplices historiæ prophetarũ, sed spiritalis earũ prædicat sensus. Scio autẽ
D indubitãter, ꝙ vbiq causa incredulitatis Iudęorum extitit ista, vt nõ intelligerẽt Iesum quasi Christũ dei: qm̃ semp animũ suũ dederũt circa historias corporales, nihil spiritale in eis credere volẽtes. Vtputa exempli intro-

ducimus causa, qđ in Zacharia pphetatur, & dicit. Quasi sup asinā & pullū ingressurus in Hierusalem, & exterminatutus currus ex Effrē,& equū ex Hierusalē.Hoc si quis secū-dū literæ historiā ītelligere velit de Christo, nō cōuenit. Nec eñ exponit Christus exter-minasse ex Effrē corporales ac sensibiles cur-tus,nec equū corporalē ab Hierusalē corpo-rali.Sed si videris apud hęreticos conuentus ipsius mēdacii quasi quodā iugo copulatos, & inter se male cōcordes,quos sermo verita-tis destruere solet:videbis quomodo Christꝰ dei verbū exterminat currus spiritales ex Ef-frem spiritali. Effrem eñ semp in figura hæ-reticorū ponit q se separauerūt a Christi ec-clesia,sicut Effrem a tribu Iuda.Sic eñ spiri-taliter equū, & ascēsorē Aegyptioꝝ proiecit in mare sermo diuinus, id est impiū virū cū diabolo ascensore & indagatore ipsius. Sic & equū exterminauit ab Hierusalē, quicūq3 dia bolo ascēsori subiectus fuerit, & nō Christo, sicut illi equi acceptabiles Christi, de quibus dicit Abacuc.Quis ascender sup equos ruos! & equitatus tuus sauitas:id est super Aposto los, cæterosq3 sanctos in quibꝰ habitat Chri-stus.Propterea dicimus,hi iu curribus,osten dētes Effrem:& hi ī equis,ostēdētes aduersa-rios Hierusalem:nos autē in nomine dei no-stri magnificabimur:ipsi obligati sunt, & ce-ciderūt,nos vero surreximus, & erecti sumꝰ. Qui testimonium sibi teddūt,q3 sunt filii eo-rum qui interfecerūt prophetas,per hoc ipm q3 implent meusuram pattum suorum,super illorum incredulitatem adiicientes incredulitatem iu Iesum, quæ nou aliunde descendir, nisi ex eo q3 non alibi vacant nisi circa ædifi-cia sepulcrorum propheticoꝝ,id est circa di-ligeutias propheticarum literarum rantum-

E modo,atq3 librorum. Alii aūt sunt scribę in-felices legis,alii autē sunt scribæ qui mittun-tur a Christo secundū euāgeliū,cuius & spi-ritus viuificat,& litera nō occidit,sicut lite-ra legis:qm̄ literam legis sequentes in infide-litatem & in vanas superstitiones incurrunt. Literam autē euangelii qui sequuntur, id est simplicem narrationem ipsius, saluantur:qm̄ & ipsa sola euangelii narratio simplex suffi-cit simplicioribus ad salutē.Et si videris scri-bas legis,& pharisæos agētes nō solū aduer-sus sapiētes euāgelii, & quę Christi sunt pro phetātes,sed etiā aduersus scribas noui testa mēti:videbis quomodo quātū ad se occidunt Christi pphetas,& scribas crucifigūt per de-tractionē verboꝝ suorū, flagellāt in synago-gis suis. Frequēter ergo audire est apud hæ-reticos,q sunt spiritales pharisæi, quomodo linguis suis quasi quibusdā verberibus mali-loquii sui Christianos flagellant, & persequū tur de ciuitate iu ciuitatē,interdum quidem & corporaliter,aliquādo aūt spiritaliter,vo-lentes eos expellere quasi de propria ciuitate legis,& prophetarum,& euāgelii, & aposto-lorum,& in aliā & extraneam quandā ciuita-tē euāgelii alicuius alterius,mendacibus per-suasionibus suis quasi psecutionibus pellunt. Secundum qđ & Apostolus dicebat propter falsos Apl'os:Miror q3 sic cito trāsferamini ab eo q vos vocauit in gratiā Christi, aliud euā geliū,qđ nō est aliud,nisi sunt quidā q cōtur-bāt vos. Propter qđ venit super eos ois san-guis iustus quem effundūt per hoc ipsum q3 euertere volunt veritatē scripturarū, q̄ recte sanguis & vita dicit scripturarū:quia omnis scriptura, nisi secundū veritatē intelligatur, mortua est. Effundunt ergo veritatē scriptu F rarum quasi sanguinem earū,sicut effusus est sanguis Abel. Et nō solum tunc vox sangui-nis Abel clamabat ad deū, sed semper veritas scripturarū ab impiis effusa, secundū qđ dixi mus a sanguine Christi,id est a veritare euā-gelii cœpta, per oēs scripturas interpellat ad deū,aduersus eos q auertere eā volūt:& san-guis testamēti,id est veritas scripturarū pro-pheticarū,aduersus eos q immundā eā existi-mauerunt,& noluerūt sanctificari iu ea qua-si in sanguine viuo & sanctificanti.Sic effun-dūt etiā sanguinē Zachariæ, qui interpretat memoriā dei. Omnis eñ qui memoriā dei p-dere festinat in eis quos scandalizat: Zacha-riæ sanguinē videt effundere filii Barachiæ, qui & ipse interpretat benedictio dei. Per be-nedictionē dei memores sumus dei.Si autem nec Abel uomen indiscussum debemus relin-quere, dicimus q3 Abel luctus interpretatur. Qui ergo suscipit quod scriptū est,Beati qui lugēt,saluat Abel:qui aūt nō recipit,sangui-nē effundit Abel, hoc est veritatē luctus salu taris. Propterea implebit sup ipsum qđ scri-bit:Vęh vobis q ridetis nūc,quoniā plāgetis & flebitis. Inter tēplū & altare ab impiis me-moria interficit dei, quando & templū dei a lasciuis corrūpit,& altare ipsius per negligē-tiā orationū sordidarū coinquinat,qñ & ora tio alicuꝰ fit ī peccatū ipsiꝰ,sicur & de ofone Iudę dictū est, Et ofo eius fiat in peccatū eiꝰ.

HIERVsalem Hierusalē q̄ occidis pphetas G
& lapidas eos q ad te mittunt: quoties volui ,,
cōgregare filios ruos sicut gallina cōgregat ,,
pullos suos sub pennas,& noluisti! Ecce relin ,,
quetur vobis domus vestra deserta.Dico eñ ,,

,, vobis:qm̃ amodo nõ me videbitis donec di-
,, catis:Benedictus qui venit in noie dñi. Dignum est quęrere quõ corã auditorib⁹ loqns Saluator,inter quos erãt Scribę &Pharisæi, qui gloriabant̃ q̃ legis sunt & Prophetarum caute cognoscere:qua ratiõe dixit Hierusalẽ occidisse Prophetas, & lapidasse ad se transmissos,cũ nõ satis talis ꝓphetetur historia ĩ scripturis veterib⁹ q̃ legebãtur in synagogis eorũ.In lacũ qđe luti missum Hieremiã legimus,nõ tñ interfectũ in Hierusalem.Sed nec Esaiã,vel Ezechielẽ,vel aliquẽ Prophetarum tale aliquid legimus passum, inquãtũ suggerit memoria mea.Sed scrutãs in secũdo libro Paralipomenon,vbi multa de Prophetis clasris scripta sunt, inuenio ꝙ Asa iratus Ananiã Prophetã se arguẽtẽ posuit quidẽ in carcerẽ,nil tñ ampli⁹ fecit in eũ: Sed & Michæã Achab prophetantẽ aduersus se, iussit quidẽ in domũ carceris ire,& mãducare panem tri-
A bulationis,nõ tñ & occidit. Vnum autẽ legimus lapidatum Zachariã filium Ioiadę sacerdotis,populũ arguẽtẽ. Nõ ergo inuenim⁹ in Hierusalẽ Prophetas occisos amplius,vel lapidatos pręterq̃ dixi trãsmissos ad Hierusalẽ. Propterea videndum ne forte oporteat ex libris secretioribus qui apud Iudęos feruntur, ostẽdere verbũ Christi,& non solum Christi, sed etiã discipulorũ ei⁹:Stephani quoq̧ martyris,& Pauli Apostoli.Stephanus em̃ sic dicit.O dura ceruice,& nõ circũcisi corde & aurib⁹,vos semp spiritui sancto restitistis sicut patres vestri. Quẽ em̃ Prophetarum nõ sunt persecuti? & occiderũt eos qui annunciabant aduẽtum iusti,cuius nunc vos ꝓditores & interfectores estis.Et post hoc expulerunt eũ extra ciuitatẽ,& lapidabãt Stephanũ clamantẽ, & dicẽtẽ.Paulus ait in Epistola ad Thessalonicẽses prima, de interfectione Prophetarũ talia dicit. Vos imitatores facti estis ecclesiarũ dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu:qm̃ ea dẽ passi estis & vos a cõtribulib⁹ vestris,sicut & ipsi a Iudęis,qui & dñm occiderunt Iesum & Prophetas,& nos ꝑsecuti sunt, & deo non placẽt.Ad Hebręos autem ita. Lapidati sunt, secti sunt,tẽtati sunt, in gladio mortui sunt. Circuierũt in melotis,in pellib⁹ caprinis egẽtes,& angustiati, afflicti doloribus, quorum nõ fuit dignus mũdus,in solitudinibus errãtes,& in mõtibus,& speluncis, & foueis terræ.
B Fertur ergo in scripturis non manifestis sectatũ esse Esaiam, & Zachariã occisum,& Ezechielem.Arbitror autẽ circuisse in melotis in pellibus caprinis Heliã,qui in solitudine & in mõtib⁹ vagabatur.Sed pone aliquẽ abdicate Epistolã ad Hebręos quasi nõ Pauli,necnõ & secretum abiicere Esaiæ:sed quid faciat in sermones Stephani,vel Pauli ad Thessalonicenses de Prophetis interfectis ꝑlatos, vel ipsius dñi nostri? Aut quõ abdicet illud quod ad Timotheum Paulus ꝓtulit dicens, Sicut Iannes & Mãbres resisterũt Moysi,sic & isti resistunt veritati? Nec em̃ scimus in libris canonizatis historiã de Iãne & Mãbre resistentib⁹ Moysi. Si autem aspiciat & qđ ad Corinthios prima positũ est:Quę oculus nõ vidit,nec auris audiuit,nunquid poterit hęc oĩa aliquis abdicare? Hęc oĩa diximus discutiẽtes sermonẽs non ignorantes ꝙ multa secretorũ facta sunt a quibusdã impiis & iniquitatem in excelsum loquẽtibus: & vtunt̃ qbusdã fictis Hypythiani,aliis autẽ qui sunt Basilidis.Oportet ergo caute cõsiderare,vt nec omnia secreta quæ feruntur in noie sanctorũ suscipiamus propter Iudęos,q forte ad destructionẽ veritatis scripturarum nostrarũ quędã finxerunt confirmãtes dogmata falsa:nec oĩa abiiciamus quæ pertinẽt ad demõstrationem scripturarũ nostrarum.Magni ergo viri est audire, & adimplere qđ dictũ est:Oĩa probate,qđ bonum est tenete.Tñ propter eos qui non possunt qua- C si trapezitę inter verba discernere vera habeãtur an falsa, & non possunt semetipsos caute seruare,vt verum quidem teneãt apud se,ab omni autẽ specie mali abstineãt: nemo vti debet ad cõfirmationẽ dogmatum libris q sunt extra canonizatas scripturas. Tñ si quis suscipit ad Hebræos quasi epistolã Pauli, dicit: ꝙ pluralia nõ debemus omnino referre ad plures,Nec em̃ plures serrati sunt, sed Esaias solus.Nec plures lapidati sunt, nisi Zacharias tãtũmodo filius Ioiadę.Nec occisione gladii, nisi Zacharias filius Barachię. Sed & in melotis & in pelle caprina Helias,& cętera similia. Adhuc aũt q̃tam⁹ qđ ĩ Luca scriptũ est dicẽte dño: ꝙ nõ capit Prophetam perire extra Hierusalẽ.Si ergo nõ capit Prophetam perire extra Hierusalẽ,id est interfici,si post destructiõẽ Hierusalẽ iã nemo ꝓpheta est, ne forte q interficiẽ extra Hierusalem Propheta,falsum verbũ Christi demõstret. Si autẽ cogunt nos scripturę ꝓpter Agabũ,& filias Philippi euãgelistę,nõ ꝓpter falsos Phrygię ꝓphetas:qrãmus ne forte oĩs iustus sit in Hierusalẽ,& nõ D extra Hierusalẽ.Q m̃ non capit eum qui est extra Hierusalẽ,passionib⁹ affici propter verbum.Sed quõ Hierusalem occidit Prophetas videndũ.Existimo autẽ,sicut vulgariter dicere solẽt,clamauit ciuitas,tanq̃ si dicat̃ q sunt in ciuitate: item ciuitas egressa est obuiã ei,

id est qui sunt in ciuitate:sic Hierusalé occidit Prophetas,id est qui erãt in Hierusalem: quorũ causa dictũ est Hierusalé occidisse Prophetas.Et si ciues p ciuitate ponuntur:iterũ occurrit ad quæstionem, qui sunt dicẽdi filii Hierusalem:de quibus dictũ est: Quoties volui congregare filios tuos!Sed dicimus semp ciuium successores,filios præcedentium dici. Hierusalem autẽ quę libera est a seruitute peccati,quæ sursum est cõuersatione,quę est mater nostra,non occidit Prophetas,nec lapidat eos qui mittuntur ad eam.Aliud est,q secundum similitudinem illius Hierusalẽ occidẽtis & lapidantis Prophetas,frequenter sunt quidam in ista Hierusalem imperiti cõstituti, & deum non metuentes, qui quantum ad se occidunt,& lapidant verbis sine iudicio plati viros verbo & vita prouectos, & ecclesiarũ q dem canonem non requirẽtes: ppter pfunditatem autem dogmatũ suspectos ab his q cõsueti sunt noua quędam dicere,& non attendentes verbum sanum dñi nostri Iesu Christi.Dicit ergo dominus ad Hierusalem interfectricem & lapidatricem Prophetarum.Quoties volui cõgregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti! Quomõ hic dñs Iesus quasi qui frequẽter voluit cõgregare Iudęos,nõ autẽ cõgregauit propter contumaciã nolẽtiũ credere,ita dicit: Quoties volui: cum sit manifestũ semel eum docuisse in corpore Iudęos!Sed nõ solũ in pręsentia,verum etiã substãtialiter semp Christ⁹ præsens fuit & in Moyse & in Prophetis: magis autẽ & in angelis ministrantib⁹ saluti humanæ,& p singulas generationes:& sic impletur,Quoties volui. Per singulas eñ generatiões semp voluit,& festinauit pficere volũtatem patris in eis:etsi nõ in corpore cõstitutus, sicut nũc in fine seculorũ,tñ semp festinauit congregare filios Hierusalẽ.Ipsius eñ volẽtis cõgregare filios Hierusalẽ voces habentur in lege & in Prophetis.Et de ipso scriptũ est:Expãdens alas suas accepit eos,& suscepit eos super scapulas suas: & quotidianum opus est Christi cõgregare filios Hierusalem: de quibus & in Esaia & in reliquis Prophetis plura dicũtur: & quotidie dei fili⁹ cõgregat dispersos filios dei,sicut gallina pullos suos sub pennas suas. Si quis autẽ nõ fuerit cõgregatus ab eo, iudicabit quasi qui noluerit cõgregari ab eo. Venit eñ filius hoĩs qrere qđ perierat, & saluare:& mortuus est nõ p gẽte sola,sed vt dispsos filios dei cõgregaret in vnũ.Iudęis quidẽ q erãt filii illius Hierusalẽq erat deorsum cõminatur,& nolẽtibus congregari sub pennas suas dicens:Ecce nũc relinquẽt vobis domus vestra deserta.Semper autẽ eis qui noluerunt congregari sub pennas ipsius:comminari, & dicere Christus videtur:Ecce nunc relinquẽt vobis domus vestra deserta:id est anima vestra,& corpus.Non solum eñ corpus, sed etĩ am anima peccantium,deserta relinquitur:& sicut in deserto,vulpes faciunt in eis foueas, & serpẽtes generatio viperarum cubationes. Dicit autem nolentibus congregari ad se: Non me videbitis amodo donec dicatis:Benedictus qui venit in nomine dñi. Et nec Iudæi tunc Christum viderunt:nec enim visus est eis resurgens a mortuis sicut prius,sed iudicio & gratia patribus tãtummodo dignis. Et donec ĩtelligentes desertionem propriam dixerint pœnitentes, Benedict⁹ qui venit in nomine domini:nõ videbunt filiũ dei,nec videbũt verbũ eius, nec considerabunt pulchritudinẽ sapientiæ dei. Sed & si ex nobis noluerit aliquis congregari sub pennas Christi,sed operibus malis recusauerit congregari sub pẽnas ei⁹: iã nõ videbit verbũ dei maxime ex tẽpore illo ex quo congregãtẽ illũ p singulos dies refugit actu magis q̃ corpore: & tãtisper nõ videbit pulchritudinẽ verbi,id ẽ Christũ, donec cõuersus & pœnitens a pposito malo dicat:Benedictus qui venit in noĩe dñi. Tũc eñ verbũ dei benedictũ, & benedicta sapiẽtia dei veniens venit in noĩe dei patris super cor hominis,qñ fuerit quis conuersus ad deum.

Secundum Matthęum. Cap.XXIIII.

IN ILLO tẽpore: Egressus Iesus de tẽplo ibat. Et accesserunt ad eũ discipuli eius, vt ostenderent ei structuras tẽpli:Iesus autem respondens dixit eis.Videtis hæc omĩa! Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.

Homilia Origenis de eadẽ lectiõe.XXVII.

POstq̃ oĩa quæ super Hierusalẽ vẽtura fuerãt Christus p dixit:exiit de templo,qui cõseruarat templum ne caderet donec fuit in eo. Qđdiu eñ fuit verbũ apud Iudęos, nõ auferens regnum dei ab eis:tamdiu stetit, & incolumes fuerũt res Iudęorum. Postq̃ verbum secundum verbum ipsius qđ dixerat: Auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructũ suũ:abstulit regnũ dei,& gẽtibus dedit:tũc & Iesus,& regnũ dei facti sunt apud gẽtes. Vnde nũc nec Iesus nec regnum dei apud Iudęos habeẽ,quia relicti sunt sicut

tabernaculum in vinea, & sicut casula i cucu merario, & sicut ciuitas quæ expugnat ppter
A facinus qd cōmiserūt in Christū. Et vnusquisq suscipiens verbum dei, templum est dei, vt recte dicatur ad eum. Nescitis quia templum dei estis, & spirit⁹ dei habitat in vobis? Vnusquisq ergo cum sit tēplū sanctum dei, ppter spiritū dei inhabitantē in se: si peccauerit ipse sit causa desertionis sui, vt egrediatur Christus ab eo: vt q fuerat antea tēplum filii dei, postmodū fit domus deserta, vt nō relinquaf in eo lapis sup lapidē ex omnibus dogmatib⁹ & bonę vitę ædificationibus, qd nō destruaf. Propter qd recordantes historiā desertionis Hierusalē: pspicere nobis debem⁹, vt ne egre diaf Christ⁹ ex tēplo qd est ex nobis, vt ædificationes templi nostri incolumes sint lapidibus & donis adornatæ, vt q viderint ædificationes quę sunt in nobis dicāt mirāres: Vide quales lapides, & quales structuræ. Illud autē dignum est peruidere, quō quantum ad textū sic loquuntur discipuli ad Iesum, & ostendūt ei structuras lapidum, quasi qui nunq viderit ipsum templum, sed aliūde in primis peregrinus aduenerit. Ad hoc ita est respondendum: φ prophetans superius ruinam ipsius futuram Christus & desertionem: sic cōminatus est. Ecce nūc relinquef vobis domus vestra deserta. Audientes discipuli mirati sunt talē & tantā templi structuram ad nihilum redigendā: Propterea dicunt ad Iesum, sicut alter manifestius dicit Euāgelista: Magister vides quales lapides, & quales structuræ? Videlicet vt flecterēt eum ad misericordiā loci illius, ne faceret qd facere fuerat cōminatus. Et hæc corporaliter dicta sint. Moraliter aūt hoc modo.
B Cū sit humanę naturę ammirabilis cōstructio facta, videlicet templū dei & verbi: eius discipuli cęteriq sancti, nō solū tūc, sed etiam modo mirāda opera dei erga figmentū humanū cōsistētes, ante conspectū Christi intercedunt, & puocant Christū vt nō deserat genus humanū ppter peccata ipsorum, sed magis moueant eum ad indulgētiā opera eius mirāda, q ad iracundiā iniquitas eorum. Aliter. Sicut illud tēplum non insemel est dirutū, sed paulatim tpe pcedēti: ita & omnis homo q suscipit in se verbū dei, tēplum est. Et si quidē post peccatū non ad plenū decidit a verbo dei, sed adhuc saluat ex parte vestigia fidei, & religionis in se mādatorū dei, tēplum est ex parte destructum, & ex parte cōsistēs. Qui autē postq peccauerit curā sui non habet, sed semp a fide decurrit, & a vita quę est secundum euāgeliū paulatim minuif, donec ad plenum recedat a deo viuēti: hic est templum in quo nō relinquatur lapis dogmatis super lapidē mādatorum dei qui nō destruaf. Nos ergo pspicere nobis debemus, vt oīs ędificatio pietatis in nobis integra perseueret, vt & lapidibus salutariū dogmatū adornati, & donis bonorū operū decorati capiam⁹ in nobis dei virtutē, & gloriā, & Christū, q est verbū & sapiētia dei. Et tertiam C
expositionē introducit qdā huiusmodi, φ tēplum erat dei ędificatū cōpositione sermonū significātiū, oms scriptura veteris testamēti secundū historiā videlicet constructa. Quā q cōstruxerunt Moyses vel Prophetę circupositione literarū, & ordinatione dictorū ædificauerūt oībus admirandā ppter pulchritudinē lapidū, id est electorū dictorū, & donis sensuū laudandorum. Hanc discipuli ostendunt Iesu suscipientes oēs scripturas: ad quos Christus respondit dicens destruendā esse a verbo hāc corporalē & primā editionē, vt ędificetur diuinius, & mysterialius templū scripturæ alterius. Tēplum autē esse scripturā exposuit quidā ante nos. Et qm qui aduersatur, & extollitur supra omne qd dicif deus, qui sedet in tēplo dei Antichrist⁹, falsus est sermo q in scripturis habetur, qui simulat veritatē pferens testimonia impiorū dogmatum de scripturis placari aliunde nolētib⁹, & ipse est qui aduersatur, & super cathedrā scripturarū, & super ædificationē earū sedet, ostendens se quasi sit deus. Et semper est videre sermones hęresum Antichristos in tēplo scripturarū sedētes, & ex ipsis volentes eos placare qui audiūt: tanq vnusquisq eorum, ipse sit deus verbū in scripturis. Sedēte autē ipso super mōtem Oliueti accesserūt ad eū discipuli eius secreto dicētes. Dic nobis qn hęc erunt, & qd signum aduētus tui, & cōsummationis seculi. Egressus de tēplo Iesus postq dixit de eo, venit in montē Oliueti, & ibi sedebat cum discipulis suis. Puto aūt mysteriū esse mōtē Oliueti ecclesiæ quę ex gētibus est, in qua sunt plātatæ oliuæ, quarū singulę possunt dicere. Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei. Forsitan autem & in hoc oliuarū mōte radices sunt bonę oliuę. Rami aūt iserti sunt oleastri in loco ramorū q ex infidelitate pcisi sunt. Agricola autē in mōte residēs Oliueti, verbū est dei in ecclesia cōfirmatū Christus, q semp oleastri ramos inserit in bonā oliuā patrū, Moysi, & cęterorum prophetarū: vt accipiētes pinguedinem a sanctis Prophetis p hoc φ sensum eorum caute itelligūt, & suscipiūt, & Christū q pphetaf ab illis: offerāt fructū abūdātē, & pinguiorē prioribus videlicet oliuis, ppter maledictionē quę D

erat in lege decussis,vt nõ possint esse in vsu.
E Post hoc cõsiderãdum est illud:ꝙ accedentiũ
discipulorũ ad Iesum, quidã quidẽ secrete ac
cedũt ad eũ,maiorẽ in hoc ipso habẽtes fidu
tiã apud ipm quasi domestici eiꝰ, sicut cũ in-
terrogarẽt eũ de solutione parabolarũ:quidã
autẽ nõ secrete,sed i cõmune eũ iterrogabãt.
Obserua adhuc differẽtiã istorum,ꝙ interdũ
quidẽ Pharisęi accedũt,siue tẽtãtes,siue quo-
libet modo interrogantes:interdum autẽ alii
discere cupientes:eũ nunꝙ secrete accedũt ex
multitudine.Et forsitan vsq nunc qui præci-
puã susceperunt vitã, & ꝓpter hoc habent fi
duciã ante Christũ,aliquid ampliꝰ habẽtes ꝙ
illi q ex fide cõmuni accedũt ad Iesum, dicũt
ad eũ:Dic nobis,qñ erunt hęc?Quæ?Qđ ait,
Nõ stabit hic lapis super lapidẽ q nõ destrua-
tur.Et non solũ hoc discere volũt, sed etiã si
gnũ aduẽtꝰ Christi,& cõsummationis seculi:
& duo petũt ab eo:signũ aduẽtus ipsius,& cõ
summationis seculi. Est ergo in multis quidẽ
creditus aduẽtus filii dei,& consummationis
seculi,præcipue tñ in eis qui eleganti ore vitã
F sectantur.Est & aliter videre duplicẽ Christi
aduẽtũ,id est aduẽtũ verbi in animã.Primum
quidẽ rudes , & tunc incipientes cognoscere
Christũ,qm̃ nõ possunt videre luciditatẽ pul
chritudinis,dicũt: Vidimꝰ eũ,& nõ habebat
speciem neq decorem,sed species eius inhone
sta.Species autẽ inhonesta verbi,stulta prædi
catio est de Christo,qñ pdicamus Christũ na
tũ & crucifixũ.Secũdus aũt aduẽtus Christi,
in viris pfectis:de qbus dicit dispẽsator verbi
ipsius.Sapientiã autẽ loquimur inter pfectos.
Hi autẽ pfecti amatores facti sunt pulchritu
dinis eius,& rogãt verbũ vt accingat se ratio
nabilẽ gladiũ suum, & circũponat eũ sup my
sterium natiuitatis carnalis,quæ appellata est
mystetialiter femur.Huiusmodi em̃ discipu-
li laudant pulchritudinem & decus verbi: &
huic secũdo aduẽtui, iuncta est cõsummatio
seculi in viro ad pfectionẽ venienti, & dicẽti.
Mihi aũt absit gloriari,nisi i cruce dñi nostri
Iesu Christi,p quã mihi mũdus crucifixus ẽ,
& ego mũdo.Si em̃ mũdꝰ crucifixꝰ est iustis:
qbus mũdus crucifixus est, facta est eis etiam
cõsummatio mũdi.Necessarie ergo q habent
fiduciam accedẽdi secrete ad Christum,si vo
lũt discere signũ aduẽtꝰ Christi,& cõsumma-
tionis seculi:prębeãt se dignos videre secũdũ
aduẽtũ ipsiꝰ,& secũdũ q tradidimꝰ seculi cõ-
G summationẽ.Et rñdẽs Iesus dixit eis . Videte
ne qs vos seducat. Multi em̃ veniẽt i nomine
meo dicẽtes ꝙ,ego sum Christꝰ, & multos se
ducẽt.Qui simpliciter intelligũt,arbitrantur
ꝙ hoc solum hæc verba significant: ꝙ multi
erãt venturi Christos se asserẽtes,habẽtes in se
etiã quasdã virtutes mirãdas, & verba quibꝰ
ꝓuocẽt multos ad credẽdũ, q dignos seducti
one se ꝓbuerint.Ioãnes aũt in epistola sua di-
cit.Et sicut audistis ꝙ Antichristus veniet,
nũc Antichristi multi facti sũt : vñ scimꝰ qm̃
nouissima hora ẽ. Docet his verbis oẽ verbũ
qđ a veritate extraneũ ẽ,& asserit se verbũ eẽ:
sic em̃ possibile ẽ itelligere qđ ait:Et nũc An-
tichristi multi facti sũt,cũ vnũ sit qđ est ver-
bũ.Sicut aũt manifestabat historia lectionũ,si H
multi fuerũt hoĩes i tpe Apostolorũ,q Chri-
stos se eẽ dixerũt:nisi forte Dosithẽꝰ Samare
us,vñ & dositheani dicũt:& Simõ,de quo re
ferũt Actꝰ aplorũ:Qui se virtutẽ esse dei ma
gnã pñciabat.Preter hos neq añ,neq post-
modũ fuerũt,quãtũ ad sciẽtiã meã. Sed omis
sermo q pfitet expositionẽ scripturarũ, & fi-
dẽ earũ,nõ aũt habet veritatẽ:iuste Antichri
stꝰ eẽ itelligẽdus est,veniẽs in noie Christi,&
dicẽs ꝙ ego sum Christus,mẽtiẽs, & minime
potẽs ostẽdere veritatis formã i se. Et qm̃ eis
q discutiũt verba scripturę vti inueniãt sensũ
eiꝰ:frequẽter occurrũt qdã intellectꝰ qsi veri,
cũ nõ sint veri,aliqñ aũt tradũt & ab aliis ve
risimilibꝰ colorari sermonibꝰ, vt nõ facile iue
niat q verꝰ est sensus,priusq aduersus mẽda-
ces existimatiões iuẽtꝰ fuerit verior sensus,&
firmior: ꝓpterea puto ꝙ Christꝰ ad itertoga
tionẽ discipulorũ suoꝝ dicẽtiũ,qñ hæc erũt?
& qđ signũ aduẽtꝰ tui,& cõsũmatiõis seculi? I
ita respõdit.Videte ne qs vos seducat.Multi
em̃ veniẽt i noie meo dicẽtes,ego sum Chri-
stus,& multos seducẽt.Vere.n.q iplet illđ mã
datũ qđ ait:Estote prudẽtes nũmularii: & il-
lud qđ ait:Oia ꝓbate,qđ bonũ ẽ tenete:ab oĩ
spẽcie mala abstinete vos:mltos videbit sedu
ci a multis itellectibꝰ & verbis pfitẽtibꝰ eẽ se
Christũ dei verbũ.Et vtinã soli q extra eccle-
siã sũt, seducerent:facile erat cauere seductio
nẽ.Nũc aũt ipsi q pfitent se ecclesiasticos eẽ,
de necessariis qbusq capitulis fallunt,& sedu
cunt:sicut ipsa dissensio eorũ testimoniũ est,
qm̃ & q intus sunt seducunt. Sed cõsequẽter K
queãdmodũ solet esse in erratibus p vias has
corporales differẽtia erroris : & qdã qdẽ etiã
cõtra ipsam publicã viã quę quęrit, vadũt er
rãtes:alii aũt modicũ aliqđ de semita recta de
clinãt,vt sint reuocabiles:& multę sunt errã
riũ differẽtię:hoc mõ videmꝰ etiã eos q a ve-
ritate aberrãt.Et Marciones qdẽ,& Basilides
& Valẽtiniani,& Apelliani,& Ophitæ, mul-
tũ a ꝓposita errãt via,q oino cõtraria sapiũt
veritati.Quidã autẽ de publicis qdẽ & maxĩ

festis capitulis non dissentiũt: vtputa de vno
deo,q legẽ & euangeliũ dedit,aut de Christo
Iesu primogenito vniuersę creaturę,q in fine
seculi secũdũ pdicationes Prophetarũ venit i
mũdum,& suscepit in se verã humanę carnis
naturã, vt etiã natiuitatẽ subiret ex virgine,
& mortem crucis susceperit, & surrexit a mor-
tuis,& deificauit quã susceperat humanã na-
turã.Adhuc autem & de spũ sancto,ꝙ ipse ille
fuit in Patriarchis & Prophetis,qui postea in
Apostolis datus est, & de resurrectione mor-
tuoꝝ sicut Euãgeliũ docet certissime credũt,
& oĩa ꝗcũꝗ ferunt in Ecclesiis. De aliis autẽ
nõ paucis,tñ modicis,noua ꝓponũt dogma-
ta,& ipsi vtiꝗ sunt ex illis q seducunt a falsis
intellectib⁹,& verbis venientibus in noie Chri
sti,q est verbũ & veritas.Et malũ qdẽ est inue
nire aliquẽ secũdũ mores vitę errãtem,multo
aũt peius arbitror esse in dogmatib⁹aberrare,
& nõ secũdũ verissimã regulã scripturarũ sen
tire.Qm̃ sicut i peccatis mortalib⁹, puniendi
sumus ampli⁹ ꝓpter dogmata falsa peccantes.
Si eñ sufficeret cõuersatio morũ bonorũ ho
minib⁹ad salutẽ:quõ apud gẽtes philosophi,
aut apud hęreticos multi cõtinẽter viuentes
nequaꝗ saluant,quasi obscurãte, & sordidãte
cõuersatiõe eorum dogmatis falsitate? Arbi
tror aũt ꝙ generalẽ mũditiam ꝗ est non solũ
in actib⁹,sed etiã in sciẽtia,volẽs ostẽdere ser-
mo i Psalmo vigesimotertio dicit. Quis ascẽ-
det in montẽ dñi,aut qs stabit in loco sancto
eius?Innocẽs manibus,& puro corde.In puer
biis autẽ:Quis gloriabit castũ se habere cor,
aut qs cõfidat mũdũ se esse a peccatis? Mũdũ
ergo corde,& castũ corde, nõ alium arbitror
esse nisi eũ,q ab oĩ dogmate falso mũdũ & ca
stũ possidet cor:Sic & innocentẽ manibus, &
A mũdũ a peccatis eũ existimo esse, q in actibus
vitę suę irrephẽsibilis est.Sciendum est aũt,ꝙ
quãtũ ad veritatẽ impossibile est esse aliquem
innocẽtẽ manibus,& mũdũ a peccatis,vt non
sit purus corde,& castus a dogmatib⁹ falsis:si
cut ecõtrario impossibile est mũdũ qdẽ & ca-
stũ esse corde a dogmatibus falsis,vt nõ sit in
nocẽs manibus,& mũdus a peccatis. Hæc eñ
alterutrũ se sequuntur & nõ separant ab inui
cẽ,sermo mũdus in aĩa,& vita irrephẽsibilis.
Abũdãtius aũt de capitulo isto tractauimus.
docẽtes nos ipsos secũdũ ea ꝗ visa sunt nobis
in loco,vt custodiamus nos ab oi errore falso
rũ dogmatũ,siue de manifestis & principali-
bus capitulis,siue de his ꝗ vident minora,vt
audiamus q dixit : Nõ declinabis ad dexterã,
aut sinistrã:ab eo q dixit:Ego sum via.Nec se
ducamur,sed vigilem⁹,ne qs nos fallat eoꝝ q-
veniũt i noie Christi dicẽtes:Ego sum Chri-
stus,ego sum veritas,& sapientia, & lumẽ ve
rũ. Puto aũt ꝙ nõ solũ est sermo Christ⁹, est
& sermo Antichristus: Veritas Christus,& si
mulata veritas Antichrist⁹: sapiẽtia Christ⁹,
& simulata sapiẽtia Antichrist⁹, fallẽs amato
res sapiẽtię dei & veritatis,ꝗ oĩa ꝑtinẽt ad fi-
dei ratiõẽ.Sed etiã in his virtutibus quibus
cõuersamur sm deũ, iuenim⁹ oẽs veras virtu
tes esse Christũ,& oẽs simulatas virtutes An
tichristũ:Qm̃ oẽs species boni quãscũꝗ ha
bet Christus in se in veritate ad ædificatiõẽ
hoĩm:oẽs eas habet i se diabolus i spẽcie ad se
ductiõẽ sanctorũ.Si eñ Christ⁹ iustitia est:
sunt aũt freqũter vię viri ꝗ vident eẽ iustæ,
nouissima aũt earũ respiciũt i ꝓfundũ iferni.
Qñ ergo videt iustitia cũ nõ sit iustitia vera,
ea talis iustitia Antichrist⁹ est,aduersus iusti
tiã Christũ.Arbitror & castitatẽ eẽ Antichri
stũ ꝗ est apd hęreticos i errorẽ mittẽs hoĩes,
ne intelligãt ecclesiasticã castitatẽ Christum.
Sic & mĩa est Antichrist⁹ cõtra mĩam Chri-
stũ,q faciũt eleemosynas,sed nõ ꝓpter iustitiã
dei.Est & patiẽtia Antichrist⁹ i eis q vident q
dem pari ꝓ christianitate,& vsꝗ ad effusionẽ
sanguinis cõcertãtes,videlicet ne videant de
negare christianitatẽ:iniqtatẽ aũt i excelsum
in ipsa etiã effusiõe sanguinis sui loquunt, &
ponũt iu cælo os suũ.Est & virtus Antichri- B
stus seducẽs ignorãtes,qm̃ multi dicturi sunt
Christo in illa die: Dñe in noie tuo dæmonia
eiecimus,& virtutes multas fecim⁹? Ad quos
respõdebit.Discedite a me oẽs q opamini iniq
tatẽ,nũꝗ vos noui.Si eñ nũꝗ eos Christ⁹ co-
gnouit,virtutes aũt se fecisse gloriant in no-
mine Christi,nõ erãt virtutes illæ a Christo,
qui nõ nouerat illos,sed ab eo q trãsfigurat se
nõ solum in angelum lucis, sed etiã in ipsum
Christum.Opus est ergo nobis deo auxiliato
re,& ipso Christo viuẽte in nobis, vt apertis
oculis nostris videam⁹ ne qs nos seducat, vel
sermo,vel virtus,vel ab intus,vel a foris, pro
mittẽs se eẽ Christũ cũ sit inimicus ei⁹ cętera
rũꝗ virtutũ ipsi⁹.Cõsidera etiã illud,ꝙ mul-
ti veniunt in nullo alio nisi in noie meo.Solũ
eñ nomen Christi Antichristus suscipit, nec
opera facit,nec verba veritatis eius docet,nec
sapiẽtiã ei⁹ ostẽdit iu se.Et quẽadmodũ secun
dũ quosdam Barabbas dicebat & Iesus,sed la
tro erat,nihil habẽs Iesu ꝑter nomen:sic mul
tos existimo Christos,sed noie tantum.Nota
autẽ ꝙ nusꝗ iuenit dñs in scripturis hoc ipso
sermone vtẽs,& dicẽs:Ego sum Christus , vt
ne simile aliqd dicat multis venturis i noie ei⁹
atꝗ dicẽtibus,ego sum Christ⁹. Sufficiebant

eñi ei ad credētiū fidē, ꝙ ipse est Christus: opera dei, q̃ sol⁹ poterat facere Christ⁹, & sermo quē docebat, & vicit⁹, sup mille voces clamantes: Ego sum Christus. Sic aūt nūq̃ manifeste dixit, ego sum: sed p opera dixit, & per doctrinā pietatis, vt ipse dicat ad Petrū, quasi q nun q̃ ab eo audisset, didicisset autem a patre, ꝙ ipse erat Christ⁹ fili⁹ dei viui: Beat⁹ es Simō Bariona, qa nō caro & sanguis reuelauit tibi sed pater me⁹ q est in cęlis. Si eñi ipse in corpore constitutus manifeste dixisset ad eū, ego sum Christus: caro eū reuelasse videbaẗ, non tātū pater. Propterea sufficit ad seductionē Antichristorū hoc solū, ꝙ dicūt, ego sum Christ⁹, qd nūq̃ Christus legiẗ dixisse: & multi sunt q seducunt. Lata est eñi porta & spatiosa via q̃ ducit ad pditionē, & multi intrant p eā. Pauci autem qui inueniūt eā viā, quę ducit ad vitā.

Secundum Mattheū. Cap. XXIIII.

IN ILLO tpe, Dixit Iesus discipulis suis. Audietis aūt prelia, & opiniones pliorū. Videte ne terreamini. Oportet eñi hęc fieri, sed nōdum est finis. Lucas aūt hoc mō. Cum audieritis prelia & seditiones, ne terreamini.

Homilia Origenis de eadē lectione. XXVIII.

C DVo pponit. Vnū quidē ita, Audietis plia: alterum autē, Auditiōes pliorū. Et primū quidē videamus secūdū simplicē traditionē, secūdum ꝙ multi intelligunt, qd distant auditiones preliorum a preliis. Pone mihi plia esse vbi ciuitates sup ciuitates insurgant, aut gētes gētib⁹, aut alter alterius rem tollat, vel fortior interficiat fortem. Quid ergo post prelia auditiones significēt preliorū? Maxime quia nō est dictū, videbitis praelia, & audietis de pliis, sed vtrūq; posuit audietis: id est & plia audietis, & pliorū auditiones audietis. Et ponamus audire qdē plia esse, qñ filii pacis a pliis custodiūt oculos suos mūdos, vt non videant maligna: & qñ nō possunt aspicere sup labores & dolores, audiunt de pliis qualis ciuitas pugnet aduersus quā ciuitatē, aut qualis gens a quali expugneẗ gente: quid aūt erit extra hoc alterū audire plia, & audire auditiones praeliorū? Vide ergo si potes (quātum ad simplicitatē verbi dico) talē differentiā dare: nō est id ipm longe pliū positū audire qa pliū est: & iuxta pliū esse, & ipsas preliantiū voces audire. Habet ergo vtrūq; suā significationē. Et forte q quidē audit ipsas voces quae fiunt a pliis, audit prelia: qui autē de pliis lōge gestis audit, auditiōes audit pliorū: nec eñi ipsa plia audit. Cū sint aūt sermones ambigui, potest quis & ex diuerso dicere, ꝙ q longe quidē est, amplius audit de illis: qui aūt est iuxta plia, audit ipsorū preliorū auditiōes. In vtroq; ergo videẗ esse aliquis differētiae intellect⁹.

D Ascende nūc ad moralē intellectū & spiritalē, si quo modo possis aliquē sensum de eminentia scientię Christi, & de subtilitate Euangeli starū inuenire dignū vt nō deponas euāgelicę sapientię dignitatē. Vide ergo si recordanres ea q̃ superi⁹ tradita sunt de eo qd ait: Multi venient in noie meo dicētes, ego sum Christus, & multos seducēt: possum⁹ secūdū eorū cōsequētiā etiā ista interptari. Oīs igiẗ q perfectus est, & videt in aīam suā gloriosum aduētū verbi, qd corrūpit & cōsummat mūdū, & crucifigit eū viro iusto, vt moriant ei oēs res mūdiales, & q exercitatos habet sensus ad capiēdū, necesse est vt q̃rēs & discutiēs in multa incurrat dogmatū plia: audiet etiā multos p firētes veritatē, & diuersas de ea traditiones: vt sicut bonus miles verbi, inuulnerabilis aīo maneat ab oībus pfitētib⁹ veritatē nō aūt videtibus eā, neq; manifestātib⁹, sed cōtraria veritatis quasi veritatē pnūciātib⁹, & dign⁹ efficiaẗ suscipe i aīam suā gloriosū Christi aduētū, secūdū ꝙ est de⁹ verbū, qd fuit i principio apud deum, qd solet venire ad eos, q postq̃ cognouerint Christū scdm carnē, & susceperint verbū qd factū est caro, tātū ascēdūt p multis vt possint capere nō qualēcūq; gloriā, sed gloriā quasi vnici a pře. Et forsitā in diuersis gloriis verbū dei apparet scdm virtutē vniuscuiusq; aię vidētis scdm ꝙ se capacē aīa vnaqq; pbuerit. Ei ergo q pfect⁹ est, & ad cōsummationē seculi pueuit quātū ad se, tale apparet verbū, vt q viderit ipm dicat: Vidim⁹ gloriā ei⁹, gloriā q̃si vnici a pře, plenū gřa & veritate. Ergo si quis dign⁹ habēdus est vt tale suscipiat verbum, & videat: necesse habet añ huiusmodi visionē verbi audire iu aīa sua plia: p alios autē q quasi veritatē afferunt qcqd illis fuerit visum, pliorū auditiōes. Et bene Saluator pfi

E ciscētib⁹ ad pfectū discipulis postq̃ locutus est de pliis, supeaddidit: Videte, & nō dixit audite: hortās eos sollicitos esse vt oculis aię possint videre, postq̃ audierint plia, & auditiōes pliorum, singulorum q̃ audiunt naturā, & videntes eā non terreanẗ: qñ talia intelligibilia plia solēt i diuersis suasionibus occurrere hoībus iustis, & cōturbare, & cōmouere animas eorq ad dubitādū ne forte vera sint q̃ verisimilia eē videẗ, cū sint falsa, aut certe vł ad credē

dū eis pfecte quasi veris. Quotquot ergo pficiscuntur ad pfectionem quę est in Christo, & ad conuersationē cęlestis ecclesiæ, cum audierint prælia hæresum, q̄ aduersus verā fidē, & aduersus seipsos inuicem prçliantur: & audierint auditiones prçliorū philosophię: & vanę seductionis secundū traditionē hominū, secūdum elemēta huius mundi, & non secūdum Christum, exercitantes seipsos in his q̄ dicūtur: querunt & cogitāt mādatum Christi dicentis, videte: & vident quidem quę dicūtur: videntes autem cum verisimilitudine mendacia nō seducuntur, sed sperāt sine vulnere talium prçliorū, gloriosum aduētū videre Christi, qui est verbū: maxime si audiētes secundū Christi mādatū prçlia, & auditiones prçliorum nullā perturbationē animę patiantur: sed sub pace dei pcti quæ custodit corda & sensus
A dignorū, nō fuerint territi. Si qs autē audiens prçlia & auditiones prçliorum, secundum q̄ exposuimus, non fuerit sollicitus ad videndū ea quæ dicuntur in diuersis verisimilitudinibus: & quia non fuit sollicitus ad videndum, territus fuerit: non solum decipietur a multis venientibus in noie Christi, & dicentib9 ego sum Christus: verūetiam interficietur ab huiusmodi gladiis, insanabilia suscipiens vulnera. De quibus gladiis dictum est: Vulnerant gladii, quorū vulnera sapiētium linguæ solēt sanare. Hi autē qui pturbant, & quia non sibi pspiciūt, in huiusmodi præliū cadūt: illi sunt qui in valle Sion vulnerantur & moriuntur, de quibus dicit scriptura: Vulnerati tui non vulnerati gladio: nec mortui tui mortui i bello. De quibus nunc tantū significare oportet nos: sed nō cuiuscūq hois est se præparare ad audiēdū prçlia, & auditiones prçliorū, vt audiēs videat, & non terreat: sed viri perfecti in Christo, in carne quidē viuentis, non tamen secūdum carnem militantis: cuius militię arma nō sunt carnalia, sed fortia deo, & valētia destruere munitiones, & cogitationes extollētium se aduersus sciētiam dei. Nam secūdum Salomonē multas ciuitates munitas hęresum suasione verborū ascēdit vir sapiens, & ascendens destruxit munitionē in qua impii confidebant. Paulus destruxit, qui paratus fuerat ad destructionē ciuitatū munitarū aduersan-
B tiū veritati. Qui talis est, postq̄ audierit prælia, & auditiōes prçliorū, vidēs, & quasi sapiēs ascendens sup ciuitates munitas, & destruens munitiones in qbus impii cōfidebāt, laudans deū, & gras agens deo, & a quo didicit talia p̄lia pliari, & seruare mandatum qd̄ ait: Sanctificate bellum, clamat & dicit: Benedictus dn̄s deus q docet manus meas in bellū, & digitos meos in prçliū: misericordia mea & refugiū meū. Et ppter huiusmodi prçlia dicit de Dauid ab vxore Nabal: Prçlia dn̄i dn̄s meus pugnabit. Puto autē & mysteria esse taliū pliorū plia q̄ in scripturis legūtur: mysteria etiā esse destructionis pliantiū aduersus veritatis congregationē: maxime q̄ leguntur i libro Iesu Naue, de destructionibus ciuitatum: & mysteria sunt omniū congregationū aduersariarū virtutū. Audientes ergo plia, & auditiones taliū pliorū, attēdam9 quod ait. Videte ne terrea- „
mini. Et debemus scire q oportet hęc fieri ex „
pectāti aduentum verbi, vt audiat plia, & auditiōes pliorum: sed nō statim vt audierit, mox erit finis. Propter qd̄ finem oportet expectare oēm hoiem q vult fieri saluus: qm̄ qui perse- C
uerauerit vsq in finē, hic saluus erit. Secūdū Lucā autē, si audierimus plia & seditiones ne conturbemur. Prælia quidē q̄ fiunt a scientia falsi nois, & a sapiētia principū huius mundi. Seditiones autē non cōsentiētium sibi inuicē in conuentu ecclesiæ. Diuersas em̄ sententias de variis negociis manifeste audimus: maxime q volumus pficisci ad perfectionē quæ est in Christo. Non solū extra ecclesiā plia, verūetiā in ecclesia intus seditiones. A qbus oībus alieni fuerunt Apostolorū discipuli, quorum omniū sicut in Actib9 Apostolorū est scriptū, erat cor vnū & aīa vna. Confirmati em̄ erant in eodē sensu, & in eadē sciētia. Tamē nos & si audiuerim9 eiusmodi plia, & seditiones huiusmodi, non terreamur. Oportet em̄ primū anteq̄ videamus pfectionē sapiētię quæ est in Christo, hæc fieri: sed nō statim erit finis quē quærim9. Oportet em̄ nos stabiliri & cōfirmari in pace, vt sine terrore simus, nec a seditionibus cōturbemur: vt post hęc valeamus capere finē, q nō est i auditione prçliorū, neq in ipis seditionib9: pacificus em̄ finis lōge est ab oībus istis. Exurget.n.gēs aduersus gētē: & D
regnū aduersus regnū: & erūt fames, & pesti- „
lētię, & terremot9 p loca. Hęc.n. oīa initia sūt „
dolorū. Marcus eadē, addit aūt & turbelas. Lu- „
cas similiter ipa, addit aūt: Terroresq de cęlo & signa magna erunt, & hyemes. Primū simplicia loci, & corporalia exponam9. Sicut em̄ ęgrotāt corpa ante mortē eorū q vim nō extrinsecus patiunt: & queadmodū i oib9 p infirmitatē fit via ad separādā aīam a corpe suo: sic talis, & tāta creatura mūdi, cū corrūpi coeperit, qsi īitiū habēs, & finē: qm̄ q vident tēporalia sūt, & qa cęli & terra trāsibūt, necesse ē ante corruptionē vt lāgueat: vt terra qdē frequētius terrēmotib9 cōquassēt: aer autē vim

quandam morbiferã concipiens,pestilens flat. Adhuc autẽ & vitalis virtus terrę repẽte de=ficiens suffocet fructus,& oẽs naturas arborũ
E deficiens generatrix earum virtus.His igitur accidentibus,consequens est vt mobilis natu ra quasi totius mundi pars aliqua constituta compatiaẽ vniuersarũ rerũ mutationi: vtpu=ta cõsueta escarum nutrimenta nõ resumẽs, veniat ad defectũ & corrũpatur. Nam cæli p ibunt:qm̃ sicut vestimẽtũ veterascẽt.Quicqd autem veterascit & senescit, prope interitum est.Cõsequẽs est vt & ppter inopiã ciborum in auaritiã & bella homines exciteñ aduer=sus eos qui non tantũ patiuntur inopiã,& vt ex cõparatiõe aliorũ quæ in rebus necessariis sunt abundãtium:fiant insurrectiones aliorũ aduersus alios,& gẽs pugnet aduersus gẽtẽ, & regnũ aduersus regnum. Possibile est autẽ cũ aliarũ indigẽtia rerũ etiã hoĩm bonũ sen=sum habẽtium indigẽtiã fieri, vt per hæc,trã quilla & pacifica vita non inueniaẽ in multis sed insurrectiones & lites & perturbationes fi ant,interdum quidem ppter auaritiam,inter dum aũt ppter cõcupiscẽtiã principatus,ali=quãdo aũt & ppter glorię vanę cupiditatem insanã,interdũ aũt & cupiditate vanę gloriæ principũ,qui nõ sunt contenti pprio regno: sed volunt suũ quidẽ extẽdere principatum,
F & multas sibi subdere nationes. Adhuc autẽ pfundiorem dabit aliquis causam eorum quę ante cõsummationem mundi sunt euentura: maxime autẽ de præliis. Qm̃ sicut aduentus Christi in plurimis gentibus diuina virtute fecit pacem,secundum q̃ dicit Propheta de il lo:Orietur in diebus eius iustitia & abundan tia pacis,donec extollaẽ luna: & sic pax mul=tiplicata est mũdi ppter incrementa Ecclesia=rũ futura,vt ea pax salutis multorũ fiat occa sio,dũ non coguñ exire ad bella, & pugnare pro patriis sicut pridẽ flebat:sic cõsequẽs est, vt cũ ppter abũdantiã iniquitatis refriguerit charitas multorũ, & ideo dereliqrit eos deus & Christus ei9,iterũ fieri prælia:videlicet dũ nõ phibentur operationes seminatrices bello rum a sanctitate,sed magis adhuc nutriũtur propter malitiã hominũ supercrescentem: vt omniũ accidentiũ malorũ causa esse dicañ,q accesserunt quidem ad verbũ,sed postea dẽcli nauerũt omnes,& simul inutiles facti sunt in mũdialibus malis. Nã q̃diu steterint sales ter rę,ad quos dñs dixit: Vos estis sal terrę: & oĩa cõstant salibus tẽperata. Postq̃ autem infatua ti fuerint ipsi sales(vt secundũ scripturam di camus)& ea quæ saliebañ ab eis sicut insulsa infatuantur,corrũpuñ,& fœtẽt, & resoluun tur.Adhuc autẽ & q̃diu steterit lux mundi: oĩa dirigũtur a claro lumine dispẽsata. Cum autẽ hoc ipsum lumẽ diminutũ fuerit in aĩ mis hominũ,q̃dũ ppria & naturali esca nõ nu tritur:tunc occupãtibus omia tenebris cũ in tristitia facta fuerint oĩa & calamitatibus,fiet quasi cõuẽtus sup omnia aduersariarũ virtu=tum,dum nõ vetãtur a sanctis & a Christo in eis,q solebat eos vetare:sed quasi in tenebris sine aliqua prohibitione operabuntur in cor=dibus hominũ,vt excitẽt gẽtẽ aduersus gẽtẽ, G
& regnũ aduersus regnũ.Si autẽ(quemadmo dũ & placet qbusdã)& fames & pestilentię ab huiusmodi operationibus fiunt,& ab angelis Satanæ: similiter & fames & pestilentiæ tunc inualescent ab aduersariis virtutibus,qñ non fuerint sales terrę & lux mundi: Christi disci puli,qui sunt principes potestatis dei,destruẽ tes in hoĩbus ꝑlia quę faciunt aduersariæ po testates,& omnia quæ ex earum malitia semi nãtur.Et aliqñ quidem in Israel fames & pesti lentiæ flebãt ppter peccata,& siccitates,quas orationes sanctorũ soluebãt:Samuelis, Hiere miæ,ceterorũq̃ similium. Bene autem positũ est:Erunt fames,& pestilentiæ,& terræmotus per loca.Nec enim semel vult deus pdere hu manũ genus:sed iudicãs per partes paulatim in eo dum fiunt fames,& pestilentiæ, & terræ motus per loca,dat pœnitentię locum iis qui ex modicis castigationibus emendãtur & cõ=uertuñ ad deum.Et queadmodũ incipienti=bus infirmitatibus possibile est afferre medici nalia adiumẽta:sic incipientib9 fame, & pesti=lentiis,& terræmotibus per loca, possibile est quibusdã hoĩbus ad conuersatiõnẽ,& fidẽ,& sapientiã sanctorũ purgatoria dare. Si autem H
incipientibus huiusmodi malis non fuerit fa cta pia correctio: pficiẽt ad peius fames, & pe stilentiæ,& terręmotus,cũ locũ habuerit abo minatio desolationis,non contenta parte alia mundi: veniet eñ vt etiã in loco sancto consi stat.Tamen insurrectiones gentiũ super gen=tes,& regnorũ aduersus regna,& fames,& pe stilentię,& terręmotus p loca exurgentes, ini tia esse dicuñ peiorũ calamitatũ,quas domi=nus appellauit dolores.Si ergo tales erũt pri=mitię dolorum,qualia putas erũt incrementa dolorũ?Qualis autẽ & finis erit generaliũ do lorũ in vniuerso mundo,vt non iã per partes sed vniuersum exterminent mundũ? Tñ arbi trot q̃ sunt secutura aduersus impios fore tã tũmodo,vt in doloribus acutissimis & diutĩ=nis crucietur donec deponant quæ cõceperũt & formauerunt semina peccatorum ab opera tionibus cõtrariis.Et Pharao quidẽ non bene

facere cupiēs pcepit omne masculinum qdcūq fuerit natū Hebrēis,vt piciat in flumē: Deus aūt bonus quasi vere bonus occidit femina malorū quę receperūt,vt per multos labores & dolores ea deponant,qm̄ conceperūt dolorem,& pepererunt iniquitatem. Et quid aliud decet deū,nisi vt occidat oēm iniquitatē quā generāt peccatores: quibus huiusmodi mortis dies melior est q̄ dies natiuitatis ipsius,secundū q scriptū est:Melior dies mortis sup diē natiuitatis! Sic & abortū meliorē eo qd nascitur,bene quis dicet. Et dixi bonū sup eum abortū.Nam abortus huiusmodi in vanitate venit,& in tenebris ambulat,& in tenebris nomen eius cōtegetur.Et hęc tractauimus abundātius cōsequētia aspiciētes,secū-

A dū qd ait:Hęc oīa,initia sunt dolorum.Qm̄ autem & moralem intellectum existimo esse etiā in isto loco,secūdū ea quę dixi,cōsequenter & hic sunt dicenda:qm̄ si quis gloriosam & regalem formā verbi visurus est,& aduentum ipsius gloriosum,necesse est ei vt excitetur non solū audire prælia,& auditiones intelligibiliū preliorū,vt videns discat nequaq̄ terreri,sed etiam vt videat gentem mendacii alicuius,& motum verborū trahētiū ad aliquā sectam insurgētē aduersus aliam aliquā mendacii gentē:quoniā huiusmodi gentibus nunq̄ est pacificus finis. Qd frequenter videmus iter hęreticos fieri,& inter ecclesias malignātium surgere vnius hæresis gentē super gentem alterius hęresis.Sic & regnū alicuius verbi insurgit aduersus alterius verbi errarici regnū,quoniā Satanas & omne mendaciū aduersus seipm diuidit semp: propterea non potest stare.Ergo qui proficiscit ad vidēdam gloriā Christi,& regnum,hoc est verbi perfectionem,& regnum qd regnat,& dominatur: ponēs oēs aduersarios sermones sub pedibus suis,& in conculcationē pedum suoꝝ:necesse est ei vt quęrēs veritatem, frequenter inopiā sensuū patiatur: quib⁹ ꝑprie anima nutritur ad requisitionē eorū quę sunt quęrēda. Et sicut aliquādo qui ꝑficiscebant ad terrā ꝑmissionis,afflicti sunt:famē passi sunt carnalium ciborum,tantum vt cęleste accipiant manna: sic oportet inopia sensuum tentari eum frequēter,& nihil pati ex ea,qui perfectione verbi est nutriēdus.Et quotidie hoc ipsum videmus in nobis,quādo quęrimus aliquē veritatis sensum in scripturis:priusq̄ inueniam⁹ qd quærimus,aliquā inopiam sensuum patimur donec soluit i nobis eiusmodi inopia sensuū a deo:q dat dignis escam in tēpore opportuno ad manducandū, & vestimentū ad induēdū.Oportet etiā eū qui videt gloriosum aduentū,id est aduentū sapiētię in animā suam, necesse est eū videre pestilentias morbidorum sermonū,& nihil pati ab eis.Pestiferi aūt sermones sunt oēs q ab hoībus pestiferis proferunt,iniquitatē in excelsum loquētib⁹,& ponentibus in cęlo os suū in superbia & magna promissione:vtputa Marcionis sermones aduersus creatorē mundi,& impię blasphemię, quędā pestilentię sunt animarum,corrūpētes hominū mētes,& facientes aīas in errorū suspitionib⁹ ęgrotare. Valētiniani etiā de masculinis & fœmininis seculis fabulę,& de natiuitate creatoris mūdi:quā ex falsa sapiētia cōfinxerūt,& quæcūq alia garrulāt,quid aliud sunt nisi pestilentię!Basilidis quoq sermones detrahētes quidem eis qui vsq ad mortē certāt ꝓ veritate,vt confiteantur corā hominibus Iesum:indifferēter aūt agere docentes ad denegandū,& ad sacrificandū diis alienis.Nō minus pestificant & corrumpunt audiētes se, qui in iisdem sermonibus docent nō esse alias peccatoꝝ pœnas,nisi trāscorporationes aīamarū post mortē.Nā vt dimittam manifeste falsum esse qd dicitur,adhuc autē tollunt ab hoīb⁹ salutarē timorē, & qui vel ꝓpter timorem futurarū pœnarū seruatuti se fuerant a multitudine peccatorū, nutriūt audaciā impietatis eorū.Multæ igit̄ fames & pestilentiæ B

erūt oībus videre volētib⁹ gloriosum Christi aduentū in aīa sua,sed nihil eis nocebunt.Videbūt eīn tantūmodo eas,sed nihil patientur ab eis. Patiētur aūt & motus eoꝝ quę quęrētur in plurimis locis scripturarū,verisimilitudinē cōtrarietatis vel mendaciorū habētib⁹: sed postmodū patienſ nihil,nec motus auditionū falsarū auellet eos ab expectatōe gloriosi & diuini & pfecti aduētus Iesu Christi verbi.Et q dictur⁹ est:A timore tuo dñe i vtero cōcepimus:& parturiuimus,& peperimus spiritū salutis quē fecisti sup terrā: aut secundū q dictū est:Filii mei quos iterū ꝑturio donec formet Christ⁹ in vobis:necesse est eū in primis in omnib⁹ istis dolorib⁹ fieri famis & pestilētiarū & motuū:qd sustinens pariet qd cōcepit & formauit i se Christū verbū,vt dicat in natiuitate eius: Ecce euāgelizo vobis gaudiū magnū, & gloriā in excelsis deo, & pacē sup terrā.Tūc tradēt vos in tribulationes,& C

occidēt vos: & eritis odio oībus gētibus propter nomē meū. Et tūc scādalizabunt multi, & inuicē tradēt,& odio habebūt inuicem, & multi pseudoprophetę insurgent, & seducēt multos:& qm̄ abūdabit iniquitas,refrigescet caritas multoꝝ:sed qui permanserit in finem

hic saluus erit. Et prædicabit hoc Euangeliũ
regni in vniuerso orbe in testimoniũ oĩb⁹ gẽ
tibus, & tũc veniet finis. Et fine expositione
quidẽ, textus a seipso est manifestus, qm̃ fre-
quẽter traditi sunt discipuli Christi in tribu-
latiões, & ꝓpter verbũ sunt interfecti, & pro-
pter Christũ odio habiti gẽtib⁹. Si aũt discu-
tereqs velit qd ait oĩbus gentib⁹: nõ satis in
ueniet certum, ꝙ oĩbus etiã in vltimis par-
tibus terræ cõmorãtibus gẽtibus odio habet
populus Christi: nisi forte & hic aliquis dicat
propter exaggeratione multarũ positũ oĩb⁹,
pro multis. Proponẽs autẽ tibi qd dicit, Tũc
tradẽt vos, inuenies q̃stionẽ. Nec eñ postq̃ in
surrexerũt gẽs cõtra gẽtẽ, & regnũ aduersus
regnũ, & post fames & pestilẽtias p loca, tunc
traditi sunt in tribulationes, & occisi sunt, &
odio habiti ab oĩbus gẽtibus propter nomen
Christi: nã et prius q̃ hæc fierẽt, traditi sunt
Christiani ĩ tribulatiões, & dãtes testimoniũ
veritati sunt interfecti, & odio habiti sunt gẽ
D tib⁹ cũ qbus habitauerũt. Aduersus hãc au-
tẽ quæstionẽ qui secũdũ verba vult intellige-
re, respondebit ꝙ tunc maxime tradent Chri
stiani in tribulationes, quemadmodum nũq̃:
tunc odio habendi sunt maxime ab omnibus
gentibus cohabitãtibus sibi sicut nũq̃, & oĩa
patiẽtur pro noĩe Christi: cũ surrexerit gens
cõtra gentẽ, & regnũ aduersus regnũ: & fient
fames, & pestilentiæ, & terræmotus per loca.
Amãt eñ q in calamitatibus sunt, causas ea-
rũ discutiẽtes, inuenire aliquid qd loquãtur.
Cũ hæc ergo contigerint mũdo, cõsequẽs est
quasi derelinquẽtibus hoĩbus deorũ culturã,
vt ꝓpter multitudinẽ Christianoꝝ dicãt fie-
ri bella, & fames, & pestilentias. Frequẽter eñ
famis causa Christianos culpauerũt gẽtiles,
& quicũq sapiebãt q̃ gentiũ sunt: Sed & pesti
lentiarũ causas ad Christi ecclesiã retulerũt.
Scimus aũt & apud nos terræmotum factũ in
locis quibusdã, & factas fuisse quasdã ruinas
ita vt qui erãt impii extra fidẽ, causam terræ-
motus dicerẽt Christianos: ꝓpter qd & perse
cutiones passæ sunt ecclesiæ, & incensæ sunt:
Non solum autẽ illi, sed & qui videbant pru-
dẽtes, talia in publico dicerent: ꝙ ꝓpter Chri
E stianos fiunt grauissimi terræmotus. Quod
aũt dicitur: Et eritis odio omnibus gentibus
propter nomen meũ: sic saluare quis poterit,
quia nunq̃ quidẽ in vnũ consenserunt omnes
gentes aduersus Christianos. Cum autem cõ
tigerint quę Christus prędixit, tũc quasi suc
cẽdendi sunt omnes a quibusdã gentibus in-
cipientibus Christianos culpare, vt tunc fiãt
persecutiones iam nõ ex parte sicut ante, sed
generaliter vbiq aduersus populũ dei. Tunc
cõtinget illud vt multi scandalizẽtur q vidẽ-
tur in fide consistere, & se alterutrũ tradẽt: &
erit odiũ inter ipsos etiã q videntur fideles.
Tũc pseudoprophetę multi insurgent, multi
tudinẽ insensatoꝝ fallẽtes: tũc & refrigescẽte
charitate, non solũ apud infideles, sed etiã in
ipsis fidelib⁹: & feruor charitatis ex multis ini
quitatibus refrigescet, ita vt pauci remaneãt
certãtes pro veritate vsq ad finẽ, qui & saluã
di sunt soli. Et in hoc statu constitutis rebus,
Euãgeliũ qd prius nõ fuerat pdicatũ in toto
mũdo: multi eñ nõ solũ barbararũ, sed etiam
nostrarũ gẽtiũ, vsq nũc nõ audierũt Christia
nitatis verbũ: tũc autẽ pdicabit, vt oĩs gens
Euangelicã audiat pdicationẽ: & nemo dere-
linquat q nõ audiuit, & tunc erit seculi finis.
Si aũt hęc ita se habẽt, iã nõ ignorabimus de F
eo qd dicit, Tũc tradẽt vos: nec falsum suspi
cabimus qd ait: Et eritis odio oĩbus gẽtibus
propter nomẽ meũ: dicẽtes veritatem huius
verbi nõdũ esse impletã, q̃diu nõ est factũ qd
ait: Tunc scãdalizabũtur multi, & inuicẽ tra
dẽt. Nõdum eñ multi proditores de ecclesia
facti sunt, & nõdũ multi falsi prophetę extite
runt multos fallẽtes: sic & nõdũ odio habiti
sunt ab oĩbus gẽtibus, etiã in vltimis partib⁹
terrę habitãtibus, propter nomen Christi: sic
& nõdũ est pdicatũ Euãgelium regni in toto
orbe. Nõ eñ fert prędicatum esse Euangeliũ
apud omnes Aethiopas, maxime apud eos q
sunt vltra flumẽ: sed nec apud Seres, nec apd
oriẽtem audierũt Christianitatis sermonem.
Quid aũt dicamus de Britannis, aut Germa-
nis, q sunt circa oceanũ, vel apud Barbaros,
Dacos, & Sarmatas, & Scythas: quoꝝ pluri-
mi nõdũ audierunt Euãgelii verbũ: audituri
sunt autẽ in ipsa seculi cõsummatiõe. Aspice
eñ qd ait: Et pdicabit hoc euãgeliũ regni in
toto orbe in testimoniũ oĩbus gẽtib⁹, & tunc
erit finis. Si autẽ vult qs temere dicere pdica G
tũ esse iã Euãgeliũ regni in toto orbe in testi
moniũ oĩbus gẽtibus: cõsequẽter dicere pote
rit & qd ait, Tũc erit finis, iã finẽ venisse: Qd
dicere, temeritatis est magnę, & hominis non
intelligẽtis q̃ Paulus ad Thessalonicẽses Ep'la
secũda scribit, dicẽs, Ne quis vos seducat vllo
modo quasi instet dies domini: qm̃ nisi vene
rit primum discessio, & reuelatus fuerit ho-
mo peccati, filius interitus, & cętera: non erit
dñi dies. Hęc secũdũ simplicẽ exposuimus tra
ditionẽ. Si autẽ debemus secũdum ꝙ moralis
ter supra tradidimus, & hic intelligere mora
lem tractatũ, talia exponemus: quoniã qui vi-
surus est secundum verbi dei aduentum illũ

gloriosum in animam suam, necesse est vt secundũ mensuram profectus sui ad verbi perfectionem insidias a contrariis operationibus patiatur, quasi magnus athleta & traditus in tribulationes derelinquatur. Multę enim tribulationes iustorum: & quanto quis iustior voluerit fieri, tanto magis quasi angustam & tribulatam cum affectu ambulans viã in tribulationes incurrit, & tribulatus occiditur mũdo: & quãto ad manifestiorẽ proficiscitur visionẽ verbi, tãto ampli⁹ tribulat̃. Quãto pfectius inuenitur Christus in eo, tãto ab oib⁹ odientib⁹ Christũ magis odiet̃, tũ nõ tantũ a gentibus omnibus secundum carnem quantum a gẽtibus spiritalium nequitiarum. Ipsa enim implantata manifestatio proprietatum Christi in eo, ꝓpter quas & dicitur Christianus, facit eum ab omnibus habentibus spiritũ mundi odiri ad perfectionem adhuc Christi amplius & amplius contendentem. Sed & in dissensionibus & quęstionibus pauci erunt

A intenti, veritatem plenius attingentes. Plures autem scandalizabuntur, & cadent ab ea, proditores & accusatores effecti in alterutrũ ꝓpter dissensionẽ dogmatũ veritatis, quã nos omnes apprehendere possunt: quę causa fiet, vt odiant se inuicem. Et cũ huiusmodi quęstiones in plures venerint, multi quidem erũt nõ sanũ tradẽtes de futuris sermonem: & quo modo nõ oportet interpretantes prophetas, quos pseudoprophetas quis dicere nõ peccabit, seducẽtes multos. Valde aũt pauci erunt veritatem inuestigãtes. Falsę autẽ doctrinæ a proposito veritatis fontem quidẽ soluẽt, eos autẽ qui pruriẽtes sunt aure, multiplicabũt, ad delectamẽtum eorum loquentes iniquitatem legi contrariam: & tantũ nocebunt verba docentium multorum cõtraria, vt etiam feruentem dilectionẽ quę prius fuerat in simplicitate fidei, refrigescere faciant existimatione cõparationis diuinorum mysteriorum & veritatis. Sed qui potuerit videns omnia hęc manere in primo apostolicę traditiõis, & ecclesiasticę inductionis proposito, ipse saluabitur, & sic prædicatum euangelium in animas omnium erit in testimonium omnibus gentibus, id est omnibus cogitationibus incredulis omnium animarum.

Secundũ Mattheum. Cap.XXIIII.

„ IN ILLO tẽpore, dixit Iesus discipulis suis. Cũ videritis abominationem desolatiõis quod scriptũ est per Danielem prophetã, stantem in loco sancto, qui legit itelligat.

Homilia Origenis de eadem lectione Numero XXIX.

B VErba prophetę quæ locutus est de abominatione desolatiõis futura, sunt hęc: Et cõfirmabit testamentum multis septimana vna, & in dimidio septimanæ tolletur sacrificium, & libatio: & super templum abominatio desolationis erit: & vsq; ad consummationem temporis cõsummatio dabitur super desolationem. Vere quidem cõprehendere sermones Danielis nullius alterius est, nisi spiritus sancti qui fuit in Daniele, vt de septimanis omnem manifestet sermonem, & de abominatione desolationis dicta ab eo. Si autem oportet & nos pauca secũdum ꝙ nobis videtur exponere de hoc loco: dicẽdum est ꝙ septuaginta annos, qui fuerũt post aduentum saluatoris nostri, demõstrare videtur sermo. Hæc enĩ septimana quæ propter septem decadas annoꝝ dicitur septimana, cõfirmat testamẽtum multis, quãdo & Apostoli Christi post ascensionem ipsius orationi & verbo instantes a deo illuminabãtur in omnem scientiã volũtatis diuinarũ scripturarũ, & a spiritu sancto. In dimidio aũt septimanę, id est in

C tribus & semis decadis annoꝝ, sublatũ est sacrificiũ altaris, id est in trigintaquinq; annis, & impletũ est qđ fuerat scriptum: In dimidio septimanę tollet̃ sacrificiũ & libatio. Tũc aũt sup templũ qđ fuit in Hierosolymis facta est abominatio desolationis rẽpli, & ciuitatis, in eo videlicet tẽpore quãdo viderũt circũdatã Hierusalẽ ab exercitu, vt secundũ ꝙ prophetauerat Saluator de ea, cognoscant ꝙ appropiauit desolatio eius. Et hãc desolatiõis abominationẽ factã sup templũ ab exercitu Hierusalẽ circũdãte, dicit Propheta vsq; ad rempus cõsummationis manere, vt cõsummatio fiat mũdi super desolationẽ Hierusalẽ, & templi qđ est in ea. Et vbi sunt q se dicũt Iudæos & non sunt, qui dicunt, ædificabitur Hierusalem quæ est deorsum, priusq̃ seculi cõsummatio fiat? Cõsummatio (inquit) dabitur sup desolationem eius. Si aũt & ędificabitur tẽplũ, ædificabitur ei qui aduersat̃ & extollit̃ supra om̃e qđ dicit̃ deus, aut colit̃: vt sedeat in templo huiusmodi ostẽdens se quasi sit deus: quẽ dominus Iesus interficiet spũ oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui. Siue ergo placeat quibusdam ædificari hãc Hierusalem super terrã, tamen nõ erit falsum qđ dicit̃, cõsummatio est danda sup desolationem ipsius

D Si aũt oportet & de tẽporibus aliquid dicere

dicimus ꝙ in Chronicis Phlegõtis cuiusdam
dicit,si tñ debem⁹ & hũc quasi vera dicẽtẽ de
tẽplo suscipere, ꝙ circa quadragesimũ annũ
a qntodecimo ãno Tyberii Cęsaris facta ẽ de-
structio Hierusalẽ,& tẽpli qđ fuit ĩ ea. Deduc
ergo pdicatiõis dñi fere annos tres,& tẽp⁹ re
surrectiõis ipsi⁹,qñ p dies quadraginta appa-
rẽs illis docebat eos de regno dei,& inuenies
forsitan plus minus: ꝙ circa dimidium septi-
manę computãs p decadas annoꝝ est cõpletũ
qđ dictũ est, Tollet sacrificiũ meũ & libatio:
quando & sup tẽplũ abominatio desolationis
est facta, quę desolatio vsq; ad tps cõsumma-
tionis manebit. Cõsummatio eñi secũdũ ꝙ di
ximus dabit sup desolationẽ. Si aũt cõstat no
bis talis traditio septimanę,dicentibus quãtũ
ad dictũ impletũ esse qđ dictũ est,nõ solũ Tol
E letur sacrificiũ meũ,& libatio,sed etiam illud
qđ scriptũ est,vt abominatio desolationũ sup
tẽplũ cõtingat: sine dubio manifeste ostendit
aduẽtus Christi etiã ex verbis Danielis pro-
phetę dicẽtis, Septuaginta septimanę concisę
sunt sup populũ tuũ,& sup ciuitatẽ sanctã vt
cõsummet peccatũ,& signet peccatũ,& deleã-
tur iniqtates: & vt adducat iustitia ęterna,&
vt signet visio,& prophetia,& vnget sanctus
sanctoꝝ,& cognoscet itelligẽs ab exitu verbi
rñdere & ędificare Hierusalẽ vsq; ad Christũ
ducẽ septẽ septimanę sexagintaduę. Et cõuer-
tet & reędificabit platea & murus,& euacua
bunt tẽpora,& post septimanas sexagĩtaduas
interibit vnctio,& iudiciũ nõ est in ea. Ciuita
tẽ aũt & sanctũ corrũpet cũ duce veniente,&
excidet in diluuio,& vsq; ad finẽ belli concisi
interitus, & cõfirmabit testamẽtũ multis se-
ptimana vna, & in dimidio septimanæ tollet
sacrificiũ,& libatio,& pinnę vsq; ad consum-
mationẽ festinationis. Post hæc sequit sermo
quẽ exposuimus sic habẽs, Et cõfirmabit testa
mentũ multis septimana vna,& cętera. Arbi-
tror aũt septuaginta septimanas concisas sup
populũ & sup ciuitatẽ sanctã, vt consummet
peccatũ, quatuor millia nõgẽtos esse ãnos ab
Adã vsq; ad septuaginta annos q fuerũt post
dispẽsationẽ Christi. Cõsummatũ est eñi pec-
catũ populi, pter qđ & a deo est derelictus.
Et illoꝝ qdẽ peccatũ signatũ est,credẽtiũ aũt
iniustitia est deleta: & post deletionẽ eius,ad-
ducta est ĩ Christo vita ęterna. Sed qñ lex &
pphetę vsq; ad Ioãnẽ,q oñdit Christũ, pter
ea puto dictũ signari visionẽ & pphetiã. Nã
qñ nequaq̃ sunt in pphetis visiones post Ioã
nẽ: ideo signata est visio & pphetia. Signata
aũt visione & pphetia vnctus est vnigenitus
sanctus sanctoꝝ Christ⁹. Quẽ Christũ vnctũ
cognouerũt pphetę,& Daniel: & intellexerũt
aliquo modo ab exitu verbi, qñ verbo dñi cę
li firmati sunt,& ab exitu verbi respõdere in
sanctis q ab initio fuerũt & pphetis dñi, sed
& ędificari Hierusalẽ vsq; ad Christũ ducem
trãsierũt septimanę sexaginta duę,hoc est pri
mũ qdẽ anni quadringẽti nonaginta, q̃ fiũt p
decadas cõputatæ septimanæ septẽ. Post hoc
aũt anni quatuor millia trecẽti quadraginta,
qui fiũt silr̃ p decadas cõputatę septimanæ
sexagĩtaduę. Post quos reuersus est Christus
& ędificauit plateã, in qua sapiẽtia fiducialĩ-
ter agit,& murũ ĩ cuius fastigio pdicat. Eua-
cuata sunt autẽ populi tẽpora, pterea ꝙ sup
additas septẽ septimanas, sexagĩtaduas septi-
manas,sublatũ est a populo Chrisma qđ fuit
in tẽplo, vt iã nõ sit iudiciũ apud eos. Sed &
ciuitas, & sanctũ corruptũ est cũ superuenien-
te postea duce populo illi siue Herode, siue
Agrippa. Hũc eñi dicit esse historia Iudæoꝝ.
Sed vide ne putes qđ ait corrũpi cũ duce ve-
niẽte,referri ad Christũ. Vbi eñi voluit ipm
itelligi Christũ,vtrisq; noib⁹ vsus est Daniel,
dicẽs, Vsq; ad Christũ ducẽ. Quãdo aũt tacet
nomẽ Christi,corrũpẽdũ itroducit ducẽ,qm
defecit dux post Christũ, & dux de femorib⁹
eius,venit eñi cui reposita erãt. Post quẽ exci
sus est ĩ diluuio populus vsq; ad finẽ belli cõ
cisi sup eos: Sed his accidẽtibus illis cõfirma-
uit deus testamẽtũ multis in septimana vna:
in cuius septimanæ dimidio cessare fecit incẽ
sum,& sacrificia,& tẽplũ,qđ arbitror a pinna
nominauit interiturũ vsq; ad cõsummationẽ
in festinatione, quando & derelicta est peccan
tibus eis domus eorũ. Quæ autẽ sequitur in
textu Danielis, sicut potuimus exposuimus. F
Hęc aũt oĩa visa sunt nobis ex Daniele iuxta
interptationẽ Euangelici textus apponere,vt
manifestemus verbum qđ ait, Cum videritis
abominationem desolationis,qđ dictũ est per
Danielem Prophetam stantem in loco san-
cto,qui legit intelligat. Nunc autem ipsum
textum Euangelii declaremus. Diximus stare
quidem in loco sancto abominationem deso-
lationis,principẽ esse qui Hierusalẽ circũde-
dit exercitu. Itaq; qm pessima contigerũt his
qui tunc fuerant in Iudæa, ideo hæc futura
prophetãs populo dñs dicit. TVNC qui in ,,
Iudęa sunt,fugiant in montes. Et talia fuerũt ,,
quę contigerunt in tempore illo, vt ita dica-
mus,vt q esset sup tectũ domus,non haberet
tẽpus descẽdere,& tollere aliqd de domo sua:
& qui in agro erat, nõ posset reuerti in ciui-
tatem, & tollere vestimentũ suũ. Et non erat
tũc tẽpus misericordię, neq; sup prægnantes

neq super lactātes, neq super infantes earum. Ideo dicit(quantū ad verba dico) Veh pgnātibus, & nutrientibus in illis diebus. Et quasi ad Iudęos loquēs, qui arbitrabant in sabbato nō oportere vel agere, vel ambulare viā amplius q̄ est sabbati iter, ideo dicit. Orate autē ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato. Nō solum em̄ in sabbato, sed etiā in hyeme pessimū erat salutē quęrere per fugā. Referē autem ab his q̄ Iudaicā historiā conscripserūt de illis q̄ tūc cōtigerūt, qm̄ tribulatio magna facta est populo, qualis nūq̄ fuit ab initio mundi vsq̄ ad tēpus Christi: sed nec postea fieri potest, vt talia eis cōtingant, propterea q̄ ausi sunt manus inferre in verū Christū dei: cui⁹ mysteriū & nomē venerās Dauid, dicebat de Saule per sequēte, & occidere se volēte: Nō iniiciā manus meas in Christū dn̄i. Pręcisionē aūt dierū illorū futurā propter electos dei qui credūt in Christū, abbreuiationē intelligim⁹ dierū illorum. Tunc autē in magna calamitate populo cōstituto, & electis qui sunt in Iudæa periculo patientibus, multi seductores dicebāt, ecce hic Christ⁹, ecce illic. Quos obseruare docēs discipulos suos, dicebat tūc. Si qs vobis dixerit ecce hic Christus, ecce illic, nolite credere. Surgent em̄ pseudochristi, & pseudoprophetę, & dabūt signa magna, & prodigia. Dicere autē quis potest, aut Simonem Magū qui dicebat se esse virtutē dei magnā: aut si qs ei similis fuit, seducere volens si possibile esset & electos. Hęc puenientes diximus nō adiiciētes in hoc loco aliam expositionē, nisi eā quæ secundū textū est, propter eos qui traditione simplici delectanē, vt quæ videnē eis vtilia diceremus, qm̄ hæc dn̄s futura prophetās pręscius veritatis exposuit. Si aūt oportet pter eos qui volūt & possunt ascendere verbo ad altiora, replicemus ab initio proposita euangelii verba: & secundum q̄ possumus exponamus eadem iterum spiritaliter. Et primū quidem suscipiamus verbū de abominatione desolationis stante in loco sancto. Debet em̄ qui legit diligēs esse, & intelligere, vt nō seducaē a desolationis abominatione. Locus igiē sctūs intelligibilis est omnis dictio scripturę diuinę quā locuti sunt sancti prophetæ qui fuerunt a seculo, Moyses, & post eū cęteri. Nō solū autem, sed etiā dictio euangelistarū, vel apostolorum Iesu Christi. In hoc ergo loco sancto oīm scripturarū tā veteris testamenti q̄ noui Antichrist⁹, qd est falsum verbū, stetit frequēter: per hoc ipsum q̄ stare videtur in scripturis diuinis, ostendens se quasi sit deus, & quasi ipse sit Christus dei verbum: & ipe est abominatio desolationis. Est em̄ frequēter videre in argumētationib⁹ impiis dogmatū apud hęreticos hāc abominationem desolatiōis, id est Antichristū verbū falsum abominationū desolantē a deo oēm hominē qui receperit eā in se abominationē aduersantē veritati, extollētem se super omne verbū qd est extra eū, qd annunciaē esse verbū dei: extollētē se & super omne quod vnusquisq̄ hominū colere vult, siue vere siue mēdaciter. Nam vnumquodq̄ hęresum dogma nō solum veritati aduersaē, sed etiā cęteris dogmatibus similiter falsis. Et qm̄ sic extollitur, vt etiā in templo scripturarum sedeat, per ipsum templū, id est per ipsas scripturas volens se ostendere q̄ ipse vere est deus verbum. Semper ergo qui diuinas legit scripturas intelligat eas, maxime quando viderit abominationem desolationis, secūdum ea quę diximus, stātem in eo quē exposuimus loco sancto sanctarū scripturarū. Qui autem intellexerit eū, destruet vera traditione, id est illuminatione aduentus Christi qui est veritas, eum verbū qui in alieno loco sancto stare videtur: & intelligens talem abominationem desolationis, irritam faciet eā, & eiiciet a loco sancto in quo stare videtur. Maxime autē destruet eū Christus qui loquitur in eo verū lumen. Iste autē Christus si in aliquo loquatur volenti audire & prodificari, nō infirmatur, sed omne falsum verbū qd est abominatio desolationis stans in loco sancto, & sedens in tēplo dei qd est Antichristus, interficiet spiritu oris sui p eos qui se pbuerint capaces ipsius. Quod verbum falsum frequenter nō stat, sed etiā sedet in tēplo, qn̄ quasi rationabiliter & bene constructū videē. Qui autē vident hanc abominationē desolationis, ita vt possint de ea dicere, Nō em̄ versutias eius ignoram⁹, in eo dū legūt intelligētes quę vera sunt, fugiāt falsum, & recedāt vbi eos mendaciū cōprehēdere nō valebit. Non aūt potest cōprehēdere mēdaciū eos q ex Iudęa litera fugiūt ad spiritalia & intelligibilia, & sublimes veritatis mōtes. Vt aūt intelligam⁹, Fugiāt in mōtes, accipe exemplū qd dicit manifeste de fuga laudabili, quale est qd ait Apostol⁹, Fugite fornicationē: & qd ait sapiētia, Quasi a facie serpētis fuge peccatū: vel quale est qd in mysterio dicit Rebecca Iacob. Ecce Esau frater tuus minatur occidere te: Nūc ergo fili audi vocē meā, & surgēs fuge ad Laban fratrē meū in Carrā, & habita cū illo aliquot dies donec auertatur ira fratris tui. Et oīs arbitror q fili⁹ est Iacob, opera cōsummans Iacob, intelligens omnem motē odibilem deo, qui est Esau, fugit quasi

intelligens. Si autē nō fugiat eū qui fornicarius est, & pollutus sicut Esau, & quasi nō fugiēs Esau, sed cohabitās ei: nō fit filius Iacob qui fugerat eū. Ipse aūt Iacob habitās cū Laban vtiliter sibi & dispensationi q̄ erat secūdū deū, abscōdit cor suū, vt nō annunciaret ei q̄ fugiebat, & fugiebat ipse & oīa eius. Bonū est ergo fugere etiā a Laban, a cōciliatore carnaliū qualitatū, in qb⁹ habitātē nō oportet pmanere in eis, sed fugere cū omni domo sua. Nā & si voluerit persequi post eū, deus illū auertet a fugientibus eū, vt etsi cōprehēderit eum postmodū aliquādo, nihil mali facere ei possit fiduialiter pronūciāti. Apud quē inueneris deos tuos, nō viuat in cōspectu fratrū nostrorū: cognosce qd tuorū est apud me, & accipe. Nec em̄ cognosci poterit aliqd apd Iacob de

E reb⁹ Laban. In his ergo Euāgelicis dictis, q̄ in presenti tractamus, imperat vt q cognoscunt abominationē desolationis stantē in loco sancto, intelligāt ī eo dū legūt, vt fugiāt ī mōtes. Qui ergo in tali Iudæa quā diximus, id est in vetustate literę cōstiturus habetur, fugiat in montes spiritaliū nouitatū. Et si quis inuētus fuerit ascendisse super tectū verbi, & stare in fastigio ædificationis eius: nō descendat inde occasione vt auferat aliquid de domo sua & vadat. Nihil enim opus habebit manēs in tecto, & abstinens se nequando inde descendat. Et si fuerit qs in agro, siue in eo in quo abscōditus est thesaurus, sicut dn̄s ait in Parabola quadā, aut qualis fuit ager ille Iacob plenus, cui assimilauerat eū benedicens pater ipsius, & dicens, Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus. In quo agro secundum spiritales benedictiones legis, bene dicitur omnis qui secūdū legē vixerit, dicēte scriptura: Benedict⁹ tu in ciuitate, benedict⁹ tu in agro. Qui ergo est in tali agro toti⁹ plātationis quā plantauit pater cælestis: non teuertatur retro. Nō em̄ tātūmodo ille q mittit manū in aratrum, & reuersus fuerit retro non est aptus regno dei: sed etiā q in agro est quē tradidimus, & reuersus fuerit retro, causa eorū quæ oportuerat obliuisci, sine dubio incurret in abominationē desolationis, id est in seductionē verbi mēdacis: & maxime si spoliauerit se vestimentū suū vetus, id est veterē hominē cū actibus eius, & iterū cōuersus fuerit retro, tollere vestimētū suū. Diligēter ergo debemus attēdere, ne forte aliqd eoꝝ quæ sunt deorsum, & sunt in domo, velim⁹ descēdētes tollere, aut relictū vestimētū retro repetere relinquētes agrū, & cōuersi retro, cū debueramus aut petere ea q̄ sunt priora, & obliuisci posteriora, & neq̄ stare in aliqua regione illa, sed in mōte saluari, vt nō cōprehendamur cū his q sunt cōbusti, ꝓpter qd in Sodomis sunt cōprehēsi. VAEH aūt pgnātib⁹ & nutrientibus in illis diebus. Q̄ sunt & aliquę aīę cōcipiētes generationes, manifestauit Propheta dicēs: A timore tuo dn̄e in vtero cōcepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritū salutis quē fecisti sup terrā. Sicut em̄ in pgnātibus formatur & figuratur semē: sic & in aīa quę suscipit verbū, paulatim formatur & figuratur cōceptio verbi in ea. Et hoc puto dicere Paulū ad Galatas, Filii mei quos iterū parturio donec formetur Christus in vobis. In Ep̄la ad Timotheū dicit idē, saluādā mulierē p filioꝝ generationē, si pmāserit in fide, & dilectiōe, & sanctitate cū castitate. Quę ē aūt hęc mulier, nisi aīa q̄ verbū cōcipit dei & veritatis, & parit opa bona similia Christo? Irrationabile autē est existimare de sensibili generatiōe dictū qd ait: Mulier seducta in p̄uaricationē facta est: salua aūt erit p filioꝝ generationē si pmāserit in fide, & dilectione, & sanctitate cū castitate. Animę ergo quę nouiter susceperūt verbū, & adhuc pgnātes cōstitutę, necdū fructificauerūt in eo in vtero intelligibiliter habētes: nō possunt sustinere stantē in loco sancto aduersantē veritati sermonem, neq̄ stare quo minus seducantur psuasionibus eius. Propterea si aliquādo abominationē desolationis secundū q̄ tradidimus stātē in loco sancto viderit anima in vtero habēs, quę necdū fructificauit ex verbo: incurrit in vęh qd dn̄s dicit, Væh pregnātibus. Proiiciet em̄ cōceptionē, & euacuabitur a spe quę est in actibus veritatis. Sed

G & si videatur formatū & fructificatū verbū, nō autē fuerit enutritū sufficiēter augētibus & magnū faciētibus eū nutrimētis, sed māserit immaturū, secūdū similitudinē sugentis factū est, super huiusmodi generationes veniet qd sup sugentes. Si autē sicut in multis exemplariis scriptū est, Vęh sugentibus, dicēdū est q̄ aīę quę lactātur adhuc, ad quas dicit Ap̄lus, Lac vobis potū dedi nō escā, nōdū em̄ poteratis, sed nec vsq̄ adhuc potestis, adhuc em̄ estis carnales. Dicit autem & alibi, Facti estis opus hn̄tes lacte, & nō solida esca. Oīs em̄ q lacte alitur, impitus est verbo iustitię: paruulus em̄ est. Istę sunt ergo aīę q̄ ꝓpter īfirmitatē, & qa facile seducuntur, nō possunt ī se docibiliter pmanere a cōspectu abominationis desolationis stātis in loco sancto. Seductę em̄ cōsentiūt ei, vtpote deo. Et est videre hereticoꝝ ecclesias plenas de lamētādis pgnātib⁹, vel nutriētibus, vel sugētib⁹. Plerūq̄ em̄ animę quę

in ecclesia prægnātes fuerunt, aut nutriētes, aut sugētes, fuerūt seductæ a desolationis abominatione: & seductæ ab eo verbo falso q̄ stat in loco sancto per falsam traditionē dogmatū peruersorum: abominationis illius susceperūt vęh, qd a domino factū est. Vęh in vtero habētibus & nutrientibus. Nō autē quādocūq̄ sed in dieb⁹ illis abominationis desolationū. Omnis em̄ q audit verba iniquitatē in excelsum loquētiū, & suscipit ea: in diebus eius ille abominationi desolatiōis subdit⁹ fit. ORA te autē vt ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Est em̄ sicut dixim⁹ quędā fuga hoīm secundū pręceptū verbi, vt qui fugit quæ fugere oportet, melior sit eo q nō fugit, sed semetipsum subditū facit perdētibus animā malis. Q₂ est autem cōstituta fuga atq̄ laudabilis, manifeste docet Apl'us dicens, Fugite fornicationē. Fugit aūt fornicationē qui omnem occasionem irritātem & prouocantem ad fornicandum euitat, & neq̄ iuuenibus in fabulis iuuenilibus cōmiscetur inquātum potest, ne forte consumaẗ per eas, neq̄ descendit ad consuetudines eorū taliū, sed auertit se omnino ab huiusmodi hoīm cōcitationib⁹. Qui vult fugere fornicationē, audiat & illud qd̄ dicit. Cum saltatrice noli assiduus esse, ne forte cōsumaris in desideriis eius. Fugit autē fornicationē abundātius, qui accēdentes & excitatrices feminis escas inquantū valet euitat, & vino si potest fieri, nō vtiẗ, donec trāseat feruētior ętas. Si autē vtitur, modico vtaẗ, secūdū apostolicū pręceptum dicens Timotheo. Iam noli aquā bibere, sed vino modico vtere propter stomachū tuum, & frequētes tuas infirmitates. Et qd plura? Ille est q fornicationē fugit, & semper fugam istam laudabilē operatur quę a deo fugere nō permittit. Operatur autē hāc fugā q promptus est ad fugiendū fornicationē. Et nō solum fornicatio nobis est fugiēda, sed & omne peccatū. Ideo bn̄ dixit scriptura. Quasi a facie serpētis, fuge peccatū. Frequēter autem cōuenit fugere ab Antichristo verbo, & falsi nominis sciētia, maxime quādo nec dū sic idoneus est homo, vt habeat ī se dominū operantē, q interficit spiritu oris sui suasiones mēdaciorū: nec ascēdit ad tantum altitudinis, vt habeat in se eum qui destruit illuminatione aduentus sui oēm suasionē verisimilitudinē veritatis habentē, & assimilantem se veritati. Qui autē fugit, debet cognoscere etiam locū ad quē fugere debet, & orare etiā propter tēpus, vt nō in eo tempore fugiat, qd est aduersariū fugę. Loca ergo fugiētib⁹ erūt montes, quos Christus ostēdit dicēs. Tūc qui in Iudęa sunt fugiant in mōtes. Et qui fugiūt in istos mōtes dicāt psalmū graduū sic habētē. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxilium mihi. Ideo aūt tollit oculos suos in mōtes, quia scit abundantiā q̄ est in montib⁹ illis. Propterea dicit. Fundamēta eius in mōtibus sanctis. Et si fugerit in mōtes quos p̄cepit dn̄s: veniet ad locū sanctū, in quo factus & videns visum illum magnū, dicet qd dictum est, Transiens videbo visum hunc magnū. Et qui huiusmodi est, audiet: Solue calceamentū pedū tuorū, loc⁹ em̄ in quo tu stas, terra sancta est. Fugiāt ergo in mōtes qui fugiūt secundū dei mādatum. Quoniā ergo in tranquillitate animę constitutę possunt impetrare fugā salutis, hyeme autē cōprehēdēte incurrūt in eos quos fugiunt: ideo orent vt ne fiat fuga eorū hyeme vel sabbato, si quidē vigilauerit Christus in eis. Si autē obdormierit, tūc descēdens procella vēti in stagnū, descendet etiam super eū qui fugit, quia nō Iesus fugit cū ipso, ostēdēs ei fugam optimę vię. Tamen si descēderit aliquādo procella, & hyemem fuerit operata, oret quis & suscitet orationibus suis Christū vt imperet vento & mari, vt tranquillitate facta iterū fugiat, vt nō cōprehendaẗ a fornicatione, aut auaritia, aut a gloria vana, aut ab aliquo malo persequente se, vel ab ipsa abominatiōe desolationis, id est dogmate falso. Orate vt ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Deus in sex diebus fecit opera mundi, & requieuit in sabbato. Requieuit aūt ab operib⁹ mūdi, q̄ facere cœpit. Opa aūt iustitiæ semp sine initio operaẗ, & operabitur fine sine. Sic & hominū genus ante Christi aduētū operati sunt oēs opera mūdi: & nemo requeuit ab eis, sabbatizans iugiter ab operibus bonis. Veniēs aūt dn̄s noster sabbatū nostrū, & requies nostra, attulit nobis requiem sabbati sui, vt sicut ille requieuit in sabbato ab opibus mūdi, nō aūt requieuit ab operib⁹ iustitiæ: sic & nos p ipsum sabbatizemus ab operibus mūdialibus, & carnalib⁹, & nociuis, opera aūt iustitię semp exerceamus. Q₂ autē ipse nobis allaturus fuerat huiusmodi sabbatū, in quo nullū opus faciamus seruile: testaẗ & ipse p prophetā dicēs de indignis Iudęis ita: Donec iuraui in ira mea, si intrabūt ī requiē meā. Et iterū. Lamech nomen imponēs filio suo Noe in mysterio Christi, ita dixit de eo, & vocauit nomē eius dicēs Noe, q̄m hic dabit nobis requiē a mœrorib⁹ nostris, & ab operibus manuū nostrarum, & a terra quā maledixit dn̄s. Omnis ergo qui viuit in Christo, semp in sabbato viuit & in requie requiescēs ab operibus malis: operaẗ aūt

D opera iustitiæ incessanter. Multi autē nomen
Christi habētes nō gratiā,ecōtrario sabbati-
zāt ab opib9 bonis,operanť aūt opa mala.Me
diocres aūt interdū dimittūt sabbatismū ope-
rū maloꝝ,& sabbatizāt ab opib9 bonis,nō bo
na operātes,sed mala.Quidā aūt & ab opibus
malis sabbatizant, nō autē exercēt opa bona,
cū oporteat non solū mala fugere,sed etiā bo
na exercere.In tali ergo sabbato operū bonoꝝ
quādo bona opa nō facit homo Christianus,
iubet nos Christus orare, ne fuga nostra fiat
in illo.Cessante eñ te ab operib9 bonis,si qui-
dē steteris ante faciē abominationis, & vltro
te subdideris ei volūtarię,mortuus es gladio
verbi mēdacis.Si aūt volueris fugere,& abo-
minatio desolationis secuta fuerit te:sine per
secutionibus suis franget te,quia nō operanť
in te virtutē patiētiæ opera tua bona:sine se-
ductionib9 suis capiet te,quoniā intelligētiæ
lumen nō operātur in te opera tua bona.Ne-
mo eñ ī tali periculo falsi dogmatis facile su-
perať & fallitur, nisi q nudus est ab operibus
bonis. Propterea & Apostolus dicit de ipso
periculo.Pro eo ꝙ charitatē veritatis nō acce
perūt,dabit illis operationē erroris,vt credāt
mendacio,vt iudicētur homines qui nō cre-
diderūt veritati,sed consenserunt iniquitati.
E Cū aūt viderimus abominationē desolatiōis
quæ dicta est per Danielem prophetā stātem
in loco sancto:videbimus & magnam tribula
tionem instantē,qualis facta non est ab initio
mūdi vsq ad illā ipsam,neq fiet postea.Quæ
eñ maior tribulatio q̄ videre fratres nostros
seduci propter sanctum locum a desolationis
abominatione stante in eo! Et si qdē amici ali
cuius aut proximi mors corporalis magnam
operatur tribulationē ei qui nō fuerit medi-
tatus vt sufferat eā:qualē putas tribulationē
ei qui nō compatitur quādo vnū passum fue
rit membrū:& ei qui viderit quādo scandali-
zatus fuerit aliquis frater!Si autē & quis vi-
derit seipsum moueri & conturbari a desola-
tionis abominatione, quasi non sit abomina-
tio desolationis,& viderit se periclitari ppter
dilectionem quā habet in sanctū locum,ita vt
pœne cōsentiat ei abominationi tāq̄ sit deus,
& tradat semetipm abominationi quasi deo:
quomodo putas eū tribulari magna tribula-
tione, qualis nō fuit ei ab initio ex quo venit
in mūdū,vsq ad illud tēpus!Sed nec alia tri-
bulatio talis eum poterit comprehendere ali
quando:& maxime si quis trahitur vt existi-
met abominationē stantem in loco sancto,nō
esse abominationem desolationis,sed deū ver
F bū. Adhuc autē & si quis manifeste quidē vi-
dear abominationem desolationis stantem in
loco sancto, & si sequatur eā accipiens sibi ex
cusationē de diuinis scripturis,quasi indiffe-
rēter liceat Christianitatē negare: dicēs dene
gationē nō esse denegationē,& escas immola
torū quasi nihil nocētes manducāri fuerit ar
bitratus,proferens de scripturis exēpla: & ꝙ
indifferēter licet in vno eodēq tēpore mulie-
ribus cōmisceri diuersis,quasi & patribus ista
faciētibus olim:oībus istis peccatis maius est
abominatio desolationis,id est verbum qđ in
loco scripturarū sanctarū consistit iniquitatē
in excelsum loquēs, & persuadens a creatore
discedere,q solus & ver9 est deus : & credere
alteri nescio cui deo sup istū,cui nullus simi-
lis est : cū talis noster Saluator dicat,Pater q
misit me maior me est. Magna ergo tribula-
tio generať a desolationis abominatiōe stāte
in loco sctō,ita vt talia dicanť de ea. ET nisi
abbreuiati essent dies illi,non esset salua facta
omnis caro. Propter electos aūt abbreuiabū-
tur dies illi. Tanta autē,& sic magna in illa
abominatione desolationis fit tribulatio, vt
deus opereť abbreuiationē dierū tribulatiōis
illius:supfluū eoꝝ pcidens, qđ addiť a desola
tionis tribulatione & abominatione. Aliter
eñ nō est possibile vt saneť oīs quę saluanda
est caro, nisi acceperit abbreuiationem a deo.
Dies eñ intelligūtur pcepta & dogmata veri
tatis, posita in scripturis ad illuminationem
intelligētium animarū.Oēs autē intellectus a G
sciētia falsi nominis veniētes,qui addūtur ser
monibus scripturarū, & cōiūgūtur,intellige
mihi additamēta esse supra magnitudinē na
turalē dierū scripturę: qđ additamētū bonus
deus abbreuiat per quos vult.Et quotiescūq
videris aduentu verbi veritatis in sensu tuo
pręcidi altitudines extollētes se aduersus sciē
tiam dei: toties intellige abbreuiatos dies tri
bulationis:& circūcisam superfluā magnitu-
dinē, quā contra naturā abominatio desola-
tionis semper supaddit diebus domini q sunt
in scripturis. Et propter electos abbreuiātur
dies illi,vt videntes in sensu suo pręcisionem
supfluitatis dierū,& remanētē illā solūmodo
lucem,quę secūdū verbum est veritatis,nihil
patiātur a desolationis abominatione, vel ab
eo qđ additū fuerat super veros & naturales
dies scripturarū. TVNC si quis vobis dixe H
rit,ecce hic Christ9, ecce illic:nolite credere. ,,
Exurgēt eñ pseudochristi, & pseudoprophe ,,
tæ,& dabūt signa magna, & pdigia:ita vt in ,,
errorē īducanť,si fieri pōt,etiā electi.Ecce p- ,,
dixi vobis.Si ergo dixerit vobis,ecce i solitu ,,
die ē,nolite exire:ecce ī domib9, nolite crede ,,

» re. Sicut enĩ fulgur exit ab Oriẽte,& apparet
» vsq; ad Occidentem:ita erit aduẽtus filii ho-
» minis. Vbicunq; enim fuerit cadauer, illic con-
» gregabuntur aquilæ. Q̃m diximus abomi-
nationem desolationis stãtem in loco esse mẽ
dacii verbum, quod in loco scripturarum san
cto stare videtur, dicet aliquis: & quomodo
quasi non stante ea illic ita dicet aliquis disci
pulus Christi: Ecce hic Christus, ecce illic:
alius autem dicet: Ecce in solitudine est, alius
autem ecce in domibus! Vide ergo si ad hæc
dicere possumus quod ait: Ecce hic, ecce illic:
q̃m ecce hic, ecce illic, non extra scripturam
foras aspiciendum est. Dicet enim qui seduce
re voluerit nos, & defendere contraria verita
ti: Ecce hic Christus, demonstrans (verbi gra
tia) hunc euangelii locum. Alterius autem er
roris auctor dicet: Ecce hic Christus, offerẽs
ad exemplum alterum textũ, qui videtur de-
fendere mendacii illius verbum q̃d proposu-
it vindicare: & sic ex lege, & prophetis, & ex
apostolis profert vnusquisq; quę videntur de
fendere mendacium illud, vtpote veritatem.
Vel sic impletur quod ait, Ecce hic Christ⁹,
ecce illic, ostendens non Christum, sed aliquẽ
fictum eiusdem nominis: vtputa, secundum
Marcionis doctrinam, & secundum traditio-
nes Valentini, aut Basilidis longam fabulosi-
tatem, aut secundum Apellis aduersus Pau-
lum testimonium falsum. Erunt autem & alii
plures qui dicturi sunt discipulis ex diuinis
scripturis, coniungentes eis suum proprium
sensum: Ecce hic Christus, ecce illic. Si autem
dixerint vobis: Ecce in solitudine, nolite exi-
A re: ecce in domibus, nolite credere. Quidam
enim secreta proferentes dicunt, ecce in soli-
tudine. Quando enim secretas & non vulga-
tas scripturas proferunt ad confirmationem
mendacii sui, videntur dicere: Ecce in solitu-
dine verbum est veritatis. Secretæ enim scri-
pturæ, recte solitudines appellantur, in quib⁹
aut pauci sunt credentes, aut nullus. Quoties
autem canonicas proferunt scripturas, in qui
bus omnis christianus consentit, & credit, vi
dentur dicere: Ecce in domib⁹ verbum est ve
ritatis. Sed nos illis credere nõ debemus, nec
exire a prima & ecclesiastica traditione: nec
aliter credere, nisi quemadmodum per succes
sionem ecclesiæ dei tradiderũt nobis. Vel sic.
Eorum verborum falsorum professores qui-
dam quidem nec ab initio simulant scriptu-
ras, & sic fallere tentant. Ideo (existimo) q̃
eos sermones qui sunt omnino extra scriptu
ram ostendere volens dixit: Si dixerint vobis
ecce in solitudine est, nolite exirę de regula si
dei. Eos autem qui ad schisma simulant diui-
nas scripturas, ostendere volens dixit. Si dixe
rint vobis, ecce in domib⁹, nolite credere. Q̃d
cũq; professi fuerint de scripturis, & de my-
sterüs quæ sunt in eis ad demonstrationẽ, no
lite credere quę dicuntur. Veritas enim simi
lis est fulguri egredienti ab oriẽte, & apparẽ
ti vsq; ad occidentem. Qualis est veritas eccle
sie dei: ab ea enim sola sonus in omnem terrã
exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum, &
velociter currit sola vere veritas dei.

Secundum Matthęum. Cap. XXIIII.

N ILLO tempore, dixit Iesus »
discipulis suis. Sicut fulgur »
enim exit ab Oriente, & ap- »
paret vsq; ad Occidẽtem, ita »
erit & aduẽtus filii hominis. »
Et reliqua. »

Homilia Origenis Presbyteri de eadem
lectione. Quæ est. XXX.

Cire debemus & illud, q̃ ve-
ritatis fulgor non aliquo q̃-
dem scripturarum loco ap- B
paret, ex alio autem scriptu-
rarum loco non defenditur,
sed ex omni loco scriptura-
rum, id est siue ex legis, siue prophetarum, si
ue ex euangeliorum, siue ex apostolorum scri
ptura defenditur. Et exiens hic fulgor verita
tis ab Oriente (id est ab initiis Christi) appa-
ret vsq; ad dispensationem passionis ipsius, in
qua est occasus ipsius. Et huic tali fulgori si-
milis est filii hominis aduentus, id est verbũ
veritatis. Et sic autem intelligere possumus
quod ait: Exit ab Oriente, & apparet vsq; ad
Occidentem. Christus verbum esse & veritas
& sapientia ostenditur a primo initio creatu
ræ mundi vsq; ad nouissimam apostolorum
scripturam: id est a Genesi vsq; ad apostoli-
cos libros: post quos nullis scripturis ita cre-
dendum est sicut illis. Aut ita, q̃m lex & pro-
phetæ vsq; ad Ioannem, in quibus est fulgor
veritatis. Et oriens quidem est lex, occidens
autem finis legis, Ioãnes. Sola autem ecclesia
neq; subtrahit huius fulgoris verbum & sen
sum, neq; addit quasi prophetiam aliud ali-
quid. Sed si oportet subtiliter quęrere q̃ non
singulariter dicta est Oriens, neq; singulari-
ter Occidens, sed ita, ab orientibus vsq; ad oc
cidentes: dicemus q̃ vna oriens, & vna occi-
dens, lex & prophetæ vsq; ad Ioannem: alia o
riens vsq; ad occidentem, Christus Iesus vs-
q; ad Paulum, cui nouissimo apostolorũ qua
si abortiuo apparuit Christus. Considera au
tem & hoc, q̃ vnam superius diximus abomi

nationem desolationis quæ dicta est per Da-
nielem propheram stantem in loco sancto: su
peraddit autem quasi de multis: Exurgēt enī
pseudochristi. Generaliter enim vnus est An
tichristus, species autem illius multę: tanq̄ si
dicamus, mendacium generaliter vnum est, se
cundum differentias autem falsorum dogma
tum inueniuntur multa esse mendacia. Si enī
mendacium nihil differt a mēdacio, puta Ba
silidis, aut Marcionis, aut Valētini, aut Apel
lis, aut aliquorum similium: vnum videtur es
se mendacium. Si autem secūdum diuersa do
gmata mentiuntur: multi sunt qui exurgūt.
Hi enim sunt Antichristi: & quicūq; post eos
surrexerint. Sicut autē veri Christi, vt vnus
facti sunt qui a seculo fuerūt sancti prophetæ
pronūciantes Christi passiones, & postmodū
glorias eius futuras: sic mihi intellige secūdū
vnūquēq; pseudochristum multos eius falsos
prophetas. Non ergo alicuius vnius mēdacii
doctores, sed omniū pseudoprophetę sunt il-
lius Antichristi, cuius falsos sermones ꝑdicāt
D quasi veros, & docēt. Secūdū hęc ergo quę di
ximus, q ecclesiastice docent verbū: prophetæ
sunt Christi: qui autē Marcionis, vel alicuius
eorū ꝑdicāt verbū falsum: ꝓphetę sunt Anti
christi eius q est secūdū Marcionē, id est illi9
mendacii qđ introduxit Marcion: & alii falsi
prophetæ sunt mēdacii illius qđ est secūdum
Basilidē, alii vero illius qđ est secūdū Apellē.
Similiter dices & de prędicatorib9 singularū
hęresum. Omnia enī ꝑsuasoria quæ ꝓferūtur
ad defensionē Antichristi verbi, signa sunt il
lius Antichristi & ꝓdigia, quęcūq; suggerun
tur a sapiētissimo omniū bestiarū terrę serpē
te: & a magno sensu principe Assyriorū signa
sunt magna & ꝓdigia, vt in errorē inducant
si, possibile eēt etiā electi. Exaggerationis autē
sermo est dicēs: Si possibile eēt. Nō enim pro-
nūciauit, neq; dixit, vt in errorem mittantur
etiam electi: sed ostendere vult ꝙ frequenter
valde persuasorii sunt sermones hæreticorū,
& commouere potentes etiā eos qui sapiēter
audiūt. Sed prędicēte nobis omnia Saluatore
neq; in solitudinem exeamus, neq; qui profi-
tentur Christum in domibus esse credamus.
E His autem quę diximus, adiiciamus adhuc, ꝙ
omnis sermo ꝓfitens se esse veritatē cū non
sit veritas, siue apud gētiles, siue apud barba
ros, aliquo modo Antichristus est, volēs sedu
cere quasi veritas, & separare ab eo qui dixit:
Ego sum veritas. Propterea nō debemus attē
dere eis qui dicūt: Ecce hic Christus, nō autē
ostendunt eū in ecclesia quę plena est fulgore
ab oriente vsq; ad occidentem: quæ plena est
lumine vero, quę est columna, & firmamentū
veritatis: in qua tota totus est aduentus filii
hominis, dicentis omnibus q vbiq; sunt: Ecce
ego vobiscū sum omnibus diebus vitæ vsq; ad
cōsummationem seculi. Et vbicūq; fuerit, qđ F
est secundū dispensationē passionis eius, cada
uer eius, qui ideo cecidit vt erigat eos qui ce
ciderūt, illuc congregabūtur non qualescūq;,
sed aquilæ discipuli. De quibus etiā prophe-
ta dicebat. Pennigerabūt sicut aquilæ, & cur-
rent, & nō laborabūt, & ibunt, & non esuriēt.
Et Salomon in Prouerbiis assimilat eū qui in
deo est diues, dicēs. Paratę sunt ei pennæ sicut
aquilę, & conuertetur in domū prępositi sui.
Et vide ꝙ non dixit: Vbicunq; fuerit cada-
uer, ibi congregabuntur vultures, aut corui:
sed volens ostēdere magnificos & regales esse
omnes qui in passionem domini crediderint,
proprie dixit. Vbi fuerit cadauer, illic cōgre-
gabuntur & aquilæ. STAtim post tribula- G
tionem dierum illorum sol obscurabitur, &
luna non dabit lumen suū, & stellæ cadent de
cęlo, & virtutes cęlorum mouebunt. Et tunc
parebit signū filii hominis in cęlo, & tūc plā-
gent se omnes tribus terræ. Considerantes
maiores propositiones incurrere q̄ est sensus
hominū, etiam eorū qui plurimū in sapientia
profecerūt præ aliis, age discuriamus sermo-
nem: primū quidē quęrentes quæ facile recipi
possunt ad expositionē Euāgelici textus qua
si domino in ipso prophetante: deinde requi
ramus quę sit veritas horum verboꝝ secūdū
eos qui altius & subtilius esse aliquid arbitrā
tur in verbis, seruātes consequētiā moralium
traditionū etiam in his quemadmodū supra.
H Dicet ergo aliquis. Quemadmodū in magnis
ignibus succendi incipientibus, tenebræ ex fu
mo plurimo videntur extolli: sic in cōsumma
tione mūdi ab igne qui accēdēdus est obscu-
rabunt etiā luminaria magna, vt sole obscu-
rato cōsequēter obscuratione solis etiā luna ī
pedita nec a sole percipere lumen, nec propriū
lumen dare sinatur. Et sic necesse est cōprehē
dant mūdi naturā primū tenebræ magnæ: sic
aūt permarcescēte stellarū lumine, reliquū ea
rū corpus crassius factū vt nō valeat exaltari
sicut prius cū a lumine ipso portatū extolle-
batur: cadet de cælo. His accidentibus conse-
quēs est cęlorū rationabiles virtutes patiētes
stuporē, cōmotionē aliquā pati, & cōturbari:
remotas videlicet a primis functionibus suis.
Ita qui hęc sic intelligit esse, adiiciet ꝙ signū
filii hominis in quo cælestia facta sunt quę in
cęlis erant, & quę in terris, tunc apparebit: vt
puta virtus quā operatus est filius suspensus

in ligno, & in cælo maxime fulgebit signum
ipsius, vt homines ex oibus tribubus q prius
nõ crediderunt christianitati annũciarẽ, ad-
huc autẽ male de ea dixerunt: tunc recogno-
scẽtes per signum illud manifestarũ, plangent
se, & lamentabunt propter ignorãtiam suam
atq; peccata, quia verbum domini nõ recepe-
A rũt. Alius vero aliter arbitrabitur de his ver
bis: qm̃ sicut hęc verba demõstrãt, nec p ignẽ
fiet mũdi corruptio, sed per defectionẽ ipsius.
Et alius vtitur exemplo: qm̃ sicut deficiẽte lu
mine lucernæ paulatim minuitur lumen: sic
cælestium luminum deficiẽte nutrimine, Sol
obscurabitur, iam non habens super se veniẽ-
tia spiramenta ab eis. Maiore autem luminari
hæc patiente, multo magis & luna nec ipsum
poterit exhibere splẽdorem igneum illum, &
secundũ defectiones suas apparentẽ. His ergo
cõtingẽtibus super Solẽ, lumen etiã stellarum
deficiet, vt qđ remanserit in eis quasi terrenũ
cadat de cælo: & oẽs cælorũ virtutes his acci
dentibus mouebũtur. Sicut enim in dispensa
tione crucis, sole deficiẽte tenebræ factæ sunt
super omnẽ terrã: sic & signo filii hominis ap
parẽte in cælo deficiet Solis lumẽ, & Lunę, ad
huc & stellarũ, quasi consumptũ a multa vir
tute signi illius. Quo apparẽte, quę tũc in ter
B ris remãserint trib⁹ plãgẽt se. Vtetur ad hæc
exẽplo Esaię ꝓphetę dicentis hoc modo. Ecce
dies dñi insanabilis venit, irę & furoris, pone
re orbẽ terrę desertũ, & peccatores perdere ex
ea. Stellę enim cæli, & Orion, & oia ornamẽta
cęli nõ dabunt lumen suũ, & obscurabitur in
oriẽte Sol, & Luna non dabit claritatẽ suã. Et
pręcipiã orbi terrę mala, & impiis peccata eo
rũ. Itẽ & de Ioel talia. Ante faciẽ eius cõfunde
tur terra, & mouebit cælũ. Sol & luna cõtene
bricati, stellę nõ dabũt lumen, & dñs dabit vo
cem suam ante faciẽ virtutis suæ, quia valida
sunt castra eius nimis, qm̃ fortia sunt opa ver
borum eius. Item: Et dabo prodigia in cælo
sursum, & in terra sanguinis, & ignis, & vapo
rum. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in
sanguinẽ, priusq̃ veniat dies dñi magnus, &
pręclarus. Et his similia multa inuenies in scri
pturis, si nihil aliud in locis euangelicis aspi-
cere volueris pter simplicia verba. Nã & secũ
dũ hoc qđ dicit: Tũc plangẽt se oẽs trib⁹ ter
ræ, quasi nulla habẽs opus interptatione, acci
C pies de ꝓpheta Zacharia talia verba. Et erit
in illa die, quærã auferre omnes gẽtes quę ve-
niunt super Hierusalem, & effundam sup do-
mũ Dauid, & super oẽs habitãtes in Hierusa
lem spiritũ gratię & miserationis, & respiciẽt
ad me propter qđ saltauerunt, & plangẽt sup
se planctũ sicut super dilectũ, & dolebũt dolo
re, sicut super primogenitũ. In illo die magni
ficabitur planctus super Hierusalẽ, sicut plan
ctus mali granati in campo excisi, & plãget se
terra per tribus: trib⁹ domus Dauid seorsum
& mulieres eorũ seorsum: Tribus domus Na
than seorsum, & mulieres eorũ seorsum: Tri-
bus domus Leui seorsum: & mulieres eorum
seorsum: Tribus domus Simeon seorsum, &
mulieres eorum seorsum: Omnes tribus quæ
subrelictę sunt, seorsum, & mulieres eoꝝ seor
sum. Videbit ergo quibusdã vsq; hoc interp
rationẽ debere ꝑducere, & nihil discutere su D
pra textum. Qm̃ autem qui loquit̃ de scriptu
ris diuinis, debet curare nõ solũ simplices, vt
negligat causa eorũ illos qui possunt abũdan
tius sustinere verborũ subtiliũ naturã, ne for
te falsę sint traditiões huiusmodi, & nihil ta-
le, quale debet esse qđ a deo dici debeat de hu
iusmodi rebus: ꝓpter huiusmodi ergo viros
pauca quædã secundũ ꝙ possumus moraliter
exponemus. Dicẽt aũt huiusmodi homines.
Quomodo potest dici de Sole, ꝙ obscurabi-
tur lumen eius, quando Esaias propheta pro
fectum aliquem Solis in consummatione fo-
re declarat, hic autem sermo ademptionem?
Similiter & de Luna Esaias quidem refert, ꝙ
ipsa erit sicut Sol: pręsens autem sermo, ꝙ nõ
dabit lumẽ suum. De stellis autẽ talia dicent,
ꝙ de terra in cælum, multum spatiũ est ma-
xime vsq; ad zonam mediam, in qua nõ sunt
erraticę stellę: secundũ cõsiderationẽ ergo al-
titudinis eius est existimare, ꝙ nisi supra mo
dum essent magnæ stellæ: neq; ex tãto spatio
lumen eorũ videretur ab omnib⁹ qui sunt in
omni parte terrarũ. Sicut aũt qdã dicere ten-
tant, aut oẽs, aut plures earum maiores esse q̃
ipsa est terra, argumento vtẽtes ad cõmendã
dam rationẽ verborũ suorũ, ꝙ omne cælũ in
modũ sphærę collectũ vniuersam cõplectitur
terrã, dicẽt etiam aliqd tale, qm̃ qui veritatẽ
dictorum istorũ simpliciter ex ipso colligunt
textu, rẽ natura ipsa impossibilẽ dicũt vt pos
sibilẽ, vt stellę tantæ magnitudinis cadant de
cælo. Quo em̃ & cadant cum magnitudini ea
rũ nõ sufficiat terra, nec capere possit (vt ita
dicã) magnitudinem duarũ stellarũ? Pone tñ
capere eã duas, vel tres: nũquid & tantã mul-
titudinem capere potest? Nę ergo aliqd aliud E
forte moraliter sẽtire oportet i scripturis di
uinis. Et audaciæ quidẽ est, necessarium autẽ
tamen multo tractu opus est in his locis, qui
vult simul & possibilitatẽ ostẽdere scriptura
rũ & veritatẽ. Dicet ergo obseruãdũ, solẽ esse
diabolũ, q trãsfigurat se i angelũ lucis, & qñ

sol multos seducit. Qm̃ ergo in consummati
one est arguendus, cũ sit tenebræ, simulat au
tem esse se solem, ppterea de illo intelligi po-
test qd ait: Sol obscurabitur. Et dicet honesti
orem esse hanc rationem, q̃ existimare talem
solem passurũ obscuritatem. Omnes (inquit)
cõsentire cõuenit absq; periculo aliquo huic
probato sermoni de huiusmodi sole sic obscu
rãdo. Et secũdũ consequẽtiã huiusmodi solis
intelligenda est etiã luna quæ videtur illumi-
nari ab huiusmodi sole. Omnis enim ecclesia
malignãtiũ, quę frequẽter lumen se habere &
dare promittit, tũc aũt arguita, & manifesta-
ta cũ reprobatis dogmatibus suis, non dabit
claritatẽ suã. Sed & quicũq; siue in dogmati-
bus, siue in virtutibus falsis, hoĩbus quidẽ p-
mittebãt veritatẽ, mẽdaciis autẽ seducebãt se
attẽdẽtes, hi cõuenienter dicẽdi sunt stellæ ca
dentes de cęlo. De cęlo autẽ (vt ita dicã) suo,
vbi erant altitudines constitutæ extollẽtes se
aduersus scientiã dei. Ad cõmendationẽ autẽ
sermonis huiusmodi, vtenſ exemplo puerbio
rũ dicẽte. Lumen iustorũ semp inextinguibile
est: lumen autẽ impiorũ extinguetur. Sciẽtiã
quidem verã quã illuminauerunt sibi qui au
dierũt dicẽte: Illuminate vobis lumen sciẽtię,
lumen esse iustorũ, falsam autẽ scientiã lumen
esse impiorũ: & sanctorũ quidẽ lumen semper
inextinguibile esse, cadẽtiũ autẽ a veritate lu
men extingui. Obscurabitur ergo lumen solis
illius quẽ diximus, & lunę illius quã exposui-
mus: sed & omnes qui extollunt se cõtra sciẽ
tiã dei, cadẽt ab altitudine sua qua se arbitra-
F ti sunt esse cęlũ. Forsitan & sic cõuenit qd est
dictũ. Videbam Satanam sicut fulgur cadẽtẽ
de cęlo. His autẽ accidentibus de huiusmodi
sole, & luna, & stellis, virtutes cælorũ diuinæ
nõ omnino immobiles erunt, sed mouebũtur
quando arguitus fuerit ille obscuratus sol, &
luna illa non exhibebit claritatẽ suam, & tales
stellę ceciderint, sicut & Iudas dicit in Episto
la sua: Tunc qd clarũ est apparebit in cęlo, &
omnis qui portauit imaginẽ cælestis. Cũ autẽ
hęc ita fuerint facta, tribus quidẽ cęli lętabũ-
tur, terræ autẽ tribus quæ imaginẽ portaue-
runt terrę, plangent se. Adhuc autẽ pro com
mendanda huiusmodi sua traditione adiicit
dicens qui hanc fecit interpretationẽ, qm̃ sen
sibili sole obscurato (vt hoc ita esse conceda-
tur) & luna claritatem non dante, & cadenti
bus stellis, nec est possibile esse hominũ tribus
in terris. Si aũt possibile nõ est, vtiq; nec secũ
dũ qd loquiſ textus: Et plãgẽt se tribus terrę.
Tũc ergo sicut ait domin⁹ in Euãgelio: Qui
nunc rident, plangent se, & plangent quasi
quis in tribubus terrę. Secundũ hæc & Esaiæ G
sermões, & Iohelis tẽtabit interptari, qui vult
ad moralem expositionẽ subleuare quæ dicta
sunt. Adhuc autẽ ad ea quæ dicta sunt de ca-
dentibus stellis, non sine ratione est assumere
de reuelatione Ioannis, de tertia parte stella-
rum tracta a cauda draconis in terram. Dicit
enim ita. Et visum est aliud signũ in cælo, &
ecce draco magnus rufus habẽs capita septẽ,
& cornua decem, & super capita sua coronas
septem: & cauda eius traxit tertiã partem stel
larum cęli, & misit eas in terram. Omnia hæc
exponere singillatim de capitibus septem dra
conis, quæ forsitan possunt referri ad aliquos
principes rerũ nequitię, siue ad tanta ducẽtiũ
ad mortem peccata, non est temporis huius:
exponentur autem tempore suo in reuelatio
ne Ioãnis. Sed & decẽ cornua dicere, qm̃ sunt
regna serpentiuæ malitię, & habentis serpen-
tis naturam, & semper pectore & ventre ince
dere per peccata, nec modo exponere tempus
est. Quid narratio pręsens de septem diadema
ribus quę draco videtur habere super septem
capita sua, Vtputa diademata per singulos q
iunguntur suscipit aliquod caput draconis.
Has autem principales expositiones atq; pro
bationes oportet fieri cum ipse liber proposi-
tus fuerit nobis ad exponendum: Nunc autẽ H
hoc solum oportet de reuelatione illa expo-
nere, qm̃ cauda draconis traxit tertiam partẽ
stellarũ cæli, & misit eã in terrã. Existimo em̃
qm̃ qui debet audire, post dominũ deum tuũ
ibis, & venite post me: ad hæc quidẽ obstruit
aures suas, peccatum autem sequitur, trahi-
tur a cauda draconis vadẽs post eũ. Si autem
cõtigerit eũ qui sic vixit vt audiat: Vos estis
lux mũdi, & aliquãdo splẽduerint opera eius
bona, hic aliquãdo cõstitutus stella, & in cæ-
lo habẽs cõuersationẽ, si auulsus fuerit a dra
cone in terrã, hic erit stella a cauda draconis
tracta, & missa in terrã. Sic stellę a cauda dra-
conis trahunſ, & mittuntur in terram. Sunt I
autẽ aliæ, quarum pars aliqua obscuratur, &
qd maius est quidẽ, luminosum est: quas vide
tur ostẽdere de reuelatione sermo sic habens.
Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa
est tertia pars lunæ, & tertia pars stellarũ, vt
obscuraretur tertia pars eorum. Sũt quidam
autem qui nec omnino seruauerunt qd dictũ
est: Sic luceat lumen vestrum coram homini
bus, nec omino extincti & obscurati sunt, sed
ex parte. Quidam enim propter sciẽtiam qui
dem fulserunt sicut splendor cęli, quidam au
tem ppter cõuersationẽ facti sunt sicut stellę.
Sed videmur quibusdã nõ cõsequẽter secũdũ

præcedentes expositiones hęc protulisse,& p parte exposuisse.Qm̃ illic quidem stellas casuras diximus,qui videbant fuisse stellæ,nõ aũt erant:hic autẽ de his qui vere fuerũt stellę,& aut ad plenũ ceciderũt,aut ex parte.Ad quos respondeamus:qm̃ proferentes exempla hæc quæ protulimus, hoc demonstrauimus ꝙ omnino stellę homines sunt intelligẽdi,non quales stellæ.Alioquin ille locus suã habet interpretationẽ,& hic suã.Tamen his ita factis parebit signũ filii hominis in cælo,& plangẽt se tũc trib⁹ terrę.Ad hæc non est absurdũ vti exemplis Zachariæ prophetæ ita habentibus Et erit in illa die,quærã auferre om̃es gentes quę veniũt super Hierusalẽ, & effundã super domũ Dauid,& sup habitantibus in Hierusalem spiritum gratiæ & miserationis, & respicient ad me ꝙ saltauerunt, & plangent super se planctum sicut super dilectum, & dolebunt dolore sicut super primogenitum. Et in die illo magnificabitur planctus in Hierusalem sicut planctus mali granati excisi in campo , & planget se terra per tribus: Trib⁹ domus Dauid secundũ se,& mulieres eorum secundum se:Tribus domus Nathan secũdum se,& mulieres eorum secundũ se:Tribus domus Leui secũdum se,& mulieres eorum secundum se: Tribus domus Simeon secũdum se,& mulieres eorũ secundum se:& omnes relictæ tribus secundũ se,& mulieres eorũ secũdũ se. Omne igitur terrenũ agmẽ cum sit tribus terræ,qđ esse sibi ipsi attribuerunt, maxime si oportet in aliquo peccatorũ abũdãtius plangere, plan

A gent cum similibus suis.Arbitror autẽ p hæc ostendi differentias eorum qui videnť in fide fuisse & in suo agmine,nõ autem placuerunt deo. Estergo domus Dauid plãgẽs,qui ex populo constituti digna planctu egerunt,aut de regibus & magnatibus.Qui autẽ ex doctoribus male vixerunt:sunt tribus Nathan plangens.qm̃ Nathan fuit propheta, docere autẽ est prophetare.Ita qui sunt peccatores ex his qui præpositi fuerunt ecclesię,& sacerdotium habuerunt iumentum,& non dispensauerunt præpositutam suam:tribus sunt domus Leui plangens.Et verum quidem dicere, vel de his quæ diximus,vel de tribu Simeon, dei solius est:nos autem in præsenti aptamus,ꝙ omnes qui catechizati fuerunt,& instructi sunt diuino mysterio,nec fuerũt ordinati in aliqua tribuum quas diximus supra,& peccauerũt peccata grauia,quales sunt plurimi laicorum,tribus sunt Simeon:reliqui autẽ homines, quas dixit tribus relictas, quas specialiter non no

B minauit.Non autem qualecũq; est opus dicere & de mulieribus singularum tribuum plãgẽtibus se secũdũ se.Et vide si potes in singulis quibusq; classib⁹ eos quidem qui corporaliores,& mũdialiores fuerũt,dicere mulieres: qui autẽ eorũ cõparatione meliores fuerunt viros fuisse. ET videbunt filiũ hoīs venientẽ ›› in nubibus cum virtute & gloria multa.Qm̃ ›› videtur suscepisse ecclesia catholica cum aliis traditionibus etiã de Christi aduẽtu secũdo, ꝙ erit in gloria manifestum est. Vtrum autẽ secundũ ꝙ scriptũ est in hoc loco,nubes corporales atq; sensibiles existimare debemus vehiculũ esse ipsius:& secũdũ huiusmodi nubes multã illã virtutẽ & & gloriã expectare debemus,aut iuxta obseruationẽ verbi simplicioris,etiã moraliter est considerandum,aut nec omnino obseruare debemus simplicitatẽ verbi,sed solummodo moralẽ exequi intellectũ: non cuiuscũq; est deliberare,& diligẽter scrutari singula loca:& postq̃ tractauerit verbum secũdũ ea,sic pronũciare qđ potissimũ verum sit eorũ,& cõtinẽs euãgelicũ sensum,& volũtatem Christi,q ista locutus est.Sed age, nos C pauca de modica virtute , si tamen vel ipsam habem⁹,exponam⁹ his in locis: & primũ qđẽ secũdum textũ. Videbunt oculis corporalib⁹ filiũ hoīs in specie humana venientẽ sup nubes supernas,quę ideo nubes cæli dicũtur, cũ virtute & gloria multa.Et cõueniũt huic expositioni quæ superi⁹ in euãgelio dicunť hoc modo.Cũ assumpsisset Iesus Petrũ, & Ioannẽ & Iacobũ,eduxit eos sup montẽ excelsum nimis,seorsum:& transfiguratus est corã eis, & splẽduit facies eius sicut sol,& vestiméta eius facta sunt sicut lumen,& visus est eis Moyses & Helias colloquentes cũ eo.Et ecce(inquit) nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube dicẽs: Hic est filius me⁹ dilectus,in quo complacui,ipsum audite. Sicut ergo quando transformatus est,resplenduit facies ei⁹ sicut Sol:& vestimenta ei⁹ facta sunt sicut lumẽ, & vox venit de nube dicens:Hic est fili⁹ me⁹ dilectus,in quo complacui : sic cũ venerit iterũ forsitan in speciem transformabiť gloriosam: aut sicut tũc transformatus est coram tribus discipulis suis,postea veniet non super vnam nubem,sed super multas,q̃ erũt vehiculũ ei⁹. Q; autem consequens est vt in meliorẽ gloriam reformeť,q̃ fuit transformatus in monte:manifestũ est ex eo ꝙ tũc qđem coram tribus tantũmodo transformatus est:in cõsummatione autem mũdi toti⁹ apparebit in gloria multa,vt videant eum omnes in gloria.Et tũc qđem descendens lucida nubes adumbrauit eos,postea aũt multę nubes portabũt filiũ

hominis venientem cũ vehiculo digno gloriæ
D suæ. Dicet autẽ aliquis, quod sicut in fictione hominis accepit deus limum de terra, & finxit hominem: sic vt appareat gloria Christi, accepit deus de cęlo & de cęlesti corpore, & corporauit primũ quidẽ in nubẽ lucidã, in cõsummatione autẽ in nubes lucidas. Propter quod & nubes cęli dicunt, secũdũ quod & limus terrę est dictus. Et decet patrẽ talia mirãda donare filio suo, qui seipsum humiliauit, & propter dilectionẽ nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs, & factus est agnus dei vt tollat mundi peccata. Propter hoc enim & deus superexaltauit eum, & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ. Nõ solũ aũt exaltauit eũ secũdũ spiritum, sed etiam secũdũ corpus: vt p omnia sit exaltatus. Et corpus quod suscepit de virtute altissimi, & de virgine huiusmodi ministerium ministrante, debebat honorari vt & super tales nubes veniret: forsitan super nubes animatas & rationabiles, vt nõ sine anima & irrationabile esset vehiculũ filii hominis glorificari: sicut fuit sine anima currus, irrationabiles aũt equi in quibus visus est assumi Helias, secundũ scripturã dicẽtẽ: Et ecce currus igneus & equi ignis. Quod autem animatæ & rationabiles nubes erũt, quæ erunt vehiculũ filii dei, plerimus exẽpli causa quod dicit: Et veritas tua vsque ad nubes. Et iterũ. Mãdabo nubibus ne pluant sup illã pluuiã. Maxime autẽ ex eo quod dicit: Et ecce nubes lucida adumbrauit eos, & ecce vox de nube dicẽs. Nõ quia nubes filii erat pater, sed (vt ita dicam) verbum dei factũ est ad eã, sicut factũ est ad prophetas. Et sicut qui audit Esaiã dicẽtẽ: Filios genui, & exaltaui, ipsi aũt me spreuerũt: nõ Esaiam, sed deum patrem audit in Esaia: sic qui audiebãt de nube vocem dicentem: Hic est filius meus
E dilectus: non nubem, sed patrẽ in ea testificantem glorię filii audiebant. Si ergo ante passionis dispẽsationẽ talis fuit nubes prophetans, quid debemus dicere de nubibus cęli, sup quas venientem filium hominis videbunt cũ virtute & gloria multa qui viderint eum tunc? Et si quidem ne terram calcaret filius dei in Hierosolymis, diligentes eũ strauerunt vestimẽta sua in via: nec asellum qui portabat eũ volebãt terram calcare: quid mirum si pater & deus omniũ, nubes sternat cælestes sub corpore filii descẽdẽtis ad opus cõsummationis? Et primũ quidẽ venit Iesus cũ virtute & gloria qua glorificauerat eũ pater: ex qua virtute faciebat signa & prodigia in populo, & oẽm infirmitatẽ & languorẽ sanabat: propter quã & dicebat: Tetigit me aliquis, ego enim scio virtutem de me exisse. Omnis autem illa virtus cõparatione virtutis illius multę cum qua in fine venturus est, modica erat. Virtus enim erat exinanientis seipsum. Virtus autẽ illa multa de qua scribit: Videbũt filiũ hominis veniẽtẽ super nubes cum virtute & gloria multa, erit dei verbi: qui restitutus est in statum quẽ habuit a principio apud deum prius quam exinaniret seipsum. Sic & multã gloriã eius intellige, incipiens a gloria vultus Moysi, & transiens ad Heliã, qui visi sunt in gloria quando facta est species vultus filii dei, altera, & mutatũ est vestimẽtũ. Intelligens autẽ etiam quod dicitur, Si enim quod euacuat per gloriam, multo magis quod manet in gloria: videbis multã illã gloriã filii, de qua scriptũ est: Cum virtute & gloria multa. Adhuc autẽ magis intelliges, de qua loquit textus, accipiẽs de Actuum volumine quod taliter habet. Et cũ hęc dixisset, vidẽtibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Et cum intenderẽt in cęlum eunte illo, ecce duo viri steterũt in veste alba, qui & dixerunt. Viri Galilęi, quid statis aspicientes in cęlum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis E eum euntem in cęlum. Si enim credimus istis quibus nubes dicitur eum suscepisse, & sustulisse in cęlum, quomodo non secũdum textũ veniet de cęlo, sicut viderunt eum euntem in cęlum discipuli eius? Et in reuelatione Ioannes similiter dicit. Ecce veniet cũ nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui eum pupugerũt. Intelligat autem qui potest, vtrũ id ipm est super nubes cæli venire eũ, & cũ nubibus eum venire: an aliæ quidem sunt nubes super quas veniet, aliæ autem cũ quibus veniet? Considera aũt in visione Aegyptia Esaiam dicentem: Ecce dominus sedet super nubem leuem, & veniet ĩ Aegyptũ: vtrũ Aegyptũ dicit hãc quę cõmuniter intelligit, an totũ mũdũ. Secũdũ enim ipm Ioannem, locus in quo dominus eorum est crucifixus, vocat spiritaliter Sodoma & Aegyptus: siue totus mũdus, siue Iudæa Sodoma & Aegyptus appellat. Qui aũt super nubem leuem venit in Aegyptũ, primũ ascensionem faciet in Iudæam. Rationis est enim venientẽ eũ iterũ illic primũ fieri. Sodoma aũt vbi dominus eorũ crucifixus est appellatur: sicut & aliquãdo dictũ est ad populum illum & principes eius. Audite verbũ dñi principes Sodomorum, attendite legem dei plebs Gomorrę. In his traditionibus vtitur etiã illud quod dicitur: Rapiemur in nubibus obuiam domino in aerem: & sic semper cũ dño erimus.

Et dicet. Si beati homines in nubibus rapien tur in aerē, quid mirum est in nubibus filium dei venire cum virtute & gloria multa? Item nubes obumbrabat populū venientem ex Aegypto. Si ista credūtur, quomodo non consequēs est, domino populi in vehiculū fieri nubes cęlestes vt sedeat super eas? Si autem
A recipitur liber qui dixit q sapientia est quæ facta est populo tūc columna nubis in die, & flāma ignis in nocte: dicet aliquis q nubes super quas videbunt filium hominis venientem, virtus altissimi est & spiritus sanct⁹: qui fient ei in nubibus cęli, vt veniat illis inuect⁹. Cum sit ergo fortior & non cōtemptibilis ratio hæc, qui vult quidem secundum vtrumq modū suscipere quæ dicūtur, non reprobabit & si dixerit qs intelligibiles nubes in quibus veniet filius hominis: siue sanctas & diuinas virtutes, siue beatissimos prophetas. Et dicet qui secundum & gloriosum verbi aduentum futurū hominibus in cōsummationem seculi moraliter cōfitetur, sicut supra dixim⁹ traditum, sed non destruet etiam textum. Qui aūt dispiciens gloriosum & admirabilem textum loci, & sicut dei amicus in solo spiritali putat cōsistere verū: ignoscendū esse dicet quasi pueris & patuulis in Christo eis qui corporaliter suscipiunt ista. Cum multa autem virtute venit quotidie ad animam omnis credentis secundus verbi aduentus in nubibus prophetics, id est in scripturis pphetarum, & apostolorum: quę manifestāt eum, & in oībus verbis suis veritatis lumen ostēdunt, & exorientem eum diuinis & super humanā naturā intellectibus suis declarant. Sic autem eis qui intelligunt manifestatorem dogmatum in pphetis atq apostolis dicimus apparere etiā gloriam multam, quę in secundo verbi aduētu videt.

Et mittet angelos suos cū tuba magna, & cō
B gregabūt electos eius a quatuor vētis, a summis cælorum vsq ad terminos eorum. Similiter apud Marcum hoc dicit modo. Et tūc mittet angelos suos, & cōgregabūt electos a quatuor ventis, a summo terræ vsq ad summum cæli. Quod dicit Saluatorem mittere angelos suos cum tuba magna, quęcūq est illa, ad cōgregandos electos eius, consequenter dicitur eis, quæ in parabola alia referuntur de seminibus & zizaniis: & interpretans parabolam sic dicit, qm̄ messis cōsummatio est. Messores angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cremantur: sic erit in consummatione seculi. Mittet fili⁹ hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scādala, & eos qui faciūt iniqtatē, & mittēt eos in caminū ignis: illic erit fletus, & stridor dentiū. Tūc iusti fulgebūt sicut Sol in regno patris sui. Tale & aliquid dicit in parabola sagenæ missæ in mare. Ergo messores angeli mittuntur a Saluatore colligētes vniuersa zizania, vt post hęc sancti fulgeāt sicut Sol in regno patris sui, vt postea cōgregētur electi a quatuor ventis, a summis cælorū vsq ad terminos eorū. Cōsidera verū sicut opinant simpliciores, eos tantū q tūc inuēti fuerint in corpore cōgregādos: aut certe oēs qui in deo patre dilecti sunt, & Iesu Christo sunt cōseruati: & vide nisi melius est dicere, congregādos esse ab angelis Christi oēs ab aduētu Christi vsq ad consummationē vocatos atq electos. Quęres autē si etiā eos q fue-
C runt a cōstitutione mūdi vsq ad aduētū: si tamē electi Christi nō solū sunt illi q ex aduētu ei⁹ sunt sancti, sicut qdā magistri hęresum dicūt, sed oēs q a cōstitutiōe mūdi fuerunt, q viderūt sicut Abrahā Christi diē, & diuina exultatione exultauerūt in eū. Si autē non tātū sicut simplices arbitrant, eos qui inueniens in corpe cōgregaturi sunt angeli, sed oēs Christi electos, considerare est dignū qd interea faciētes, aut i quo loco cōmorātes cōgregabūt electos. Qm̄ autem non tantū illos qui in corpore fuerint comprehensi, dicit congregandos Christi electos, sed etiā illos qui de corporibus sunt egressi: manifestat sermo dicēs congregandos electos non solum a quatuor ventis, sed etiam a summis cælorum vsq ad terminos eorum. Nemini autem super terrā arbitror conuenire quod ait, vt congregētur a summis cælorum: nisi forte eos qui inter homines interim apud angelos docētes cælestia commorantur, congregabunt angeli sancti, vt ante eruditos in summis cæli vsq ad terminos eorum & instructos tradant perfectos magno deo verbo filio dei ad cōgregandū ei & ad susceptionē eorum quę tradiderit filius dei his qui doctrinā cælestē ante susceperint. Qm̄ autem vmbra est hęc vita nostra in terris, cōsequēs est vt nūc lege & prophetis eru-
D diantur qui in illa plenitudine temporis reliqua sunt scituri, & pleniora a filio dei scituri secundū res ipsas cælestes: vt qui sunt in summis cælorum, quasi in quibusdam eruditionibus sint, vt possint postmodum capere sapientiam dei, magis autem sapientiam ipsum filiū dei, cum venerit quod vere perfectum est. Et quatuor ventos ex quibus electi Christi congregabuntur, intelligimus quærētes quorum bonorum futurorum habuerunt vmbrā quæ in Numeris sunt cōscripta de vnaquaq tribu filiorū Israel. Vnde primus fuit ordo castrorū

Iuda cū virtute ipsorū,cōstituēs ad oriētē,&
cum his ex vtraq; parte Isachar,& Zabulon.
Et ad Aphricū tribus Ruben,& ex vtraq; pte
Simeon,& Gad:& tribus Effrem secūdū ma-
re:& ex vtraq; parte Bēiamin, & Manasse no
uissima. Et tribus Dan ad Aquilonem, & ex
vtraq; parte Aser,& Neptalim. Forsitan ergo
extūc, tribus egressæ vmbrę erant castrorum
secūdum mysteria veri Israel. Et sicut tunc ex
quatuor ventis congregatę sunt in Iudæam,
& in hæreditatē p Iesum post Moysen pæda-
gogū,& procuratorē institutæ:sic a quatuor
ventis angeli congregabunt electos : a ventis
autem non terrenis, a summis cęlorū vsq; ad
terminos eorum: vt ab Iesu nostro cōgregati
percipiant diuinam & veram hæreditatem.
E Apud Matthęū ergo qui cōgregātur Christi
electi,ex quatuor ventis cōgregantur, a sum-
mis cęlorū vsq; ad terminos eoꝝ. Apud Mar-
cū aūt, a quatuor ventis,a summo terræ vsq;
ad summū cæli : postea autē a sūmis cælorum
vsq; ad terminos eoꝝ. Intelliges autē eos qui
congregantur a summo terrę, cōsiderans cō-
uersationem eoꝝ p fuerūt in terris, & secūdū
q; possibile est,perfectionē eorū qui sunt con-
uersati in terris. Omnes ergo qui sup terram
bene vixerūt, nō simpliciter cōgregant a ter-
ra: sed a summo terrę, vtputa a sūma cōuer-
santiū sup terrā. Si aūt post summā cōuersa-
tionis quę fuit in terris, susceperit subsequēs
cōuersatio eos qui cōuersationē habuerūt in
cęlis : nō simpliciter a sūmo cęlo sicut a sum-
mo terræ, sed a summis cælis qm̄ vnūquodq;
cælum suæ institutionis & initia habet & per
fectiones, id est terminos. Vtputa post con-
uersationē summā quę fuit sup terrā, suscipit
iterū hominē cōuersatio vnius cæli, & perfe-
ctio quæ in eo est. Iterū suscipit eū secūda cō-
uersatio secūdi cęli, & perfectio quę in eo est.
Iterū suscipit eū tertia cōuersatio tertii cæli,
& perfectio quę in eo est. Et sic intellige mihi,
multorū cælorū multarū cōuersationū initia
esse & terminos,id est perfectiones,a qbus ini
tiis & terminis diuersorū cęlorum cōgregat
deus suos electos. Aut ita. A summis cælorū
F vsq; ad terminos eorū. Cęli sunt vel scripturę
diuinę,vel auctores earum,in quibus habitat
deus. Sūma aūt scripturarū sunt initia earū,
termini aūt cōsummationes earū. Cōgregant
ergo sancti a summis cęlorū, id est ab eis qui
cœpto viuūt in initiis scripturarum , vsq; ad
eos qui viuūt in cōsummationibus earum: ac
vt plus dicā,a rudibus eorū vsq; ad perfectos
eorū. Qui autē mittuntur angeli a Saluatore
ad congregandum electos eius, congregabūt

eos nō cū voce qualicūq;,sed cū tuba quę vo-
catur magna: nō vocē dāte incertā, sed certā
& manifestā,vt q audierint,& didicerint,pa-
rēt se ad viā pfectionis,quę ducit ad filiū dei.
Qm̄ autem volumus intelligere qd est tuba
magna,debemus spiritalibus spiritalia cōpa-
rare. Age nūc & de tubis īquātū capere possu G
mus,breuiter exponamus: si tamen possumus
ex cōgregatione,& admonitione istorū exem
plorū intelligere & magnā angelorum tubā.
Scriptū est enim in Numeris. Et locutus est
dn̄s ad Moysen,dicēs. Fac tibi duas tubas ar-
genteas,ductiles facies eas: & erūt tibi ad con
gregandā Synagogam,& erūt tibi ad promo
uēda castra: & tubabis in eis,& cōgregabitur
ad te omnis Synagoga ad ostium tabernaculi
testimonii. Si autē in vna tuba venerint ad te
oēs principes miliū Israel,tubabis significatio
nē primā: & promouebūt castra q cōsistūt ad
orientē. Et tubabis significationē secūdā,& p
mouebūt castra q consistūt ad austrū. Et tuba
bis significationē tertiā,& pmouebūt castra
qui cōsistūt secūdū mare. Et tubabis significa
tionē quartam,& tollēt castra qui cōsistūt ad
aquilonē. Ergo tubabūt tuba in promotione
eorū. Et qn̄ congregatis cōgregationē,tubate
& nō significatione. Et filii Aaron sacerdotes
tubabūt tubis,& erit vobis legitimū sēpiter-
nū in generationibus vestris. Si autē exieritis
ad bellū in terra vestra cōtra aduersarios, tu
babitis tubis,& rememorabimini in cōspectu
dei vestri,& saluabimini ex inimicis vestris: &
in diebus lętitię vestrę,& in festiuitatibus, &
Neomeniis vestris,tubabitis tubis,& in holo
caustis vestris,& in sacrificiis salutariū vestro
rū: & erit memoria vestri in conspectu dei ve
stri. Ego dn̄s deus vester. Vide etiam in istis,
q; in prima significatione tubæ promouent H
castra q sunt secūdū orientē,in secūda aūt p-
mouēt castra q sunt secundū austrū, & vt bre
uiter dicā,ex quatuor ventis cōgregāt sacer-
dotes tubantes,eos q sunt ex castris Israel: &
secūdū cōparationē sacerdotū tubātiū,angeli
Christi cum tuba magna cōgregabūt electos
eius,a quatuor vētis. Sed ī Numeris qdē hæc
facta scribunt in terris,in Euāgeliis autem a
summo terrę vsq; ad sūmū cęli. Post hæc autē
a summis cęlorū vsq; ad summa eoꝝ. Et forsi
tā lex vmbrā habet futurorū bonoꝝ: & ī Nu
meris quoq; qđ positū est de tubis,& ordini-
bus Israel,vmbra est futuroꝝ. Ne forte ergo
argēteę tubę,qm̄ argentum in multis locis p
verbo suscipit,magna vox verbi intelligit tu
ba argētea cōgregans vnūquēq; in ordine. Se
cūdū vmbram qdē sicut Moyses nominauit,

secundū mysteriū autē secūdū qđ dicit Paulus in epistola ad Corinthios secūda. Primū aūt cū tubis rationabilibus ꝓmouēt castra. Ita legislatio fit de his rebus quę ad bellū ptinent Israel memorātis p illā significationem tubarū bellicas res: q̄ tubę ferūt eos q cōmoranť p eas significationes tubarū, ad saluādū eos ab inimicis eoꝝ. Voces aūt argentearū & productiliū tubarū in diebus lętitiæ Israel, q̄ assumunť in neomeniis ipsoꝝ, erant vmbræ futurarū neomeniarū: de qbus dicit Apl's. Nemo vos iudicet ī esca, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenię, aut sabbatorū: q̄ sunt vmbra futurorū. Assumūtur aūt & in holocaustis, & ī sacrificiis salutariū Israel. Quas significationes tubarū exemplo, & vmbra cęlestis culturę, quasi alicuius cęlestis & cōuersationē habentis in cęlum: exponere cōuenit. Hęc autē exēpla accepimus, vt vel ex parte intelligere valeamus qđ scriptū est, Mittet angelos suos cum tuba magna, &
A cōgregabūt electos eius. Euāgelicas autē tubas ostendit & in prima ad Thessalonicenses Apostolus dicēs. Hoc autē vobis dicimus in verbo domini: qm̄ nos q viuimus, q remanebimus in aduentu dñi nō ꝓueniemus eos qui dormierunt: qm̄ ipse dñs in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. Item ad Corinthios prima. Oēs qdē dormiemus, nō aūt oēs immutabimur, in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Tubabit em̄, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur. Est autē & aliqua secundū legem & tubarū festiuitas, neomenia septimi mensis: forsitā mysteriū alicuius vere festiuitatis, &
B tubæ alicui[9] spiritalis & magniloquii. A ficu
» aūt discite parabolā. Quādo em̄ iā ramus ei[9]
» factus fuerit tener, & folia ꝓducit: scitote qa
» prope est æstas. Sic & vos cum videritis hęc
» oia scitote ꝙ prope est in limine. Amen dico
» vobis qm̄ non ꝓteribit generatio hęc, donec
» oia fiant. Cęlū & terra transibūt, verba autē mea nō transiēt. Quomodo de ficu similitudo eorū q̄ dicta sunt intelligi possit, secūdū qđ possumus exponemus: ne forte totus hic mūdus & cōsummatio ei[9] ficui assimiletur: vnusquisq; proficiscentiū ad vitam beatā, vt videat Christi verbi gloriosum in se & perfectū aduentū, ficui similis habeatur. Sicut em̄ ficus in tēpore quidē hyemis vitalem quidē virtutē habet in se, absconditā aūt habet eā, & nō satis manifestā: postmodū aūt cū virt[9] ipsa vitalis ꝓdire cœperit ad manifestationē prętereūte hyeme, ex ipsa valetudine eius ramus efficiť tener: ꝓducit & folia: & sicut arbor in virtute ipsa folia habet & fructus: & primū qdē est gēma, deinde paulatim ꝓficiscitur: nouissime aūt est in ipso effectu: sic & mūdus, & vnusqsq; eoꝝ q saluanť: ī fine ante Christi aduētū quasi in hyeme, in se absconsam habet vitalē virtutē: Christo aūt inspirāte qui sunt teneri & nō duricordii rami, & quę abscōdita erāt in eis ꝓgrediunť in folia æstate instāte, & manifestos fructus ostēdūt: quos q aspicit in Christo iā videt. Sic & ī ali C
qua parabola refertur Pastoris, sicui placeat etiā illū legere librū: qm̄ seculū ꝓsens hyems est iustis, q apparēt similes ꝓximis suis natuta, & arborib[9] videlicet cęteris siccis, tpe aūt opportuno in fructib[9] suis apparēt. Si aūt & in primo psalmo tale aliqd fit qđ de beato dicit illo, qđ erit tāq̄ lignū qđ plātatū est secus decursus aquarū, qđ fructū suū dabit in tēpore suo: & foliū eius nō defluet, & oia q̄cūq; faciet ꝓsperabunť: & tu cōsidera qđ est scriptū, Hyems trāsiuit, abiit sibi, flores apparuerūt in terra: sicut scriptū est in Cātico canticoꝝ: ex quo Christus aduenit q tempeꝛiem introduxit, & hyemales spiritus fecit cessare, & ficus (id est mūdus) renerū ramū (id est ecclesiā) fecit: nūc qdē folia ꝓferētem donec est in ꝓximo æstas, nōdū tñ aduenit: facta autē æstate plenius ꝓfectos & maturos Christo ficus ꝓstabit: quando secūdū Hieremiā ficus bonę, bonę sunt valde, congregatæ in cophinis bonoꝝ ficorū: ex qbus Christus accipere vult, & quasi edere dulcedinē eorū. Absit autē a nobis vt Iesu veniente ad nos, & volēte mādu care de ficu, vt non inueniať fructus in ea. Si em̄ nō fuerit inuētus fructus in ea, dicet ad eā in suo aduētu, quæ nō ostēderit fructus. Nūq̄ ex re qsq̄ fructū māducet. Potest autē ficus illa intelligi populus circū D
cisionis, ad quos esuriens dominus venit: & cū non inuenisset fructū in ea, sed solam speciem vitalem, dixit: Nunq̄ ex te quisq̄ fructū māducet. Propter qđ in aduentu eius continuo arefacta est illa ficus, id est populus ille: illa autē altera ficus quæ quātū ad priora tēpora sterilis erat, quę fuerat iā excidēda pto pterea ꝙ nullā habuerat adhibitā sibi diligētiā a suo fossore: cū stercus illi cœperit circūmitti ꝓferet fructus. q̄ aliquādo euacuauerat terrā: nunc autē largiores fructus producet etiā pro tēpore trāsacto in quo sterilis fuit. Et vnusquisq; nostrū post hyemes tentationū: & post tristitiā periculorum transactorū ad æstatē festinet proferēs tenerum ramū: nō illud durū, sed molle cor ad credēdū deo: & profectus nostri ꝓferāt folia interim & flores

operũ,vt postmodũ etiam perfectissimos fructus cũ venerit qđ perfectũ est,in Christũ exhibeamus. Adhuc & ipsi q saluant habent in se verã vitẽ,cũ q dixit, Ego sum vitis vera: & secundũ existimationẽ vitis,& ficum verã offerẽtẽ salutares fructus,vbi requiescit vnusquisq; secundũ spiritalẽ pmissionem dei sub vite sua,& sub ficu sua. Et viris quidẽ illa in iis q pficiunt floret, & dat suũ odorem: Ficus aũt & ipsa pfert fructus suos, vt post dignum pfectũ,digni efficiant cælestibus torcularibus fructus eoꝝ,& cophinis ficoꝝ val de bonoꝝ eius fici,quę teneros fructus & bonos protulit ante ęstũ. Cuius fructus etiã lãguentes,non aũt pigritantes orare medicantur,sicut scriptũ est de Ezechia rege ĩ Esaia, q saluat⁹ est p ficus vt ne moreret: sed & sol sup eũ in gradib⁹ demõstrauit maiorẽ,& clariorẽ ei diẽ effectã. Multa est ergo spes ĩ ficu quę ex dei verbis primũ qdem fecit tenerum ramũ suũ,postea autem nascentia folia. Talibus ppe est ęstas,& prope est in limine gloriosus,& in nubibus Christi aduentus,& aduẽtus glorię verbi dei:& prope est huiusmodi

E hominibus regnũ dei. Amen dico vobis qm̃
» nõ trãsibit generatio hęc,donec oĩa hęc fiãt.
» Cęlum & terra transibunt,verba autem mea
» nõ trãsibũt. Videam⁹ quæ sit generatio hæc de qua loquitur Christ⁹. Et simplices quidẽ ad destructionem Hierusalẽ referũt verba,& de illa gñatiõe existimãt dictum q̃ fuit tẽpore Christi,& passionẽ ei⁹ aspexit, nõ trãsiturã priusq̃ fieret destructio ciuitatis illi⁹. Nescio aũt si verbũ ad verbũ exponere possunt qđ ait. Nõ videtis hęc oĩa? Amẽ dico vobis, nõ relinquet hic lapis sup lapidẽ qui nõ destruat,vsq; ad illud qđ ait, Prope est in limine. Forsitan eñ in qbusdam poterũt,in aliis

F aũt omnino nõ poterũt. Et satis coangustati,nescio si aliquid dicere poterunt. Nos aũt in locis multis obseruãtes,nomen generationis dupliciter accipim⁹. Arbitramur eñ duas esse generationes. Vnã quidẽ Iudæoꝝ,alterã aũt gẽtium. Sic intelligimus & Ecclesiastẽ dicẽtẽ. Generatio vadit, & generatio venit,& terra in ęternũ stat. De populo eñ Iudæorũ prophetãs,q fuerat trãsiturus,ait,Generatio vadit. De populo autẽ gentiũ crediturο dixit,Generatio venit. Tale aliqđ puto & in Psalmo octogesimonono dici a Moyse in oratione ipsius. Domine refugiũ factus es nobis a generatione ĩ generationẽ. Duarum eñ generationũ refugiũ est de⁹: qa vnus est deus q iustificat circũcisionẽ ex fide,& pputium per fidem. Et qm̃ non tãtũ Iudæorum, sed etiam gentiũ est deus,ergo nõ pręteribit generatio noui testamẽti quę est in facie Saluatoris,neq; abibit ad illas beatas pmissiões illius seculi,donec omnia fiant q̃ locutus est Christus. Vnicuiq; eñ nostrũ oportet oĩa fieri q̃ pdicta sunt, sicut per singulas expositiones tradidim⁹. Vna ergo generatio est ecclesiæ quæ cœpit ex doctrina dñi Saluatoris vsq; ad cõsummationẽ:& hęc ipsa generatio transiuit qdem aliquando totũ seculum hoc & pertrãsibit ipsum vt hereditet illud futurũ:tamen donec fiant hæc omnia,non trãsibit. Quãdo aũt in his omnib⁹ sufficiens fue- G rit & impassibilis pmanserit vsq; ad gloriosũ Christi aduentũ,tũc ptrãsibit. Tamen donec fiãt hæc omnia,non quędã eorum quę dicta sunt,quędã aũt nõ sunt futura,tamen trãsibit generatio hęc cũ oĩa hęc fuerint facta, cum transierit nõ solũ terra,sed etiã cælum, id est nou solũ ii homines, quoꝝ vita terrena est,& propterea terra dicunt, sed etiã illi quoꝝ conuersatio est in cælis,& ideo cęlum vocant. Trãsibũt aũt ad futura,& oĩs statrus eoꝝ vt veniant ad emiuẽtiora & meliora. Quorum reuelationem cũ sint filij dei,ex pectatio creaturę expectat,& omnis creatura congemiscit eis,& dolet,donec a timore dñi in vtero accipientes peperetint spiritũ salutis,faciẽtes suas fœturas:& tũc transibit generatio de qua loquitur Christus,& cęlũ secũdũ qđ exposuimus,& terra secundum qđ tradidimus. Verba aũt quę a Saluatore sunt H dicta nõ transibũt,qm̃ quæ sua propria sunt operantur & nunc,& sẽper operabunt. Perfecti autem & qui non recipiunt vt iam meliores efficiantur,transeuntes quod sunt,perueniũt ad illud qđ nõ sunt. In eo autem qđ dixit,Verba aũt mea nõ pteribũt,& hoc existimo quęrendũ:ne forte Moysi qdẽ verba & pphetarũ trãsierũt,verba aũt Iesu Christi nõ transierunt:qm̃ quæ prophetabantur quidẽ ab illis impleta sunt,verba autẽ Christi semper sunt plena,& in actu ĩpletionis sunt semper,& quotidie implentur, & nunq̃ perimplent. Ipsa eñ sunt q̃ in sanctis & ĩpleta sunt & implẽtur,& adhuc sunt impleda. Aut forte neq; Moysi verba vel pphetarũ dicere debemus impleta oĩno: pprie enim & illa verba filii dei sunt,& semp implent. Ergo bonũ est I altitudines verboꝝ diuinoꝝ,verbis simplicibus explicare:tñ ppter paucos discutiamus, hęc rãtũ intelligẽtes, qm̃ verbũ qđ in verbo dei hñanũ est a creatiõe mũdi vsq; ad cõsummationẽ nõ trãsit. Instat eñ & operat:quia neq; pricipiũ opetãdi ante tẽpora dierũ acce

pit: sed cū creatura cœpit, & cum creatura trāsibit. Verbū aūt qd fuit ante creaturā nō
A trāsibit cū creatura. DE die aūt illa & hora
" nemo scit, neq; angeli cęlorū, neq; filius, nisi
" pater solus. Videnť hęc arguere eos q pmit tūt de cōsummatione, & corruptiōe mūdi se cōphēdere, & pronunciāt quasi instet dies domini, quales dicunť fuisse quidā Thessalonici in tēpore apostoli, de qbus scribit. Rogamus aūt vos fratres p aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostrā cōgregationē i ipo vt nō cito moueamini a sensu vestro, neq; cōturbemini, neq; p spūm, neq; per verbū, neq; per epistolā quasi per nos missam quasi instet dies dñi. Forte qm̄ apud Iudęos erāt quidam siue p scripturas pfitētes de tēpotibus consūmationis se scire, siue de secretis: ideo hæc scribit docēs discipulos suos vt nemini credāt talia pfitēti. Et seipsum saluator secūdū hunc locū coniūgit ignorantib⁹ diem illū, & horā. Et rationabiliter est qrendū quomodo qui cōfidit se cognoscere patrē, dicēs, Nemo nouit patrē nisi filius, & cui voluerit fili⁹ reuelare, patrē quidē nouit, diem aūt & horam cōsummationis non nouit? & quomodo hoc abscondit pater a filio? Oīno eīn ratio esse debet, q a saluatore tēpus cōsummatiōis abscō
B ditum sit, & ignoret de eo. Audebit aurē aliquis dicere, qm̄ homo qui secundū saluatorē intelligit proficiens sapientia, & ętate, & gratia corā deo & hominib⁹, qui proficiēs proficiebat qdem super oēs sciencia & sapiētia, nō tū vt veniret iam qd erat perfectū priusq̄ ppriam dispensationē impleret. Nihil ergo mirū est si hoc solū nesciuit ex oībus, id est diē cōsummationis & horā. Fortitan autē & qd ait nescire se diē cōsummationis & horā, ante dispensationē suā dixit, qa nemo scit, neq; angeli, neq; filius, nisi solus pater. Post dispēsationē aūt impletā nequaq̄ hoc dixit, postq̄ deus illū superexaltauit, & donauit ei nomē qd est sup omne nomē. Nā postea & filius cognouit scientiā a patre suscipiens, etiā de die cōsummationis & hora, vt iam nō solum pater sciret de ea, sed etiā filius. Et in actib⁹ quidem apostolorū cōuenientes apostoli interrogauerūt eum dicētes: Dñe si in hoc tēpore restitues regnū Israel? Ille autē dixit ad eos. Nō est vestrū nosse tempora vel momēta q pater posuit in sua potestate. Et qm̄ in sua potestate tēpora, & momenta cōsummationis mundi, & restitutiōis regni Israel posuit, ideo qd nōdū fuerat prędefinitū a deo, nemo poterat scire. Vnūquodq; aūt eorū q prēfinit, non ab inexperibili pfinit: nō possibile est enim hoc. Qd aūt pfinit pfinit pricipiū pfiniēdi faciēs. Si aūt ita est, pfiniuit qdē cōsummationē facere mūdi, nō aūt & tpa & momēta pfiniit, q posuit i sua potestate, vt si voluerit ea augere sic iudicans augeat ea: si autē abbreuiare, abbreuiet, nemine cognoscēte. Et ideo de tēporibus & momētis cōsummatiōis mūdi, in sua posuit potestate, vt cōsequēter hūano generi i suo arbitrio cōstituto talia vł talia agēti definiat iudiciū debitū. Multa & i pphetis est inuenire ad vtilitatē audientiū scripta in pceptis & denūciatiōib⁹ quasi nō prēfiniente quicq̄ de eis, sed puniēte qdem si peccauerit, saluāte aūt si pcepta seruauerit. Et sicut in illis nō introduxit scriptura deū pfiniētē, sed secundū vtilitatē audientiū proloquentē: sic intelligēdū est & de die cōsummatiōis & hora. Alia expositio q famatior est eis q iā tradi
C tę sūt, aliud dicit de eo qd scriptū est, Neq; fili⁹, nisi solus pater. Dicit (inqt) alicubi de saluatore apostol⁹, & de reb⁹ in fine seculi ordinādis, hoc modo: Cū aūt subiecta illi fuerint oīa, tūc & ipse fili⁹ subiect⁹ erit ei q sibi subdidit oīa, vt sit de⁹ oīa in oīb⁹. His verbis videť ostēdere qm̄ priusq̄ subiiceret ei oīa, non erat subiect⁹ ei q sibi subdidit oīa. Qd ex hoc demōstrať, qm̄ nisi subiect⁹ fuisset fili⁹ patri q sibi subdidit oīa, nunq̄ ei pater oīa subiecisset. Et videť per hęc dicere subiectiōnē oim q ei erāt subiiciēdi, & aduētū eorū p filium ad deū & pfectiōnē. Si ergo bn̄ diciť hoc de filii subiectiōe ad patrē futura, vt tunc hi q futuri sunt Christi, & adhęserūt ei, cū ipso Christo pri subiiciant: quare nō & de die illa & hora neminē scire neq; filiū similiter exponemus? Donec.n. ecclesia q est corpus nescit diē illū & horā, tādiu nec ipse filius diciť scire diem illā & horā, vt tūc intelligať scire qm̄ sciertē & oīa mēbra ei⁹. Bene autē diciť scire secun
D dū ppriā significationē, sicut est in consuetudine scripturarū. Quid ē scire qm̄ cognoscet diē illū & horā qui occurrerit ad finē, & abbreuiationē diei illius & horæ. Q; autē talis aliqua significatio est scire & cognoscere in scripturis, manifestū est ex eo qd diciť in Ecclesiaste, hoc mō. Qui custodit mādatum, nō sciet verbū malū. i. nō experieť verbum malū. Et in apostolo de ipso saluatore est dictū. Eū qui nesciuit peccatū pro nobis pcm̄ fecit. Et nesciētē peccatū saluatorē dicit, tanq̄ si diceret eū q nō peccauit, nec in natura fuit pcī. Tale aliquid significat & qd dicit, cognouit Adā Euā vxorē suā. Qdiu eīn illa nō fuit ei admixta, nō cognoscebat eā. Et diē ergo cōsūmatiōis huiusmodi & corruptiōis seculi ne

mo scit,neq; angeli cælorũ,neq; filius dei,de sanctis deo melius ꝓuidēte, vt simul fiant in beatitudine q̃ futura est post diem & horam
E cõsummationis illiꝰ.Et sicut apud Hebræos scriptũ est de eis q̃ testimoniũ habēt in fide, ꝙ hi oēs testificati ꝑ fidem non receperunt ꝓ missionē dei,deo de nobis melius aliquid ꝓuidente,vt nec sine nobis consummarent̃:sic sciẽdũ est & in hoc,q͞a deo melius aliq̃d prospiciente de his q̃ erant saluãdi,nondũ eñ receperũt ꝓmissionē,q̃ non cognouerũt de die illa,& hora,neq; angeli cæloꝝ,neq; fili⁹.Præparat eñ filius scientiã diei illius & horæ cohęredibus ꝓmissiõis illius,ex quo seipsum exinaniuit formã serui accipiēs,operãs viã quę ducit ad restitutionē oĩm ꝓpter quos formã serui accepit:vt oēs simul sciãt,id est re ipsa experiant̃ horã illã & diē,quia qđ oculus nõ vidit,nec auris audiuit, & sup cor hoīs non ascēdit,pręparauit deus diligētibus se in sciētia priorũ exercens,& præparans oēm quem vult scire diem illã & horam cũ sanctis angelis,& cũ ipso dño nostro Iesu Christo.Et vniuscuiusq; aũt consummationē in his qbusdã futurã supradictis,& de singulis solꝰ scit pater:qm̃ filiꝰ comitãs,& præcedēs ante sequentes,& volēs(vt ita dicã)vẽturꝰ est, & tardat vt possint eũ sequi q̃ certãt sequi eũ,& sequētes eũ inueniant̃ cũ eo ĩ die illa & hora.Sicut eñ fuit in diebus Noe, sic erit & aduẽtꝰ filii
F hoīs.Sicut eñ fuerũt in diebus ante diluuiũ mãducãtes,& bibẽtes,nubẽtes,& nuptũ tradentes quousq; intrauit Noe in arcã, & non cognouerunt donec venit diluuium,& tulit oēs:sic erit & aduẽtꝰ filii hoīs. Eis q̃ cognoscũt verboꝝ p̄sentiũ textũ,siue spiritaliter ea volētibꝰ intelligere,siue simpliciter,cõsequēs est de cõsummatione dicere mundi istius,ꝙ subito erit,quasi q̃ iã ęgrotauerit prius ęgrotatione idonea & manifestãte corruptionem suã futuram.Hoc eñ ex eo pręcipue demonstrat̃ qđ dicit, ꝙ similis erit diebus Noe aduẽtus filii hoīs:subito eñ tũc ꝑierũt oĩa q̃ fuerant super terrã.Qui autē vult dicere ꝙ paulatim erit cõsummatio mũdi, dicet similiter factũ & in diebus Noe. Quadraginta eñ diebus,& quadraginta noctibus pluuia descẽdēte, cõsequēs fuit primos periisse q̃ in dep̄ssioribus terrę partibꝰ habitabãt,post eos autem q̃ modice in altioribus,& sic nouissimos q̃ in altissimis mõribus morabant̃.Sic inq̃t in cõsummatiõe mũdi cũ descẽderit ignis,incipiet q̃dē de sublimioribus locis, & paulatim ad īferiora descēdet. Lucas aũt subiũgēs etiã similitudinē ignis Sodomoꝝ: dat nobis occasionē intelligendi,ꝙsubito consummatio est
G futura.Dicet aũt aliqs ꝙ ꝑ hoc illud declaratur , ꝙ non moraliter pluuia illa fuit aut ignis sed ꝓpter peccata hoĩm abũdãtia. Duobus ergo modis mũdi corruptio existimat̃ futura.Vno q̃dē secũdũ moralē ignis detentionē:altero aũt scđm iudiciũ dei. Gẽtiles aũt ĩ flãmationē illã,vel causam inflãmatiõis illiꝰ non dicũt fuisse pctã,sed ignis fuisse virtutē. Diuini aũt sermones oĩa teneri & gubernari docēt a deo,& nõ culpãt ignis violentiã, sed dei ꝓnunciãt voluntatē:saluãtis q̃dē sup terrã,q̃ salute sunt digni in ea,ꝑdentis autē eos in quibus ꝓpter abundantiã iniq̃tatis charitas
H refrigescit.Cõparatio.n.Sodomitici ignis manifestissime docet subitaneam fore mundi corruptionē ex eo qđ angelus dixit ad Loth: Ecce admiratꝰ sum faciē tuã ĩ verbo hoc, vt nõ destruã ciuitatē de qua dixisti. Festina ergo saluari illic,nec eñ potero facere q̃cq̃ donec tu eas illuc. Vides ꝙ ignis ille q̃ sup Sodomã mittebat̃, volũtate cõtinebat̃ diuina, donec Loth intraret ĩ Segor.Sic puto & ĩ cõsummatione futurũ, secũdũ qđ saluatꝰ est & Loth:vt tũc ignis ille cõsummatiõis obtineat mundũ secũdũ iudiciũ dei,cũ saluati iusti fulxerit sicut sol in regno patris sui:tũc iniquos colligēt de regno Christi,& mittēt eos in caminũ ignis. Quõ eñ nõ est manifestũ ꝙ subito erit corruptio mundi, ex eo qđ dicit. Erũt mãducãtes,& bibētes,nubentes,& nuptũ tradētes:q̃ pacis & securitatis sũt signa? Fames eñ & pestilẽtiæ forsitã añ aliq̃d tẽpus cõsummatiõis erũt:circa ipsam aũt cõsummationē neq; fames,neq; bellũ erit.Quõ aũt mãducãtes,& bibētes,nubētes, & nuptũ tradentes,plãtãtes & ędificãtes,ementes,& vēdētes sunt cõp̄hendēdi:nisi ita sit ordinarũ? Sed & illud hoc manifestat qđ ait Aplꝰs: Qm̃ dies dñi sicut fur,ita ĩ nocte veniet:cum dixerint pax & securitas,tũc repētinus illis supueniet interitꝰ,sicut dolorē partꝰ in vtero habenti, & nõ effugiēt.Docet nos ꝙ subito & ĩsperato eueniet dies cõsummationis hoĩbus,cũ rerũ status quasi ad melius visus fuerit esse cõuersus,de fame priore ad vbertatē,de pestilētia & pliis ad pacē atq; securitatē. Qui autē
I altius euangeliũ audiũt , & omnia agunt vt oĩno in nulla parte euãgelii sit eis velatũ:nõ multũ curãt de cõsummatione seculi generali,verũ subito,& generalis sit futura, an ꝑ partes:sed hoc tãtũ cõsiderant, ꝙ vniuscuiusq; cõsũmatio sit ipso nõ cognoscēte,neq; diē,neq; horã exitꝰ sui: & ꝙ super vnũquẽq; nostrũ dies dñi ita veniet sicut fur. Propter

qđ opus est vigilare,siue vesperi,id est i iuuẽtute,siue media nocte,id est i medio vitę humanę tenebrosę, siue gallicantu, quãdo iam senior est,siue mane, qñ iã in senectute puecta est:vt cũ venerit de⁹verbũ afferẽs cõsummationẽ pfectionis vitę istius,cõphẽdat̃ q nõ dedit somnũ oculis suis,neq̃ dormitatio nẽ palpebris suis:& custodiuit mãdatũ dicẽtis, Vigilate i omni tẽpore. Tamẽ vani sunt oẽs,siue q cõsummationẽ mũdi scire se profitent̃ qñ erit,siue q vitę ppriç finẽ scire se gloriant̃, aut p signa auiũ, aut p ventriloquos, aut per magos seducti: & putãtes cognoscere diẽ & horã exitus sui. Sicut enim est,nemo coguoscere potest, nisi forte propheta aliqs fuerit sancto spiritu illuminatus: sicut Ille q vxori regis prophetauit volẽti cognoscere si surgeret ex infirmitate filius ei⁹:& sicut Helias pphetauit Ochoziæ dicẽs q a dño fuerãt cõstituta,Hęc dicit dñs, propterea q nõ erat deus i Israel tu vadis q̃rere ad Baal aut Beelzebub virũ muscarũ,deũ Accaron: ideo dicit domin⁹: de lectulo sup quẽ ascẽdisti nõ descẽdes:qm̃ morte morieris. Hęc etsi in excessu dixim⁹:tamẽ quasi vtilia introduxim⁹, qm̃ & de cõsummatione vniuscuiusq̃, id est de die exitus sui nemo cognoscere põt, q̃uis multi pfiteant̃ talia scire, nisi forte q audierint ex pphetis.Scio & aliã consummationẽ viri iusti, q apostolico pfectu dicere potest: Mihi aũt absit gloriari nisi i cruce dñi nostri Iesu Christi,p quẽ mihi mũd⁹crucifixus est, & ego mũdo.Cui.n.mũdus est crucifixus, ei quodãmodo cõsummatio iã facta est mũdi: & q mortu⁹ est mũdialib⁹ reb⁹, cui trãsgtesso dies nõ dñi venit dñi dies,in qua fit aduetus filii hois sup animã ei⁹, q iã nõ viuit pcc

A cato,& mũdo. TVNC duo erũt i agro,vn⁹ „ assumet̃ & alter relinq̃t. Sicut i eo qđ dicit, Aut facite arborẽ malã,& fructus ei⁹ malos: aut arborẽ bonã,& fructũ ei⁹ bonũ.Duę sunt arbores gñales i cordib⁹ hoim,aut bona virtutis,aut mala malitię.Sicut mũdus est ager scđm parabolã quãdã, duo gñaliter sunt in eo:vn⁹ qdẽ sicut Noe opari⁹ terrę, alter aũt sicut Cain operãs terrã.His talib⁹ i agro huiusmodi cõstitutis vn⁹ assumet̃.i.q similis est Noe oparius terrę:& alter relinquet̃,q sicut Cain terrã operãs est. Talis enim est ois q odit fratrẽ suũ: & pp̃ter odiũ fratris, homicida a

B Ioãne appellat̃ apostolo. Sic aũt & de aiabus molẽtibus in grani mola mũdi vel corporis, bona qdẽ aĩa assumit̃:mala aũt relinquit̃, donec digna efficiatur assumi. Aut ita.Duo in agro, sensus hois boni, & sensus hois mali. Sẽsus bon⁹ assumit̃,malus relinquit̃ Nec enim possum⁹ dicere spm̃ mali hois nõ assumi: qa didici apud Ecclesiastẽ de oĩ spiritu qm̃ cõuertit̃ ad deũ q dedit eũ:sicut & de oĩ carne, qm̃ reuertit̃ ad terrã vnde assumpta est:& sicut ipse dñs docuit nos vt timeam⁹ eũ q corpus & aĩam põt pdere in gehẽnã: & ex eo q̃ nihil de spũ dixit,euidenter ostẽdit qm̃ spũs cũ corpore vel aĩa peccatrice nõ simul punit̃. Qui enim peccauit diuidit̃: & pars quidẽ eius cũ infidelibus ponit̃: qđ autẽ nõ est eius, reuertit̃ ad deũ q dedit eũ.DVO in lecto vno, „ vnus assumet̃,& alter relinquet̃. Extra eos q̃ „ sunt duo i agro, extra eas q̃ sunt duę ad molã,sunt duo corpora in vna materia:ex q̃bus corporibus vnũ qdẽ corpus est iusti qđ assumit̃,alterũ aũt corpus eiusdẽ materię qđ relinquit̃.Et corpus qdẽ quasi infirmũ in lecto est carnaliũ passionũ q̃uis assumat̃:Aĩa autẽ propter multa q̃ sustinet i hoc mũdo, molit in mola mũdi:sensus autẽ in agro secũdũ ea quę diximus operatur quę operatur.

Secundũ Matthęũ.Ca.XXIIII.

IN ILLO tẽpore,Dixit Iesus „ discipulis suis, Vigilate,qa „ nescitis qua hora domin⁹ve „ ster veniet.Et reliqua. „

Homilia Origenis de eadẽ lectione. XXXI.

NOn dãres somnũ oculis animę nostrę, neq̃ dormitatio nẽ palpebris,vt expectemus vel nostrũ,vel seculi finẽ, siue vt de hac vita egrediamur, siue vt nobis cõsumet̃ hic mũdus.Quęret aũt aliqs quomodo psens iuxta discipulos dñs cõstitutus,ita loquit̃ qsi nõ psens,sed vẽturus ad eos dicẽs. Vigilate qa nescitis qua hora dñs vester veniet. Et dicet qdẽ q simplicior est, qm̃ de secũdo aduentu in quo vẽturus fuerat hũc dicebat sermonẽ. Alius aũt intelligilẽ & futurũ in sensum discipulorũ verbi dicebat aduentum:qa non dum erat in sensu eorũ,queãdmodũ erat futurus:qm̃, sicut per hunc locum demõstrat, in vigilantibus operatur diẽ aduentus sui in animã eorũ qui illuminãtur a lumine vero, D veniẽtis ad animas ipsorũ. Illud autẽ scito „ re,qm̃ si sciret paterfamilias qua custodia fur „ venit,vigilaret vtiq̃,& nõ sineret perfodi do „ mũ suã. Quomodo nõ sineret!Sine dubio p „ vigilãtiã suã.IDeo & vos estote parati,quia „ qua custodia nõ speratis filius hoĩs vẽturus „ est. Sed Matthęus quidẽ indefinite, Marcus „ autem etiã tempora diei tãq̃ furis venientis

definiit dicēs. Vigilate ergo qa nescitis quan
do dn̄s domus veniet, sero, an media nocte,
an gallicantu, an mane. Paterfamilias autem
domus, est sensus hoīs: Domus autē eius ani
ma. Fur vero q patrefamilias dormiente sub-
ito venit & perfodit domū: puto q̄ diabolus
est, aut oīs sermo cōtrarius, secundū qd̄ euā
gelista Ioannes nos docet hoc modo, dicens.
Amen amē dico vobis, q nō intrat p ianuam
in cohortē ouiū, sed ascēdit aliunde: ille fur
est & latro. Sicut ergo q p ianuā intrat in co
hortē ouiū pastor est ouiū, cui ostiarius ape-
rit: qui aūt nō ītrat p ianuā, sed ascēdit aliū-
de, fur est, & latro: sic dn̄s dom⁹ fiducialiter
per ianuā qn̄ vult ingredit in eā remunerās
E vigilantem. Fur autē quasi fur, non per natu
ralem introitū intrat in domū ad animā ne-
gligētis: sed quasi qui iam foderit eā, primū
destruēs q̄dā naturalia ædificia animæ eius,
& naturales intellectus in eo q nō vigilauit,
quos ædificauerat deus verbū. Et per ipsam
dirutionē ingressus fur, diripit eā exarmans
sensum, quādo & sepeliēs nō vigilantē patrē
familias, spolia ei⁹ distribuet. Aliquoties au-
tem inuenit quis furem in ipa perfossione, &
cōphēdēs eū quasi arma sua habens percu
tit furem, & percussorē sermonē immutās eū
interficit eū, quādo & interficiens homicida
nō existimat, absq̄ omni dilatione iterficiēs
eū. Si autē non apud se, sed apud eū qui oc-
culta oīa manifesta facit: cōprehenderit quis
eū qui furatus fuerat bona eius, & intellexe-
rit eum, & redarguerit eū. i. interfecerit eū:
nullā veniā habet mortuo, atq̄ manifestato
F furi: & ipse eīm morietur. Et vide ne forte tale
aliquid significet lex Moysi, dicēs. Si autē in
ipsa pfossione inuētus fuerit fur, & percussus
mortuus fuerit: nō est ei homicidiū. Q; si or
tus fuerit sol sup eū, reus est: morietur p eo.
Qui eīm prius q̄ faciat malū cognoscit malū
& confringit in seipso: ipse est qui cōphen
dit, & interficit in eo dū perfoderetur ab eo.
Qui aūt postq̄ fecerit malū q̄uis redarguetit
eū extra se malū cōprehēdisse, & extra domū
suā interfecisse videtur: nihil ei prodest, reus
eīm factus est mortis. Nā oēm hominē postq̄
peccauerit reuersum in se, sensus diuinus q
est in nobis illuminat quasi lux, vt intelliga-
mus qd̄ gessimus malū ad piudiciū nostrū,
nō ad salutē: tn̄ in textu hoc euāgelii in quo
loquimur, nō in die fur venit quādo illumi-
nata est a sole iustitiæ anima hoīs studiosi,
sed in nocte, & in tēpore adhuc malitię pma-
nētis. In qua cū fuerit aliqs, possibile est etsi
nō habuerit virtutem solis, tn̄ vt illustretur

ex aliquo splēdore modico verbi qd̄ est lucer
na adhuc qdē manēs in malis: iam tamē ha-
bens propositū meliorū, & vigilātiam vt ne
perfodiatur propositū eius ad meliora respi-
ciēs. Nā sicut legimus apud Pastorē, vasa ple G
na nō cito quis gustat: nec enim mutātur fa
cile. Semiplena autē qa facile credūtur muta
ri, frequēter gustātur. Et vide si potes ad talē
trahere intellectum illud qd̄ alibi scribitur.
Sint aūt lumbi vestri succincti, & lucernę ar
dētes, & vos similes hominibus expectātibus
dominū suū quādo reuertatur. Qm̄ qui nō-
dum est in lumine, & in die virtutū, præbet
aūt se iam doctrinæ illuminanti animā suā,
secūdū qd̄ possibile est, in primis succinctus
est, & auertens seipsum ab effusione malitię:
vtitur nondum quidē quasi diei lumine cla-
ro virtutis, sed lucerna qua possibile est illu-
minari etiam q in malitia est. Hic ergo cuius
sic lucerna accēsa est, expectās est dominū suū
deū verbū, vt reuertens veniat ad eū q inte-
rim habuit in seipso lucernā, & illuminauit
totā mētē ipsius, videlicet quasi sol. Et vnus
quisq̄ secūdū suū profectū incēdit lucernam
aut minus aut amplius a lumine scientiæ, &
oleū p meditationē infundit, & in ipsa vigi-
lans aduersus peccatricia opa, sperās p absti-
nētiā huiusmodi, & meditationem dominū
suscipere in seipsum. Ei tn̄ q abūdātius proff
cit, & posteriora quidem obliuiscitur, id est
malitiā, modicum autē eius adhuc habet in
se, iam ad virtutem propinquat, cōuenięter
dicitur: Nox promouit, dies autē appropin-
quauit. Signādum est autem: qm̄ dixit, Dies
autem instat. Instat enim perfectis, & nullum
habētibus in se vestigium noctis: appropin-
quat autem proficiēti ad melius, & quæ diei
sunt meditāti, & sicut in die honestatē susci
piēti: & prope est iam iste qui talis est vt di-
cat, Nō sumus noctis, neq̄ tenebrarum. Qm̄ H
autem semel venimus in hunc locum, debe-
mus & de custodiis diuersis reddere rationē.
Alius quidem reprehēditur vigilans statim
in vespere ipso, & continuat vigilias vsq̄ ad
mediam noctem, adhuc autem vsq̄ ad galli-
cantum, & adhuc vsq̄ ad mane. Qui enim
mox vt cœperit malitiā, id est mox vt cœpe
rit infans plenū pferre sermonē: ex eo enim
incipit esse in malitia, qd̄ est in nocte, si sta-
tim tradiderit se vt fiat & auditor legis, &
factor, si quidē permanserit vsq̄ ad finem in
ipso proposito, vigilauit a vespere, & conti-
nuauit vsq̄ ad mediam noctem, & non dedit
somnū oculis suis, neq̄ vsq̄ ad gallicātū, neq̄
vsq̄ ad mane, itē beatos seruos huiusmodi

vir cōputat. Qui aūt fuerit inuētus post tēpus sermonis īpleti partē aliquā noctis trāsigere in comessationibus, & ebrietatibꝰ, & cubilibus, & impudicitiis: cœperit aūt postea vigilare: & iste spem bonā habebit si pmanserit vsq; ad mane, incipiens a media nocte vigilare, id est a virilitate. Si aūt perfectus in tēpore ætatis corporis sui, audiēs diuinā doctrinā susceperit inde lucernā, quasi volēs viuere secūdū dei pceptū: & iste habēs lucernā a gallicantu, & vigilans, & pmanēs vsq; a mane, nō perdit bonę seruitutis mercedē in tempore modico. Si possibile aūt est & statim circa ipsam cōsummationē noctis (id est postq̄ pene totū tp̄s vitæ suę cōsumpserit malitia) vt credēs accendat sibi lucernā, & vigilet vel residuo tēpore: & si venerit dn̄s domus cum gratia sua, qbusdā qdē a vespere cōmorabit vsq; ad mane, aliis aūt a media nocte, illuminās eos ī reliquū: aliis vero a gallicātu minꝰ cōuersans cū eis. Sed neq; mane accendentes lucernā, & vigilātes pter expectationē dn̄i derelinquet: sed etiā istos inueniens minime dormiētes, neq; cubilibus & īpudicitiis attēdētes, honorabit eos honore quo dignos eos

A esse cognouerit. Et fur ergo custodia quadā, & hora noctis aduētat, & pfodit domū eius, quē nō inuenerit vigilantē, neq; habentē lucernam accensam. Et qbusdā qdē superuenit vespere: aliis aūt media nocte, qbusdā autē & gallicantu: sunt autē & quibus mane. Et dn̄s custodia quadā & hora noctis venit: & forsitan dn̄s illi venit cui fur veniēs nihil facere potuit: videlicet nō pmissus perfodere domū vigilantis, & lucernā accēsam habētis. Ad eū autē qui domū habet pfossam: nō venit dn̄s, maxime si didicerit aliquis qd̄ dictū est: Sint lūbi vestri pcincti & lucernę ardentes, & vos similes hominibꝰ expectātibus dominū suū: contemnēs ea quæ dicta sunt, dederit somnū oculis suis, & palpebris suis dormitationem.

B Ad manifestādū aūt sensum loci istius q nobis incurrit: tali vtamur exēplo. In tēpore tētationū: vel qualiūcūq; calamitatū maxime fur solet venire, volēs pfodere animę domū: sed veniēte fure, q accidētia sustinet, & pter dei dilectionē oīa suffert: nihil passus ab eo cōfestim ad se veniētē videbit dn̄m. Qui aūt a fure ī tpe calamitatis suę pfodi passus fuerit domū, quasi īdignꝰ aduētu ad se dn̄i sui, non erit dignus aspicere eū. Quis eñ fidelis seruus & prudēs quē cōstituit dn̄s eius sup domū suā, vt det cibos in tēpore? Q; ad apostolos cæterosq; episcopos & doctores parabola ista ptineat manifestū est: maxime ex eo qd̄ apud Lucā Petrus interrogat, dicens: Ad nos parabolam istam dicis, an ad omnes? Sed tamen cū sint multi dispēsatores, difficile est inuenire & fidelem, & prudētem. Propter qd̄ ait apostolus. Ita nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū dei: hic iam q̄rit inter dispēsatores vt fidelis quis inueniatur. Peccat autē in deū quicūq; C episcopus, qui nō quasi cōseruis seruus ministrat, sed quasi dn̄s. Frequenter autē & quasi amarus dn̄s dominās p vim, similis cōstitutꝰ Aegyptiis q affligebant vitā filiorum Israel cū vi. Ergo memores esse debent verborum Christi dicētis. Vos vocatis me magistrū, & dn̄m, & bene dicitis. Sū etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, & vos debetis alterutrū lauare pedes. Exēplū eñ dedi vobis, vt sicut ego feci, sic faciatis. Et illud. Principes gētiū dominātur earū, & maiores eorū potestatem exercēt in eis. Inter vos aūt nō sic erit: sed q vult inter vos esse primus, erit nouissimus, sicut filius hoīs nō venit ministrari, sed ministrare, & dare aiam suā redēptionē p multis. Audire autē oportet & Paulū, dicentem. Cū possimus oneri esse vt Christi Apostoli, facti sumus paruuli in medio vestrū: quēadmodū si nutrix foueat natos suos, sic desiderātes cupimus participari vobiscū non solū euangelium, sed etiam animas nostras. Et nō oportet pcutere cōseruos, sed corripere inquietos: cōsolari pusillanimes, sustinere infirmos, & patiētes esse ad omnes: qm̄ seruū Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes: cū modestia docentē eos qui resistūt. Quasi recedēs aūt ipse a mala inductione cōseruorū Paulus culpat eos q nō erāt tales, q superbis qdē erāt subiecti, cōtēnebāt aūt mansuetos: hoc modo dicēs. Sustinetis si qs vos D in seruitutē redigit: si qs deuorat, si qs accipit, si qs extollit, si quis in faciem vos cędit, quasi nos infirmi fuerimus. Cōsidera autem in istis quomodo eos qui in seruitutem redigūt, & in faciem cędūt propter qd̄ amarius principētur, rephenderit ipse dicēs se abstinere ab eis: non quia infirmus erat, ꝙ minus faceret ea, sed vt faciat ipsa quæ docet. Docet aūt cū modestia docere eos qui resistunt. Propter qd̄ & definiēs quales debeāt esse episcopi, sic dicit. Non litigiosi, nō percussores, sed mansueti, ornati, & quęcunq; inter fideles, & sapientes seruos inueniūtur, & dispēsatores quos cōstituit dominus super familiā suam, sicut dicit Lucas. Ex his autē cognoscere est, ꝙ non solum qui fideles sunt & sapientes, illos cōstituit dominus super domū

suã, sed etiã malos seruos dicẽtes in cordibꝰ
suis,semper motã facit dñs meꝰ venire: pro-
pterea pcutiunt cõseruos,manducãt & bi-
E bunt cũ ebriis,vel ebriosis,& inebriant. Siqñ
ergo arbitrant se esse in magno fastigio qui
psunt ecclesiis Christi,ppterea ꝙ cõstituit
eos dñs sup familiam suã:cognoscant ꝙ non
hoc eos saluat ꝙ cõstituti sunt a dño sup fa
miliã eius: sed illud vt dẽt iu tẽpore cibos,&
vt abstineant se a pcussionibꝰ, & a comessa
tionibus,& potationibꝰ cum ebriosis. Si aũt
nõ se abstinuerit ab huiusmodi, & magnum
sapuerint ppterea ꝙ cõstituit eos dñs sup fa
miliã suam,sciant,ꝙ veniet dominus eoꝝ in
die qua nõ putãt,& hora qua nesciunt:& di
uidet eos,& partẽ eoꝝ cũ hypocritis & infi-
delibꝰ ponet:& cũ fuerint inter hypocritas,
& infideles positi nihil eis proderit ꝙ consti
tuti a domino sunt super familiã eiꝰ. Vt aũt
timeamus illud qđ ait,diuidet eũ:cõuenit re
cordari ea q̃ a Daniele sunt dicta cõtra pſby-
F teros malos.Qm̃ angelus domini habẽs gla
diũ scindet te mediũ. Scindens autẽ diuidet.
Ausi sumꝰ vti ĩ hoc loco Danielis exemplo,
nõ ignorantes ꝙ in hebręo positum non est,
sed qm̃ in ecclesiis tenetur. Alterius autẽ tẽ-
poris est requirere de huiusmodi. Attẽde au
tem etiã illud qđ ait,Fidelis seruꝰ & prudẽs,
beneuolenter audiens verbum, & acquiescẽs
voluntati Christi ea dicentis,& conscribẽtis
Matthæi.Diligenter ergo est audiendum de
fideli seruo,atq; prudẽti, qui ĩ fide proficit.
Aut si nondũ in ea perfectus est qui cõmuni-
ter & ipse fidelis vocat,& qui naturalem ha
bet mentis velocitatẽ,& dicit prudẽs.Et vil-
licus ergo iniquitatis prudẽter facit,nõ qui-
dem faciens secundũ prudentiam ex virtuti
bus,sed quia velox erat ĩgenio. Et filii seculi
huius prudẽtiores sunt q̃ filii lucis ĩ genera
tione sua. Nõ quia secundũ prudentiam vnã
ex virtutibꝰ sunt prudẽtes, aut quia filii lu-
cis secũdũ aliud aliquid sunt eis minores in
sapiẽtia, aut in acumine naturali mẽtis sunt
inferiores.Scit enim & prudentiã vnã esse ex
virtutibꝰ sermo diuinus, sicut in Prouerbiis
docet dicẽs:Dic sapientiã sororẽ tuã esse,no
tam aũt fac tibi prudẽtiam, vt custodiat te a
G muliere aliena. Nũc aũt communiter audire
debemꝰqđ ait,qs est seruus fidelis & prudẽs:
quasi quidã quidẽ secundũ cõmuniter intel-
lectam fidem sint fideles,non aũt sint prudẽ-
tes,neq; veloces ingenio:& iterũ alii quidem
sint veloces,& secundum qđ hic significatur
prudẽtes,non aũt omnino & fideles. Si quis
autẽ considerat multitudinẽ volentiũ esse se

christianos,inueniet quidẽ fideles multos &
studiũ fidei exercẽtes, nõ autem & prudẽtes
vt sint filii huiꝰ seculi prudẽtiores eis in ge-
neratiõe sua:sciẽtes qm̃ q̃ stulta sunt mundi
elegit deꝰ vt cõfundat sapiẽtes.Et videbit ite
rũ alios qui credidisse putant, veloces quidẽ
esse,& sapiẽtes,modicæ aũt fidei:& si nõ infi
deles,tñ minꝰ fideles,qm̃ stulta mundi,q; deꝰ
elegit cõtẽnunt.Cõuenire autẽ in vnũ fidelẽ
atq; prudentẽ, vt secũdũ vtrũq; det cõseruis
suis cibũ in tpe,valde rarissimũ est.Vt eñ in
tpe det cibũ, necessariã habet quis prudẽtiã:
vt aũt non adimat cibos in tpe indigẽtium,
opus est fide. Nõ aũt est importunũ mouere H
propter pctã quę in hoĩbus qui vident crede
re Christo,& in dispẽsatoribus ecclesiarũ ple
rũq; fieri solẽt:qm̃ & secũdum simplicem in-
tellectũ multi opus habemus vt fideles simꝰ
pariter & prudẽtes ad dispensaudos ecclesiæ
redditus: fideles quidẽ vt nõ deuoremꝰ quæ
sunt viduarũ, & vt memores simꝰ pauperũ,
& occasionẽ accipientes ex eo qđ scriptũ est,
Dñs cõstituit his qui euãgelium pdicant de
euangelio viuere,amplius q̃ramus cibo sim-
plici,& necessariis vestimẽtis ; vt ne amplius
teneamꝰ nobis q̃ demus esurientibꝰ fratribꝰ,
& sitiẽtibus,atq; nudis,& eis qui necessitatẽ
patiunt in secularibus curis.Prudentes autẽ
vt vnicuiq; secũdũ dignitatem vniuscuiusq;
subministremꝰ,recordantes qđ dictũ est:Bea
tus qui intelligit sup egenũ & pauperẽ.Non
eñ simpliciter de rebꝰecclesiasticis dare opor
tet,vt vnũ hoc obseruemus,vt ne quæ pau-
perum sunt deuoremꝰ,aut furtum faciamus
de eis:sed vt prudẽter intelligamꝰ indigẽtiũ
causas ptopter quas suut indigẽtes: & vnius
cuiusq; dignitatem quomodo aduocatꝰ est,
quãtũ necessarium habet, vel ppter quã cau
sam indiget. Nõ ergo similiter est agendũ in
eis qui ab ĩfantia duriter sunt educati & stri
cte,& in eis q large & deliciose nutriti sunt,
& postea ceciderũt. Nec eadẽ sunt ministran
da viris,& mulieribus:aut multũ senibus,&
iuuenibus:aut iuuenibus quidẽ, & debilibꝰ,
ppter qđ nõ possunt sibi acqrere escas, & eis
qui vel ex pte possunt sibi succurrere. Requi
rendũ est aũt & si multos habeãt natos non
negligẽtes,sed oĩa faciẽtes,& nõ sibi sufficiẽ-
ter occurrẽtes.Et ne plura dicamꝰ,multa sa-
pientia opus est q vult bñ dispensare ecclesia
sticos redditꝰ: vt etiã ĩ istis fidelis & prudẽs
dispẽsator inuenꝰ,beatꝰ efficiat.Forsitan au I
tẽ & ppter multitudinẽ christianoꝝ qui nõ
satis circa reqsitionẽ verbi habẽt,& tales sũt
ad pĩcipatũ subleuati:magis necessariũ habe

mus audire quis est fidelis seruus & prudẽs
quẽ cõstituit dñs super familiam suã, vt det
illis cibũ in tẽpore: vt nõ effundant rationa-
bilem & spiritalẽ cibũ conseruis quibuscũq;
simpliciter: & quibus non oportet, volẽtes se
ostendere esse prudentes, & magis necessariũ
habentibus verbũ qđ mores eorꝝ ædificet, &
vitam componat, q̃ qđ producit ad sapiẽtiã,
& illuminat sciẽtię luce eos quorũ mens po-
test sufferre huiusmodi lucis splendorẽ: aut
vt ne eis qui possunt acutius audire, pigeat
exponere altiora: vt ne exponentes vilia ab
ingeniosioribus cõtemnãtur qui naturaliter
sunt ingeniosi: aut per exercitationẽ forsitan
A secularis sapientiæ habentur acuti. Difficile
est ergo vtrũq; in vno, vt & prudens sit & fi
delis: non autẽ & impossibile: nec enim beati
" ficat eũ q nõ potest esse, dicẽs. BEAtus seru⁹
" ille quẽ dominus veniẽs inuenerit faciẽtẽ sic.
" Amen dico vobis, ꝙ sup omnia bona sua cõ-
" stituet eũ. Beatus ille seruus, quẽ veniẽs dñs
inuenerit faciẽtẽ sic. Magna promissio fideli-
bus, & prudẽtibus dispẽsatorib⁹ prędicatur,
& cũ eis qbus ait: Esto potestatẽ habẽs super
" quinq; ciuitates: aut esto potestatẽ habẽs su
per decẽ ciuitates. Nã sup omnia bona patris
familias fieri: quid aliud manifestat nisi hęre
des dei, & cohęredes Christi, & conregnãtes
cũ Christo? Cui omnia sua tradidit pater, si-
cut ipse dicit: Data est mihi omnis potestas
in cęlo, & in terra: & quẽadmodum boni pa-
tris filius sup oẽm patris substãtiã cõstitutus
participat huiusmodi dignitatẽ & gloriam
fidelibus, & prudẽtibus dispẽsatoribus suis,
vt sint & ipsi sup oẽm creaturã, & potestatẽ,
B vt sint cũ Christo. Et vide interpretationem
eius qđ dicit: Amen dico vobis ꝙ super oĩa
bona sua cõstituet eũ: Intellige mihi quasi in
exẽplũ accipiẽs aliquẽ regẽ oĩne regnũ sub se
habẽtẽ: cũ quo sunt gẽtes multę, & ciuitates
& loca diuersa. Itaq; diuidat ipse satrapis, &
cęteris principibus q aliqd p̃clare gesserunt,
plenitudinẽ regni sui: & oẽs qdem cõstituet
sup omne regnũ suũ: non aũt singulos super
oĩa: sed vnũquẽq; eorũ sup aliquã ptẽ regni
sui: vtputa hunc qdẽ super decem ciuitates,
alium super quinq;. Et sic omnes erunt super
omnia bona, ipse autẽ solus teneat oĩa quasi
solus omniũ rex. Et tale est qđ dicit, Sup oĩa
bona sua cõstituet eũ. Sicut autẽ audiuimus
de beatitudine dãda seruis fidelibus, & pru-
dẽtibus: sic audiamus & de tormẽtis malorꝝ
seruorꝝ. Dicit eñ malus seruus ĩ corde suo,
pręsentẽ voluptatẽ præponẽs bonis futuris,
& contemnẽs dominũ suũ, dicit. Morã facit
dominus meus venire. Mẽtiẽs autẽ hoc dicit
volẽs mãducare & bibere cũ ebriosis, & sem-
per somniat: ꝙ post multum temporis ven-
turus est dñs suus: & quasi dño moras faciẽ
te percutit cõseruos sufferentes, & in serui-
tutem redigit eos, & in faciem eos cędit. Et
percutiens manducat, & bibit cum ebriosis,
occasione obsequii ecclesiastici: & nõ esurien
tes suscipit, sed epulatur cũ ebriosis & mul-
tis huiusmodi qb⁹ ecclesiastica cura cõmissa
est: qbus veniet dñs faciẽs cõsummationẽ eo
rũ in die qua nesciũt, & hora qua nõ putãt,
& diuidet eos q nõ timuerũt eũ, qui potens
est animam & corpus perdere in gehennam.
Diuidit autẽ eũ quãdo spiritus quidem eius C
reuertitur ad Deũ qui dedit eũ: anima autẽ
cũ corpore suo vadit in gehennã. Iustus aũt
non diuiditur: sed anima eius vadit cum spi
ritu ad regna cęlestia. Propter qđ scriptũ est:
Benedicite spirit⁹ & animę iustorũ domino.
Eorum autem qui diuiduntur & deponunt
spiritũ reuertentẽ ad eũ qui dederat eum, &
nõ habent postmodũ in se partẽ aliquã quæ
erat ex deo: relinquit eis pars eorũ quæ erat
ipsorũ, id est anima, quę cũ corpore suo pu-
nietur a domino veniẽte, cum infidelibus &
hypocritis in tormẽtis. Vide ergo differẽtiã
seruorũ quos dñs cõstituit super domũ suã:
qm̃ quidam quidẽ quasi fideles & prudentes
dispensatores q dederũt cõseruis cibũ in tem
pore, super omnia bona patrisfamilias consti
tuũtur: qui autẽ contraria eis egerunt, extra
ꝙ ceciderũt de gloria tãta, adhuc diuidentur,
& pars eorꝝ cũ hypocritis & infidelibus po-
netur. Ibi erit fletus eis q male in hoc mũdo
ridentes fuerũt, dicẽte scriptura. Vęh q nũc
ridetis, qm̃ flebitis, & plangetis. Cõsequẽter
autẽ propter requiẽ & resolutionem qua re-
quieuerũt & resoluti sunt, rationabiliter erit
eis dẽtiũ stridor. Qđ hoc forsitan significat,
ꝙ qui puniunt cogitãtes fore finẽ doloris,
& propter hoc volẽtes viriliter eos sufferre,
compulsi tormentis insufferibilibus, dẽtibus
stridũt. Illis videlicet dentibus qbus mãduca
uerunt acerbitatem malitiæ, & propterea pa
tiuntur dentium dignũ stridorem.

Secundum Matthęum. Cap. XXV.

" IN ILLO tempore, Dixit Ie-
" sus discipulis suis parabolã
" hanc. Simile est regnũ cęlo-
" rum decem virginibus, quæ
" accipiẽtes lãpades suas exie-
" rũt obuiã sponso, & sponsæ.
" Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq;
" prudentes. Et reliqua.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. XXXII.

D IN omnibus qui didicerunt verbum dei: regnum cælorū assimilatur virginibus decē. Et si quidem in eis sunt q recte & credunt, & viuunt, & ideo iuste assimilatur quinq; prudentibus: qui autem profitentur quidem fidem in Iesu, non autem pręparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinq; assimilatur virginibus fatuis: nō irrationabiliter dicimus sensus omnium qui didicerūt diuina, quomodocūq; verbum domini receperunt, siue occasiōe siue veritate, ꝗ virgines sunt virginificatę per verbū dei cui crediderunt, aut credere volunt. Tale est enim verbum dei, vt de sua munditia accommodet omnibus q per suam doctrinam recesserunt quidem ab idolorum cultura, vel cultura elemētorum creationis dei, accesserūt autem per Iesum Christum ad dei culturam, ꝗuis non fuerunt subsecuta opera pietatis, neq; ad beatitudinem præparauerint semetipsos. Sicut autem secūdum verbum veritatis sequuntur seipsas alterutrum virtutes quæ sunt substantia Christus, ita vt qui vnam habuerit oēs habeat: & qui vnam minus habuerit, nec vnam habeat: Christus enim a seipso inrecessibilis est: sic & sensus omnes alterutrum se subsequuntur: & vbicunq; minus fuerit vnus de sensibus secūdum rectam verbi doctrinam, ibi oīno & omnes sensus quasi fraudati a verbo sapientiæ infatuantur.

E Sensus autē dico & eos qui & cōmuniter intelligunt̄, visio, auditio, odoratio, gustatio, palpatio: & eos qui in ꝓuerbiis appellantur diuini, hoc modo dicentibus: Sensum diuinum inuenies. Iterum aūt qm̄ verbum dei causa est vt rectꝰ fiat sensuū vsus, & nō est possibile eū cum sit in sensibꝰ, vt in quibusdā quidē sensibꝰ operet̄, & diligēter tribuat quæ prudentiæ suæ sunt, in aliis autē negligat: ideo si vnū de sensibus fecerit sapiētem, vt virgo constituat̄, necesse est vt & in aliis sensibus sapiētiam suam effundat. Propterea nō est videre de qnq; sensibꝰ in aliquo, quosdā qdē fatuos, quosdā autem prudētes: sed necesse est, vt aut oēs quinq; sint prudētes, aut oēs fatui. Oēs isti sensus lampades suas accipiūt, id ē organa sua naturalia, siue secundum verbum dei vti volentes, siue & cōtra voluntatē dei: tamen accipiunt eas quādo recipiunt sponsum esse ecclesię verbū dei, & filium dei: & egrediuntur de mundo, & de erroribus deorum multorū, & veniunt obuiam saluatori, qui semper paratus est venire ad virgines eas, vt simul īgrediant̄ cum dignis eoꝝ ad beatam spōsam ecclesiam.

F Sed ꝗdiu quidem post verbū receptū lucet lumē fidelium coram hominibus, vt videntes opera eorū bona glorificēt patrē eoꝝ q in cælis est, hæ & prudētes sunt, & accipiētes oleū nutrimentum luminis sui qđ semper infundit̄ actibus bonis, id est verbum doctrinę, & vasa aīarū suarū ab hoc verbo īplentes a doctoribus & traditoribus q illud vęnūdant, qđ satis sit eis etiā tardāte exitu & remorāte verbo veniente ad cōsummationē eorū, vt cōsummatæ & extra mundū factę festinent illuc. Quantis autē non fuit cura post inchoationē christianitatis tantam accipere verbi doctrinam quāta sufficeret eis durare vsq; ad finē: negligentes circa susceptionem doctrinę quę cōfortat fidē, & bonoꝝ actuū lumen illuminat. Quid autem sic confortat sicut moralis sermo, qđ oleū luminis appellat̄? Hę fatuę sunt, & acceperunt lampades in primis qdem accēsas, sed ad tantū iter obuiā exeundi sponso oleū non accepērūt.

G MOrā aūt sponso faciēte dormitauerunt oēs virgines, & dormiebāt. Ita spōso tardante, & nō cito veniēte verbo ad cōsummationem vitę eoꝝ, hinc patiunt̄ aliqd quasi sensus, & quasi ī nocte mūdi agētes, & dormitantes. Dormierunt qdē, vt puta remissius egerūt a sensu vitali: nō tn̄ & lampades ꝑdiderūt, neq; desperauerunt de cōseruatione olei illæ prudētes. MEdia autē nocte clamor factus est, ecce spōsus venit, exurgite obuiā ei. Tūc surrexerūt virgines illę oēs, & cōposuerūt lāpades suas. Fatuę aūt prudētibus dixerūt, Date nobis de oleo vestro, qa lāpades nostrę extinguunt̄. Responderūt aūt prudētes, dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendētes, & emite vobis. Abeūtibus aūt illis, venit sponsus. Et quæ paratæ erant intrauerūt cum eo ad nuptias, & clausa ē ianua. Nouissime aūt venerūt & reliquæ virgines dicētes. Dn̄e, dn̄e aperi nobis. At ille respōdēs ait: Amen dico vobis, nescio vos.

Media aūt nocte, id est in altitudine remissionis, & in medio tēpore iam transacti luminis vespertini, & adhuc sperati diurni, factus est clamor oēs suscitare volētium sicut existimo angeloꝝ, qui oēs sunt ministratorii spūs qui mittunt̄ ad ministeriū ꝑpter possessuros salutem: q & solliciti fuerūt eos q sunt sensibiles excitare obuiam sponso, & dicunt intus clamātes in sensibꝰ omniū dormientium: Ecce spōsus venit, surgite obuiam ei. Et suggestionē qdem oportere obuiam ire sponso

verbo, & ecclesię immaculatę, omes quidē au dierūt, & surrexerūt: nō autem omnes decētē imposuerūt lampadibus suis ornatū, sed quę
A audierūt prudētiam eas ornantē. Ita nō in tē pore opportuno, fatuę dixerūt prudētib⁹, da te nobis de oleo vestro, quasi q̄ nō sibi cōgre gauerāt ante prudentiā: vt intelligāt ꝙ non omniū habētiū oleū, est etiā dare ex eo volē tibus aliis: sed eorū tātūmodo q ad hoc ipm positi sunt vt venūdēt, & tribuāt, & accipiār precium olei venundati: cuius pcium est pse uerātia, & instātia, & amor discēdi, & diligē
» ria, & labor cupiētiū discere. DAte nobis de
» oleo vestro, qm̄ lampades nostræ extinguūt. Nam etsi fatuę erāt, tñ hoc intelligebāt, qm̄ cum lumine debebāt obuiam ire sponso oēs lampades sensuum illuminatas habentes. Vi debāt autem & illud, ꝙ ex eo ꝙ minus habe bāt oleū rationabile iam ppinquātibus tene
B bris, lampades earū fuerāt obscuradę. Sed sa piētes trāsmittūt fatuas ad olei vēditores vi dentes ꝙ nō tantum oleū, id est verbum do ctrinę cōgregauerāt, vt sufficeret & ipsis ad vitā, & illas docerent ornare lāpades suas. Et si cōsideraueris aliquem aliquādo, q congre gauir quidem doctrinā verbi qđ sibi sufficiat ad bene viuendū, nō tamē vt etiā doctor fie ri possit: videbis hunc talē respōdentem vo
» lētib⁹ ab eo discere q̄ sunt dei, & dicētē, NE
» forte nō sufficiat nobis & vobis. Sufficienter em̄ mihi ad bene viuēdū habeo doctrinā, nō tñ vt & vobis possim accōmodare doctrinā.
» Et respōdebūt volētib⁹ a se discere: ITE ma
» gis ad vēditores, & emite vobis. Id est ad do
C ctores, & ab eis accipite. Et fatuę non quādo oportebat eūtes ad doctrinā sibi emēdam: per dūt tēpus introeundi cū sponso ad nuptias. Et est videre eos q talia patiunt: qui quando debuerūt qdē discere neglexerūt discere ali quid vtile ex eis a quib⁹ discere debuerūt. In ipo aūt exitu vitę suę dū disponūt discere: cō prehēdunt a morte, & ppterea nō ingrediū tur cū verbo ad spōsam ecclesiā, nec cū Chri sto ad eos q simul in rege fūt futuri, & i bea titudine regnaturi. Cludit autē postea ostiū adhuc fatuis virginib⁹ oleū accepturis, quæ & sine causa postea veniēt dicētes. Dñe, dñe api nobis. Itaq respōdēs spōsus dicit, NEscio
» vos. Itaq qm̄ parabola oibus audientibus di
» cebat: subiūgit ad discipulos suos, dicēs. VI
» gilate ergo, qa nescitis diē & horā. Ornātes
» aūt lāpades sensuū euāgelicis vsibus, atq re
D ctis, vt sit qdē oculoꝝ ornamētū rectus vsus vidēdi, vt oculi videant qdē admirādū facto rē, claudant aūt vt ne videāt iniquitatē. Audi tus aūt est ornamentū quādo quis auditionē qdē nō suscipit vanā, sed obturat aures suas vt nō audiāt iudiciū sanguinis. Audit aūt Ie sum dicentē ad se, Adaperire, vt tātū ad ver bi salutaria & necessaria prębeātur. Sic & de ornamēto gustus qs dicere pōt, & de odora tionis & palpatiōis, secundū ea q̄ dicta sunt. Qm̄ qui male vtunt sensibus suis, eorū nul lū est ornamentū, aut in oculis, aut in aurib⁹ aut in reliquis sensib⁹. Obseruādū est autē, ꝙ scriptū est qdē, fatuas trāsmissas ad oleū cō parādū, nō tñ referunt emisse, aut accepisse: sed hoc in silentio ptermisso, postea dictū, ꝙ post hoc veniunt & reliquę virgines dicētes. Dñe, dñe aperi nobis. Cum potuisset dicere, postea venerūt accepto oleo vel cōparato, cō ueniēter siluit, vt ne habentibus oleū, vel in extremo ornātibus lāpadas suas diceret, Ne scio q estis. Nec.n. scribit, ꝙ ornātes lāpades suas venerūt. Tñ finis verbi est iste, vt in oī tempore pparemus nos ad exitum, vt nō de mus somnū oculis nostris, neq palpebris no stris dormitationem: quia nescimus diem & horam exitus nostri.

Secundum Matthæum.

IN ILLO tēpore, dixit Iesus »
discipulis suis parabolā hāc. »
Homo quidam peregre pro »
ficiscens vocauit seruos su »
os, & tradidit eis bona sua. »
Et reliqua. »

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. XXXIII.

ET primum qdē videam⁹ qua E re peregrināti homini assimi lat dñs noster, q vn⁹ est dñs noster, de quo ait apostolus. Nobis autem vn⁹ dñs Iesus Christus p quē oia, & nos p ipsum, si tñ ab eo tātūmodo dominemur, & neq māmona dñm habeamus, neq aliquem dñorū eorū, quos multos esse significans ipe apl'us dicit: Sicut enim sunt dii multi, & dñi multi. Ergo primum q̄ramus de pegrinatiōe ipsius, maxime qa peregrinationi eius videt esse contrariū qđ ipse de se discipulis suis p mittit, dicēs. Vbi fuerint duo vel tres cōgre gati i noīe meo: ibi sum in medio eorū. Item illud. Ecce ego vobiscū sum oibus dieb⁹ vsq ad consūmationē seculi. Et qđ Baptista dicit de eo, vbiq eū esse demōstrans, ita. In medio autē vestrum stat quē vos nescitis, ipse est q post me venit. Propterea dicet aliqs: si in me dio etiam nescientium se stat, si vbicūq duo vel tres cōgregati fuerint i noīe ei⁹ inter eos

habetur, si p omes dies vitę discipulorū cum eis est vsq ad consūmationē seculi, quomō i ista parabola ꝑponit pegrinās? Tractātes au tem assumere debem⁹ & illud qđ Paulus ait de se, Ego aūt absens corpore, psens autē spi ritu, iā iudicaui vt psens congregatis vobis & meo spiritu cū virtute dñi Iesu, eū q talis est tradere Satanæ in interitū carnis, vt spiri tus eius saluus fit in die dñi nostri Iesu Chri sti. Si eñ virt⁹ Iesu cōgregaẗ cū his q cōgre gantur in nomine eius, nō peregrinaẗ a suis, sed semp psto est eis. Qꝫ si semp omnib⁹ suis est præsens, quomodo itroducūt eū parabolę

F eius peregrinantem? Vide si possum⁹ soluere hoc mō qđ qriẗ. Qui eñ dicit discipulis suis, Ecce ego vobiscū sum vsq ad cōsummatio nē seculi: & itē, Vbi fuerit duo, vel tres con gregari in noīe meo, & ego sum in medio eo rum, & cętera: & q in medio etiam nesciētiū se cōsistit, vnigenitus dei est deus verbū, & sa piētia, & iustitia, & veritas, q nō est corporeo ambitu circūclusus. Secūdū hāc diuinitatis suę naturā non peregrinaẗ, sed peregrinaẗ se cūdū dispēsationem corporis qđ suscepit. Se cūdū qđ & turbat⁹ ē, & tristis fact⁹ est dicēs, Nunc anima mea turbaẗ. Et iterū, Tristis est anima mea vsq ad mortē. Hæc autem dicen tes nō soluimus suscepti corporis hoiem, cū sit scriptū apud Ioannē, Omnis spiritus q sol uit Iesum nō ē ex deo: sed vnicuiq substātiæ proprietatē seruamus. Si eñ omnis homo fi delis q cōiūgitur dño vnus spiritus est, quā to magis homo ille quē secundū dispensatio nē carnis Christus suscepit, non est soluēdus

G ab eo, nec alter est dicēd⁹ ab eo? Et vide quo modo ait, Sicut hō peregre futurus: qm̄ non erat hō, sed sicut homo: & quasi hō peregri nabitur, qui erat vbiq secūdū diuinitatis na turam. Simul cōsidera, qm̄ nō videtur reddi tio sermonis ita cōscripta: Sicut homo pere grinās sic & Iesus: aut ita, sic & fili⁹ hoīs: qm̄ ipse est q in parabola ꝑponiẗ pegrinans quasi homo. Nec eñ est homo, q est vbicunq duo vel tres in noīe eius fuerint cōgregati. Neq homo nobiscū est oībus dieb⁹ vsq ad cōsum mationē seculi. Nec congregatis vbiq fideli bus homo est præsens, sed virtus diuina quæ erat in Iesu. Possum⁹ etiā talia dicere de hoc loco. Nihil contrarium est eum ipsum Iesum secūdū quēdam qdem intellectum esse vbiq, secundū alium autem peregrinati. Si eñ nos dum sum⁹ in corpore peregrinamur a domi no: p fidē eñ ambulam⁹, nō p speciē: in oīb⁹ q sunt i corpore & peregrinanẗ a dño, pegri naẗ ab eis & dñs p fidē ambulātib⁹ non p spe ciē. Si aūt pegrināntes a corpore cū dño fueri mus, & ipse tūc erit nobiscū & pro eo q p fi dē ambulauim⁹, vt & per speciem postea am bulemus. Speciē autem dicimus verbi, & sa piētię, & veritatis, & iustitiæ, & pacis, & oīm quicquid est vnigenit⁹ deus. Speciem autem verbi, & speciem sapientiæ intelliges, cum in tellexeris qđ ait apłus: Filioli mei quos ite rū parturio, donec formeẗ Christ⁹ in vobis. Formatū. n. Christū itelligēs in aliquo, vide bis cōsequēter secūdū formationē hmōi etiā speciē Christi. Iste ergo q quasi homo pegre H est profectus, vocauit seruos suos, & tradi dit eis probatam pecuniam suam in eloquiis castis. Qm̄ eloquia ei⁹, eloquia sunt casta, ar gentum ignitum probabile, purgatū septies.

ET vni dedit quinq talēta, alii autem duo, »
alii vero vnum. Vnicuiq autem secūdū pro »
priam virtutē. Et pfectus est statim. Abiit au »
tem qui quinq talenta acceperat, & operat⁹ »
est in eis, & lucratus est alia quinq talēta. Si »
militer q duo accepit, lucratus est in eis alia »
duo. Qui autē vnum accepit, abiens fodit in »
terram, & abscōdit pecuniā domini sui. Er »
go siquādo videris eoꝝ q accepērūt a Chri sto dispensationē eloquiorum dei, alios qui dem habere amplius, & diuinius, & abūdan tius, alios autem minus, & vt ita dicā, neq i dimidio intelligentes totum negocia, compa ratione eorū qui multo sunt meliores, alios autem adhuc minus habete: videbis differē tias eorū qui eloquia dei susceperūt a Chri sto: qm̄ alia fuit virtus eoꝝ quibus data sunt quinq talēta, alia quibus duo, alia qbus vnū, & alter alterius nō capiebat mensuram. Et q I accepit talentum vnum, accepit quidem da tum non contemptibile: multum est enim & vnū talentum talis domini. Tamen tres sunt proptii serui eius qui peregre pfect⁹ est qua si homo, sicut & tria genera sunt eorū q fru ctum faciūt. Quoꝝ quidā quidem faciūt cen tum, quidam autem sexaginta, qdā vero tri ginta. Sed ibi etiam ille qui triginta fecit sal uatur: hic autem sermo arguit eū q vnū ac ceperat talentū, & abscōdit in terram. Et quę ro q quinq acceperat talēta, ii possunt intelli gi perfectiores, q diuiniorē, & sublimiorē ac ceperūt sensum scripturę: q duo autem acce perūt, sup literā quidē, paulo autem superi⁹ ascenderunt, & non ad magnitudinem illam ascendere potuerunt: tertii autem, qui nihil sup literam, quā acceperūt in primis. Est er go & de numeris oīno in his quæ loquimur dignus sermo tali nostro dño saluatore. Di co aūt de quinq, & duobus, & vno. Nos au

tem modici,& talia minus explicare potētes existimamus ne forte qui oīa quidē sensibilia scripturarū possunt deducere ad sensus diuiniores quos Salomon diuinos appellat, & quos dicit Hieremias sensus cordis, & q ad Hebreos dicunt a Paulo sensus exercitati ad discretionē boni quoqꝫ:& hi sunt q extra qn ꝙ talēta alia quinqꝫ sunt lucrati operātes in eis:& p doctrinā exercitātes seipsos,& ad maiorē sciētiā erigētes. Cōuersati em̄ salutariter & studiose docētes, opati sunt & lucrati sunt alia qnqꝫ:qa nemo facile additamētū accepit virtutis alterius,nisi ei⁹ quā habet: vt puta sapiēs in sapiētia crescit, fidelis in fide. Aut ita. Alia acqsiuit qnqꝫ: qm̄ vnusqsqꝫ qd ipse scit hoc docet alterū:& quanta ipse scit tāta alterū docet,nō ampli⁹. Propterea qcqd habuerit qs ī se,hoc alterū docēdo acqrit in altero,faciēs eū habere qd habet ipe. Propter ea quinqꝫ habuit,& nō ampli⁹ acqsisse dicit,

A nisi quinqꝫ quę habuit. Et q duo,nō amplius nisi duo q̄ habuit. Si aūt debemus & de duobus talentis dicere: & de illis dicimus,ꝙ qui nō pmāserūt in litera,sed q̄rentes ascēdere sensu suo super eā,nō autē potētes puenire super ordinē pdictorū duoꝝ: hi sunt q ab eo qui cognoscebat virtutē eorū, acceperūt talēta duo,corporalē doctrinā edocti:Duo em̄ videt carnalis numerus esse: & super hęc lucrati sunt duo, id est corporalē editionē, & aliā paulo eis sublimiorē. Erat aūt aliqs seruorū minorem colligēs sibi virtutē, propter quā quasi minus potēti vnū talentum pater familias dedit: qd accipiens seruus habēs aliquā terrā fodit, & in altitudines iposuit ei⁹ cū debuisset sursum & in mensas id mittere.

B Qm̄ aūt pprii serui tres referunt illi⁹ patrisfamilias esse,q̄to si possunt postq̄ crediderūt & serui facti sunt eius,quasi potētes negociari, postea acceperūt a patrefamilias pecuniā eius: vt quidā qdē operatus sit & lucratus, alius aūt lucratus,alius vero p̄ timore nō satis fidelis,dn̄i sui ifodit & abscōdit pecuniā. Et apparet ī ipsa defensione p quā loquit, ꝙ timuit qdē dn̄m habēs dei timorē,sicut alter zelū dei:nō aūt secūdū sciētiā timēs,abscōdit talentū suū in terra. Tales sunt autē qui neqꝫ mouent,neqꝫ discutiūt q̄ dicunt,neqꝫ se ipsos ad prodificādas animas tradūt, sed latere volūt q̄ acceperunt,& crediti sunt. Siqñ ergo videris aliquē q virtutē qdē aliquā acqsiuit & habet dicēdi,& animas quātūcūqꝫ pdificantē:& hanc virtutē occultat, vt tantūmodo tradat verbū nudū qd creditus est & accepit, & depositum eius dn̄o suo, & viuit in obscuro multis ignotus etiā magna peccata habētibus, & nō se pferr ī bono qd a deo accepit:qūis habeat quādā religionē conuersationis nō vituperabilē multis:non dubites dicere eū talem esse q vnū talentū accepit,& abscōdit id in terra. Si autē propter illud qd

C scriptū est,eū talē mitti in tenebras exteriores,displicet tibi qd dicit:si ppterea ꝙ nō docuit qs iudicat quasi q data sibi virtute ad pdificationē animarū non est vsus: recordare apostolicū dictū qd ait. Vęh.n.mihi est si nō euangelizauero. Nō em̄ cēset se pter aliam quācūqꝫ conuersationē suā vituperabilē, sed propter hoc solū si nō pdicauerit euangeliū, vęh sibi cōfitetur futurū. Manifeste em̄ apparet, ꝙ ille sperauit audire, serue male, & piger, & cętera, nisi euangelizasset:quis alia vitę eius recta fuissent. Hęc em̄ & his similia debēt ī mēte habere maxime q mittūt manū suā, id est actū ad aratrū docendi doctrinam Christi,vt cognoscētes qb⁹ est Vęh:nō propter aliud nisi qa nō docēt repositū, nō conuertant retro postq̄ semel miserit manū suā ad aratrū arātes aīas hoīm,vt post hoc & semina suscipiāt verbi. Iste autē q sicut homo peregre pfectus vocauit seruos suos,& tradidit eis bona sua,post multū tpis venit,postq̄ dimisit aptos ad negociādū animarū salutē: & ideo forsitā nō facile inuenit qs ex eis qui apti fuerint ad huiusmodi opus,vt cito trāseat de hac vita:sicut est manifestū ex eo ꝙ & apl̄i senuerūt,ex qbus dn̄s dicit ad Petrū. Cū senueris extēdes manū tuā, & cętera. De Paulo aūt dictū est ad Philemonē. Nunc autē,vt Paulus senex cū esset adolescētulus qñ Stephanus pro Christi testimonio lapidabat,& ipse vestimēta seruabat interficiētiū eū. Hoc aūt diximus ppterea ꝙ dicit:Post multū tēporis venit dn̄s seruorū illoꝝ. Et obserua in

D hoc loco,ꝙ non ad dn̄m vadūt vt iudicētur & digna actibus suis recipiāt, sed dn̄s venit ad eos cū fuerit impletū qd dictū est,qm̄ venit tēpus. Veniens autē ponet rationē cū eis de oībus quęcūqꝫ egerunt,cōpēsans lucra bonorū operū,& dispendia peccatorū, vt ponēs rationē,& diligēter vniuersa discutiens,vnoquoqꝫ sicut oportet vtatur. Debemus ergo quasi q peccando dānū fecerimus: bona autē operātes lucremur,sic oī custodia corda nostra seruare: vt cū venerit dn̄s noster & posuerit rationē nobiscū,nō inueniamur nec p ocioso sermōe dānū fecisse. Et accedēs q qnqꝫ talenta acceperat, obtulit alia qninqꝫ, dicēs, Dn̄e quinqꝫ talēta mihi dedisti,ecce alia qnqꝫ suplucratus sum. At ei dn̄s eius. Euge serue

bone & fidelis: qa sup pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituā, itra i gaudiū dñi tui. Accedēs aūt & q duo talēta accepat, ait. Domine duo talenta mihi dedisti, ecce alia duo lucrat⁹ sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone & fidelis: qa sup pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituā, intra i gaudiū dñi tui. Ita accessit primus quasi q habuit fidutiā eo ꝙ
E opatus fuerat & lucratus. Nā fiducia ipsa fecit eū audere, vt ad dñm prim⁹ accederet, & audacter faceret sermonē dicēs: Dñe qnqꝫ talēta mihi dedisti, ecce alia qnqꝫ talēta lucrat⁹ sum sup ea. Ad quē dñs dixit vocē oībus nobis optabilē cū posuerit rationē etiā nobiscū dñs noster, dicēs: Euge serue bone & fidelis: cōtrariā ei voci quā dixit ad tertiū, serue male & piger. Quis nō optet exhortationē accipiēs ex ista scriptura, vt audiat a dño suo, fidelis? Qd simile esse existimo ei qd dictū est de Abrahā, qm credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad iustitiā, sicut & ei q audiuit a dño suo, serue fidelis. Sine dubio fides ei⁹ ad iustitiā reputata est ei, vt reputata est ad iustitiam fides ipsius q in modico fuit fidelis. Modica aūt sunt oīa vitę istius, vt oē resurrectionis mysteriū ei credaṫ vt amministra-
F tio supnoꝝ bonoꝝ. Videamus aūt & quo ingrediṫ seruus iste bonus & fidelis, q in modico vitę istius fuit fidelis. Intra (inqt) in gaudiū dñi tui. Omnia eñ ibi delectabilia, & oīa gaudia, quādo q hic flēt, ibi ridebūt: & q laudabiliter lugēt, consolationē accipiēt dignā. Qd autē dicit vel in eo q quinqꝫ talēta acceperat, vel i isto q duo, accedēs, intellige mihi accessum & transitū de hoc mūdo ad illū: & vide ꝙ non aliā vocē dñs ptulit ad secundū, nisi quā protulit ad priorē, dicēs. Euge serue bone & fidelis, sup modica fidelis fuisti, sup
G magna te constituā. Quęro qm eadem dicta sunt ambob⁹, ne forte & qui minorē habuit virtutē, & totā illam quā habuit secūdū qd oportebat exercuit: nihil minus habiturus sit apud deū, q̄ ille q fuit in maiore virtute, vt impleaṫ in eis qd dictū est. Qui multū, nō abūdauit: & qui modicū, nō minorauit. Tale aliquid ostendiṫ & circa mādatū dilectionis ad deū vel ad proximū dicēs ita. Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Sine dubio eñ cū ex toto corde suo qs dilexerit deū, & ex tota anima sua, & ex tota virtute sua, talē dilectionis habet mercedē qualē ille q maius habuit cor: vel q eminētiorē habet animā, vl' qui maiorē accepit virtutē. Hoc eñ solū qrītur, vt quicqd habuerit homo ex eo, toto eo vtatur ad gloriā dei. ACcedēs aūt & q vnū G talētū acceperat, ait. Dñe scio qa homo du- » rus es, & metis vbi nō seminasti, & cōgregas » vbi nō sparsisti, & timēs abii, & abscōdi talen » tum tuū in terra. Ecce habes tuū. Respōdens » aūt dñs eius dixit ei. Male serue & piger, scie » bas ꝙ meto vbi nō seminaui, & cōgrego vbi » nō sparsi: Oportuit ergo te cōmittere pecu- » niā meā nūmulariis, vt veniēs recepissem eā » cū vsuris Videṫ mihi iste qui vnū talētum » accepit, fuisse inter credentes qdē, nō autem & fiducialiter agētes in fide, sed latere volentes, & oīa faciētes vt nō cognoscantur quasi Christiani. Forsitā aūt & alii mores eoꝝ nō satis erāt culpabiles: & qd acceperunt custodiūt qdē: nō aūt & addūt, neqꝫ negocianṫ, neqꝫ fiducialiter agūt in eo: propterea verbū in eis nō pfecit ad maius, neqꝫ alios acquisiuit. Adhuc videnṫ mihi q huiusmodi sunt, timorē dei habere & sapere de eo quasi de aliquo austero, & duro, & implacabili. Sic eñ verba ipsa significāt respōdētis, & dicētis: Sciebā qa durus es: & quasi q sciebat eū metere vbi nō seminauit, & cōgregare vbi non sparsit. Propter qd respōdēs ei dñs ei⁹, & arguēs eū quasi malū seruū & pigrū: nō qdē cōfessus est se esse hominē durū, sicut ille arbitrabaṫ, cæteris autē sermonib⁹ ei⁹ cōsensit, dicēs: Et sciebas ꝙ meto vbi nō seminaui, & cōgrego vbi nō sparsi. Quō autē intelligamus ꝙ vere dñs H noster metit vbi nō seminauit: & congregat vbi nō sparsit? Mihi hoc videṫ in loco isto, ꝙ iustus seminat i spiritu, ex quo & metet vitā æternā. Oīa aūt q̄ ab altero, id est a iusto viro seminanṫ, & metunṫ ad vitā ęternā: metit deus. Dei eñ est possessio iustus, q metit vbi nō ipse seminauit, sed ille iustus. Cōsequēter & illud dicem⁹ ꝙ iustus dispersit, dedit pauperibus. Dñs aūt i suo colliget vniuersa, quā tacūqꝫ iustus dispersit, & dedit pauperibus. Metēs aūt q̄ nō seminauit: & cōgregās q̄ nō sparsit, sibi cōputat & sibi arbitraṫ esse collata quęcūqꝫ pauperibus fidelibus fuerint seminata vel sparsa, dicēs ad eos qui bene pximis suis fecerūt. Venite benedicti patris mei, hęreditate regnū qd vobis paratū est. Esuriui eñ & dedistis mihi manducare, & cętera. Et qa vult metere vbi nō seminauit, & cōgregare vbi nō sparsit, cum nō inuenerit dicet ad eos q nō prębuerūt ei metere & congregare: Discedite a me maledicti in ignē æternū, quē pręparauit pater me⁹ diabolo, & angelis ei⁹. Esuriui enim & nō dedistis mihi māducare, & cętera. Nā & vere durus est secūdū qd ait Matthæus, & austerus secūdū qd ait Lucas.

A Sed his q misericordia dei abutunt ad negligẽtiā suā nō ad cōuersionē sui, sicut ait apl's. Vide bonitatē dei & seueritatē. In eos qdē q. ceciderūt seueritatē: in te aūt bonitatē si per māseris in bonitate. Qui enim bonū iudicat deū, credēs indulgētiā accipere si fuerit conuersus ad eū, illi bon⁹ est deus. Qui aūt existimat eū sic bonū, vt nō curet de peccatis peccātium, illi nō est bonus deus, sed austerus. Zelans est eīm sup peccata hoīm cōtēnētiū se. Tñ quasi Christo metēte q̄ nos seminauim⁹, & cōgregāte q̄ nos sparsimus: seminemus in spiritu, & spargamus pauperibus: & talentū dei nō abscōdamus ĩ terra. Nec eīm est bon⁹ huiusmodi timor, nec liberat nos talis timor ab exterioribus tenebris illis cū furtim⁹ dānati quasi mali serui, & pigri. Mali qdē, qa nō sumus vsi pbata illa pecunia dominicorū verbor̄ cū qbus poteram⁹ negociari & discutere Christianitatis eloquia, & acqrere bonitatis dei altiora mysteria. Pigri aūt, qa nō fuimus onerati cū eloquiis dei salutē vel nostrā vel alior̄, cū deberemus mittere pecuniā dñi nostri, id est eloquia auditoribus nūmulariis qui oīa tentāt, & pbant, vt bonū qdē dogma & verū teneant: reprobū aūt & falsum repellant, vt cū venerit dñs, eloquia illa q̄ cōmisimus nos cū vsuris recipiat, & cū additamen

B tis ab eis q acceperūt a nobis. Oīs eīm pecunia id est oē verbū qd habet in se formā dei regalē & imaginē verbi eius, legitimū est. Nūmulariis ergo viris iubet credere verbū qui possunt ei⁹ reddere vsuras. Reddit autē vsuras verbi q iterū festinat saluare cū eo: sicut ipse saluatus est: sicut Andreas, Petrus, Philippus, Nathanael, Matthęus publicanus. Et hoc est qd dicit Apl'us. Quę audisti a me per multos testes, hęc cōmēda fidelibus hoīb⁹ q idonei erūt & alios docere. Similiter & dñs dicit. Nemo accēdit lucernā, & ponit eā sub modio, sed sup candelabrū, vt intrātes videāt lumē. Tollite ab eo itaq̧ talētū, & date ei q habet decē talēta. Vides q̄ tollit̃ talētū a malo seruo & pigro, & dat̃ ei q habet decē talēta. Quō aūt tollit̃ ab aliquo qd datū fuerat ei, & alteri dat̃ bene agēti, vt habeat etiā hęc sup illa q̄ acqsiuit, nō satis facile est explicare: tñ possibile est. Q̄m q idoneum facit in aliquo sensum in dogmatib⁹ veritatis, potest sua diuinitate de⁹ auferēs sufficiētiā ab eo q pigrius ea ē vsus, dare ei q eā multiplicauit.

C Oī eīm habēti dabit̃ & abūdabit: ab eo aūt q nō habet, & qd habet auferet̃ ab eo. Vt puta fidē habēti q̄ est ex nobis, dabit̃ gratia fidei q̄ est p spiritū fidei, & abūdabit: & qcqd habuerit qs ex naturali creatiōe, cū exercuerit illd accipit idipsum & ex gratia dei, vt abūdet & firmior fit in eoipso qd habet. Nō eīm de sapiētia sola: sed de oī virtute intelligendū est nobis qd ait Salomon. Et si fuerit qs perfect⁹ inter filios hominū, si absfuerit ab illo sapientia tua: in nihilū reputabit̃. Sic & q perfectus fuerit in castitate, aut in iustitia, aut in veritate, aut pietate: nō fuerit aūt ei aut castitas, aut iustitia, aut virtus, aut pietas, q̄ venit ex gratia dei, in nihilū reputat̃ huiusmodi homo. Propterea si volum⁹ vt det̃ nobis virtus perfectior, & abūdet in nobis, qd pfectū est in ter hoīes p diligētiā omnimodo acqram⁹: & postq̄ acqsierimus, quasi intelligētes, q̄ ĩ nihilū hęc reputant̃ sine gratia dei, humiliem⁹ nosmetipsos sub manu valida dei, & oremus sine ira & disceptatione leuātes puras man⁹, vt omniū bonor̄ q̄ sunt in nobis, pfectio det̃ ex deo, & faciat nos pfectos, & acceptabiles deo quasi filios dei. Iste aūt q vnū acceperat D talētū, & abscōderat ipm ĩ terra: nō solū qua si malus & piger arguitur: sed quasi inutilis mittit̃ in tenebras exteriores, vbi nulla illuminatio est: forsitā nec corporalis, nec est respectio dei illic: sed quasi idigni speculatione dei q talia peccauerūt cōdemnant̃ in his quę exteriores tenebrę appellant̃: forsitan donec intellexerint, vt cōuertant̃ & digni efficiant̃ exire ab eis. Forsitā & pter aliā causam quā nos ignoram⁹: q̄m legim⁹ aliquē q fuit ante nos exponētē de tenebris abyssi, & dicētē q̄ abyssus est extra mūdū foris, & tenebrę. Cōsiderem⁹ ergo si pōt vera esse expositio ei⁹, vt exteriores tenebras illas intelligam⁹, vt qdā quasi idigni toto mūdo ĩ abyssū illā quā illę exposuit foras eiiciant̃: ĩ qua sunt tenebrę ne mie eas illuminãte, cū sint extra totū mūdū.

Secundum Matthęum.

IN ILLO tēpore, Dixit Iesus discipulis suis. Cū venerit filius hominis ĩ gloria sua, & omnes angeli cū eo: tunc sedebit super sedem glorię suę: & congregabūtur ante eum omnes gentes, & cętera.

Homilia Origenis Presbyteri de eadem lectione. XXXIIII.

E Ndiscussus quidē sermo videtur esse manifestus, quasi exhortans homines ad dandum & largiēdum, & auertens ab omni inhumanitate & parcitate. Videam⁹ tamē quid quærere oportet in eo, propter eos qui

nihil arbitrātur aliud in eo nisi exhortatio-
nē humanitatis. Certe secūdū & gloriosum
Christi aduētū fore credit oīs ecclesia,quā
do & fili⁹ Dei q assumpt⁹ est in gloria sic cū
gloria huc reuertet̄ in specie sua & pulchri-
tudine sua,vt corpus eius sit q̄le fuit cū trās
format⁹ fuisset in mōte corā tribus discipu-
lis coascēdētib⁹ ei,vt iā non tribus, nec aliis
paucis,sed vniuersis gētibus cōgregatis an-
te eū appareat,& sedeat sup sedē glorię suæ,
& tūc segregabit malos a bonis. Vtrū aūt se
gregabunt̄ gētes oēs ab oībus q̄ in oīb⁹ gña
tionib⁹ fuerit:an illę tm̄ q̄ in cōsummatione
fuerit derelictæ,an illę tm̄ q̄ crediderit ī deū
p Christū:& ipsę vtrū oēs,an nō oēs,non sa
F tis est manifestū. Tñ qbusdam videtur de dif
ferētia earum quę crediderūt hæc esse dicta.
Quātū ergo ad simplicē textū,nec q a dextris
consistunt alia causa laudant̄,& in præpara-
tum regnū vocant̄, nisi propter solā huma-
nitatē:nec q sunt a sinistris alia causa cōfun-
dunt̄ & deputant̄ in ignem nisi pptet inhu-
manitatē.Quid ergo? Si isti q humani fuerūt
circa virtutes cęteras negligētes fuerūt, con
sequet̄ talia hęc pmissa? aut illi q nō fuerūt,
humani,si alias impleuerūt virtutes:maledi
cti erūt omnino,& in ignem sunt condēnādi
& hoc cū ipso diabolo? Vides ergo φ neces-
sariam habet sapiētiā sermo. Item tractandū
est vtrū ī loco futurus est saluatoris aduēt⁹
in gloriam:an alterā expositionē debem⁹ ex
quirere. Quis eñ erit locus ille, vt capiat in
vno aspectu,& oēs angelos veniētes cū Chri
sto,& oēs gentes illic cōgregatas? Et de sede
glorię ei⁹ qd est dicēdū? Putas corporale ali-
quod subselliū erit? an etiā hoc opus habet
interpretatione subtiliore? Propterea q vult
oīa rationabiliter intelligere,multam sapien
tiam inueniet & in istis. Et periculosum qdē
est de huiusmodi rebus exponere,sed ne pro
pter itellect⁹ difficultatē plenioris tacētes,de
relinquam⁹ eos qui mouentur in istis ad flu
ctuādū: pauca de multis secundū qd possibi
G le est exponamus. Existimo ergo φ erit tem-
pus aduentus Christi quādo tāta manifesta
tio futura est Christi & diuinitatis,vt nō so
lū nullus iustoꝝ,sed nec aliquis peccatorum
ignoret Christū secūdū qd est:qñ & peccato
res cognoscent in cōspectu suo sua delicta,&
iusti manifeste videbunt semina iustitiæ suæ
ad quālem eos pduxerint fīnē. Et hoc est qd
dixit, Cōgregabunt̄ ante eū omes gentes. Si
eñ modo qñ nec oēs cognoscunt Christum
secundū qd est,nec ipsi q vident̄ cognoscere
palā eum cognoscunt, sed in fide tm̄ intrāt

homines in cōspectum eius,quando agnitio
nem eius accipiunt per fidē. sicut scriptū est,
Intrate in cōspectu eius ī exultatione:quāto
magis recte dicunt̄ oēs gentes ante eū cōgre
gandę,& cōstituendę,quando palā omnibus
tam bonis q̄ malis,tā fidelibus,q̄ infidelibus
fuerit factus manifestus,ante oculos mentis
eoꝝ:iam nō fidei aut diligētię alicuius īqui-
sitione repetus,sed ipsius diuinitatis suę ma-
nifestatione prelat⁹? Non in aliquo qdem lo-
co apparebit fili⁹ dei cū venerit ī gloria sua,
in altero aūt nō apparebit:sed sicut ipse secū
dum cōparationē fulguris exeuntis aduētū
suū voluit demonstrare dicēs, Si dixerint vo
bis ecce in deserto,nolite exire: ecce ī domo,
nolite credere:sicut.n.fulgur egredit̄ ab ori-
ente,& apparet vsq ad occidētē,sic erit aduē
tus filii hominis. Sicut eñ fulgur egrediens
ab oriēte,& ppterea φ oīa implet apparet vs
q ad occidentē:sic cū venerit Christ⁹ in glo
ria sua,ppterea q vbiq futur⁹ est,& ipse ī cō
spectu oīm erit vbiq,& oēs vbiq erūt in cō-
spectu ipsius:& sic cōstituētur ante sedē glo-
rię eius,hoc est ante regnum eius & potesta
tē dominationis ipsi⁹. Sedes aūt ei⁹ aut cer- H
te quidā pfectiores sanctorū dicunt̄,de qbus
scriptum est, Qm̄ illic sederūt sedes in iudi-
cio:aut quędam virtutes angelicæ,de quib⁹
dicit̄: Siue sedes,siue dñatiões. Ergo rex secu
lorū deus verbum,q & in forma fact⁹ est ho
minis,sedebit sup hmōi sedem gloriæ suæ:&
cōgregabuntur ad eum oēs gētes iā nō disp
sę in dogmatibus falsis & multis de eo:& sic
erūt ante eū,vt nō localiter audiam⁹ oēs gē-
tes fieri ante eū,sicut nec localiter audimus
iustos ea dictutos quę sunt dictuti. Qdiu er
go cōfusi sunt iniqui,nec se cognoscētes,nec
Christū,sed in erroribus intenebricati tenen
tur:& iusti q̄diu per speculum & in ænigma
te vidēt,& ex parte seipsos cognoscūt, nō se
cūdū qd vere sūt:tādiu nō sūt segregati bo-
ni a malis. Cū aūt ppter manifestationem fi
lii dei oēs ad intellectū venerint suū:tūc sal-
uator segregabit bonos a malis. Oues aūt dī I
cti sunt q saluant̄,ppter māsuetudinē quam
didicerūt ab eo q dicit, Discite a me qa mi-
tis sū & hūilis corde: & ppter qd vsq ad oc
cisionē parati fuerūt venire, imitantes Chri
stū,q sicut ouis ad occisionē duct⁹ est:& sicut
agnus corā tondēte sine voce: & nō simplicī
ter sine voce,id est corā auferēte q̄ sunt ipsi⁹
& diripiente. Hœdi autem dicunt̄ mali,quia
aspera & dura saxa male ascēdunt, & p pcipi
tia eoꝝ īcedūt. Sic intellige mihi & sanctos
a dextris q dextra opa operati sunt,& pleni⁹

sunt cõuersi ad iustitiã, quæ semper a dextris
est dei. Proprerea secũdũ dignitatem actuum
suoꝝ dexteroꝝ a dextris cõsistunti & accepe-
runt mercedẽ suoꝝ dexterorũ, dexterã regis,
iu qua requies & gloria est. Qui autẽ ad per-
uersitatẽ vitæ seipsos separauerunt a dextris
propter opera sua pessima & sinistra cecide-
rũt in sinistrã, id est in tristitiã tormẽtorum
dãnati, ꝓpter qđ a sinistris cõsistunt. Tunc di
cet ad eos q sunt a dextris inuitãs eos ad se:
Venire: vt quicqd minus fuerat eis, cũ perfe-
ctius vniti fuerint Christo cõsequant̃ audiẽ-
tes, Venite, & facientes. Tale est & quod dicit
apud Lucã: Auferte talentũ ab eo, & date ei q
habet decẽ. Omnis eñ qui habet, addetur ei:
qui autẽ nõ habet, & qđ videtur habere aufe
retur ab eo. Vocat autẽ illos benedictos pa-
tris, addito benedicti patris mei, vt eminẽtia
benedictionis eorũ manifestetur, qui benedi-
cti sunt a dño qui fecit cælum & terrã: & for
sitan qa sunt aliqui qui benedicti quidem sũt,
A nõ aũt patris. ACcipite regnũ qđ vobis p̃-
,, paratũ est a cõstitutione mũdi. Qđ in latino
habet, A cõstitutione mundi, in gręco sic ha-
bet, A depositione mũdi, & secundũ græcum
sermonẽ exponit, quę secundũ latinũ nõ con-
ueniebat exponere. Quare autẽ nomine depo
sitionis de mũdo frequẽter vtũtur scripturæ
sicut & hic dicẽs, A depositiõe mũdi, quærat
qui potest, sciens ꝙ nõ omne quod creatũ est
depositũ dicit̃: nec scriptũ est alicubi, a depo-
sitione sedium, aut dominationũ, aut princi-
patuum. Cõgregãs autẽ ex omnibus nomen
depositiõis, si forte in altero aliquo dictũ est,
& cõparans ea cum iis quę dicunt̃ de mundi
depositione, ascẽdẽs per verbũ ad cętera, crea
ta quidẽ, nõ autẽ deposita, ex eo ꝙ nõ est eoꝝ
facta depositio, videbis causam nominatę de-
positionis: qđ nomen tantũ de mundo susci-
pitur. Credere autẽ hęc talia literis quæ pos-
sunt & in manus hominũ male moratoꝝ ve-
nire, & calumniatorum, & nouitatis amato-
rũ non est religiosum: vt ne margaritę nimis
exoperatę ante porcos mittant̃, neq; sancta ca
B nib9 dẽtur. ESVriui, & dedistis mihi mãdu
,, care, & cætera. Videtur mihi per hęc, ꝙ nõ
vnius iustitię species remunerat̃, sicut existi-
mãt multi. Absurdũ est eñ nihil aliud intel-
ligere virtutis in eo qui ita remuneratur, ni-
si tantũ cõmunicationẽ humanitatis. Nõ eñ
hoc dicimus, vt negligẽtius obseruemus hu
manitatẽ, cũ sit omnibus fidelibus præcipue
obseruãda, sed vt omnia ęqualiter, aut vt pœ
ne ęqliter obseruare studeam9, vt ꝓpterea ex
oĩbus omnẽ benedictionẽ percipiamus in cæ-
lestibus in Christo Iesu. Primũ autẽ sciendũ
est, ꝙ sicut quantum ad textum non sufficit
ad cõsequendam regni cælestis hęreditatem,
dare esurientibus mãducare, nisi & cętera fe-
cerimus quæ subsequunt̃: sic non est possibile
oĩa illa secundũ textũ implere, sicut existimãt
multi, nisi ex parte egerimus cõtra dei mãda
tũ. Necesse est eñ & quæstuosum esse, vt det
cibũ, & potũ, & vestimẽtum Christo esurien-
ti, & sitienti, & algenti in sanctis: vt hoc mo-
do & peregrinũ eum colligat, & infirmũ visi-
tet, & eat ad eum in carcerem. Vere autem, si
ue secundũ simpliciora & corporalia bene fa-
cta intelligamus, siue secundũ spiritalia: cer-
tum est, ꝙ siue hoc, siue illo modo quis faciat
opus bonum, & nutriat animas spiritalibus
cibis, siue qualẽcunq; speciem boni operis qs
fuerit operatus propter deum: Christo esuriẽ
ti, & sitienti dat cibum, & potũ. Siue quæ fa-
cimus sanctis qui sunt diuites meritis, paupe
res rebus: siue in quibuslibet q meritis paupe
res sunt, etsi fuerint diuites reb9: siue in qua-
libuscũq; causis mãdatũ Christi quis fecerit,
Christũ cibat, & potat: qui fidelium iustitiã
& veritatẽ mãducat & bibit. Item Christum C
algentẽ teximus vestimẽto, accipientes sapiẽ-
tię tecturam a deo, vt per doctrinam aliquos
doceamus, & induam9 eos viscera misericor-
dię, castitatem, mãsuetudinem, humilitatem,
cæterasq; virtutes: quæ omnes virtutes spiri
talia sunt vestimẽta eoꝝ, qui audiunt doctri
nã docẽtium eas, secundũ eũ qui dicit: Indui
te vos viscera misericordiæ, benignitatẽ, hu-
militatẽ, mansuetudinẽ, & cætera. Magis aũt
& ipsum Christũ, q hæc omnia fidelibus est,
secundũ eũ qui dixit: Induite dominũ Iesum.
Cũ ergo huiusmodi vestimẽtis vestiuerimus
vnũ de minimis in Christo credẽtib9, ipsum
dñm videmur vestiuisse, vt ne quãtũ ad nos,
nudũ sit verbũ dei in mũdo. Sed & peregrinũ D
dei filium constitutũ, & domesticos corporis
eius peregrinos in mũdo ab oĩbus actib9 cor-
poralibus: sicut ipse & de se, & de discipulis
suis dicit: Et isti nõ sunt de hoc mũdo, sicut
& ego nõ sum de hoc mũdo. Et q̃rit Christ9
cũ suis animã vbi succedat. Quãdo ergo pręe-
paramus cor nostrũ diuersis virtutib9 ad re-
ceptaculũ eius, vel illoꝝ q sunt ipsius, ipsum
peregrinãtẽ suscipimus in domũ pectoris no-
stri facientes cœnaculum magnũ, mundatũ,
& ornatũ ad susceptionẽ Christi peregrinan-
tis in mundo, cæterorũq; discipulorũ ipsius.
Quorũ eñ verbũ suscipim9, & ipsos suscepis-
se videmur in nobis, & per ipsos Christũ, cu-
ius baiulãt verbum. Item in infirmatis homi

nibus siue a fide, siue ab aliquo opere bono, aut scandalũ patientib⁹: Christus infirmatur,& scãdalũ patitur, sicut ipse dicit ad Petrũ, quę carnis sunt sapientẽ: Scandalum mihi es, hoc est infirmitas mihi es. Sed & oẽs discipuli eius dilecti simul cũ talib⁹ infirmantur,& scãdalũ patiuntur dicẽtes: Quis infirmatur,& nos nõ infirmamur? Quis scandalizatur,& nos nõ vrimur? Et si discipuli eius coinfirmantur infirmis, quanto magis ipse Saluator creator ipsorũ? Nam quẽ maior misericordia tenet hominũ infirmorum: grauior cõstringit infirmitas talis. Cum ergo vnũ fratrũ infirmatorũ visitauerimus, aut per doctrinã, aut p increpationẽ, aut per cõsolationẽ, aut precib⁹, aut terrore iudicii, aut aliqua bona opera facientes in eũ, fecerimus meliorari in Christo: ipsum Christũ visitauimus,& cõfortauimus infirmantẽ & cæteros discipulos Christi talibus passionibus coinfirmantes refrigeramus: sicut Paulus ad Philemonẽ dicit. Gaudiũ eñ magnũ habuimus,& cõsolationẽ ĩ charitate tua: qa viscera sanctorũ requieuerũt p te frater. Et ne
E putes esse blasphemũ infirmũ dicere Christum: Ipse eñ ex infirmitate est crucifixus propter misericordiã, & ipse infirmitates nostras portat,& oẽs noti ipsius. Deinde oẽe qđ hic est carcer est Christi,& eorũ qui sunt ipsius. Propterea eamus ad eos qui in domo vinculorũ istorũ habentur quasi in carcere, & sunt in hoc mũdo degẽtes, quasi carcere naturę necessitate constricti. Cum ergo abierimus ad tales,& oẽe opus bonũ fecerimus in eis, visitauimus eos in carcere,& Christũ in eis. Videam⁹ autẽ nisi generaliter hęc intellecta,& ad simplicẽ humanitatẽ nos exhortantur, & ad oĩa laudabilia facta, vt benedictionẽ dignis dicentẽ: Venite benedicti patris mei, cõsequi quis valeat digne. Non autẽ iusti obliti eorũ quæ gerũt, tũc respõdebũt ei dicẽtes: Dñe, quãdo te vidimus esurientẽ, & cętera: sed humilitatis causa laude benefactorũ suorũ indignos se pclamãtes. Ipse autẽ volẽs eis ostẽdere suã cõpassionẽ, in suis etiã se pronũciat esse, ĩ qbus
F fuerit fratres ei⁹, dicẽs. AMEN dico vobis, ex
,, eo q fecistis vni minimorũ istorũ fratrũ meo-
,, rũ, mihi fecistis. Videam⁹ nũc qđ dicit iustis: Venite bñdicti patris mei: Iniustis aũt, Discedite a me: cũ fuissent vtriq fideles: & ĩtelligemus impletũ in eis qđ scriptũ est: Omni habẽti dabit,& abundabit: ab eo autẽ q non habet, etiã qđ videtur habere auferetur ab eo. Nã propinqui sunt verbo, qui seruant dei mandatum, & vocantur vt adhuc propinquiores efficiantur, audientes: Venite benedicti patris mei. Lõge aũt ab eo sunt, etsi videantur assistere ei, q nõ faciunt mãdata ipsius. Propter hoc tolletur ab eis & q sibi videbãtur assistere ei: audiẽtes, Discedite a me, vt q modo vel videtur eẽ ante eũ, postea nec videantur. Propter qđ & nos debemus nos conseruare ne audiamus & ipsi,& quasi elongãtes nos ipsos a domino, Discedite a me: & omnia faciamus, vt dicat ad nos: Venite bñdicti patris mei. Considerãdum est autem, q in sanctis non solum
G dictum est benedicti, sed cum additamẽto, nõ qualẽcunq honorem habenti, id est benedicti nõ alicuius alterius, nisi dei patris. Econtrario autẽ quib⁹ dicitur maledicti, non dicitur maledicti patris mei. Nam benedictionis quidem ministrator est pater, maledictionis autẽ vnusquisq sibi est auctor, qui maledictione digna est operatus. Qui autẽ recedunt ab Iesu, decidũt in ignẽ æternũ, qui alterius generis est ab hoc igne quem habemus in vsu. Nullus eñ ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis, extinguitur eñ cito. Aeternus autẽ ignis est ille, de quo & Esaias dicit in fine prophetiæ suę. Vermis eorũ non morietur: & ignis eorũ nõ extinguetur. Forsitã talis substãtiæ est, vt inuisibilia cõburat ipse in uisibilis cõstitutus, secundũ q ait Apostolus: Quoniã quæ videntur tẽporalia sunt, quæ aũt nõ videntur æterna. Si ergo quæ videntur tẽporalia sunt, quæ autẽ non videntur ęterna sunt, necesse est si visibilis est ille ignis,& tẽporalis sit. Si autẽ æternus est,& inuisibilis est, quo puniuntur qui recedũt a Saluatore. Tale est qđ dicit & Iob: Comedet eũ ignis qui nõ accenditur. Ne autem mireris audiens esse inuisibilem ignẽ, & punientẽ, cũ videas inter homines calorem corporibus accidentẽ,& non mediocriter cruciantẽ, maxime eos qui ab eo validissime molestantur. Et considera, q regnũ quidem non aliis prœparatũ dicit a constitutione mũdi, nisi iustis, & ideo reddet eis ipm rex eorũ Christus. Ignẽ autẽ æternũ non illis quibus dicit: Discedite a me maledicti, paratũ ostendit, sicut regnũ iustis, sed diabolo & angelis ei⁹. Quia quantũ ad se hoĩes nõ ad pditionẽ creauit, sed ad vitã, & gaudiũ: peccãtes aũt cõiungũt se diabolo, vt sicut q saluãtur sanctis angelis coęquantur, & fiunt filii resurrectionis,& filii dei,& angeli: sic q pereũt, diaboli angelis coęquãtur, & fiunt filii eius.
ESVriui.n.& nõ dedistis mihi mãducare,& ,,
H cętera. Scriptum est ad fideles: Vos estis corpus Christi,& mẽbra ex parte. Sicut ergo aĩa habitãs in corpore eũ nõ esuriat quãtum ad suã substantiam spiritalẽ, esurit tñ vnũquęq

corporis cibum,qa copulata est corpori suo:
sic & Saluator patit quæ patitur corpus eius
ecclesia,cũ sit ipse impassibilis quãtum ad suã
diuinitatẽ.Sanctis enim indigentibus cibo,&
ipse esurit. Aliis autem membris suis necessa
riam habẽtibus medicinã, & ipse quasi infir
mus necessariã habet. Item aliis susceptione
opus habentibus,ipse quasi peregrinus in eis
quęrit vbi caput suũ reclinet. Sic & in nudis
alget,& in vestitis vestitur.Et si ex dilectione
Paulus dicit:Quis ĩfirmat & ego nõ ĩfirmor?
& hoc magis ad laudẽ respicit Apostoli,ostẽ
dẽtis magnitudinem charitatis suæ circa fi
deles:quomodo nõ magis q̃ Paulus & omnis
homo dilectiõe ornatus filius charitatis dei
Saluator dicere potest cõuenienter?Quis in
firmatur & nõ infirmor? quis scandalizatur,
& nõ ego vror?Propter qđ dicit:infirm⁹ fui:
sic & in carcere fui,& nõ visitastis me.In car
cere eñ membro Christi constituto ipse non
est solutus a carcere q dicit de iusto:Cũ ipso
sum in tribulatione,hoc est cõtribulor ei.Si
cut eñ qui meus est, in tribulatione mecum
A est,sic & ego in tribulatione cum eo sum. Et
hoc dico nõ ignorãs vulgatiorẽ illã traditio
nem. Et hoc considera,ꝙ immoratur in vno
quoq; verbo loquẽs ad iustos,& laudans eos,
& per singulas species eoꝝ benefacta dinume
rat. Loquẽs autem ad iniustos pręcidit com
pendians,& concolligens malefacta eorum in
breue:id est iustis quidẽ de infirmitate dicit:
Infirmus fui,& visitastis me. Separatim autẽ
de carcere:In carcere fui & venistis ad me.Ad
iniustos autẽ cum potuisset similiter facere:
infirmus fui, & non visitastis me : in carcere
fui,& nõ venistis ad me:præcidẽs narrationẽ
subunauit vtrũq; dicẽs:Infirmus fui & ĩ car
cere,& nõ visitastis me.Qm̃ misericordia iu
dicis erat benefacta quidem hominũ largius
prędicare, & ampliare, malefacta autem eorũ
trãsitorie memorare,& breuiare. Sed & iusti
B immorantur in vnoquoq; verbo dicẽtes:Qñ
te vidimus esurientem & cibauimus, aut si
tientem & potauimus,aut nudum & vestiui
mus,aut peregrinũ & collegimus? Aut quan
do te vidimus infirmum,aut in carcere?Qm̃
proprium est iustorum, beneficia sua relata
sibi in facie,diligenter & per singula refutare
causa humilitatis:tãq; si dicẽte domino,hoc,
& hoc,& hoc bonum in me fecistis,illi recu
santes dicant: nec hoc, nec hoc,nec hoc feci
mus tibi. Iniusti non ita per singula,sed cur
sim dicunt: Quando te vidimus esurientem,
aut sitientem,aut peregrinum,aut nudũ,aut
infirmũ,aut in carcere, & nõ ministrauimus
tibi?verbũ ministrauimus tibi,ad omnia refe
rẽtes,& quasi pręcidẽtes,& prętereuntes cri
mina singula,vt non grauiora videãtur dili
gẽter & singillatim enumerata: quia propriũ
malorũ hominum est culpas suas excusatio
nis causa,aut nullas velle ostẽdere, aut leues
& paucas.Sed & responsio Christi tam ad iu C
stos facta q̃ ad iniustos, hũc ipsum significat
intellectum. Volẽs enim iustorum benefacta
ostendere grandia,peccatorum autem culpas
nõ grandes, ad iustos quidem dicit : Ex eo ꝙ
fecistis vni ex minimis istis fratrib⁹ meis mi
hi fecistis. Ad iniustos autem sic:Ex eo ꝙ nõ
fecistis vni ex minimis istis,nec mihi fecistis:
nõ adiiciens fratribus meis, quemadmodum
cum loqueretur ad iustos.Nam abusiue qui
dem omnes credentes in Christo fratres sunt
Christi:reuera autẽ fratres eius sunt,qui per
fecti sunt,& imitatores sunt ei⁹, sicut ille qui
dixit:Imitatores mei estote sicut & ego Chri
sti:qui possunt dicere : Pater noster qui es in
cælis. Gratius autem est apud deũ opus bo
nũ quod fit in sanctiorib⁹, q̃ in minimis san
ctis : & leuior culpa est negligere minus san
ctos,q̃ sanctiores. Minimos aũt hic dicit,aut
quasi in mundo minimos existimatos,aut qa
apud seipsos minimi erant. Volẽtes eñ apud
deum fieri magni, seipsos minimos faciebãt,
quasi charissimi discipuli ei⁹ q dixit : Discite
a me qa humilis & mitis sum corde. Et hoc
attende,ꝙ cum prius dixisset: Venite benedi
cti: deinde,Discedite maledicti:ꝙ propriũ bo
ni dei est prius recordari benefacta bonorũ,
q̃ malefacta malorum : postea in exitu vtro
rũq; prius nominat pœnam malorum: dein
de vitam bonorum,dicens: Et abibunt illi in
pœnam æternã,hi autem in vitam æternam:
vt primum quę timoris sunt euitemus mala:
postea quæ honoris sunt, appetamus bona.
ET factũ est postq̃ cõsummauit Iesus omnes ,,
sermones hos, dixit discipulis suis. Volens ,,
ostendere ꝙ omnia in pondere,& numero,& D
mẽsura cõstituit de⁹, dicit in aliquo loco ad
matrẽ suã: Nõdũ venit hora mea. Item.Nũc
anima mea turbatur, & quid dicã? Pater sal
ua me ex hac hora.Sed ꝓpter hoc veni ĩ hãc
horam.Item.Pater venit hora, clarifica filiũ
tuũ,vt & filius tuus glorificet te. Sic & ho
rã cõstituit passiõis filii sui. Ideo etsi frequen
ter insidias passus est a Iudæis, nihil potuit
pati discedente ab eo diabolo vsq; ad tẽpus:
& nihil pati poterat, donec cõsummaret oẽs
sermones suos, quos ꝓposuerat dicere disci
pulis suis. Propterea postq̃ cõsummauit oẽs
sermones hos,tũc dixit discipulis suis.Et vi

de ꝙ non dixit simpliciter, postꝗ consumma uit omnes sermones: sed addidit hos omnes, id est quos iam locutus fuerat, non quos adhuc fuerat locuturus. Adhuc enim oportebat eũ etiam alios loqui sermones, postꝗ traderetur: & in Bethania in domo Simonis leprosi de muliere accedente ad se. Item & pascha facere cum discipulis suis, & conuincere proditorem latentem, & gratias agere, & porrigere eis panem & calicem. Oportebat eum & prædicare discipulis suis, ꝙ essent scandalizandi: & Petro, ꝙ ante galli cantum ter fuerat negaturus. Adhuc autem oportebat eum hora appropinquante magis orare non semel, nec bis, sed ter: donec hora plenius adueniret.

Secundum Matthæum
Cap. XXVI.

IN ILLO Tempore, Dixit Iesus discipulis suis. Scitis qa post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ad crucifigendum. Et reliqua.

Homilia Origenis de eadem lectione. Quæ est. XXXV.

E SI ergo etiam hora fuerat definita secundum quod diximus, vt non traderetur ante omnem doctrinam: quomodo non magis & dies fuetat definitus, vt pascha nostrum Christus immolaretur, dissoluens iudaicum pascha, & tradens secundum nouum testamentum discipulis suis? Oportebat etiam mensem esse definitum paschæ. Ego autem puto etiam annum, de quo & Propheta dicebat: Prędicare annum domini acceptum, & diem salutis. Prædicit ergo discipulis suis præmuniens eos, vt ne priusꝗ audiant quæ fuerant euentura subito vidẽtes tradi ad crucem magistrum, obstupescant pauore propter passionem domino accidentem. Ideo dixit eis. SCItis qa post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ad crucifigendum. Non autem sicut arbitrabantur quidam hoc dicere vult, qa post biduum paschæ dies adueniet: sed qa post biduum nouũ pascha fiet. Nec enim dixit, post biduũ pascha erit, aut veniet, vt nõ ostenderet illud pascha futurum quod fieri solebat secundum legem: sed pascha fiet, hoc est quale nunꝗ fuerat factũ: vt per hoc nouum pascha, illud succidat an-

F tiquum. Deniꝗ sic addit. ET filius hominis tradetur ad crucifigendum. Post duos autem dies factum est pascha secundum ꝙ fuerat propheratum ab eo, quando traditus est in nocte, & dixit osculanti se Iudæ: Amice ad quid venisti? Si autem post biduum pascha factum est, quartadecima luna: manifestum est ꝙ quando ista dicebat, secundum Iudæos vndecima erat luna, quando & parabolas supradictas exposuit. A quo autem traditus est, hic non est scriptum. Congregabis autem de scripturis, ꝙ & pater tradidit eum, secũdum ꝙ scriptum est: Qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Secundum alias autem scripturas, Iudas tradidit illũ. Sed & Satanas qui intrauit in Iudam tradidit eum. Sed & principes sacerdotum, & seniores tradiderũt eum. Propterea hic impsonaliter seu absolute posuit tradetur, nõ dicẽs a quo: qđ verbũ potest ad omnes respicere qui tradiderũt eum. Sed nõ omnes eodem proposito tradiderunt. Deus enim tradidit eum propter misericordiã circa genus humanum, qui vnico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Cæteri autem tradiderunt eum iniquo proposito, vnusquisꝗ secundum malitiam suam, Iudas propter auaritiam, sacerdotes propter inuidiam, diabolus propter timorem, ne auelleretur de manu eius genus humanũ per doctrinam ipsius, non aduertens ꝙ magis eripiendum fuerat genus hominum per mortem ipsius, ꝗ fuerat ereptum per doctrinam & mirabilia. Traditus est enim ad crucifigendum, vt exuens principatus, & potestates, fiduciali ter triumphet eos in ligno. TVNC congregati sunt principes sacerdotum, & Scribę, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenentes occiderent. Dicebant autem. Non in die festo, ne tumultus fiat in populo. Quod dixit Propheta, Et principes conuenerunt in vnum aduersus dominũ, & aduersus Christũ eius, tunc impletũ videtur cũ principes sacerdotum & seniores populi congregati sunt in domũ principis sacerdotũ aduersus dominũ, & aduersus Christũ eius. Nõ veri sacerdotes, sed populi, & seniores non aliorũ, sed illius qui vide batur populus dei, vere autẽ erat populus Gomorræ: qm̃ dixerunt, Crucifige, crucifige eum, & tolle talem de terra. Et quod dixerat Esaias, Audite verbum domini principes Sodomorũ, attẽdite legẽ dei plębs Gomorrę, cõuenit illis insidiãtibus Iudęis qui fuerunt in generatione tẽporis Christi. Et qđ dicit Ezechiel ad Hierusalem: Iustificata est magis Sodoma ex te, magis cõuenit dici ad Hierusalẽ

super quā dominus fleuit, q̄ ad tempus Prophetę. Peioea enim Sodomis peccauerūt principes populi: qa non intelligentes summū sacerdotem dei, insidiati sunt ei: & seniores populi nō cognoscentes primogenitum vniuersæ creaturæ, & seniorem omnibus creaturis, consiliati sunt contra eum. Et propter atriū puto illud, in quo consilium fecerunt vt Iesum dolo teneeent: desolata est Hierusalem. Oportebat enim iam non esse ciuitatem quæ aduersus totius mundi egerat fundatorem: quę prius quidem occiderat prophetas, post
A modum autem dominum prophetarū. VT
„ dolo eum tenerent. Ideo conuenienter de eis dixit Propheta: Disperdat dominus vniuersa labia dolosa. Dolo autem eum tenere, & occidere voluerūt, vt nō fiat tumultus in populo illo, qui multa signa & prodigia Iesum viderat facientem. Et propterea multi quidem ex his erant pro eo, qui foere dixerant, ꝙ magnus Peopheta surrexit in Israel. Alii autem erant aduersus eū, qui dixerant: Hic non eiicit dęmonia nisi in Beelzebub principe dęmoniorum. Necesse ergo erat tumultū fieri domino compcehēso propter diuersa studia populi diligentis Christum, & odientis: credentis & non credentis. Stetit enim cōsilium eorum quasi firmum, cum ipsi qui consiliabantur, staturi non essent: vt non in die festo occideeetur, sed in alio die: videlicet vt pascha nostrum immolaretur Christus: vt relinquētes azyma Iudæorum festiuemus in spiritalibus azymis & veris. Considera autem si potes, omne verbum quod profitetur quocunq; modo doctrinā dei, dicere principem esse sacerdotū dei. Cum sint autem multa falsorum dogmatum verba quasi sacerdotes dei nō autem dei, sed populi qui seducti ab eis est, cōsiliantur aduersus vnum & verum dei verbum. Verbū autem dei præbet quidem se insidiantibus, nihilominus tamen resurget, nō immutatū, neq; corruptum ab eis: & in cœlum ascendet, vt suscipiat eos qui tollūt cru-
B cem suā, & sequuntur eum. CVM autē esset
„ Iesus in Bethania ī domo Simonis leprosi ac
„ cessit ad eum mulier habens alabastrum vn-
„ guenti preciosi, & effudit super caput ei⁹, re-
„ cumbente eo. Videntes autem discipuli eius
„ indignati sunt, & cætera. Multi quidē existimāt de vna eademq; muliere quatuor Euangelistas exposuisse, qa cōscripser unt tale aliquid de muliere, & oēs similiter alabastrum vnguēti nominauerunt. Ioannes autem pro alabastro posuit librā vnguenti. Sed & qđ dicitur, Potuit hoc venūdari, & pauperib⁹ dari, dixerūt Matthęus, & Marcus, & Ioannes: & ꝙ ad sepulturam suam vnguentum illud Christus pronūciauit effusum, ipsi exposuerunt: & ꝙ in Bethania in domo Simonis leprosi factum est, ipsi tres cōscripserunt. Ioannes autē Bethaniā quidem dixit, vbi fecerunt ei cœnam, & Martha ministrabat, & Lazarus vnus erat ex discūbētib⁹, & Maria accepit librā vnguēti Nardi pisticę pcecīosi, & cętera. Ex quib⁹ appaeet, ꝙ ipsi ei fecerūt cœnā. Lucas autē quis nō leprosum posuit Simonē, tū Pharisęum dixit fuisse, q rogauerat Iesum vt māducaret cū eo, sicut de noīe eius dñs ipse testat̄, dicēs ad eum ibi, Simon Simon habeo quid tibi dicere. Multa ergo similitudo & cognatio quędā de muliere apud quatuor euāgelistas. Dicā tñ ad eos q arbitrant̄ vnā fuisse mulierē, de qua oēs Euāgelistę scripserūt. Putas ꝙ hæc mulier quę effudit sup caput Iesu preciosum vnguētū, sicut Matthęus & Marcus exposuerunt: ipsa & myrrha vnxit pedes ipsius, sicut Lucas & Ioannes exposuerūt? Nō est aūt possibile, vt de eadē muliere exponentes euāgelistę cū essent cōsummati in eodē intellectu, & in eodē spiritu, & in eadē sentētia qui fuerāt ministratores salutē ecclesiarū, contraria sibi dixissent. Si aūt aliquis aebitratur ipsam fuisse q̄ vnxit vnguēto dñi pedes apud Lucā & Ioannē, dicat nobis si Maria ipsa erat quę apud Lucā fuisse scribit̄ in ciuitate peccatrix, quæ discens ꝙ recubuit in domo Pharisæi attulit alabastrū vnguenti, & stans retro secus pedes eius plorās lachrymis lauabat pedes eius. Nec eñ credibile est, vt Maria quam C
diligebat Iesus, soror Marthæ, q̄ meliorē elegerat partem, peccatrix in ciuitate fuisse dicatur. Et putas, ꝙ mulier quæ secundum Matthæum & Marcū effudit sup caput Iesu preciosum vnguētū: euētu nō scribit̄ fuisse peccatrix? Quæ aūt secūdū Lucam peccatrix refertur, nō fuit ausa ad caput Christi venire, sed lachrymis pedes ei⁹ lauit, quasi vix etiā ipsis pedib⁹ eius digna, pręͤ tristitia pœnitentiā in salute stabilē operāte. Et quę secūdum Lucam est, ploeat & multū lachrymat, vt pedes Iesu lachrymis lauet: quæ autē secundū Ioannem est Maria, neq; peccatrix, neq; lachrymans introducit̄. Forsitā ergo qs dicet quatuor fuisse mulieres, de qbus cōscripserūt Euāgelistæ: D
ego aūt magis consentio tres fuisse: & vnam quidē de qua cōscripserūt Matthęus, & Marcus, nullā differentiā expositionis suę facientes in vno capitulo: alterā autē fuisse, de qua scripsit Lucas: aliam aūt, de qua scripsit Ioannes, quoniam differt ab aliis mulieribus non

solũ in his quæ scripta sunt de vnguẽto, sed
qm̃ & diligebat Iesus Mariam & Martham:
quis & ipsa ĩ Bethania referatur fuisse:sicut
& mulier de qua exponũt Matthęus, & Mar-
cus. Tertia differentia est,ꝙ Matthæus qui-
dem & Marcus in domo Simonis leprosi hoc
factum fuisse exponunt:Ioannes autem,ꝙ Ie-
sus ante sex dies paschę venit iu Bethaniam
vbi erat Lazarus,quẽ suscitauerat Iesus,& fe
cerunt ei cœnam: & non simul, sed Maria &
Martha,forte & Lazarus:& Martha ministra
bat, Lazarus autem erat vnus ex discũbenti-
bus. Adhuc autem secũdum Ioannẽ ante sex
dies paschæ venit in Bethaniã, quando & fe
cerũt ei cœnã Maria & Martha.Hic aũt qua-
do & recũbentẽ iu domo Simonis leprosi ac-
cessit ad eũ mulier,post biduũ pascha erat fu
E turũ,sicut dictum est supra. Restat vt aliquis
dicat.Si de altera muliere Matthæus & Mar-
cus scripserũt,de altera autẽ Ioannes,de ter-
tia vero Lucas: quomodo in ꝑsona vni⁹ mu-
lieris semel a Christo increpari discipuli qua-
si male indignantes de facto mulieris non se
emẽdauerũt, vt nõ sup alterã mulierẽ simili-
ter facientẽ indignarẽtur? Propterea sciat,ꝙ
apud Matthęũ & Marcũ discipuli indignan-
tur ex bono ꝓposito:apud Ioannẽ autẽ solus
Iudas furãdi affectu:apud Lucã aũt murmu-
rat nemo.Ex his ergo & aliis quæ & ipse po-
terit obseruare, certum est ꝙ aut sibi contra-
ria dicunt Euãgelistę,vt quidam eoꝝ mẽtian
tur:aut si hoc impium est credere,necesse est
dicere nõ de eadẽ muliere omnes cõscripsisse
Euãgelistas,sed aut de trib⁹,aut de quatuor.
F Dicet aũt aliquis paulo audacior. Forsitã se-
cundũ historiã vna quædam mulier fuit,quę
tale aliquid fecit. Pone autẽ & alterã si vis,&
tertiã,tamen principaliter Euãgelistarũ pro-
positũ fuit respiciens ad mysteria: & non sa-
tis curauerũt,vt secundũ veritatẽ enarrarent
historię,sed vt rerũ mysteria quæ ex historia
nascebant, exponerẽt. Propter quod & adte-
xuerũt quosdã sermones mysteriorũ intelle-
ctibus conuenientes & consonos.De his autẽ
quæ apud quatuor exponuntur Euangelistas
causa mulierũ,vel vni⁹ mulieris, sicut existi-
mãt multi,diligentius tractauimus exponen-
tes Euãgeliũ secundũ Ioannem,quæ videban
tur nobis cum similia essent & cognata,quasi
cõtraria & distãtia. Nũc autẽ ea breuiter per-
G stringamus. Rationabiliter ergo Lucas cũ de
peccatrice muliere loqueret, introduxit eam
flentem abundantius,vt etiã Iesu pedes laua-
ret:& non infundẽtem quidem vnguentum,
sed tantum vngentem non caput, sed pedes.
Illa autem quæ nõ accusabatur peccatrix, nõ
vnxit,sed effudit,& nõ super pedes,sed super
caput.Si aũt quis & quæ de Maria Lazari so-
rore scripta sunt tractet,quę & ipsa vnxit do
mini pedes, notet sibi quæ scripta sunt ibi:ꝙ
omnis domus repleta est ex odore vnguẽnti:
qd nõ est scriptũ de ea quæ dicebaẽ esse pec-
catrix.Sed nec de muliere de qua scripserunt
Matthęus & Marcus,quæ nõ dicebatur fuis-
se peccatrix,tale aliquid scriptũ est, ꝙ omnis
domus repleta est ex odore vnguenti. Forsi-
tan ergo per differentias istarum mulierum,
differentiæ fideliũ demonstrãtur:quorũ qui-
dam quidem effundunt super caput Iesu pre
ciosum vnguẽtũ:alii autem nõ caput vngũt,
sed pedes:alii autem non infundunt largiter,
sed vngũt tantũ.Vngentiũ vero quidam tali
vngunt vnguento, vt omnis domus implea-
tur ex odore diuinitatis ipsius:alii autem nõ
tali, tñ quidem & ipsi acceptabili apud Chri
stum,qm̃ & ipsi vngunt pedes eius vnguẽto,
quos Pharisęus nec cum oleo vnxit. Oporte H
bat autem hæc iu Bethania fieri, quæ inter-
pretatur domus obœdienriæ, & ab hac quæ
super caput domini effudit vnguentum,non
accusara quasi peccatrix iu ciuitate, & a Ma-
ria,apud quã cũ fieret cõuiuium Iesu,acces-
sit ad eum & vnxit. Domũ autem obœdien-
tię, ecclesiã intelligi oportere dubitat nemo.
Illa autem quę apud Lucã dicebaẽ peccatrix,
adhuc non erat digna in Bethania esse, q̃uis
pœnitentiã peccatorũ suorũ agebat. Adhuc
eñ minus habebat, vt postmodũ ĩueniret in
domo obœdiẽtię facta,vt iã cõsummata neq;
peccatrix diceret,nec lachrymãs,& lauãs do-
mini pedes,sed & ipsa effundẽs vnguentũ su-
per caput ipsius.Sed & Simon obœdiẽtię my
sterium est,qm̃ sic interpretatur:sed obœdien-
tialiter nõ spiritus:propter qđ Simon eleua-
tus a litera legis per Iesum ad legẽ spiritalẽ,
iã nõ erat Simon tãtũ, sed factus est etiã Pe-
trus,& pro ædificatione Iudaica dignus ha-
bitus est ædificatiõe ecclesię sup petram fun-
dãdę.Factus est ergo Iesus iu domo Simonis I
quidẽ, & alicuius obœdiẽtis, tamẽ leprosi,&
adhuc opus habẽtis mũdatione ab Iesu.Non
autẽ memoratũ est apud Lucã de Simone, ꝙ
& leprosus erat. Existimo ꝙ ipse debitor erat
quinquaginta denariorum, & iam acceperat
remissionem eorum,qm̃ dilexerat modicum.
Tamen diligẽs aliquãtulũ, rogauit eũ vt mã
ducaret secũ. Accessit autẽ mulier,nõ pecca-
trix secũdũ Matthęũ & Marcũ,alabastrũ ha-
bẽs vnguẽti ꝓciosi. Et cõsidera q̃ caute apud
hos qui peccatricem nõ retulerũt, vnguentũ

eius quasi preciosum laudatur. Apud Lucam
autẽ q̃ exposuit peccatricẽ, vnguentũ simpli-
citer noĩatur, nec p̃ciosum, nec Nardi pisti-
cę, vt ex odore eiꝰ impleref domꝰ. Adhuc eñ
habere nõ poterat vnguenta huiusmodi: sed
hoc erat magnũ, qa vel vnguẽto poterat vn
gere dñi pedes. Huius autẽ mulieris precio-
sum fertur vnguentũ. Nec enim decebat esse
nõ preciosum qđ sup caput Saluatoris effun
debaf. Et sup vnguẽtũ quidẽ peccatricis vn-
gẽtis domini pedes, & nõ effundẽtis, neq; in-
dignati sunt discipuli, neq; doluerũt, nec di-
xit Iudas: Quare vnguentũ hoc nõ est vęnũ-
datũ trecẽtis denariis, & datum est pauperi-
bus? Super mulierẽ autẽ apud Matthæum &
Marcũ, indignati sunt discipuli, & doluerunt
perditionẽ vnguenti, qđ decurrebat a capite
eius ad cæterũ corpus. Nam etsi poterat vę-
nundari vnguentũ illud multo precio & da-
ri pauperibꝰ, tamen nõ debebat fieri hoc: qa
cõueniens erat vt sup caput Christi infunde
A ref sancta & decẽti infusione. Qui autẽ con-
tendunt intelligere ista secundum simplicem
textũ: dicãt effusum vnguentũ sup caput Ie-
su laudabiliter, qualẽ habebat secũdũ textũ
decorẽ, vt effunderef super caput talis & tã-
ti magistri. Non erat ergo vnguentum illud
pauperibus dignũ, nec cõueniẽs, quantum ad
suũ honorẽ, vt diuideretur in multos, sed vt
integrũ manẽs effunderef super caput tãtũ-
modo Iesu. Propter qđ & mulierẽ quæ fece-
rat hoc, suscipit Iesus, & indignãtibꝰ discipu
lis dicit: Sinite eã, & nolite ei molesti esse, qm̃
bonũ opus operata est in me. Vsqueadeo au-
tẽ efficax est huiusmodi laus operis boni, vt
exhortef oẽs nos odoriferis, & diuitibꝰ operi
bus implere dñi caput, vt & de nobis dicaf,
q̃ semp quidẽ habemus q̃diu in hac vita cõ-
sistimus, pauperes nobiscum, & opus habẽtes
cura eoꝝ qui profecerũt in verbo, & diuites
facti sunt in sapiẽtia dei: nõ aũt possunt suffi
cere, vt semp diebus & noctibꝰ habeãt secũ fi-
liũ dei, verbũ dei & sapientiã, & oĩa quicquid
est dñs noster Saluator. Vide & qđ ait, Bonũ
opus operata est in me: qa nõ dixit de pecca-
trice vngente pedes ipsius: q̃ bonum opus fe
cit in me. Si autẽ oportet discutere & qđ ait,
Ad sepeliendũ me fecit, cõparans ei qđ dicif:
Cõsepulti sumus Christo per baptismum, &
cõresurreximus ei. Adhuc autẽ hoc conside-
ra, q̃ de muliere secundum Lucam non est di
ctum: Amen dico vobis, vbicũq; prædicatum
fuerit euãgelium hoc in toto mũdo, dicetur
& q̃ fecit hęc in memoriã eiꝰ. De muliere au
tẽ secũdum Matthæũ & Marcũ, hoc scriptũ
est. Iustũ eñ erat non de illa quę vnxerat pe-
des, sed de hac quę vnguentũ effuderat super
caput eiꝰ, dici: Vbicũq; p̃dicatũ fuerit euãge
liũ hoc in toto mundo, dicetur & q̃ fecit hęc
in memoriã eiꝰ. Si ergo volumus, vt & de no B
bis dicaf qđ facimus in Iesu, effundẽtes pre-
ciosum vnguẽtum sup caput ipsius: proficia
mus ab vnctione pedũ eiꝰ, ad effundẽdũ pre-
ciosum vnguentũ sup caput eius. Quid autẽ
est oleũ, & quid vnguentũ? Vnguentũ aũt qđ
p̃ficit ad corpus Christi vngẽdũ, & quod ad
caput, difficile est explicare. Tamen id qđ no
bis videf, demonstrare tẽtabimus: certissime
cognoscẽtes, q̃ oleum vbiq; in scripturis, aut
opus misericordiæ intelligitur, quo lucerna
verbi enutrita clarescit: aut doctrina, cuiꝰ au
ditu assiduo, verbum fidei quod est accẽsum
in nobis nutritur, & clarius lucet. Sicut ergo
generaliter omne quo quis vngif oleum ap-
pellaf: olei aũt aliud est vnguẽtũ, aliud nõ: itẽ
vnguẽti aliud est mediocre vnguẽtum, aliud
preciosum, sic omnis actus iustus opus dicif
bonũ. Operis autẽ boni, aliud est qđ facimus
propter homines, vel secũdũ homines: aliud
autẽ qđ propter deũ & secũdum deum. Item
hoc ipsum qđ facimus propter deũ, aliud est
qđ proficit ad vsum hominũ, aliud quod nõ
proficit ad vsum hoĩm, sed tãtum ad gloriã
dei. Vtputa, bene quis facit homini naturali
iustitia motus, nõ propter deũ, quomodo fa-
ciebãt interdum & gẽtes, & multi faciunt ho
mines: opus illud oleum est vulgare, non ma
gni odoris, & ipsum tamen acceptabile apud
deũ: sicut Daniel significat dicens ad Baltha-
sar deum non cognoscentem: Audi cõsilium
meũ rex, & peccata tua eleemosynis redime.
Tale aliquid dicit & Petrus apud Clementẽ,
q̃ opera bona quę fiunt ab infidelibus in hoc
seculo eis prosunt, non & in illo ad cõsequen
dam vitam æternam. Et conuenienter, qa nec
illi propter deum faciunt, sed propter ipsam
naturã humanã. Qui autẽ propter deum fa-
ciũt, id est fideles: nõ solũ in hoc seculo profi
cit eis, sed in illo, magis autẽ in illo. Qđ autẽ
fideles faciũt p̃pter deũ, hoc est vnguẽtum
boni odoris. Hoc ipsum autẽ opus fidelium C
propter deum, qđ est vnguẽtum, aliud fit ad
vtilitatem hominũ, vtputa, eleemosynę, infir
morũ visitationes, peregrinorũ susceptiones,
humilitas, mãsuetudo, indulgentia. & cætera
huiusmodi quæ hominibꝰ prosunt. Hæc qui
facit ĩ christianos, pedes dñi vngit vnguẽto:
qa ipsi sunt dñi pedes cũ q̃bus ambulat sem-
per: qđ pręcipue solent facere pœnitentes pro
remissione peccatorũ suorũ. Et illud est opus

qđ dicit vnguētū odoriferū quidem,non au-
rē summū. Qui aūt castitati studet,ī ieiuniis
& orationibꝰ pmanet,in aduersis patientiam
habet sicut Iob,in tētatiōibꝰ veritatē dei non
timet cōfiteri: quæ oīa cæteris hominibꝰ ni-
hil prosunt,sed tātū ad gloriā dei proficiūt:
hoc est vnguentū qđ vngit caput dñi Chri-
sti,& exinde p totū corpus Christi,id est per
totā decurrit ecclesiā:& hoc est vnguētū val
de pciosum,ex cuiꝰ odore tota replet domꝰ,
hoc est ecclesia Christi. Et hoc opus ē ppriū
non pœnitentiū,sed perfectoꝝ sanctorū.Aut
certe doctrina q̄ necessaria est hoībus, p quā
nutriūtur aīę paupes in spiritalibꝰ bonis,aut
forte & debiles ī deuitādis pctīs:hoc ē vnguē
tū mediocre,quo pedes dñi vngunt.Agnitio
autē fidei verę,quæ ad solū pertinet deū,vn-
guētū est pciosum, quo vngit caput Christi
D deꝰ. TVNC abiit vnꝰ de duodecī q dicit Iu
,, das Scariota ad pricipes sacerdotum,& dixit
,, eis.Quid vultis mihi dare,& ego eum vobis
,, tradā? At illi cōstituerūt ei triginta stateres:
,, & exinde q̄rebat opportunitatē, vt eū trade-
,, ret eis. Iudas interpretat cōfessor.Cū sint er
go duo discipuli hoc noīe noīati, secūdū qđ
Lucas euāgelista dinūetat īter duodecī fuis-
se Apostolos, Iudā Iacobi, & Iudā Scariotā:
Cum nihil ergo a mysterio vacuum fit apud
Christū,existimo duos discipulos Iudas ī my
sterio fuisse Christianoꝝ cōfitētiū fidē Chri-
sti:quorū vna qdē pars fideliter pmanet apđ
Christū, cuiꝰ mysteriū fuit Iudas Iacobi:alte
ra aūt pars postq̄ credidit & confessa est fidē
Christi.ppter auaritiā reliquit Christū:& fa
cta proditrix veritatis ipsius, trāsiit ad hęre-
ses,& ad falsos sacerdotes Iudęorū falsoꝝ, id
est simulatorū Christianorum:& tradidit eis
Christū quātū ad se,id est verbū veritatis,vt
crucifigat, & occidat verbū veritatis ab eis:
cuius mysteriū fuit Iudas Scariota, qui abiit
ad sacerdotes, & de traditiōe Christi pactus
E est pciū. Audiui quēdā exponētē patriā pro-
ditoris Iudæ secūdū interptationē Hebraicā
exsuffocatū vocari.Qđ si ita est,magna cōue
niētia inuenit noīs patrię eiꝰ cū exitu mortis
ipsius,qm̄ & ipse laqueo se suspēdēs prophe-
tiā nominis patrię suę suffocatus īpleuit.Hic
ergo Iudas ad quē dictū est p pphetā: Tu au
tē hō vnanimis mihi,dux meꝰ & notus meꝰ:
cecidit cū fuisset vnꝰ eoꝝ quos Christus ad
ducatum suscepit populi Christiani. Et vide
quomodo qđ scriptū est, Vos aūt sicut hoīes
moriemini,& sicut vnus de principibꝰ cade-
tis, refert modo ad illū principē q cecidit tā-
q̄ fulgur de cœlo:modo ad Iudā, qui electus

ad principatū apostolatus,& quasi in cælo cō
stitutꝰ, & ipse quasi fulgur ante cōstitutꝰ ce-
cidit in pditionis ruinā vadēs aduersus vnū
principē sacerdotū, q in æternū factus fuerat
sacerdos secūdum ordinem Melchisedec: ad
multos principes sacerdotum & aduersarios
vniꝰ sacerdotis summi,vt vēderet pcio volē-
tē redimere totū mūdū a maledictiōe legis &
totiꝰ peccati: & redimere nos nō corruptibi-
libus pecuniis,sed pcioso sanguine suo. Quid F
aūt dixit Iudas ad sacerdotes audiamꝰ.Quid
vultis mihi dare,& ego vobis eū tradā? Vo-
lebat eñ accipere pecuniā,& tradere verbum
dei. Qđ faciūt oēs, q accipiūt aliqd corpora-
liū,aut mūdialiū terū, vt tradāt & eiiciāt ab
aīa sua Saluatorē, & verbū veritatis qđ erat
in eis.Et opportune hoc vteris exēplo ad oēs
q qđcunq; peccatū facientes ppter auaritiā &
causam pecuniarū,aut alicuiꝰ lucri,verbū dei
tradūt & cōtēnūt.Nā huiusmodi hoīes qua-
si manifeste clamare vident,& dicere virtuti-
bus aduersariis prestantibꝰ lucrū aliquod pro
peccato trāgressi verbi dei:Quid vultis mihi
dare,& ego eū vobis tradā? Qꝫ & si traditus
fuerit, fit qdem extra tradentē: vincens autē
eos q eū suscepisse vident,operat decentia se,
vt euacuare cupientes eū, nihil opetentur in
ipsum. At illi statuerunt ei triginta stateres.
Tantā ei dationē cōstituentes, quātos annos
Saluator pegrinatus fuerat ī hoc mūdo. Tri
ginta eñ annorū baptizatus cœpit Euāgeliū
pędicare,quasi Ioseph factꝰ triginta annorū
vt erogaret frumēta fratribus suis. Nā sicut
tunc propter filios quidē Israel a deo fuerat
pręparatū frumentū illud,erogatū est autem
etiā Aegyptiis: sic Euangeliū sanctis quidem
fuerat præparatū:tamen prædicatū est etiam
infidelibꝰ & iniquis. Ex tūc quærebat oppor-
tunitatē,vt traderet eū. Qualē autē opportu G
nitatē quærebat Iudas,Lucas manifestius ex-
planauit,dicens:Et quærebat opportunitatē,
vt traderet eū eis sine turba: id est quādo po
pulus nō erat circa eū,sed secretus erat cum
discipulis suis. Qđ & fecit eū tradēs post cœ
nā cū secretus esset in pędio Gessemani.Ar-
bitrabat eñ Iudas opportunitatē sibi eē post
pactū qđ fecit,quādo cū multitudine nō erat
Iesus.Et vide nisi vsq; nūc opportunitas ista
videtur proditoribus verbi veritatis,qui vo
lunt prodere Christū deū verbū in tempore
persecutionis Christianorū: quādo multitu-
do credentiū nō est circa verbū veritatis:nec
potest impedire,aut prohibere persecutores,
maxime vbi pauci fideles habent. Et cum sit
oīm terū tempus,Salomone dicēte,Tempus

patiendi,& tempus moriendi,& cætera:tem-
pus proditorum veritatis propterum hoc est
A qñ nõ sunt circa Christũ multi fideles. PRI
» ma autem azymorũ accesserũt discipuli ad Ie
» sum dicentes ei. Vbi vis paremus tibi pascha
» manducare?Iesus autẽ dixit.Ite in ciuitatẽ ad
» quẽdã,& dicite ei,& cætera. Apud Marcũ
aũt sic dicit.Et prima die azymorũ qñ pascha
immolabat,dicunt ei discipuli eius. Quo vis
eamus & præparemus tibi vt mãducemus pa
scha?Et misit duos ex discipulis suis, dicens.
Ite in ciuitatẽ,& ingredientibus vobis occur
ret vobis homo amphorã aquæ portãs:& vbi
cũq; ingressus fuerit,dicite patrifamilias. Ma
gister dicit,vbi est diuersoriũ meum,vbi cum
discipulis meis mãducem pascha? Et ipse vo-
bis ostẽdet locũ in superiorib9 stratũ magnũ
paratum,illic parate nobis. Sic ergo apparet
ꝙ vna eademq; dies erat paschæ,quãdo opor
tebat immolare pascha azymorum, & quãdo
oportebat tollere fermentum vetus,& azyma
mãducare cum carnib9 agni. Et dies quidem
paschæ vna erat,azymorũ autẽ.vii.cõnumera
ta videlicet die paschæ cum cæteris sex. Secun
dum hęc fortitan aliquis imperitorũ requiret
cadens in Ebiouismũ ex eo ꝙ Iesus celebrauit
more iudaico pascha corporaliter, sicut & pri-
mã diem azymorum & pascha, dicens ꝙ con
uenit & nos imitatores Christi similiter face-
re:nõ cõsiderans ꝙ Iesus cum venisset tempo
ris plenitudo & missus fuisset,fact9 est de mu
liere,factus est sub lege,nõ vt eos qui sub lege
erãt sub lege relinqueret,sed vt educeret eos
ex lege. Si ergo ideo venit vt educeret eos
qui erant sub lege:quanto magis non conue-
nit illos introire in legẽ q prius fuerãt extra
legẽ?Ergo de litera quidem egredimur legis:
intra virtutem autem spiritalem cõstituti,le
gem spiritaliter celebrantes implemus omnia
quę illic corporaliter celebranda mandantur.
Expellimus eñ vetus fermẽtũ malitię,& neq-
tię,& in azymis synceritatis & veritatis cele-
bramus pascha:Christo nobiscum copulãte
secũdũ volũtatẽ agni dicẽtis.Nisi mãducaue-
ritis carnẽ meã,& biberitis sanguinẽ meũ, nõ
habebitis vitã manẽtẽ in vobis.Qui tulit pec
catũ mũdi, & phibet verũ exterminatorẽ nõ
solius Aegypti,sed totius generis humani ex
terminatorẽ tãgere nos celebrantes festiuita-
tem paschę secum. Et ascendimus ipso domi
no nobiscũ cõstituto ab inferioribus ad locũ
superiorẽ:in quo diuersoriũ est qđ demõstrat
ab intellectu, qui est in vnoquoq; hoĩe pater
familias,discipulis Christi.Hęc aũt dom9 su-
perior sit nobis magna,vt capiat Iesum ver-
bũ dei,& sapientiã,& veritatẽ,& omne qđ est
fili9 dei,q non capitur nisi a magnis sensu. Et
sit domus hęc præparata a patrefamilias intel
lectu filio dei,nõ solum in loco superiori,nec
tãtummodo magna,sed etiã mundata, nullo
modo habens malitię sordes,quasi a scopis le
gis coadunatas atq; proiectas.Sit domus ista
& in ciuitate dei,id est in ecclesia.Sit autẽ do
mus illius princeps nõ qualibuscũq; cognitũ
habens nomen:ideo & mystice dicit Iesus:Ite C
ad quẽdã.Et illi dicant,qui Christo præparãt
pascha:Magister dicit,apud te faciam pascha
cum discipulis meis. Annũcient etiã patrifa-
milias illi & qđ dicit: Magister dicit, vbi est
diuersoriũ vbi cũ discipulis meis manducem
pascha?vt paterfamilias ille qui præparat di-
uersoriũ Iesu & discipulis eius,ascẽdat locum
superiorẽ,& stratũ,& paratũ,& magnum, vt
veniens illuc Iesus festinet cũ discipulis suis.
Ego autẽ puto, ꝙ homo q ingredietib9 disci
pulis in ciuitatẽ occurrit eis amphorã aquæ
portãs,quẽ voluit Iesus vt sequerent discipu
li eius eũtem in domũ:qui subtilẽ illã aquam
domui apportabat, vt nõ solũ esset mũdata,
sed etiã aquis plenius eluta: erat quidam mi-
nistrãs patrifamilias,id est intellectui,portans
mũdatoriam aquam in fictili vase, vt sublimi
tas virtutis sit dei.Aut certe potabilẽ aquam
subministrabat in illo fictili vase,vt filius qui
dem dei generationẽ præbeat viris:ille autem
intellectus ministret ex lege & Prophetis aquã
pottet quæ misceat cũ vino euangelici verbi.
Nos ergo qui optamus de ecclesia esse,volen
tes celebrare pascha cum Iesu,sequamur ho-
minẽ illum qui vas baiulat huiusmodi aquę,
quem puto esse Moysen legis datorẽ spirita-
lem doctrinã portantẽ in corporalibus histo
riis. Qui autẽ accedunt ad legẽ & prophetas
quasi ad eloquia ipsius dei, nõ autẽ sequũtur
eum spiritaliter qui vas baiulat aquæ viuæ:
nõ celebrant pascha cum Iesu, nec calicem bi
bunt noui testamẽti.Præparent autẽ discipu-
li pascha Iesu:& post sermones discipulorum
qbus catechizauerunt patremfamilias, id est
itellectũ,veniat & diuinitas vnigeniti coepu
lans discipulis suis in domo prędicta.Scire ta
men debemus ꝙ qui in epulationibus & sol-
licitudinibus secularibus sunt, non ascendũt
in domum illam superiorem: nec vident ma-
gnitudinẽ eius,nec cõsiderãt stratus illius or
natum.Propterea nec celebrant cum Iesu pa-
scha, nec accipiunt panẽ benedictionis ab eo,
nec calicẽ noui testamẽti. VESPEre autem D
facto discubuit cum discipulis suis,& edenti- »
bus eis dixit:Amen dico vobis,ꝙ vnus ex vo »

» bis tradet me. Discipulis edentibus pascha
secundum legis mandatū, dixit Iesus, qui scie
bat quid esset in homine, & ꝓpterea nō habe
bat opus vt aliquis testimoniū daret ei de ho
mine, & dixit de Iuda cū cōsueto sibi iureiu-
rando. Amen dico vobis, ꝙ vnus ex vobis me
tradet. Cum enim potuisset a principio prodi
torem specialiter demonstrare, hoc quidē nō
fecit: dixit autem generaliter, ꝙ vn⁹ ex vobis
me tradet, vt testimonio ꝑcussi cordis sin-
gulorum qualitas probaretur, vt & discipulo
rum ostenderet bonitatē, quia plus credebant
verbis Christi, q̄ conscientię suę: & Iudę mali
tiā, quia nec cognitori cōsiliorū suorū crede-
bat vt turbaretur, aut tristaret: existimo quia
in primis putauit latere quasi hominem. Qui
postq̄ vidit cōscientiā suam notam Christo:
amplexus est occultationem positā in verbis
ipsius: quorum primū infidelitatis erat, secun
E dū autē impudētię. ET cōtristati nimis cœ
» ꝑunt singuli dicere. Nunquid ego sum dñe?
Queret autē aliquis quomodo si bonę cōsciē-
tię erāt vndecim Apostoli, quia mundi erant
ab omni ꝑditione magistri: vt quid contrista
ti sunt de auditu, quasi potuisset fieri vt vn⁹
esset ex ipsis de quo dicebatur? Existimo autē
ꝙ vnusquisq; discipulorū sciebat ex his quæ
docuerat Iesus, ꝙ mutabilis, & ad malum ver
tibilis est natura humana: & ꝙ in colluucta-
tione aduersus principatus, & potestates, &
rectores huius mundi tenebrarum potest fie
ri vt decidat homo aut circūuentus, aut vim
passus ab aduersariis virtutibus ad malum ꝑ
ficiendum. Hoc ergo considerantes vnusquis
q; discipulorum, ne forte ipse esset qui præco
gnitus erat proditor, contristati sunt valde,
ꝓpterea ꝙ dictū fuerat eis, vnus ex vobis me
tradet: & cœꝑerunt dicere quasi nesciētes sin-
guli futurum de se: Nūquid ego sum dñe? Si
autem habet rationem, ꝙ propter hanc cau-
sam timens vnusquisq; eorum dixit, nunquid
ego sum dñe? de oībus futuris timēdū est no-
bis infirmis, qui nondū sapientiā ꝑfectionis
accepimus, secūdum quā dicit Apostolus: Cō
fido eñ quia neq; mors, neq; vita, & cætera,
potest nos sepāre a charitate dei q̄ est i Chri-
sto Iesu. Qui autē nōdum pfectus est dubitat
de seipso quasi possit & cadere. Secūdum quā
infirmitatē humanā scribēs Corinthiis Pau-
lus dicebat. Sed castigo corpus meū, & serui-
tuti redigo, ne forte cū aliis ꝑdicauerim ipse
reprobus efficiar. Et vide quod dicit: Ne for-
te cum aliis prædicauerim ipse reprobus effi
ciar, sic pronūciat quasi timens ne forte & ca
dere possit, & reprobus fieri. Qđ autem dixit

Cōfido & cętera: confidentis hoīs & firmi est
propter suā ꝑfectionem, qm̄ mille contraria
separare eum a charitate Christi non valeāt.
Qꝫ autē Apostoli adhuc erāt infirmi, & iuste F
timebāt, manifestum est ex eo quod dicit qui
sciebat propositum singulorum: Qm̄ omnes
vos scādalū patiemini in me in hac nocte. Et
ꝙ proponens quis meliora aliquoties ad ma-
litiam trāsuertitur victus in colluctatione cō
trariarum virtutū: manifestū est ex eo quod
scriptum est de Petro, qm̄ ipse quidem consi-
derās ꝓpositū suū, qualē circa Christū habe-
ret affectū, respondit non cū simulatione, sed
ex veritate cordis sui quantum ad se: Qꝫ si o-
mnes scandalizati fuerint, ego solus non scan
dalizabor. Saluator autē sciens infirmū eū in
suis ꝓmissionibus fore, & ꝙ breuis timor ho
minis factu⁹ esset eum recedere a proposito
meliori: dixit ad eum. Amen dico tibi, ꝙ i hac
nocte priusq̄ gallus cantet, ter me negabis. Et
talibus nō est importunum dicere semꝑ: ne
glorieris in crastinū, nec enim scis quid pariat
dies suꝑuētura. Et Paulus similiter, Fratres,
inquit, si præoccupat⁹ fuerit homo in aliquo
delicto, vos qui spiritales estis confirmate hu
iusmodi in spiritu mansuetudinis: considerā
tes ne & vos tentemini. docens ꝙ incertus est
exitus noster de nobis, q̄uis forte meliorū pro
positum habeamus. Hæc autem omnia recor
dantes, ꝙ nescimus quid pariat nobis dies su
ꝑuētura, non inflabimur, neq; superbiemus
neq; gloriabimur aliquādo, q̄uis sciamus nos
multa bona habere: sicut & Paulus cum dixis
set de se: Nihil mihi conscius sum, supaddit:
Sed non in hoc iustificatus sum: tanq̄ sciens
deum sacrificantē quos pręcognoscit, & quos G
prædestinauit vocātem. QVI intingit me-
cum manum in paropside, hic me tradet. Vi »
dens eos de seipsis timentes, demonstrauit ꝓ
ditorē indicio propheticę vocis dicētis. Qui
manducat panem meū mecū, amplificauit ad
uersus me supplantationē. Nec eñ discrepat
illud ab hoc quod dicit: Qui intingit mecum
manū i paropside, hic me tradet. Et hoc quo
ꝙ cōsiderādū est, quid vtiq; nos volens doce-
re Saluator signū dat discipulis de Iuda ꝓdi-
tore ex eo ꝙ cū Iesu manū suā in paropsidem
intulisset, in quā sicut existimo intingebāt car
nes pascha edētes. Existimo autē ꝙ malitiam
eius multā manifestā facere volēs hoc dixit:
qm̄ quē susceperit ad mensam cōmunē, & com-
māducauit ei, forte quia a principio bene age
bat, ipse Iesum ꝓdidit tātis honoribus se com
plectentē: & neq; salis eiusdē, neq; mensę, neq;
panis cōmunicati memor est fact⁹, sed oia illa

transgrediēs ꝓpter triginta staterū ꝓmissionē tradidit largitorē tantorū bonorū. Et hęc est vere ꝓpria cōsuetudo hominū nimis malorū, vt post salem & panē insidienē hominibus maxime nihil nocētibus eis cū quibus cōmunicauerunt panem & salem. Deniq Daniel de quibusdā huiusmodi hoībus feralibus, & val de malis ita ꝓphetans dicebat: Super mēsam vnā falsa loquenē. Si autē potes spiritalē mensam, & cibum spiritalē, & dominicā intelligere cœnā, quibus omnibus dignificatus fuerat a Christo: abundantius videbis multitudinē malitiarū eius quibus magistrū cum cibo diuinę mensę & calicis & hoc in die paschę tradidit Saluatorē: nō recordatus nec in corporalibus bonis magistri dilectionē, nec in spiritalibus doctrinā eius sine inuidia semper communicatā. Tales sunt oēs in ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cum quibus ad eādem mensam corporis Christi, & ad eundē potum sanguinis eius frequenter simul fuerūt. Si autē oportet & ipsius paropsidis interpretationem accipere, nos quidem ab huiusmodi nos abstineamus, ne aliquid frigidum quibusdam dicere videamur. Tamen qui vult etiā in hoc aliquid inuenire morale, cōsideret in lege vbi dona a principibus singularū tribuū offerun tur in dedicatione altaris. Forte intelliget ibi etiā paropsidem aliquid esse intelligēdam. In prima, inquit, die obtulit donum suum Naasou filius Aminadab princeps tribus Iuda: & obtulit donum suum paropsidē argenteam, siclorū triginta & centū pōdus eius, & phialā vnam argenteā siclorū septuaginta, secūdum siclū sanctū. ET filius quidē hominis vadit sicut scriptū est de eo: Væh autē homini illi per quem filius hominis tradetur. Et Iesus q dē secūdū ꝙ videbatur ibat passus per crucē: secundū aūt ꝙ vere erat, & ibat, & remanebat in mūdo cum discipulis suis custodiens eos in fide. Nec eīm potuissent ꝑmanere i fide ipsi⁹, pręcipue cū mortuū eū vidissent, nisi ab ipso inuisibiliter custodita fuissent corda eorum. Et non dixit vęh homini illi a quo tradit, sed per quē tradit, ostendēs alterū a quo tradebatur, id est a diabolo: ipsum aūt Iudā ministrū esse traditiōis. Vęh aūt nō solū Iudę, sed oib⁹ proditoribus Christi. Quicūq eīm discipulos Christi tradit, ipm Christū tradit. Propterea a diabolo quidē tradūtur, tñ per hoīes illos: & ideo vęh illis. Nā si oēm malitiā in hoībus diabolus ꝑ hoīes operatur, & quicūq interficitur ab aliquo, etsi non ab ipso, tñ per ipsum est interfectus. Et si iudex aliquē interfecerit iniuste mortis sentētiā ferens in aliquē, sciendū est ꝙ ipse locū diabolo dans in se, ministrū se ꝓbuit diabolo ad interfectionem hoīs innocētis. BOnū erat ei si nō fuisset natus homo ille. Hoc est, illi bonū erat si natus nō fuisset: ꝗa nec hoc bono fuerat dignus vt nō nasceretur. Sed qm̄ aptus fuerat ex arbitrio suo vt hoc ministeriū ꝓditionis consummaret ꝑ eū, ideo natus est malo suo, vt in malū qđ secūdū ꝓpositū suū merebat incideret. REspondens aūt Iudas dixit. Nūqd ego sum Rabbi? Et vide ꝙ expectans Iudas tantū sermonē Christi de se, nō pręcidit narrationē eius sua respōsione, sed post oēs respōdit dicēs: Nūqd ego sum Rabbi? Nō ex affectu discēdi, sed secūdū cōsuetudinē nominādi magistrū, eum vocauit magister: quasi subsannās eū, ꝗa vocabatur magister, eū nō esse hoc vocabulo dignū. ET dixit ei Iesus. Tu dixisti. Vt ex ore ipsius iudicaret eū: qm̄ ille quasi dubitās dixerat: Nunqd ego sum Rabbi? Nō qdē secundū cōscientiā dubitās, sed fingens se de hoc dubitare. Non enim habebat ipm timorē quē cęteri Apostoli habuerūt: sed ille sine timore, quasi timens dicebat. Et ideo forsitan post oim Apostolorū singillatim interrogatiōes, & post Christi narrationē de ipso, vix aliquādo & ipse interrogauit, quasi ex cogitatu quodā, & versuto cōsilio, vt similia cęteris Apostolis interrogādo, cęlaret interim ꝓditionis suę cōsiliū. Nam vera tristitia & vrgens nō sustinet moram, sicut nec Apostolorū sustinuit. EDENtib⁹ aūt eis accipiēs Iesus panē, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis dicens. Accipite & manducate. Hoc est eīm corpus meū. Et accipiens calicē, & gratias agens dedit eis dicens. Bibite ex hoc oēs. Hic est enim sanguis meus noui testamēti, qui ꝓ multis effundet in remissionem peccatorū. Panis iste quē de⁹ verbū corpus suū esse fatet, verbū est nutritoriū animarū: verbū de deo verbo procedens, & panis de pane cęlesti, qui positus est sup mēsam de qua scriptū est: Pręparasti in cōspectu meo mēsam aduersus eos q tribulāt me. Et potus iste quē deus verbū sanguinē suū fatet, verbū est potās & inebriās præclare corda bibētiū, qui est in poculo de quo scriptū est: Et poculū tuum inebriās q̄ pręclarū est. Et est potus iste generatio vitis verę, q̄ dicit: Ego sum vitis vera. Et est sanguis vuę, illi⁹, quę missa in torcular passionis ꝓtulit potū hūc. Sic & panis est verbū Christi factū de tritico illo qđ cadēs ī terrā bonā multū reddidit fructū. Cur aūt nō dixit, hic ē panis noui testamēti: sicut dixit, hic est sanguis noui testamēti? Qm̄ panis est verbū iustitię, qua māducātes aiē nutriūt: Potus

autem est verbū agnitionis Christi, secūdum mysteriū ei9 natiuitatis & passiōis. Qm̄ ergo testamētum dei in sanguine passionis Christi positum est ad nos, vt credentes filium dei natum & passum secūdum carnem, salui efficiamur nō in iustitia, in qua sola sine fide passionis Christi salus esse non poterat: ideo tātum de calice dictum est: Hic est calix testamenti.
AMEN dico vobis, q amodo non bibam de generatione vitis huius, nisi cum bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei. Sed & de pane dictum est apud Lucam similiter. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. Dico vobis q amodo non manducabo illud, nisi impletū in regno dei. Ergo manducabit Saluator, & bibet panem illum & potum paschalem renouatum in regno dei, & manducabit & bibet cum discipulis suis. *Sicut* em̄ non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum humiliauit vsq ad mortem: sic mādueabit panem, & bibet de generatione vitis, & bibet nouū, & pp̄ter multam bonitatē suā, & dilectionē hominū manducabit & bibet cū discipulis suis, cum tradiderit regnū deo & patri. Attēde em̄ quod dicit: Cū bibero ipsum vobiscū nouum, nō alio
E tempore nisi in regno patris mei. Et alias aūt nou regnum dei esca & potus. Corporaliter enim & secundū similitudinē præsentis cibi & potus nō est regnum dei esca & potus his qui exhibuerūt se dignos pane cælesti & pane angelorū: & esca illa de qua dicit Saluator: Mea esca est vt faciam voluntatem eius qui me misit, & perficiam opus eius. Q; autem in regno dei manducabimus, & bibemus, ex multis locis scripturarum est demonstrare: præcipue ex eo quod scriptū est. Beatus qui māducauerit panē in regno dei. Ergo implebit in regno dei hoc pascha, & māducabit ipsum Iesus cū discipulis suis, & bibet. Et qm̄ qd dicit Apostolus: Nemo vos iudicet in esca & in potu, & cęteris, quę sunt vmbra futuroꝝ: reuelationem habet ad futura mysteria de escis & potibus spiritalibus, quorū vmbra fuerūt quę de escis & potibus in lege fuerāt scripta. Manifestum est autē q verā escā, & verum potum mandu
F cabimus, & bibemus in regno dei ædificātes per ea & cōfortantes verissimā illā vitā. Et qd dicit: Accipiēs Iesus panem, similiter & accipiēs calicē: q paruulus quidem est in Christo, & in Christo adhuc carnalis, intelligat cōmuniter: prudētior autē quærat, a quo accipiens Iesus. Deo em̄ dante accipit & dat eis qui digni sunt a deo accipere panē & calicem. Quomodo autē dat deus panē, significat & Iacob dicens. Si fuerit dn̄s meus mecum, & dederit mihi panem ad māducandum, & vestimētum ad vestiendum: omnia quæcūq mihi domine dederis decimam decimabo tibi. Itē scriptum est in Euāgelio secundū Ioannem: Non Moyses dedit vobis panem, sed pater meus dat vobis panem de cęlo verum. Et semper Iesus his qui secum pariter agunt festiuitatē, accipiens panem a patre gratias agit, & frangit, & dat discipulis secundum q vnusquisq eorū capit accipere, & dat dicens: Accipite & manducare: & ostēdit quādo eos hoc pane nutrit, proprium esse corpus, cum sit ipse verbum, quod & nunc necessarium habemus, & cum fuerit in regno dei impletū: Sed nūc quidem nondū impletum, tunc autem impletum: cum & nos præparati fuerimus ad capiendum pascha plenū, qd venit vt impleat, qui non venit soluere legē, sed adimplere. Et nunc quidē implere quasi per speculum in ænigmate impletionis: tunc autem facie in faciem implere, cum venerit quod perfectum est. Si ergo & nos volum9 panem benedictionis accipere ab Iesu, qui cōsuetus est eum dare: eamus in ciuitatē in domum cuiusdā, vbi facit Iesus pascha cum discipulis suis præparātibus ipsum notis ipsius: & ascendamus ad superiorē partē domus magnam, & stratam, & præparatā: vbi accipiens a patre calicē, & gratias agens, dat eis qui cū ipso ascēderint dicēs: Bibite, quia hic est sanguis meus noui testamenti, qui & bibitur & effunditur: bibitur quidem a discipulis, effunditur autem in remissionem peccatorū commissorum ab eis a quibus bibitur & effundi-
tur. Si autē quæris quomodo etiā effunditur, G
discute cum hoc verbo etiā quod scriptū est, Qm̄ charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Si autē sanguis testamenti infusus est in corda nostra in remissionem peccatorum nostrorum, effuso eo potabili sanguine in corda nostra, remittuntur & delentur oīa quę gessimus ante, peccata. Ipse autē qui accepto calice dicit: Bibite ex hoc omēs, nobis bibētibus non discedit a nobis, sed bibit eum nobiscum cum sit in singulis ipse: qm̄ non possumus soli, & sine eo vel manducare de pane illo, vel bibere de generatione filiius vitis veræ. Nec mireris quoniam ipse est & panis, & manducat nobiscum panem, ipse est & potus generationis de vite, & bibit nobiscum: Omnipotēs enim est verbum dei, & diuersis appellationibus nuncupatur, & innumerabilis est ipse secundum multitudinem virtutum, cum sit omnis virtus vnus & ipse. Deinde docebat di- H
scipulos qui festiuitatem celebrauerant cum

magistro, & acceperant benedictionis panem
& manducauerant corpus verbi, & biberant
calicem gratiarum actionis, p his omibus hy
mnũ dicere patri, & de alto transire in altum:
quia fidelis non potest aliquãdo aliquid age
re in cõualle: propterea ascenderũt in montẽ
Oliueti, i quo vnaquęq̃ oliua quasi arbor fa-
ciens fructum dicere potest: Ego autem sicut
oliua fructifera in domo dei. Et qui nondum
sunt facti quasi oliua fructifera in domo dei,
sed sunt adhuc quasi nouella oliuarum in cir
cuitu mensæ spiritalis patris sui, possunt esse
in mõte Oliueti, de quo prophetae & Zacha-
rias. Et q̃ apte mons misericordiæ est electus,
vbi prænunciaturus fuetar scandalũ infirmi-
tatis discipulorũ suorũ: quia non optabat vt
fieret, sed prænũciabat qđ erat futurum, iam
tũc p̃paratus nõ vt repelleret discipulos disce
A dentes, sed vt reciperet cõuertẽtes. TVNC
dicit eis Iesus. Omnes vos scandalum patiemi
ni in me i hac nocte. Scriptũ est enĩ. Percutiã
pastorem, & dispergentur oues gregis: Cum
autem surrexero, pręcedam vos in Galilęam.
Qui scandalizantur, nõ in die scandalizãtur,
sed in nocte: & in nocte illa in qua pdit Chri-
stus. Sic enĩ & Petrus denegans, non in die de
negat, sed in nocte: & in nocte cui nondũ pro-
perauerat lux. Ante cantum enim galli negat.
Si quis autẽ quęrat quomodo post tãta & ta
lia signa, & prodigia, & sermones non ex infe
riori virtute, q̃ ex qua facta fuerant signa &
pdigia, dictos, scãdalizantur discipuli: sciat q̃
vult ostendere p hęc sermo, q̃ sicut nemo po
test dicere dominum Iesum nisi in spiritu san
cto: sic nemo potest sine scandalo esse sine spi-
ritu sancto. Quando autem implebatur quod
dixerat Iesus: Omnes vos scandalũ patiemini
in hac nocte, nõdũ datus erat spiritus sanct9
adhuc, qm̃ Iesus nondum fuerat honorifica-
tus. Nos autẽ postq̃ cõfessi fuerimus dominũ
Iesum in spiritu sancto, qm̃ q̃ spiritu dei agũ
tur, hi filii dei sunt: si post spiritum sanctum
scandalũ passi fuerimus, aut denegauerimus
non habemus excusationis locum, quasi scan
dalizati sine spiritu sancto, aut denegantes si
ne spiritu sancto. Et illi quidem scandalizati
sunt quasi adhuc consistentes in nocte, nobis
autẽ iam nox remota est, dies autẽ appropin-
quauit. Propter quod dicitur: Sicut in die ho
neste ambulem9. Qui aũt honeste ambulat &
in luce est, nõ denegat Christum, qa nõ est in
nocte. Adhuc autẽ ideo illi scãdalizati sunt in
nocte, sicut dominus ipse testat, qm̃ secũdum
scripturã p nobis oĩbus pater filio vnico nõ
pepercit, sed tradidit eum pro nobis in passio

nem, vt ad modicum dispergantur oues gre-
gis scandalum passi: post hoc autẽ congregẽ-
tur a resurgẽte Christo, & præcedente eos in
Galilæã, qui se sequi voluerint in Galilæam:
vt gentium populus qui sedebat in tenebris
videat lumen magnum, & qui in regione &
vmbra mortis, lux eis oriat. REspõdens au- B
tem Petrus dixit ei. Si omnes scãdalizati fue-
rint, ego nunq̃ scandalizabor. Dicit ei Iesus.
Amẽ dico tibi, qm̃ in ista nocte priusq̃ gallus
cantet, ter me negabis. Dicit ei Petrus. Et si
oportuerit me tecum mori, non te negabo.
Similiter & omnes discipuli dixerunt. Di-
cit Apostolus in epistola ad Romanos: Si au-
tem deus verax, oĩs autẽ homo mendax, sicut
scriptum est: nõ præcipiẽs omnem hominem
fieri, mendacem, sed pronuncians esse menda
cem: Psalmo dicente: Ego dixi in excessu men
tis meæ, omnis homo mendax. Hic autem Pe
trus audiens Saluatorẽ dicẽtem: Omnes vos
scandalũ patiemini in me in hac nocte, domi-
num nostrum profitebatur facere mendacem
per ea quæ sibi cõfidẽs dicebat: Si omnes scan
dalizati fuerint, ego nõ scandalizabor: nõ con
siderans qm̃ qui dixit: Ego sum veritas, men-
tiri non poterat. Propter hoc sicut existimo
omnes quidem discipuli scandalizati sunt tã-
tũ in Iesum: Petrus autẽ qui existimauit men
dacẽ posse facere veritatem, non tantum scan
dalizatus est, sed etiam derelictus propter au
dacem suam pmissionem, iuxta scandalũ etiã
denegauit. Et qm̃ non solum incõsiderate, sed
pœne etiam impie dixit: Et si omnes scandali
zati fuerint in te, ego non scandalizabor: nec
cogitans lubricam naturã humanã, magnum
protulit verbũ: ideo nec ad modicum est dere
lictus, vt scilicet denegaret, vel semel denega
ret, sed abundantius derelinquitur, vt ter de-
negaret: vt arguat audacia promissionis eius
per vnam ancillam, & hoc verbum interrogã
tem, & dicẽtem: Et tu cum Iesu Galilęo eras?
Et denegauit coram omnibus dicens. Nescio
quid dicis. Et iterum denegauit non simplici
ter, sed cum iuramento. Et tertia vice non so
lum cum iuramẽto, sed cũ deuotatione, quia
nescio hominem. Per hoc autẽ instruimur, vt
nunq̃ sine consideratione aliquid pmittam9
super habitudinem nostram humanam, quasi
qui valeamus Christi implere confessionẽ ex
nobis, aut aliquid præceptorũ dei, ammonen
te nos Apostolo, & dicente: Noli altũ sapere,
sed time. Debuerat enim postq̃ audiuit, quia
omnes vos scandalũ patiemini in hac nocte, C
& postulasse dominum, & dixisse. Et si omnes
scandalizati fuerint in te, esto in me, vt non

ego scandalizer:& dona mihi ꝑcipue gratiam hãc,vt in tempore cum omnes discipuli tui fuerint scandalum passi,ego in denegationem nõ cadã,nec ab initio scãdalizet. Si eñ postu lasset: forsitan amoris ab eo ancillis cæterisq; ministris,non denegasset.Nec eñ poterat fie ri,vt facta interrogatiõe potuisset dicere dominum Iesum in spiritu sancto,aut confessus

D fuisset,cũ spiritus sanctus nõdũ fuisset datus. Quæres autẽ si possibile erat vt nec scãdaliza reẽ semel Saluatore dicẽte:Quia oẽs vos scãdalũ patiemini in me.Ad quã q̃stionẽ aliquis respondebit,ꝙ necesse erat ore verissimo præ dicente,ꝙ omnes vos scandalizabimini, fieri quod prędictũ erat ab Iesu. Alius autẽ dicet: ꝙ qui exoratus a Niniuitis quæ prædixerat per Ionam non fecit ꝓpter pœnitẽtiam Niniuitarum,sic possibile fuit vt repelleret etiam a Petro scandalũ deprecãte. Nũc autẽ ꝓmissio eius audax ex affectu quidẽ prompto,non ta men prudẽti,facta est ei causa vt nõ solũ scã dalizaret,verumetiam ter denegaret.Quæres adhuc,si postq̃ audiuit Iesum dicẽtẽ:Amẽ dico tibi,priusq̃ gallus cantet in hac nocte, ter me negabis,nõ addidisset:Si fuerit mihi mori tecũ non te negabo:sed deprecatus fuisset, vt repelleret ab eo præcognita ipsius denegatio,si forte non denegasset? Et aliquis quidem dicit,ꝙ locũ quidem habebat deprecatio Petri,cũ dixisset:Oẽs vos scandalũ patiemini in me, auxilium accipere vt nõ scandalizaretur. Nec enim cum amẽ prolatũ fuerat, dictũ est, oẽs vos scandalũ patiemini.Postq̃ aũt cum affirmatione iuramẽti ꝓnunciauit, nõ erat possibile vt non denegaret.Si eñ iuramentũ erat Christi amen,mentitus fuisset dicẽs: Amẽ dico tibi,si verũ dixisset Petrus,quia non te negabo. Videtur autẽ mihi cęteri discipuli Iesu cum ꝓspectu & cogitatu,qđ primum quidem fuerat dictũ:Oẽs vos scãdalũ patiemini in me in hac nocte,nihil dixisse,neq; professos fuisse quasi non essent scandalizãdi. Videbant enim veracem esse Iesum hęc prędicentem.Ad hoc autem ꝙ soli dictũ est Petro: Amen dico tibi anteq̃ gallus cantet,ter me negabis: promiserunt similiter & Petro:Et si fuerit nobis mori tecũ,nõ te negabimus.Quod Petrus quidẽ nõ conuenienter fecit post Christi prophetiã de eo negaturo ter ante galli cantum. Cæteri autem quasi qui non erãt comprehensi in illa prophetia,nec tenebantur in illis quæ ad Petrum fuerant dicta: responderũt promittẽtes nõ promissionibus suis mendacem dominum facere cupientes,sicut facere voluit Petrus. Sicut enim cum transfiguratus fuisset in monte excelso,apparẽtibus in gloria simul cum Iesu Moyse & Helia dixit: Vis faciam[9] hic tria tabernacula,vnũ tibi,& vnũ Moysi, & vnum Helię,nesciens quid loqueretur, sicut scriptura testat de eo:sic & hic nesciens quid loqueretur dixit:Si fuerit mori mihi tecũ non te negabo.Cũ Iesu enim mori pro nobis omnibus motiẽte vt nos viuamus hominum non erat, qm̃ omnes fuerant in peccatis,& omnes opus habebant vt pro eis alius moreretur,non ipsi pro aliis. TVNC venit Iesus cũ illis in pđiũ E quod dicit Gethsemani.Scienti hebraicorum nominũ interpretationẽ,etiam nomen huius prędii qđ vocant Gethsemani prodest ad manifestationẽ loci istius,qm̃ non sine causa positum est apud Matthęum & Marcum etiã prędii nomen.Nos autem præmittẽtes illud hoc solum suggerimus,quomodo Iesus cum discipulis venit ad prædiũ hoc qđ vocat Gethsemani,accipiens eos ex loco illo in quo pascha cum eis manducauit.Nec enim conueniebat cum proderet,ab illo capi loco,vbi cum discipulis mãducauerat pascha.Conueniebat autẽ & priusq̃ ꝓderetur orare,& orandi eligere locum mundum ad orationem.Sciebat enim ꝙ sicut differt aer ab aere mũdiore,sic terra sancti loci & sanctioris,sicut scriptum est.Locus in quo tu stas,terra sancta est.Et quęras si pręter affectum orantis,etiam ex loco orationis in quo quis orat fit oratio mundior & acceptabilior, secundum ꝙ scriptum est: Domus mea,domus orationis vocabit.De qua & alibi dicitur:Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. Et vir quidã iudaicus nec dubitat de huiusmodi:qui autem propter Christi doctrinam recessit a iudaicis fabulis, & ab omnibus quæ corporaliter ab eis intelliguntur,dicit non propter locum fieri orationem distantem ab oratione,sed quia melius est cũ nullo orare q̃ cum malis orare. Ad demõstrationem autẽ traditionis istius vtetur exẽplo, F ꝙ Iesus in domo Iairi sacerdotis oraturus ꝓ mortua filia eius,omẽs eiecit foras, & tres tãtum elegit secum, qui & super montem facti fuerant testes trãsfigurationis ipsius.Propter hoc enim & in ecclesiis Christi cõsuetudo tenuit talis,vt qui manifesti sunt in magnis delictis eiiciantur ab oratione communi: vt ne modicum fermentum non ex corde mundo orantium totam vnitatis conspersionem & cõsensus corrumpat. Habet autem & hic sensus,quod iuste obiiciatur his qui nõ quomodo debent sic intelligunt, accipientes sic occasionem, vt dicant proximo suo: Ne appropinques mihi,quia mundus sum. Quod fecit

et Pharisæus ad Publicanum longe orantē &
pectus suum percutientē,& dicentem: Domi-
ne propitius esto mihi peccatori. Mensurate
ergo facere hoc debemus, vt nec cū indignis
oremus ꝑpter honorē orationis, secundū eū
qui dixit:Si duo in vobis conuenerint in id-
ipsum,de oī re quācūq; petierint fiet eis. Nec
inferiores spernamus nos præponentes ꝑpter
iactātię casum,secundum eum qui dixit:Qui
A se exaltat humiliabit. Hæc autē tractauimus
ꝑpterea ꝙ dictū est:SEdete hic donec eo illuc
orare.Accipiēs autē Petrū,& duos filios Ze-
bedęi,cœpit tristari,& tędiari.Vel sicut Mar
cus exposuit,cœpit pauere,& tædiari. Hos ip
sos autem discipulos assumpsit,& sup montē
cum esset trāsfigurādus,& ad filiam Iairi sa-
cerdotis.Et quæro si aliquid fecerit⁹ forte vi
dit i tēpore priusꝗ̄ pareret Iesus,& eo iret vbi
voluit orare.Forsitan enim vidit assistētes re
ges terræ,& principes congregatos in vnum
aduersus dñm,& aduersus se Christum eius.
Propter qd quasi multis illis cōstitutis, & in
malitia potētib⁹,cœpit tristari,& tædiari,vel
& pauere.Et cōsidera ꝙ non dixit tristabatur
& tędiabat,sed cœpit tristari & tędiari. Mul-
tū eñ interest inter tristari & incipere trista-
ri.Si ergo aliquis defendens passiones huma-
nas ꝑferr nobis etiā ipsum tristatum fuisse Ie
sum,audiat ꝙ qui tentatus est per omnia se-
cundum similitudinē præter peccatū: hic nō
est tristatus tristitia passionis ipsi⁹, sed factus
est secundū humanā naturā tātū in ipso prin
cipio tristitię & pauoris:vt ostendat discipu-
lis suis pſentibus,maxime Petro magna de se
æstimanti, rebus ipsis, quod postea eis dixit:
Q; spiritus prōptus est, caro aūt infirma. Et
nō est aliqñ cōfidendū in ea,sed semper timē-
dū de ea,qa incauta confidētia ad iactantiam
ducit:timor autem infirmitatis ad auxilium
dei cōfugere adhortatur:sicut & dñm ipsum
paululum ꝑgredi,& cadere in faciem,& ora-
B re.Ergo cœpit quidem tristari secūdū huma
nam naturā quæ talibus passionibus subdita
est,nō aūt secundū diuinā virtutē,quę ab hu
iusmodi passione longe remota est.Et hæc di
cim⁹ de Iesu,vt nō arbitreris sicut quędā hæ
reses hominē tm̄ fuisse,sed deum verum hu-
mani corporis suscepisse naturā, qui poterat
cōpati infirmitatibus nostris,qm̄ & ipse circū
datus erat infirma natura humani corporis:
similiter & ipse participans corpus & sangui
nem,quēadmodū & pueri de quibus dicit:Ec
ce ego,& pueri quos mihi dedit de⁹, pticipār
carni & sanguini.Videns ergo instans sibi cer
tamen qd nō erat ei aduersus carnem & san-
guinē,sed aduersus tantos reges terræ assistē
tes,& principes congregatos in vnum aduer
sus se,quantos nunꝗ̄: cœpit pauere, vel trista
ri,nihil amplius tristitiæ vel pauoris patiens
nisi principium tantū. Nec eñ scriptum est,
ꝙ pauit, vel tristatus est, sed cœpit pauere,
& cœpit tristari,quando & dixit: TRistis est
aīa mea vſq; ad mortē.Qd ipsum tale aliquid
significare videtur,tanꝗ̄ si dicat: tristitia cœ-
pta est in me,vt nō omi modo sim sine gustu
tristitię:nō semp, sed vſq; ad tēpus mortis in
me est,vt cū mortuus fuero peccato, moriar
& vniuersæ tristitiæ,cuius principiū tantum
fuit in me.SVSTInete hic,& vigilate mecū.
Ac si dicat:ergo aliis discipulis dixi:Sedete hic
donec vado illuc orare,& adduxi vos tres vſ
ꝙ huc,nolo vos vlterius ꝑgredi, nōdum eñ
potestis.Propter hoc manete hic vigilantes,
sicut & ego vigilo,scientes ꝙ cęteros quidem
iussi sedere ibi quasi inferiores, ab agone isto
seruans eos securos:vos autem quasi firmio-
res adduxi,vt mecum cōlaboretis in vigiliis
& orationibus. Tamen & vos manete hic, vt
vnusquisq; in gradu suę vocationis consistat
qm̄ & oīs gratia ꝗ̄uis fuerit magna, habet &
superiorem.Q; aūt hoc significat dicens: Ma
nete hic,manifestum est ex eo,quod in sequē-
tibus dicitur. Progressus aūtē pusillum ceci-
dit in faciem suam.Propter quod maneamus
vbi pręcepit Iesus,secundum ꝙ & Apostolus
mādat: Vnusquisq; in qua vocatione vocat⁹
est,in hac maneat apud deū: vt omnia facia-
mus,vt cū eo pariter vigilemus, qui nō dor-
mit, neq; dormitat custodiens Israel. Ad hoc
autē adduxit eos,maxime Petrum magna de
se confidentem,vt videant & audiant vbi est
posse hominis,& quō impetratur. Videant q
dem cadentem in faciem suam:audiāt autem
dicentem:Pater,si possibile est transeat calix
iste a me:& discant nō magna de se sapere,sed
humilia æstimare: nec veloces esse ad promit
tendum,sed solliciti ad orādum. Ideo & illos
duxit qui videbantur fideliores & fortes, si-
miles Petro,in quibus similiter facile poterat
locum inuenire iactantia propter fiduciam ſi
dei.Mediocres autem(quārum ad periculum
dico iactantiæ) ipsa fidei exiguitate muniti D
sunt. ET progressus pusillum cecidit in fa-
ciem suam orans,& dicens: Pater, si possibile
est,transeat calix iste a me. Qui dixit,disci-
te a me quia mitis sum & humilis corde:
laudabiliter se humilians, & nunc cadit in fa
ciem suā orās,& adhucamplius postmodum
humiliat se factus obœdiens vſq; ad mor-
tem:quoniā precium exaltationis humilitas

est. Nec eñ exaltatur a deo nisi qui humilia-uerit se pp̃ter deũ. Cadit autẽ in faciẽ orans nõ multũ pgressus sed pusillũ a tribus disci-pulis suis manẽtibus secum. Nolebat eñ lon-ge fieri ab eis, sed iuxta eos cõstitutus orare. Qđ autem dicit orãs: Si possibile est transeat calix iste a me, manifestans in oratione suã de uotionem, quasi dilectus filius & complacens
›› dispositionib⁹ patris, addidit. SED nõ sicut
›› ego volo, sed sicut tu. Docens vt non oremus nostrã fieri volũtatẽ, qñ factum fuerit vt ali-quid aliud velim⁹ q̃ deus. Pater si possibile est transeat calix iste a me, sed non sicut ego vo-lo, sed sicut tu. Secundum ꝙ cœpit pauere & tristari, secundũ illud & orat calicẽ passionis transire a se, sed non sicut vult, sed sicut vult pater. Suscipiens eñ naturã carnis humanæ oẽs pprietates impleuit, vt non in phantasia habuisse carnẽ existimaret, sed in veritate: se cũdũ ꝙ in hoc loco orat calicẽ passionis trãs-ire a se, sed non sicut vult ipse, sed sicut vult pater. Qñ propriũ est omnis hoĩs fidelis, pri mum quidem nolle pati aliquid doloris, maxi me qđ dicit vsq; ad mortem, qa homo est cat nalis: si aũt sic voluerit deus acqescere etiam contra volũtatem suã, quia fidelis est: ne plus videatur in se desperare, q̃ in deũ sperare. Nã sicut multũ confidere nõ debemus ne nostrã virtutẽ videamur pfiteri: sic multũ pusillani miter agere, & diffidere non debemus: ne dei adiutoris nostri impotentiam videamur pro nũciare. Hęc ergo volũtas quã dicit: Si possi-bile est trãseat calix iste a me, sed nõ sicut ego volo, sed sicut tu: non est secundũ substãtiam eius diuinã & impassibilẽ, sed secundũ naturã
E humanã eius, & infirmã. Altera autem inter-ꝓtatio loci huius est talis: qñ quasi filius cha ritatis dei, secundum præsciẽtiam quidem di ligebat eos qui ex gentibus fuerant creditu-ri: Iudęos aũt quasi semẽ patrũ sanctorũ, quo-rũ adoptio, & gloria, & testamenta, & repro-missiones, diligebat quasi ramos bonæ oliuæ: Diligens autẽ eos videbat qualia erant passu ri peterẽs eum ad mortẽ, & Barabbã eligentes ad vitam: ideo dicebat dolens de eis. Pater si possibile est trãseat calix iste a me. Rursus re-uocãs desideriũ suum, & videns quanta vtili tas mũdi totius esset futura p passionẽ suam dicebat: Sed non sicut ego volo, sed sicut tu. Videbat adhuc propter illum calicem passio nis, etiam Iudã qui ex duodecim vnus erat, fi
F lium fore perditionis. Rursus intelligebat per illum calicem passionis principatus & pote-states triumphandas in corpore suo. Propter hos ergo quos in passione sua nolebat perire dicebat: Pater si possibile est transeat calix iste a me. Propter salutẽ autẽ toti⁹ humani gene ris quę per mortẽ eius deo fuerat acquirẽda, dicebat quasi recogitãs: Sed nõ sicut ego vo-lo, sed sicut tu. Id est si possibile est vt sine pas sione mea oĩa illa bona ꝑueniãt, quæ per pas-sionem meam sunt prouentura: transeat passio hęc a me, vt & mundus saluetur, & Iudæi in passione mea non pereãt. Si aũt sine perditio ne quorũdam, multorũ salus nõ potest intro duci, quantũ ad iustitiã tuã: nõ transeat sicut ego volo, sed sicut tu. Ac si dicat: ista quidem est mea voluntas, sed qñ tua voluntas mul-to eminentior est, quasi ingeniti dei, quasi patris omniũ: propterea magis volo tuã vo-luntatẽ fieri, q̃ meam. Calicem autẽ hunc qui bibitur passionis in multis locis nominat scri ptura pręcipue qui a martyribus pprie bibi-tur: sicut est ibi. Quid retribuã dño pro oib⁹ quæ retribuit mihi: Calicẽ salutaris accipiam & nomẽ dñi inuocabo. Si ergo calix salutaris calix martyrii est, necesse est vt salutem⁹ calicẽ illum, totum illũ bibentes, quia calix est salu-taris, vt nihil fundamus ex eo. Bibit ergo cali cem totũ, qui patitur p testimonio quicquid fuerit ei illatum: Effundit autẽ accipiens, qui vocatus ad martyriũ ire denegat ne aliqđ pa tiatur. Est & alterius generis calix inebrians quem bibit quis postq̃ mãducauerit prępara-tã sibi mensam a deo aduersus illos qui tribu lant iustum. Notandum est autem ꝙ Marcus G
quidem & Lucas hoc ipsum scripserunt, qui & tentatũ exponũt a diabolo Iesum. Ioannes autem passionẽ quidẽ exponit quemadmodũ aliis: orãtem Iesum vt transiret ab eo calix nõ introducit, sicut nec tentatum exponit a dia bolo Iesum. Causam autẽ hanc arbitror esse, qñ hi quidem magis secũdum humanã eius naturã exponũt de eo, q̃ secundum diuinam: Ioannes autem magis secundum diuinã q̃ se cũdum humanã interpretabaẽ naturã: diuini tas autem intentabilis erat. Ideo tres quidem euangelistæ exposuerunt tentatum: Ioannes autẽ secundum qđ cœperat: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum: nescit deum verbum posse tentari. Sic & hic tres quidẽ isti retulerunt Iesum po stulasse a patre vt transiret calix ab eo, qñ & propriũ hominis erat quãtũ ad infirmitatem ptinet carnis, velle euadere passionẽ. Ioannes autem ꝓpositũ habens exponere Iesum deum verbum, sciens ꝙ ipse est vita & resurrectio, nescit deum impassibilem refugere passionẽ. ET venit ad discipulos, suos & inuenit eosdor H
mientes. Et dixit Petro. Sic nõ potuistis vna ››

,, hora vigilare mecũ? Vigilate, & orate ne in-
,, tretis in tẽtationem. Qdiu quidẽ affuit Ie-
sus discipulis suis, nõ dormierũt: pusillũ au-
tem pgrediẽte eo ab eis, nec vna hora potue
rũt vigilare eo absente. Propter quod orem⁹
vt nec modicũ aliquando Iesus progrediat a
nobis, sed impleat qd̃ promisit i nobis dicẽs.
Ecce ego vobiscum ero oĩbus diebus vsq; ad
consummationem seculi. Sic em̃ vigilabim⁹
eo excutiẽte somnum ab aĩa nostra, sine quo
possibile nõ est implere mãdatũ qd̃ dicit, Ne
des somnũ oculis tuis, aut palpebris tuis dor
mitationẽ: vt euadas sicut damula ex retibus
& sicut auis ex laqueo. Tamẽ veniẽs ad disci
pulos, & ĩueniẽs dormiẽtes, suscitat eos ver-
bo ad audiendũ: vt iam quasi audientibus di
cat, qd̃ dicit sic. Nõ potuistis vna hora vigi-
lare mecũ? Pręcipit autẽ vigilare, vt vigilãtes
oremus. Vigilat aũt q facit opa bona: vigilat
q sollicite agit de fidei veritate, ne ĩ aliqd̃ te
nebrosũ dogma incurrat. Qui em̃ sic vigilãs
orat, illi⁹ exaudit oratio. Hoc.n. significat di
cẽs, Vigilate & orate: vt primũ vigilemus, &
sic vigilantes oremus. Vt ne intretis in tẽta-
tionẽ. Hoc secũdũ qd̃ nõ multi intelligũt ta-
A le est, ac si dicat, vt nõ tẽtemini. Si autem sic
placuerit deo, acquiescite deo, sicut me audi
stis orãtẽ. Considera autem si possibile est sic
intelligere magis, qm̃ vita nostra ipsa tenta-
tio est secundum Iob. Intrare autem in tenta-
tionẽ, aut venire in tẽtationem, est cadere in
tentationem & vinci ab ea. Et puto q nemo
venit ad Iesum simul & in tẽtationem: sed si
quidẽ venit ad Iesum non venit in tẽtationẽ:
si autem venit in tẽtationem, nõ venit ad Ie
sum. Ad Iesum em̃ nemo venit nisi quem tra
hit pater ad Iesum, vt resuscitetur ab eo. Ad
Iesum ergo venimus, vt & si tẽtator nos fue
rit psecut⁹, & mala ex eo, nõ cõprehẽdamur
ab eis, sicut scriptum est, Persequent te mala,
& nõ cõprehendẽt. Ad peccatorem autẽ di-
citur. Cõsequẽtur te mala, & cõprehẽdent te.
,, SPiritus qdẽ prõptus, caro aũt ĩfirma. Si
B cut & tuus o Petre spirit⁹ fuit prõptus ad p
mittendum: caro autem erat infirma ad con
fitendũ. Sed hoc est cõsiderãdũ, vtrum sicut
omniũ hominũ caro ĩfirma est, sic omniũ spi
ritus prompt⁹ est: an omniũ hominũ caro q
dem infirma est, non autẽ & omniũ hominũ
spũs promptus est, sed tantum sanctorũ. Er-
go ad solos apostolos, vel ad eos q similes eis
inueniunt dicit, q spiritus promptus est, ca-
ro aũt infirma. Infideliũ autem & spiritus se
gnis est, & caro ĩfirma. Si ergo ad sanctos tã-
tũ Christũ dicere hoc pcedit, prouocat nos,

vt qramus qm̃ est & aliis caro infirma, eorũ
tamen solorum quoq; spiritus promptus est.
Ego em̃ dico carnẽ infirmã esse illi⁹ q nõ ha
bet peccatum, nec carnis sapiẽtiã fortem, sed
defectã, q cũ spiritu prõpto carnis opa mor-
tificauit, & sapientiã carnis ad nihil reduxit,
vt semper mortẽ Christi circũferat in corpo
re suo, pręualente videlicet spiritu in concu
piscẽtiis suis aduersus cõcupiscẽtias carnis:
qm̃ caro cõcupiscit aduersus spiritum, spiri-
tus aũt aduersus carnem. Et hæc in imperfe
ctis qdẽ aduersant ĩuicem: in pfectis aũt iã
nõ aduersatur caro sed mortificata est, & in
firmata est sapiẽtia carnis in carne, & concu-
piscentia ei⁹ extincta est: viuit aũt in ea sapiẽ
tia spirit⁹, viuit autem & operatur. De qua
infirmitate & dñs ad apostolũ dicit, Qm̃ vir
tus in infirmitate perficit, id est in ĩfirmitate
carnis & sapiẽtię eius. Propter qd̃ ait aposto
lus. Cũ enim infirmor, tũc potens sum. Potẽs
em̃ tunc fit vnusquisq; nostrum, cũ infirma-
ta fuerit caro ipsi⁹: vt nõ pficiat opera car-
nis, sed habitet virt⁹ Christi in ea. Vñ dice-
bat. Sic certe repugno, & castigo corp⁹ meũ,
& in seruitutẽ redigo. Qm̃ per multas casti-
gationes facit homo carnem suam infirmam
proficiẽs spiritu, & mortificãs opera carnis.
Hoc ergo dicere vult ad discipulos suos se-
cũdũ istã traditionẽ: Vigilate & orate ne in-
tretis in tẽtationem, vos quoq; spiritus qui-
dem promptus est, caro autem infirma. Qm̃
qui spiritalior, & perfectior est, sollicitior esse
debet ne magnum bonum ipsius grauem ha
beat lapsum. ITErũ vadens Iesus orauit di ,,
cẽs: Pater meus si nõ potest hoc trãsire a me ,,
nisi illud bibã, fiat voluntas tua. Petit autẽ ,,
nũc vt trãseat calix ab eo: & si nõ sic quõ vo- C
luit ipse, trãseat quomodo vult pater. Hic iã
secũdũ qd̃ possumus intelligere exponemus
vt cum hoc etiã pręcedẽtia videamur expo-
suisse. Existimo em̃ q calix ille passionis oĩ-
no quidem ab Iesu fuerat transiturus, sed cũ
differẽtia: vt si qdem biberet eum, & ab ipso
trãsiret postmodũ, & ab vniuerso genere ho
minũ. Si autẽ non biberet eum, ab ipso quidẽ
forsitan trãsiret, ab hoĩbus autẽ non trãsiret
sed maneret apd̃ eos donec pficeret eos. Hũc
ergo calicẽ passionis principaliter quidẽ vo-
lebat a se trãsire, sic vt omnino neq; gustaret
amaritudinẽ ei⁹, si tamen possibile esset quã-
tũ ad iustitiã dei. Qd̃ em̃ dicebat, Si possibile
est, non ad potẽtiam dei referebat solam, sed
etiam ad iustitiam eius: qm̃ inquantũ ad po-
tentiam quidem dei oĩa possibilia sunt, siue
iusta siue iniusta: Quantum aũt ad iustitiam

eius,qui non solũ potẽs est sed etiam iustus,
non sunt omnia possibilia, sed ea sola q̃ iusta
sunt.Si aũt non poterat fieri, magis volebat
vt biberet eũ,& sic transiret ab eo,& ab vni-
uerso genere hoim,q̃ vt faceret contra volũ
tatem paternam, bibitionem eius effugiens.
D Propter exitum ergo bonum qui erat futurꝰ
post bibitam amaritudinem calicis,orat vice
secunda dicens.Pater meus si nõ est possibile
vt transeat nisi bibero eum,fiat volũtas tua.
Manifestum est itaq͂, ꝙ bibere eum volebat.
Quantũ ad comparationem eñ, melius erat
vt propter bibitionem eius trãsiret,q̃ vt non
trãsiret propterea ꝙ nõ biberat eũ. Pone eñ
dominum non bibisse calicem illũ,& propter
hoc eum non trãsisse,sine dubio neq͂ a genere
humano transissent spiritus operantes pecca
ta.Conueniẽter autem neq͂ pœnę transissent
quę debebantur peccatis.Ergo expediebat o-
mnibus,vt transiret calix ab eo,propterea ꝙ
biberat eum saluator,vt nos omnes credẽtes
in eum q biberat eum , non bibamus calicem
illum vini meri,q potat & potaturus est oẽs
gentes,vt bibentes inebrientur,& euomant,
& insanire desistant.Sicut enim pro nobis oĩ
bus mortuus est,vt trãseat & nos mors ini-
mica Christi, sic pro nobis oĩbus qui debito
res eramꝰ ne in æternum biberemus, calicem
illum bibit,vt ꝑ hoc ipsum ꝙ trãsit ab eo ca-
lix,trãseat & a nobis non bibẽtibus illum.De
quo calice dicit Hieremias.Dixit dñs deꝰ Is-
rael ad me.Accipe calicẽ vini meri huius de
manu mea, & potabis oẽs gẽtes ad quas ego
mitto te,& bibẽt,& euoment,& insanire de-
sistẽt a facie gladii quẽ ego mitto ĩ medio eo
rum.Qui ergo audiũt dñm,& viuũt secũdũ
verbũ eius,& sunt emũdati per fidem ipsius,
iã non opus habẽt illa mũdatione quę fit per
calicem illum irę.Sicut eñ qui loti sunt non
opus habent lauari,qa sunt mũdi,qa Christi
discipuli sunt:sic q non sunt mũdi necessariũ
habent calicẽ illum, domino eos hortãte,Bi
bite,& ĩebriamini,& euomite. Audi eñ quo
modo loquitur Hieremias,magis autẽ deus
in Hieremia exhortãs eos qui necessariũ ha-
bent calicem illum talem:qm̃ voluntarie de-
bent eum bibere,qui necessariam habent ta-
lem mundationem. Qm̃ autem exhortãs ad
bibendum hęc dicit deus,considera qđ dicit
inferius.Et erit(inquit) cum noluerit susci-
pere calicem de manu tua ad bibẽdum, dices
eis.Hęc dicit dominus virtutum. Bibẽtes bi
betis,qm̃ in ciuitate super quã inuocatum est
nomen meum,super ipsam incipiam ego in-
ducere mala , & vos mundatione mundabi-

mini . Vide autem ꝙ post primam orationẽ E
venit ad discipulos, & inuenit eos dormien-
tes:similiter post secundam veniens inuenit
eos dormientes. QVOniã erant oculi eorũ ,,
grauati. Puto autẽ ꝙ non tantum corporũ ,,
eorum oculi,quantum animarũ eorum. Ad-
huc enim nondum amouerat ab oculis disci
pulorum suorum grauamẽ impositũ:nec eñ
fuerat adhuc honorificatus.Et sicut nõdum
erat spiritus datus,qm̃ Iesus nõdum erat ho
norificatus: sic oculi eorum nondum fuerãt
releuati a grauamine, qm̃ Iesus nondum fue
rat honorificatus. Vnde non eos reprehen-
dit,sed vadens iterum tertia vice orauit id-
ipsum:docens & nos per hoc ipsum,vt nõ de
ficiamus in oratione,sed ꝑmaneamus in ipso
verbo orationis donec impetremꝰ ea q̃ postu
lare iam cœpimus. TVNC veniẽs dixit di F
scipulis suis.Dormite nunc,& requiescite.Ec ,,
ce appropiat qui me tradet. Tũc sine dubio ,,
post orationem.Non autẽ est ille ipse somnꝰ
quem iubet nũc discipulos suos dormire , &
ille qui bis superius scribitur contigisse disci
pulis.Illic eñ dormientes inuenit,& non re-
quiescẽtes: & iterum dormiẽtes inuenit gra-
uatos oculos habentes:Nũc autem præcipit
eis non simpliciter dormire, sed cum requie.
Multum enim differt secundum præceptum
Christi dormire,& requiescere a dormitatio
ne cõtra volũtatem ipsiꝰ dicẽtis, Manete hic
& vigilate mecum:& improperantis propter
somnũ,& dicentis,Sic non potuistis vna ho-
ra vigilare mecum?Nõ ergo cõtraria sibi di-
xit,dicẽs illic Vigilare mecũ,hic autem Dor
mite,& requiescite:sed vt ordo seruetur , vt
primum quidem vigilemus orãtes,vt nõ in-
tremus in tẽtationem, & postea dormiamus
& requiescamus secũdũ dei pręceptum. Quẽ
somnum & Salomon ponit in promissiõe be
ne viuẽtibꝰ,dicens in Prouerbiis suis. Si eñ
sederis,sine timore eris.Si autem dormieris,
suauiter dormies,& nõ timebis pauorẽ sup-
ueniẽtẽ:nec impetus impiorum irruentes.Et
Dauid diuersas sciẽs vigilias,& dormitiones G
iurauit domino & votũ vouit deo Iacob,nõ
ascẽdere supra lectũ stratus sui, nec dare so-
mnũ oculis suis,nec palpebris suis dormita-
tionẽ:& hoc tãdiu facere donec inueniat lo-
cum domino,tabernaculũ deo Iacob:vt cum
inuenerit locũ domino ascẽdat super lectum
stratus sui,& det somnũ oculis suis renouan
tibus se,& post requiẽ præparantibus ad no
uam & diuiniorem surrectionem: secũdũ qđ
solet corporalibꝰ hominibus euenire post so
mnũ naturalem & sanum.Forsitan autem &

anima nō potens semp sufferre labores quasi creata & incarnata, & nō sufficiēs sine inter missione seruare bonū, remissiones sine repte hensione aliqua consequetur, quæ moraliter somnia atq; dormitationes dicūtur: vt vsq; aliquātulū tēporis habēs remissionē, surgēs renouata resuscitet. Verū aūt hoc erit semp au non, abundantius quærat qui potest de ta libus & q̄rere, & intelligere de diuinis scri-
A pturis, & sine periculo pnūciare. ECce appro
» piauit hora, & filius hominis tradet in ma-
» nus peccatoꝝ. Propter hāc horā puto & ad matrem suā dicebat, Nōdū venit hora mea. Et hic enim docet, φ hora appropians hoc agebat, vt filius hominis traderetur in manus peccatorum. Vtinam & in illorum pecca torum tātūmodo manus Iesus traditus tūc fuisset: nunc autē arbitror semper in manus peccatoꝝ traditur Iesus, quādo hi qui viden tur in Iesum credere, habēt Iesum in manib⁹ suis cum sint peccatores. Sed & quotiescūq; iustus habēs in se Iesum, in potestate factus fuerit peccatorū faciētiū ei qd̄ possunt: Iesus
» est traditus in manus peccatoꝝ. SVRgite
» eamus, ecce appropiauit q me tradet. Postq̄ suscitauit eos ab illo somno quē diximus, cō sequēter dicit discipulis suis, Surgite eam⁹. Et videns in spiritu appropinquantē Iudam traditioni, qui nondum videbatur a discipu lis eius, dixit: Ecce appropiauit q me tradet. Ego autē puto nō esse idipsum, ecce appropiauit mihi, & ecce appropiauit qui me tradet. Nec eñ ipsi Iesu appropinquabat tradi tor ei⁹ q se elōgauerat peccatis suis ab Iesu, & proditione qua tradere eū consiliarus est, sed appropiauit ad tradendū filiū dei quē iā prodiderat. Sed & omnes trāsgressores prius
B prodūt Iesum, postea tradūt. ET adhuc eo
» loquēte, ecce Iudas vnus ex duodecim venit
» & cū eo turba multa cum gladiis & fustibus
» missi a principibus sacerdotū, & senioribus
» populi. Quæret autē aliqs etiā causam cur multa turba fuerit congregata cū gladiis & fustibus super eū. Erat autē secundū Ioannē, multa hæc turba cohors militum, & ministri a principibus sacerdotum transmissi. Et potest dicere aliquis, φ propter multitudinē eorum qui iam crediderant in eum ex popu lo, tanti venerūt aduersus eum, timentes ne multa multitudo credentiū de manibus eorum raperent eum. Ego autem existimo alte ram causam congregatæ multitudinis cōtra eum: qm̄ qui putabant eum in Beelzebub eii cere dæmonia, arbitrabantur eum ex quibus dā maleficis disciplinis & magicis posse effu gere de medio volentium eum tenere. Et for sitan quidam eorum audierāt quomodo aliquando cum iam præcipitandus fuisset de su percilio mōtis, effugit manus iam tenentium se, nō fuga simplici, & humana, sed alia quadam extra naturam humanam. Propter hāc etenim causam etiā apud Marcum Iudas dicebat turbæ, quæ veniebat cum ipso cū gladiis, & fustib⁹: Quēcūq; osculatus fuero ipse est, tenete eū, & adducite diligēter: maligne & cum significatione videtur dixisse, tanq̄ si dicat, nisi diligenter eum tenentes adduxeri tis, cū voluerit effugiet vos. Illi autē audien tes secūdum existimationem Iudæ quasi non paterna diuinitate adiutum hoc agere, vel alia multa: omnia faciebāt vt diligēter eum tenerēt, & custodirēt. Multi & nūc cū spirita libus gladiis, specie malignorū, & fustibus similiter cōtra Iesum militātes, quēadmodum illi: quorū insidiis omnino melior fit Iesus, q̄uis pro tēpore suscipiat in se eorum incur sus, vt impleātur peccata insidiātiū ei, & ma nifesta fiat malitia voluntatis eoꝝ aduersus veritatem vnigeniti verbi. Qui autē sic cum gladiis & fustibus militant cōtra Iesum, variis & diuersis dogmatibus venientes exposi to insidiantur Iesu. Sunt autē & qui a presbyteris impii sui trāsmissi populi cōtra verbū militāt veritatis, qd̄ est ī Iesu. QVI aūt C
tradidit eum dedit eis signū dicēs. Quēcūq; »
osculatus fuero ipse est, tenete eum. Et con- »
festim accedens ad Iesum, dixit. Aue Rabbi. »
Et osculatus est eū. At Iesus dixit ei. Amice »
ad quid venisti? Dignū est q̄rere quā ob cau- »
sam cū palā docuisset Iesus p singulas ciuita tes, & vicos, & synagogas, pdicans euangelii verbū: ita vt fama eius exiret ī oēm regionē & secūdum faciem manifestatus esset omnibus habitātibus in Iudea, quasi non cognoscētibus effigiem eius dedit signū Iudas mis sis a principibus sacerdotum, dicens: Quēcunq; osculatus fuero: ipse est. Q; autem & ipsi qui venerant cum Iuda ad comprehendendum eum, frequenter eum vidissent: manifestatur ex eo φ ipse Iesus dicit ad turbas: Quasi ad latronem venistis cū gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie vobiscū sedebā in templo docens, & nō tenuistis me. Similiter & Ioannes refert eū dixisse: Ego pa lam locutus sum huic mūdo: ego semper do cui in synagoga, & in tēplo, vbi omnes Iudæi conueniūt. Venit ergo traditio talis ad nos D
de eo: φ non solum duæ formæ in eo fuerunt: vna quidem secūdū quā omnes eum vi debant: altera autē secūdū quā transfigura

tus est corã discipulis suis in mõte,quãdo & resplẽduit facies eius tãq̃ sol:sed etiã vnicui q; apparebat secũdũ qd fuerat dignus.Et cũ fuisset ipse,quasi non ipse omnibus videbat. Secũdũ qd de mãna est scriptũ,qñ deus filiis Israel panẽ misit de cęlo oẽm delectationẽ ha bẽtẽ,& ad omnẽ gustũ conuenientẽ:qñ deside rio offerentis obsequẽs ad qd quis voluerat vertebat. Et non mihi videt incredibilis esse traditio hæc, siue corporaliter ppter ipsum Iesum,vt alio & alio modo videret homini- bus,siue propter ipsam verbi naturã: qd nõ similiter cũctis apparet.Si autẽ hoc ita se ha bet,possibile est solutionem eius inuenire qd quęrit. Qm̃ & si frequẽter eũ viderũt turbæ veniẽtes cũ Iuda: nihilominꝰ opus habebãt propter transformationes eius qui eũ ostẽde ret eis,habens notitiã eius familiariorẽ per multã cõmorationẽ cũ eo,vt itelligeret trãs formationes eius secũdũ quas suis apparere solebat. Hoc idẽ significatur etiã p Ioannem euangelistã, vbi sciens Iesus quę superuentura
E erãt ei,procedẽs foras dixit. Quem quęritis? At illi dixerũt.Iesum Nazarenũ.Et dixit eis. Ego sum.Et abierũt & ceciderũt retrorsum. Vides q; non eũ cognoscebant cũ frequẽter vidissent , propter transfigurationes ipsius. Si autẽ etiã illam causam quęrat aliquis cur osculo Iudas tradidit Iesum: hanc dabimus rationẽ. Qm̃ secũdũ quosdam quidẽ,voluit reuerentiã quãdam ad magistrũ seruare: nõ audens manifeste in eum irruere, & impudẽ ter profiteri se proditorem magistri.Secũdũ alios autẽ hoc ideo fecit Iudas, timẽs ne for te si manifestum se aduersariũ præbuisset, & proditorem magistri:ipse ei fieret causa eua sionis cũ posset quantũ ad ipsius opinationẽ ex quibusdam secretioribus disciplinis effu- gere,& facere se in paruũ.Vt ergo nihil tale suspicans Iesus secundũ qd Iudas opinabat, sed putans eum amicũ , quomodo nescit sic insperate cõphendatur: ideo hoc dedit si- gnum sciens iam q; si noluisset comprehẽdi nũq̃ cõprehensus fuisset,sed volens præbuit se manibus peccatorũ. Ego autẽ puto q; etiã omnes proditores veritatis amare veritatẽ fingentes,& osculi signo vtẽtes quasi quãdã indicatione charitatis pdunt verbũ dei vo- lentibus ipsum tenere aduersariis eius,nihil pacificum indutis:bellicos autem gladios,& iniurias,& fustes habentibus. Et dicit prodi
F tor Iesu,Rabbi. Omnes enim hęretici quem admodum Iudas sic Iesu dicunt,Rabbi : qui & osculantur eũ sicut & Iudas. Ad quos oẽs placabilia dicit Iesus: cum sint omnes Iudas proditor. Iuda osculo filiũ hominis tradis? Dicit autẽ ei improperãs simulationẽ amici- tię eius. AMIce ad qd venisti?Hoc em̃ noĩe »
neminem bonoꝝ in scripturis cognoscimus appellatũ.Ad malũ em̃, & nõ indutũ nuptia libus vestimẽtis,dicit. Amice qd huc venisti non habẽs vestẽ nuptialem?Malus autẽ est q & in parabola denarii audit,Amice non tibi facio iniuriam. Nonne ad denariũ cõuenisti mecũ? Accipe qd tuũ est,& vade. Volo autẽ & huic nouissimo dare sicut & tibi. TVNC G
accedẽtes,manus iniecerũt in Iesum,& tenu »
erũt eũ. Post osculũ cõtinuo nihil differen- »
tes turba illa:forsitan timẽtes ne de manibus eorũ effugiat Iesus,manus iniecerunt in eũ.

ET ecce vnus ex his q erant cũ Iesu exten- »
dẽs manũ exemit gladiũ suũ,& pcutiẽs ser »
uũ principis sacerdotũ amputauit auriculã »
eius. Vnus autẽ eorũ qui erãt cũ Iesu,non »
dũ manifeste concipiẽs apud se euangelicam patientiã illam traditam sibi a Christo , nec pacẽ quã dedit discipulis suis,sed secũdũ po testatem datã Iudæis per legem de inimicis, extẽdẽs manũ accepit gladiũ, & percussit ser uũ principis sacerdotũ, & amputauit auri- culã eius. Sicut aũt dicit Ioãnes,ei dextram auriculã amputauit: apud quẽ & nomẽ ser- ui dicit: q; Malchus vocabat.Et forsitan qd agebat Petrus mysteriũ erat, qm̃ Iudaici po puli dextra auditio fuerat amputãda ppter malitiã eorũ demõstratam in Iesum.Nam & si videnẽ audire legẽ modo:cũ sinistro audi- tu audiũt vmbrã traditionis de lege,nõ veri tatẽ: cũ sint serui sermonis pñtẽtis seruitiũ dei,nõ aũt seruientis in veritate.Huius ser- monis mysteriũ erat aduersus Christũ , ad- uersariꝰ Christi prĩceps sacerdotũ Caiphas. Videt autẽ mihi,q; qui ex gentibus credide rũt oẽs vnus populus constituti in Christo, per hoc ipsum.q; crediderũt in Christũ facti sunt causa, vt pręcideret Iudęorum auditio dextra,secundũ q; fuerat prophetatũ de eis. Graua aures populi huiꝰ, & oculos eoꝝ de prime,vt ne vidẽtes videant,& audientes in telligãt & cõuertãtur,& sanẽ eos. TVNC H
ait Iesus ei. Cõuerte gladiũ tuũ in locũ suũ. »
Mox Iesus ad eum qui fuerat gladio vsus,& abstulerat auriculã serui illius dextrã: nõ di cit,exime gladiũ, sed cõuerte gladiũ in locũ suũ.Est ergo gladii aliquis locus, ex quo nõ licet accipere eũ q nõ vult perire maxime in gladio. Pacificos em̃ vult eẽ Iesus discipulos suos,vt bellicũ gladiũ hũc deponẽtes alterũ pacificũ accipiãt gladiũ, quẽ dicit scriptura gladiũ spũs.Sĩle autem mihi videt qd dicit,

Omnes q accipiũt gladiũ, gladio & peribũt. Id est omnes qui non sunt pacifici, sed belli concitatores, in eo bello peribũt qd cõcitãt, vt fit in eis gladius mysterium belli & litis. Et puto q oẽs tumultuosi, & concitatores bellorũ, & conturbãtes animas hominũ maxime ecclesiarũ, accipiunt gladium in quo & ipsi peribunt. Qm̃ qui fodit foueam ipse incidit in eam. Qm̃ conuertetur dolor eorum in caput ipsorum, & iniquitas eorum in cerebrum eorum descendet. Sed & simpliciter audientes qd dicit, Qui accipiũt gladiũ gladio peribũt, cauere nos conuenit, vt ne occasione militiç aut vindictæ propriarũ iniuriarum eximamus gladium, aut ob aliquã occasionem, quã omnem euangelica abominatur hæc Christi doctrina, præcipiens vt impleamus qd scriptũ est: Cum his qui oderũt pacem erã pacificus. Si ergo cũ odientibus pacem debemus esse pacifici: aduersus neminẽ gladio vti debemus. Ita volens ad eũ qui nõ didicerat loquens docere nos omnes qm̃ volẽs tradidit semetipsum pro nobis omnibus,
A addit & dicit. AN putas qm̃ non possum
» modo rogare patrem meũ, & exhibebit mihi
» plus q̃ duodecim legiones angelorum? Tãq̃ si dicat. Tu quidem sic gladium exemisti, & percussisti principis seruum, quasi mihi auxiliũ pręstãs: ego autem si voluissem poteram rogans patrem non humanũ auxilium impetrare, sed meliorũ, id est angelorũ: nec vnius, sed plus q̃ duodecim legionũ. Ex hoc demõstratur, q secundum similitudinem angelorum militiæ mũdialis sunt & angelorum legiones militiæ cælestis militantiũ contra legiones dęmonum habitantium in sepulcris. Nam & apud Lucam multitudo militię cęlestis audita est laudantiũ deum propter Christi natiuitatem. Si autem multitudo militiæ cęlestis erat laudantium deum: militia autẽ omnis propter aduersarios intelligitur cõstituta: consequẽter & illa militia propter aduersarios militat deo. Sed etiam Iacob locũ aliquẽ vocauit castra domini: qm̃ militiam illic aspexit angelorũ. Et vbicũq sunt deum timentes, circa eos sunt castra angelorũ. Immittet eñ angelus domini in circuitu timẽtium eum, & eripiet eos: sicut fuisse & circa
B Helisęum liber refert Regnorum. Et attẽde putas quasi angelis inferior saluator, aut indigẽs auxilio angelorũ dicebat, An putas qa nõ possum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi plus q̃ duodecim legiones angelorum? Aut forte secũdũ existimationẽ Petri volẽtis ei auxiliũ ferre, & gladiũ proferentis, & amputantis auriculam serui, talia est locutus? Magis eñ angeli opus habẽt auxilio vnigeniti filii dei q̃ ipse illorũ. Propter hoc & qđ scribitur: qm̃ angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis: non de filio dei vnigenito intelligitur dictũ, sed aut in persona Christi de omni viro iusto quem Christus portabat in corpore suo: aut de Christo secũdũ humanã eius naturã. Deniq & qđ dicit, Liberabit te a ruina, & dæmonio meridiano: nequaq̃ conuenit filio dei. Sed & qđ dicit. Nõ timebis a timore nocturno, a sagitta volante p diẽ, a negocio pambulante in tenebris: magis conuenit viro iusto, q̃ filio dei. Cũ ergo possit accipere legiones, nolebat accipere: vt p patientiã eius impleretur scripturę prophetãtes de ipso: qm̃ ita eũ pati cõueniebat. IN illa hora dixit Iesus ad turbas. C
Sicut ad latronem existis cũ gladiis & fustibus cõprehendere me: quotidie apud vos in »
templo sedebam docens: & nõ tenuistis me. »
Volũtas eorũ quæ in hoc loco dicũtur talis mihi videt: q dicit Saluator ad turbas. Si quis latronẽ vult tenere, nõ est incõgtuũ cũ gladiis & fustibus venire ad eum: quia talis est & latro, vt oĩa audeat, dũmodo nihil mali patiat: et si potest paratus est & gladio vti, & fuste aduersus cõprehendere se volentes, potius q̃ vt vltro tradat se in manus eorũ: Ego autẽ q nõ sum talis, omnes qui sunt in Iudęa sciunt: alii quidem vidẽtes doctrinam meam & opera mea: alii autem auditũ habẽtes de me, aut conuersationem meam sequẽtes: qm̃ quotidie sedens in loco sancto tẽpli: quasi cõgruo ad doctrinas diuinas, manifestabã quę pertinentia erant ad pietatẽ & vitã sanam secũdũ legem dei: & per hoc commendabam pacificum me esse. Qz autem nullam habet rationem idoneam, neq insidiatio vestra aduersus me, neq militia vestra cũ gladiis & fustibus facta: manifestũ est omnibus cognoscentibus me. Quomodo autem & nõ estis placati quotidie per mansionẽ meã vidẽtes in templo dei, & præbẽtem me omnibus volẽtibus me audire, vt coniũgerẽ eos mihi ad prodificationem eorũ per verbũ & vitam ad beatitudinem Dei? Aut tunc quidem non renuistis me videntes docentem & nihil facientem dignũ reatui: nũc aũt quasi mutatũ me existimatis, vt quasi latronẽ debere cõprehendi putetis? sed nec in hoc occasionẽ aliquã inuenitis, quasi ad verbũ mutatũ ab eis quæ in primis pposuerã prodesse volẽtibus verbis & factis. Et vide postq̃ dixit ad Petrũ Recondẽ gladium tuũ in thecam suã, qđ est

patiētiæ, postq̄ auriculā restituit amputatā,
sicut alter dicit euāgelista, qđ & summę be-
nignitatis indicium fuerat pariter & diuinæ
virtutis: tūc ista verba locutus est, vt fidelia
viderentur ex pręcedentibus verbis & factis
vt & si p̄terita benefacta nō recordarent̄, vel
D præsentia recognoscant. HOC autē totum
» factū est, vt implerentur scripturæ propheta
» rū de huiusmodi. Multum autē est nūc eli-
gere de prophetis, qualia quæ tunc impleta
sunt eloquia prophetarū, quādo hęc se pati
Christus dicebat: & studiosi hominis est, &
multa sciētis, congregare verba prophetarū
quę sunt impleta. Et in cētesimooctauo psal-
mo forte pleraq; inuenies conueniētia istis q̄
venerūt cum Iuda comprehendere Iesum, si
cut & alia de Iuda ī eodē dicta sunt psalmo.
» TVNC simul omnes derelicto eo fugerūt.
Timētes ergo turbas, & principem eorū Iudā
fugerūt. Nec eīm habebāt adhuc spiritū: qm̄
Iesus nondum fuerat honorificatus, nec spi
ritū virtutis & charitatis. Quē si habuissent
non essent infirmati, nec aliquid aliud extra
E diuinā charitatē egissent. ET illi tenentes
» Iesum duxerūt ad Caipham principē sacer-
» dotum, vbi scribę, & seniores conueniebant.
Arbitror enim q̄ sermo deseruitionis Iu-
daicę quo nūc derelicti deseruire p̄fitentur,
Caiphas est q aduersus veritatē militat Iesu,
qui dicitur princeps sacerdotū. Iesus autem
secūdū veritatē sacerdos est verbum dei, sub
quo cōstituti sunt oēs qui acceptabiliter ser
uiūt deo patri. Vbi aūt Caiphas est princeps
sacerdotū, ibi cōgregantur scribę, id est lite-
rati, qui pręsunt literę occidenti. Et secundū
literę qualitatē scribarum sunt seniores, qui
nō in veritatē, sed in vetustatem literæ sim-
plicis sunt recumbentes, & nihil amplius ne
F gociari volētes. PEtrus autem sequebatur
» eum delonge vsq; in atrium principis sacer-
» dotum. Et ingressus intro, sedebat cum mini
» stris, vt videret exitum rei. Cum duceretur
autē magister sequebatur quidē Petrus: non
autem poterat de proximo eum sequi: sed de
longinquo: nec omnino recedēs ab eo: nec cū
eo incedēs, nec iuxta eū: sed delonge sequens
peruenit ad atriū principis sacerdotū. Et in-
gressus Petrus intus sedebat, neq; qđ illi mi-
nistri ministrans, neq; faciens quæ docuerat
Iesus: sed expectabat exitum omniū horū vo
lens videre: qm̄ adhuc non intelligebat, neq;
videbat exitū dispensationū Christi quo ten
derent. Nec enim est exitus eorum in atrio
Caiphę, nec vbi Scribę, & seniores populi il-
lius cōgregātur. Si tamē proprie quis videat
exitū ipsum, videbit verbū dei & sapientiam
dicētē. Ego sum alpha & ω, principiū & finis.
PRINcipes autē sacerdotum, & seniores, & G
vniuersum cōciliū quęrebāt falsum testimo- »
niū cōtra Iesum, vt eū morti traderēt, & nō »
inuenerūt: & multi falsi testes accesserunt, & »
nō inuenerunt. Et per hæc manifestū est, q̄ »
peccatū non fecit Iesus, nec fuit dolus in ore »
eius. Mundissimam autē fuisse vitam ipsius,
& omnino irreprehensibilem, & auferentem
occasiones eorum qui quęrūt occasiones, ex
hoc demōstratur, q̄ non inueniebant aduer
sarii eius qđ dicere possent aduersus eū, vel
colorare: sed quęrebant omnes sacerdotes &
concilium vniuersum: & nihil verisimile po
terant inuenire: Qm̄ falsa testimonia tunc lo
cum habēt, quando cum colore aliquo pro-
feruntur: aduersus Iesum autem nec color in
ueniebatur qui posset cōtra Iesum adiuuare
mendacia: & hoc cum essent multi volentes
gratiā tribuere Caiphę, & principibus sacer
dotū, & scribis, & senioribus, & vniuerso cō
cilio hoc ipsum audire desiderāti. Et hæc q
cōsiderat, maximā laudem exhibēt Iesu pro-
pter vitam eius, & doctrinam ipsius, qui sic
omnia irreprehensibiliter & dixit, & fecit, vt
nullā verisimilitudinē rephensionis inueni-
rēt ī eo, nec mali, nec multi, nec tales astuti,
& ingeniosi. NOuissime aūt accedētes duo H
falsi testes dixerūt. Hic dixit, Possum destru »
ere tēplū dei, & post triduū illud rędificare. »
Non arbitteris Matthęum duos hos testes
sine causa falsos dixisse, cū vera viderent̄ esse
testimonia eorum ex eo qđ exponit Ioannes
Christum dixisse, Soluite templum hoc, &
ego in tribus diebus excitabo illud: quando
& additur, Hoc autē dicebat de tēplo corpo
ris sui. Sed vide versutiam falsorum testium
duorum, qua persuasione vtentes sumpta ab
aliquo dicto vero qđ dixerat Iesus, finxerūt
testimoniū falsum. Iesus autē nō dixit soluo
templū hoc, & in tribus diebus suscito ipm̄:
sed Soluite templū hoc, & in tribus diebus
excitabo ipsum. Falsi aūt testes retulerunt eū
dixisse qđ nō fuerat dictum ab eo, nec dixit:
Possum soluere templū dei, & in tribus die-
bus rędificare illud. Impietatē ergo solutio
nis templi, nō ipse promisit facere, sed illis q
fuerāt apti ad huiusmodi opus commisit di
cens, Soluite tēplū hoc. Sibi autē qđ reserua
uit, id est, Et ego in triduo suscitabo ipsum.
Et qđ ille dixit de templo corporis sui, Iudęi
pręiuditi malitia transaudierūt, & intellexe-
runt de tēplo illo lapideo. Qđ manifestū est
ex eo quod respondentes dixerunt. Quadra- I

ginta & sex annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus suscitas illud? Et cōsidera φ non vnus falsus testis pcessit in testimoniū hoc: nec em̄ sufficiebat vnus volentibus īterficere Iesum: qm̄ lex præcipiebat, Nō manebit testis vn⁹ testimoniū dare aduersus hominē. Sed nec tres erāt: multis em̄ accedētibus testibus falsis, vix duo inuēti sunt, qui aliqd dicere viderent. Sed nec ipsoꝝ testimonia cōueniētia erāt, sicut Marcus exponit: dicit enim hoc modo: qm̄ principes sacerdotū, & concilium vniuersum quærebant contra Iesum testimoniū, vt eum morti traderēt, & nō inuenerūt. Multi enim falsum testimoniū dixerūt aduersus eū, & cōueniētia non erant testimonia eorū. Alii autē exurgētes falsum testimoniū dicebant aduersus eum: qm̄ nos audiuimus eum dicentem: qm̄ ego soluo tēplum hoc manibus factū, & in tribus diebus aliud nō manibus factū faciā. Sed nec sic conuenīētia erāt eoꝝ testimonia. Tunc enim est conueniēs testimoniū quādo eadē dicūt: non autē sunt conuenientia quādo dissonāt sibi, qualia erāt testimonia horum qui aduersus Iesum testimonia proferebāt. Et si verū dicūt Matthæus & Marcus, qd̄ credere nos oportet, tentemus ostendere quomodo non erant conuenientia neq; duorum ipsorum testimonia: qm̄ non eadem protulerunt. Secundum Matthęum enim dixerūt: Hic dixit, Possum soluere templū dei, & in tribus diebus reædificare illud. Secundum Marcum autem: qm̄ nos audiuimus eum dicētem: qm̄ ego soluo hoc tēplū manibus factū, & in tribus diebus aliud reædificabo nō manibus factū. Siue ergo bis dicentes hæc, qm̄ non eadem dixerūt, non sunt inuēta testimonia eoꝝ conueniētia sibi: siue autē vnus quidem dixit qd̄ exponit Matthęus: alter autem secundum qd̄ scripsit Marcus, ac per hoc testimonia eorū nō erant cōueniētia sibi. Et exurgēs princeps sacer-
A dotū dixit ei. Nihil respōdes ad ea q̄ isti testi-
» ficant aduersus te? Iesus aūt tacebat. Potest
» in istis impleta intelligi prophetia quę dicit. Dū cōstitit peccator aduersus me obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis, vt peccator ille in istis pphetatus intelligat Caiphas qui constitit cōtra Iesum. Simul & discimus ex hoc loco cōtēnere calumniāriū, & falsorū testiū voces, vt nec respōsione nostra dignos eos habeam⁹, nec defendere nosmetipsos vbi nō sunt conueniētia q̄ dicunt aduersus nos. Quid em̄ opus est illis resistere q̄ sibiipsi contraria dicētes resistūt? maxime vbi maius est libere & fortiter silere q̄ defendere sine vllo profectu, vt nō humiliemur a testibus falsis, & calūniatoribus improbis. ET dixit ei prin- B
ceps sacerdotū. Adiuro te per deum viuū, vt »
dicas nobis si tu es Christus filius dei. Et di- »
xit eis Iesus. Tu dixisti. Et in lege qdē adiu- »
rādi vsum inuenimus. In Numeris em̄ dicit lex: Qm̄ adiurabit eā sacerdos, id est mulierē illā in cuius viro factus est spiritus zeli, & dicet mulieri sacerdos: Si non dormiit aliqs tecū, & nisi trāsgressa es vt maculeris a viro nō tuo, innocēs eris ab aqua arguitionis hac maledicta. Et post pauca. Et adiurabit (inquit) sacerdos mulierē in adiurationibus maledictionis huius. Item in tertio Regū dixit rex Achab ad Michęam. Adiuro te vt loquaris ad me veritatē ī nomine domini. Adiurauit autē rex prophetā, & adiurauit nō sicut sacerdos in Numeris. Ille em̄ ex legis pcepto, iste autē ex arbitrio suo. Et nūc ī loco pñti Iesum sacerdos adiurat per deū viuū. Existimo autē φ nō oportet vt vir qui vult secūdū euāgeliū viuere, adiuret alterū. Simile est enim qd̄ dicit in euāgelio dominus ipse: Ego autē dico nō iurate omnino, & nō adiurare omnino. Si em̄ iurare nō licet quātū ad euāgelicum Christi mandatū, verum est qa nec adiurare alterū licet. Propterea manifestū est φ princeps sacerdotum illicite Iesum adiurauit: q̄uis videatur per deū viuū adiurasse.
Quęret aliquis si cōuenit vel dæmones adiu C
rare: & qui respicit ad multos, q talia facere ausi sunt, dicet non sine ratione fieri hoc. Qui autē aspicit Iesum imperantem dæmonibus, sed etiā potestatem dantem discipulis suis super omnia dæmonia, & vt infirmitates sanarent: dicet φ non est secūdū potestatem datam a Saluatore adiurare dæmonia: Iudaicum est enim. Hoc &si aliquando a nostris tale aliqd fiat, simile fit ei, φ a Salomone scriptis adiurationibus solent dæmones adiurari. Sed ipsi qui vtūtur adiurationibus illis, aliquoties nec idoneis constitutis libris vtūtur: quibusdā aūt & de Hebręo acceptis adiurāt dæmonia. Tamē nō decebat dominū nostrū ad adiuratione principis sacerdotum respondere, quasi vim passum ab adiurāte cōtra propriā volūtatē. Propter qd̄ nec negauit se Christum filium dei esse: nec manifeste confessus est. sed quasi ipsum testem accipiēs adiurantē qm̄ ipse est q in interrogatione sacerdotis prōnūciatus est Christus filius dei, dicēs: Tu dixisti. Et qm̄ omnis qui facit peccatū ex diabolo natus est: faciebat autē peccatum etiā princeps sacerdotū insidiās Iesu: & propterea de diabolo erat natus: & quasi de

diabolo nat⁹ imitabatur propriū patrē q̄ his dubie interrogat saluatorē, si tu es filius dei, sicut scriptū est in tentationibus eius. Simile est enī, si tu es fili⁹ dei, & si tu es Christ⁹ fili⁹ dei. Recte enī q̄s dicere pōt ī loco hoc, q̄ dubitare de filio dei vtrū ipse sit Christus, opus diaboli est, & principis sacerdotū insidiantis dño nostro: sed nō talis inuētus est Petr⁹. Nā sine aliqua dubitatiōe p̄nūciauit, tu es Christus fili⁹ dei viui: nec posuit ibi si. Propter q̄d beat⁹ est appellat⁹, q̄a non caro & sanguis reuelauerat ei, sed deus pater q̄ est in cęlis. Qui autem cū dubitatiōe dicūt, si tu es filius dei: ab omni beatitudine sunt alieni. Nā quia nō erat dign⁹ p̄riceps ille sacerdotū Christi doctrina, p̄pterea nō eū docet, nec dicit q̄a ego sum, sed verbū oris ei⁹ accipiēs ī redargutionē ipsius cōuertit dicēs, Tu dixisti, vt eo mo
D do videref arguī, nō doceri. AMEN dico vo
" bis, amodo videbitis filiū hominis sedentē a
" dextris virtutis, & venientē super nubes cæli.

Q̄m non est scriptum a dextris dei, sed ap̄d oēs euāgelistas ad dexterā virtutis sedere filiū hominis: itē tres euāgelistę similiter scribūt, videbitis sedentē: & simplicibus quidem concedit̄ q̄ nihil altum possunt audire in eo q̄d dicit sedētem, ac si dicat, supra virtutem fundatum. Quib⁹ autem possibile est spiritu oīa p̄scrutari etiam altitudines Dei, & q̄d scriptū est, Qui sedes sup cherubim appare, & Vidi dñm sedētē sup sedē excelsam, & eleuatam, & Dixit dñs dño meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum: & alia similia q̄ de deo sedente dicta sūt, similiter & de Christo dicunt̄: quæ cōferre oportet cū dicto p̄senti, vt ex humili existimatiōe & fabulosa videamus q̄d significet more hūano sessio Christi. Videt̄ aūt mihi, q̄ fundationē quādā, & firmitatē regalē significat sessio filii hoīs. Iuxta virtutē ergo qui solus est virtus, & proprie nominat̄, & a dextris fundat⁹ est: & q̄ accepit oēm potestatem a patre sicut ī cęlo & in terra. Et hāc fūdationē videbunt etiam aduersarii, postq̄ cū lætitia videtint eū beati. Sed secundum Marcum quidē non habet amodo, sed puriter, id est videbitis filiū hominis a dextris sedētem virtutis: secūdum quem nihil erit contrariū
E his q̄ tradidimus. Secundum Matthæū autē qui dicit, Amodo videbitis, & secundum Lucam dicētē, Ex hoc erit filius hominis, & cætera: quærendum est, si ex quo hęc dixit saluator ipleta sunt & in eis q̄ audierūt q̄d dixit, Amodo videbitis filium hominis sedētem a dextris virtutis. Et dicimus q̄ potest implecum videri, q̄m ex illo, id est a tēpore dispensationis filius hominis sedit ad dextram virtutis: & viderunt eum discipuli resurgētem a mortuis, & per hoc viderunt eum fundatū ad dexteram virtutis, secūdū q̄d tradidimus supra. Aut ita: vide si potes horā & diem metiri nō secūdū breuitatem quæ est apud homines horatū atq̄ dierū, sed secūdū longitudinem q̄ est apud dñm sempiternū: cui a constitutione mūdi vsq̄ ad cōsummationē eius vnus est dies: q̄d demōstrat parabola, vbi dicit de cōductis mane in vineā, & tertia hora & sexta, & vsq̄ ad vndecimā. Nihil ergo mirū & q̄d hic dicit saluator, amodo spatiū esse breuissimū vsq̄ tūc ī quo spatio dicebat, Videbitis filiū hoīs sedentē a dextris virtutis, ad illos q̄ tunc eū audiebant: forte tūc, quando dixit dñs dño meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: ī q̄b⁹ erāt & illi ad quos dicebat, Amodo videbitis. Inimicus enī erat & Caiphas q̄ insidiabat̄ Christo. Et non solū sedētem eum F
ad dextrā virtutis visuros hos prophetabat, sed etiā visuros eū venientē sicut Matthæus quidem dicit super nubes cæli. Quę sunt autem nubes super quas veniet qui fundat⁹ est a dextris virtutis, aut cū quibus veniet, aut ad quas pertingit veritas dei secundū q̄d scriptū est, Et veritas tua vsq̄ ad nubes! Hæ sūt viuę nubes, prophetę dei, & apostoli Christi, quibus mandat pluere cū oportuerit, aut nō pluere super vineā sine fructu. Si quas autem nō vult esse huiusmodi nubes: super quas, & cum q̄bus veniet filius hominis apparēs, ipse scit. Sēper enim super illas, & cum illis venit ostēdens suum aduētum dignis se deus verbum, & sapiētia, & veritas, & iustitia. Hę autem quas tradidimus nubes, quasi portantes imaginē cęlestis nubes sunt cęli nō transeuntis sedis dei, & regno dei dignificatæ, q̄si hæredes dei & cohæredes Christi, & cōregnant ei. TVNC princeps sacerdotū cōscidit vesti "
ta sua dicēs, Blasphemauit. Hæc dño p̄phe G
tāte inimicus domini sacerdos ille quasi qui non erat p̄pinquus, vt videret filium hominis, & virtutē a cuius dextris sedebat, quasi īclinatus & non potens aspicere sursum, non audiēs quę dicebat, cōscidit vestimenta sua: ostēdens turpitudinem suam, & nuditatem animę suę, & mysterium manifestans, cōscindēdum esse sacerdotium vet⁹, & scholam sacerdotii eius, & culturę quæ secundum literam fuerat. Blasphemiam autem arbitratus est eē magnitudinē verboꝝ Christi, & gloriā existimauit iudaicā & fabulosam historiā li

terę occidentis. Et putabat quasi intelligens Christi sermones sufficiẽtes esse ad testimoniũ cõtra ipm̃,q testes erãt diuinitatis ipsius quãtũ ad eos qui intelligere possunt: & dicit ad eos qui eadẽ sapiebãt: Ecce nunc audistis blasphemiã eius,quid vobis videt? donec respondẽtes & ipsi aduersus animã suã pronũcient de Iesu,ꝙ reus est mortis.Quantũ putas fuit erroris ipsam principalẽ omniũ vitã ream mortis pronũciare, & tãtorũ resurgentiũ testimonio nõ aspicere fontẽ vitę: de quo ĩ oẽs viuẽtes vita fluebat? Qm̃ sicut pater vitã habet in se,sic & filio dedit vitã habere in

A semetipso. TVNC expuerũt in faciẽ eius,& colaphis eũ ceciderũt. Alii autẽ palmas in faciem ei dederunt,dicẽtes, Prophetiza nobis Christe,quis est q te percussit. Pessime,sicut arbitror,illi q audierũt dicẽtẽ Iesum, Amen dico vobis qm̃ amodo videbitis filiũ hominis sedẽtẽ a dextris virtutis dei,& veniẽtẽ in nubibus cęli: ausi sunt expuere in faciẽ eius. Arbitrabant̃ eñ in eo ꝙ cõfunderẽt eũ mentientẽ, & ꝙ nõ sustineret expuitionis obprobriũ: qui sedebat ad dexterã virtutis,& venturus erat ĩ nubibus. Qm̃ ignorabãt sermones Esaię prophetę hæc eadẽ prophetãtis de eo, & dicentis ex persona ipsius dñi Saluatoris: Quid,qm̃ veni & non erat homo,vocaui,& non erat qui obœdiret. Nunquid non valet manus mea eruere,aut non possum eripere? Ecce increpatione mea desertũ faciã mare,& ponã flumina deserta,& siccabunt̃ pisces eoꝝ ex eo ꝙ nõ habẽt aquã, & morient̃ in siti, & induã cęlũ tenebris,& sicut saccũ amictũ ei⁹. Dñs det mihi linguã doctrinę, vt sciam quo modo me oporteat dicere verbũ. Posuit me mane: apposuit mihi aurẽ ad audiẽdũ,& doctrina dñi aperiet aures meas.Ego autem nõ sum icredulus,neq cõtradico. Dorsum meũ ꝑbui ad flagella,& maxillas meas ad palmas. Faciem aũt meã nõ auerti a cõfusione sputamẽtorũ,& dñs deus factus est adiutor meus. Omnes enim qui sunt ab ecclesia, confitẽtur Christũ esse q dicit,Dñs deus dedit mihi lin

B guã doctrinę,& cętera quę exposui. Ego aũt cõuenientet & ea quæ superius his erant cõiũcta exposui,volẽs ostẽdere de illo gloriosũ esse hoc prophetatũ vt expuatur, colaphizetur. Cui autem alii cõuenit dicere,veni,nisi Christo q venit in mũdũ? aut quem decebat dicere,Vocaui: & nõ erat qui obœdiret,nisi eũ q venit ad vocãdũ populũ Iudęorũ,& nõ est auditus: & ideo non eruit populum,neq eripuit eũ,sed dereliquit? Christus est autẽ q dicit, Ecce increpatione mea desertũ faciam mare,& ponã flumina deserta: q consummationẽ facturus est mũdi.Ipse est eñ q cęlũ induet tenebras,& induet id velut saccũ, & accipiẽs a patre linguam doctrinæ sciebat quo modo oporteat dicere verbũ qđ cõmiserat ei deus: & apposuit ei aurẽ vt amplius audiat audiẽtibus cũctis, & doctrina patris aperuit ei aurẽ: qa nõ fuit incredulus patri mittenti: sed neq cõtradicẽs, & opere ipso docuit discere cupiẽtes mãsuetudinẽ laudabilẽq humilitatẽ. Opus aũt erat in eo ꝙ factis ista docebat, dorsum suũ exhibẽs ad flagella,& maxillas ad palmas, & faciem nõ auertẽs a cõfusione sputamentoꝝ, vt nos sicut arbitror, q digni fueram⁹ oẽs has infamias pati,erueret ipse ꝑ nobis patiens eas. Nõ eñ mortuus est ꝑ nobis vt nõ moriamur, sed vt ꝑ nobis nõ moriamur: & alapis cęsus est ꝑ nobis, & exputus est,vt ne nos q digni fueram⁹ oib⁹ his ꝑpter nostra peccata patiamur ea: sed vt pro iustitia patiẽtes ea gratãter excipiamus. Et Paulus qdem dicit de Saluatore: ꝙ humiliauit se factus obœdiens vsq ad mortem: mortem autẽ crucis. Non eñ est indecorũ ei qui vult numerare in quãtis se Christus humiliauit, vt dinumeret extra ea q̃ Paulus exposuit dicẽs: Humiliauit se factus obœdiẽs vsq ad palmas, vsq ad cõfusionẽ sputamẽtoꝝ,& flagellorũ,& mortis: ꝑpter quę omnia exaltauit eũ deus. Nec enim propter mortẽ solam quã pertulit propter nos exaltauit eum: sed etiã propter palmas, & sputamẽta,& cętera. Q̃ autem ad extremã iniuriã accipitur sputamẽtoꝝ iniuria: manifestũ est etiã in lege,in qua scriptũ est vt mulier defuncti si noluerit frater viri eius accipere eam, accedẽs ad eũ q noluit eã accipere sibi vxorẽ corã senioribus excalceabit calceamẽtũ eius vnũ ex pedibus, & expuet in faciem eius,& dicet: Sic facient homini q nõ ædificauerit domũ fratris sui. Non ergo auertit faciẽ suã Christus a cõfusione sputamẽtorũ, vt magis glorificet̃ vultus eius,q̃ fuit vultus Moysi glorificatus,tãta & tali gloria; vt cõparatiõe glorificatiõis istius: vultus illius glorificatio destruat̃: sicut in cõspectu solis lumen lucernę destruit̃: & sicut sciẽtia q̃ ex parte est, destruit̃ cũ venerit qđ perfectũ est. Sed & colaphis ceciderũt sanctũ ecclesiæ caput: ꝑpter qđ ipsi colaphizantur a Satana: nõ vt nõ extollant̃, neq vt virtus eorũ perficiat̃,sed vt traditi inimico vt vindici recipiãt qđ fecerũt peccatũ colaphizantes Iesum. Et nõ cõtenti tãtũmodo expuere in faciẽ ei⁹, & colaphis eum cędere, sed adhuc & palmis eũ ceciderũt, & deludẽ C

tes dixerūt. Prophetiza nobis quis te percus
sit. Propter qđ receperunt alapam æternam,
& ab omni prophetia priuati sunt, percussi,
& castigati: & nec sic volentes recipere disci
plinā, secūdū qđ ꝓphetauerat hoc ipsum de
eis Hieremias. Flagellasti eos, & nō doluerūt,
& noluerūt suscipere disciplinā. Et nūc q̄ in
iuriāt vnū aliquē de ecclesia, & faciūt ei hęc,
in faciē expuunt Christi: & Christū colaphis
D cędētes castigāt & palmis. PEtrus vero sede
» bat foris in atrio. Et accessit ad eū vna ex an
» cillis dicēs. Et tu eras cū Iesu Galilęo? At ille
» negauit corā oībus dicēs. Nescio quid dicis.
» Exeunte aūt illo ianuam, vidit illum alia an
» cilla, & ait ei ibi. Et hic erat cū Iesu Nazarę
» no. Et iterū negauit cum iuramēto, quia nō
» nouit hominem. Post pusillū aūt accedentes
» qui stabāt, dixerūt Petro. Vere ex illis es tu,
» etem loquela tua manifestū te facit. Tūc cœ
» pit deuotare, & iurare q̄a nescio hominē. Et
» cōtinuo gallus cātauit. Et rememorat⁹ est Pe
» trus verbi Iesu dicētis ei: quia priusq̄ gallus
» cātet, ter me negabis. Et egressus foras, ama
» rissime fleuit. Abūdātius considerātes Petri
negationē dicimus, ꝙ nemo potest dicere do
minū Iesum, nisi in spū sancto, sicut Paulus
nos docet. Et nōdū erat tūc in hominib⁹ spi
ritus sanctus, qm̄ Iesus nondū fuerat honori
ficat⁹, sicut dicit Ioānes. Propterea non erat
possibile, neq̄ illū talem Petrū tūc Iesum con
fiteri: nec tñ erat reprehendēdus nō cōfitēns
Iesum. Qm̄ ad cōfitentes dicit: Nō estis vos
qui loquimini, sed spiritus patris vestri q̄ lo
quitur in vobis. Non aūt cum sit potēs spiri
tus ille patris nostri loq̄ in nobis, & cū in no
stra sit potestate locum dare I nobis spiritui
sancto, & nō diabolo, si denegauerimus, excu
sationem vllam habem⁹. Forsitan aūt & qui
cūq̄ est in atrio Caiphæ principis sacerdotū
nō pōt cōfiteri dnm̄ Iesum, nisi fuerit egres
sus ex atrio eius, & foris fuerit factus ab omi
doctrina cōtraria Iesu. Nā q̄ illic sunt iudai
cas tradēt traditiōes, & nō secūdū volūtates
scripturarū, sed secūdū mādata hoīm, & do
E ctrinas. Considera.n.ꝙ Petrus foris sedēs ab
Iesu segregatus, & in atrio principis cōstitu
tus, corā oībus Iesum denegauit: & iterū vi
ce secūda similiter, non extra ianuam foris fa
ctus, sed volens exire, nondū aūt egressus ia
nuā denegauit. Sed & tertia vice quādo qui
stabāt dixerunt, Vere ex illis es, & qm̄ cœpit
se deuotare, & iurare quia nescio hominem,
adhuc nō erat foris. Et oēs denegatiōes factę
sunt ei in nocte, & in tenebris priusq̄ veniat
dies, & signū diei, id est galli cātus, q̄ suscitat

volētes a somno. Et vt verbi gratia dicam, si
post galli cātū Petrus negasset, vt diceretur
Nox ꝓmouit, dies aūt appropinquauit, sicut
in die honeste ambulemus, nulla excusatione
dignus fuisset Petrus. Forsitan aūt & oēs ho F
mines quādo denegant Iesum, ita vt peccatū
denegationis eorū recipiat medicinam, ante
galli cantum denegare eum videnſ nondum
eis nato sole iustitię, nec appropinquante eis
ortu ipsius: Si aūt post ortū huiusmodi solis
ad animā, volētes peccauerim⁹, postq̄ accepi
mus sciētiā veritatis, iam nō relinquitur no
bis sacrificiū ꝓ peccato, sed terribile iudiciū,
& zelus ignis qui comesturus est inimicos. Et A
in Petro qdem tūc denegāte nō conueniebat
dicere, quō ne putatis peiora mereri suppli
cia q̄ filiū dei cōculcauerit, & sanguinē testa
mēti cōmunē existimauerit vnde sanctifica
ti sunt, & spiritū gratiæ iniuriauerint? nōdū
eñ sanctificat⁹ fuerat Petrus sanguine Chri
sti, q̄ fuerat sanguis noui testamēti, nec iniu
riauit spiritū gratię quē a principio nec acce
perat, qm̄ Iesus nondū fuerat honorificatus,
nec erat in hoībus spūs sanctus. Si aūt in no
bis hoc impiū fuerit factū denegatiōis pecca
tū, oia hęc dicere conuenit: ꝙ & in sanguine
testamenti sanctificati sumus, & spūm gratię
suscepimus. Propterea cōmunem putare san
guinem testamēti preciosissimum, & iniuria
re spūm gratię, omnib⁹ peccatis deterius est,
ita vt nec i hoc seculo, nec i futuro remissio
nē possimus accipere si dei filiū denegemus.
Qm̄ ergo nobis nox promouit, dies autē ap
propinquauit, & signū diei galli cantus inso
nuit nobis: ꝓpterea vsq̄ ad sanguinē stemus
cōtra peccatū certātes: & propter charitatē
nunq̄ excidētē omnia sufferamus, vt cū perfe
ctis in ea consequamur hæreditatem. Et hoc G
attende, ꝙ ante galli cantū, & ante spiritum
sanctū, & in tēpore noctis ꝓfundæ, etiā si fre
quenter denegauerit q̄s, viuere pōt: qđ mani
festū est ex eo ꝙ ter denegauit Petrus. Si au
tem post galli cantum vel semel in quocunq̄
periculo cōstitut⁹ denegauerit q̄s: impossibi
le est eū renouari in pœnitentiā, vt iterū cru
cifigat sibi filiū dei. Qui aūt I huiusmodi de
negationis peccato fuerit cōprehensus: aspi
ciat illud qđ scriptū est. Væh his q̄ attrahūt
peccata sua sicut funē longū, & sicut iuge lo
rū vituli iniquitates: & nō dicat, peccata no
stra in nobis sunt, & quomō viuemus? Viuo
(inquit) dominus, qm̄ nolo mortem peccato
ris, sed pœnitētiam. Ipse autem scit deus, de
quo scriptū est, Et ipē sapiēs adducet sup eos
mala, qualia mala adducet sup denegantes &

nō pœnitētes, & qualia super denegantes & pœnitentes, qualia bona super eos q nunq̄ denegauerūt, neq; verbo corā hominibus, neq; operib⁹: longe autem efficiamur a priori ancilla, & altera, & ab omnibus qui stāt in atrio eius, vel in ianua eius, vt ne in proximo existamus facietibus denegare eū, q fuerit iuxta
A eis. Cognoscem⁹ aūt quæ sit ancilla pricipis, si intellexerimus q̄ sit ancilla dei, de qua scriptū est, Ego seruus tuus, & filius ancillę tuę. Quæ sint aūt atria principis poteris scire si intellexeris quę sint atria domus domini: de q bus scriptū est. Ecce nūc benedicite dominū oēs serui domini, q statis in domo domini in atriis domus dei nostri. Si aūt de ancilla altera debemus aliqd dicere, vt eria ab illa recedamus, intelligam⁹ qd scriptū est. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominū deū nostrū, donec misereat nostri. Puto primā ancillā intelligi principis faciētē denegare discipulos Christi, synagogam esse Iudæorū secūdū carnem, q denegare frequenter compulerunt fideles. Secundā autem ancillam congregationem gentiū, qui & ipsi persequentes Christianos, denegate cogebant. Tertios autem stātes ī atriis, ministros esse heresum diuersarū, qui & ipsi veritatem Christi denegate cōpellūt. In nocte aūt nō solum ter denegat Petrus, sed etiam deuotat se ipsum & iurat quia nescio hominem. Et qdē tunc adhuc secūdum carnem Christum sciebat, nec adhuc poterat dicere, Etsi Christum aliquando secundum carnem cognouimus: sed nunc iam nō cognoscimus. Q̄diu eī signum diei non existebat: denegās Petrus verborum Iesu non fuit memor. Postq̄ aūt angelus diei clamauit ei, tunc recordatus est verborum Iesu dicentis ad se: Anteq̄ gallus cantet, ter me negabis. Et quādo recordatus est verbū Christi, iā nō erat in atrio principis sacerdotū, nec iuxta ianuam ei⁹, sed foris: alioquin nequaq̄ plorasset: Sicut eīn scriptū est, egressus foras, amarissime plorauit. Ergo & secūdum Lucā peccatrix mulier iuxta pedes domini pœnitēs fleuit, & hic Petr⁹ egressus atriū principis, ad ianuā eius plorat ex amaritudine peccati, examaricās in pœnitētia fle
B tum suū. MAne autem facto, consiliū accepe
„ rūt oēs principes sacerdotū, & seniores ple
„ bis aduersus Iesum, vt eum morti traderēt:
„ & vinctum eum adduxerūt, & tradiderūt Pō
„ tio Pilato pręsidi. Qui in tenebris & nocte offendit, venia dignus est: qui autem in die clara offendit, nunq̄ potest culpare errotē quasi continētē se, maxime quādo habens in se lucernam corporis offendit, sed incontinentiā suam. Hoc autem diximus, ostendentes q̄ Christi quidem discipuli in nocte scandalizātur, secundū qd dominus eis pdixit, Oēs vos scādalum patiemini in me in hac nocte: & q̄ Petrus ante galli cātū ter denegauit. Qui autem consiliū accipiūt contra Iesum oēs principes & seniores plebis mane facto, in lumine peccāt, id est scientes: secūdū quod scriptū est de hoc consilio, Q̄m consiliati sunt ex cōsensu in vnū, sicut scriptū est in Psalmis, vt morti traderent Christū: putātes per mortē extinguere ei⁹ doctrinam, & fidem eius apud eos q crediderunt in eum quasi in filium dei. Talia aūt contra eum consiliantes principes culturę literę occidentis, & ministri dānationis seniores, alligauerūt Iesum soluentē a vinculis, & dicentē eis qui sunt in vinculis, Exite: & compeditos soluentē, atq; dicentē, Dirumpamus vincula eorum: & qui filiam Abrahę alligatam a Satana decē & octo annis a vinculis soluerat, vt iā nequaq̄ sit inclinata, quę nō poterat sursum aspicere prius: & alligauerūt eū volentem, & in eo q̄ alligaretur vinculis ipsis insidias dirumpentē: vt iam nō habeāt principes sacerdotū, & seniores Iudęorū aduersus hoīes vīcula, dn̄o ea videlicet dirūpēte in se. Si quis autem exigit a me scriptu- C
ram hęc de disrūpendis vinculis ostendentē, quibus alligauerunt Iesum pricipes sacerdotū, & seniores, intelligat q̄ ppter ipsum hoc dicit ipse Iesus per prophetam, Dirumpam⁹ vincula eorū, tanq̄ si dicat, pricipum sacerdotum, & seniorum: aut multo magis eorū principum qui sunt operati in eis, & regum terrę illorū qui astiterūt, & principum qui cōuenerūt ī vnū aduersus dn̄m, & aduersus Christū eius: quorū & iugum proiiciamus a nobis. Adhuc aūt amplius te placabit, vt suscipias q̄ etsi alligantes Iesum induxerunt qui consilium fecerunt aduersus eum, tamen dirupit Iesus vīcula: si intellexeris quæ scripta sunt de Sampsone, q frequēter fuit ligat⁹, & dirupit alienigenarū vincula, q̄m Nazaræus fuerat dei, & habebat comā plenam virtutis. Si ergo ille propter comæ virtutem: quā habebat in capite, potuit rumpere vīcula alienigenarū, quib⁹ alligauerāt eū frequenter: quāto magis Christus, qui post tāta prodigia & virtutes quas fecit, volens tradidit se ad vincula, soporans in se diuinitatis virtutē, & acquiescēs vt alligaret, sine dubio dirupit vincula circūdātia se! Quorū vinculorū mysteria, vincula Sāpsonis fuerūt. Et tradiderūt eum Pontio Pilato. Vērū autem etiā nomi-

na vtraq; prędidis habeât aliquam rationem
conuenientem dispensationi domini saluato
ris:nõ facile est sententialiter respondere.Po
terunt enim aliquem mouere principalia ex
quibus hæc vocabula deducũtur Pontius &
Pilatus.Vtrum aũt bene quis moueatur,an
non,vnusquisq; potẽtium cõsiderare cogno-
D scat. TVNC vidẽs Iudas q eũ tradidit qm̃
,, damnatus est,pœnitentia ductus, retulit tri
,, ginta argẽteos principibus sacerdotũ, & se-
,, nioribus dicẽs.Peccaui q tradiderim sangui
,, nem iustũ.At illi dixerunt.Quid ad nos? Tu
,, videris.Et proiectis argẽteis in templo reces
,, sit,& abiẽs laqueo se suspẽdit.Principes autẽ
,, sacerdotum acceptis argenteis dixerũt.Non
,, licet mittere eos in corbonã,quia preciũ san
,, guinis est.Cõsilio autẽ accepto inter se,eme-
,, runt agrũ figuli in sepulturam peregrinorũ.
,, Propter hoc vocatus est ager ille Achelde-
,, mach,qd est ager sanguinis,vsq; I hodiernũ
,, diẽ. Tunc impletũ est qd dictũ est per Hiere-
,, miam prophetam dicẽtem.Et acceperũt tri-
,, ginta argenteos,preciũ appreciati qd appre
,, ciauerũt a filiis Israel,& dederũt eos in agrũ
,, figuli,sicut cõstituit mihi dominus. Respõ
deãt mihi qui de naturis quasdã fabulas in-
troducũt,existimãtes se dicere vera, & nõ co
gnoscẽtes q eo℞ opinio iniquitatem creato
ris accusat:qui fecit quędam quidem vasa in
honorem,non ex causa virtutis eorum ducẽ
tia eos ad honorem:quædam autem in cõtu
meliã non propter peccata eo℞ ducentia eos
ad cõtumeliã.Si enim perdibilis naturæ erat
Iudas, quomodo pœnitẽtiã tantam suscepit
vt nõ vinceretur cupiditate triginta argen-
teo℞,propter quã impiã proditionis susce-
E pit audaciam?Si enim ad proprietatem natu
rarum referũt qd est dictũ,Non potest arbor
mala fructus bonos proferre, dicãt,nisi boni
ratẽ aliquã spiret:& si non perfecte,neq; sicut
debuit cõuersus fecit Iudas hoc ipm̃ q retu
lit triginta argẽteos:vnde est & qd dicit co-
gnoscens peccatum suum:Peccaui tradẽs san
guinẽ iustum:nisi ex bona plantatione men-
ris,& ex seminatione virtutis q̃ seminata est
in omni rationabili aĩa,quã nõ coluit Iudas:
& ideo cecidit in tale peccatũ. Si aũt naturæ
pereuntis est aliquis hominũ,sine dubio ma-
gis hmõi naturæ pereũtis fuit & Iudas. Qd
sine dubio fuisse videretur,si tradens sangui
nem iustum,aut non retulisset pecunias con
delectatus in eis,aut referẽs nõ dixisset, quia
peccaui tradens sanguinem iustum. Et si qui
dem post resurrectionem Christi ex mortuis
dixisset Iudas q̃ dixit, forsitan verisimiliter

erat dicendum,qm̃ compulit eũ pœnitere de
facto,& cõfiteri de suo peccato,ipsa virt⁹ re-
surrectionis ipsius. Nũc aũt mox vt vidit eũ
traditũ esse Pilato,cõpunctus pœnituit: for
sitan aũt & recordatus ea quæ frequenter Ie
sus dixerat discipulis suis de resurrectiõe sua
futura. Videns igiẽ Iudas magnitudinem fa
cinoris sui,pœnituit qdem, & locutus est ex
pœnitentia cordis, cõfessus peccatum suum
eo q tradiderit sanguinem iustum,non autẽ
& secundum sciẽtiam pœnituit, sicut debuit
pœnitere.Existimauit eñ pręuenire in mor-
te moriturum magistrum,& occurrere ei cũ
anima nuda,vt cõfitẽs & deprecãs misericor
diam mereref. Propter qd ipse se iudicauit,
& cõdẽnauit I eo q sciẽs peccauit,& nõ aspe
xit in hoc qd dixerat Iob in tantis cladib⁹ cõ
stitutus,Vtinã possim me interficere,aut ali
quem rogare vt faceret mihi hoc.Nec vidit
q nõ cõuenit seruũ dei seipsum expellere de
hac vita,sed expectare etiam de hoc dei iudi
cium.Videamus nũc si qd latet multos loci F
istius deo donante possimus explicare qd di-
ctũ est,Videns autem Iudas qui tradidit eũ,
qm̃ condemnatus est,pœnitentia ductus re-
tulit triginta argenteos principib⁹ sacerdo-
tũ,& cætera.Si enim scriptũ fuisset post sen-
tẽtiã Pilati,postq̃ flagellis cæsum Iesum tra-
didit Iudæis vt crucifigerẽt eũ, q ita fecisset
Iudas:nihil sine dubio huiusmodi q̃rerem⁹
in eo qd dictũ est,Vidẽs autẽ quia condẽna-
tus est.Nunc aũt quomodo vidit Iudas quia
cõdẽnat⁹ est?Nec eñ adhuc condẽnatus fue-
rat Iesus,neq; a Pilato intertogat⁹. Forsitan
ergo dicit aliquis vim faciens,qm̃ considera-
tione mentis suæ vidit exitum rei quia con-
demnatus est,ex eo q traditũ aspexit a prin-
cipibus sacerdotũ,& senioribus plebis.Alius
autẽ dicet hoc modo qm̃ qd scriptũ est, Vi-
dens autem Iudas quia condemnatus est, ad
ipsum Iudã refertur.Cũ enim tradidissent Ie
sum principes sacerdotum,& seniores plebis
Pilato,tũc sensit malũ suũ Iudas,& intellexit
qm̃ qui talia ausus est,sine dubio iudicatus,
& condemnat⁹ a deo est.Forsitan & Satanas
qui post panem intinctũ fuerat ingressus in
Iudam,presto fuit ei donec Iesus tradereẽ Pi
lato:postq̃ fecit qd voluit,recessit ab eo:Re- G
cedẽte aũt diabolo intellexit & vidit, qm̃ tra
dens sanguinem iustum condemnatus a deo
est, & potuit intelligere sensus eius iam va-
cans & non habens diabolum operantem in
se.Potuit ergo a se recedente diabolo capere
pœnitentiã,& referre triginta argenteos his
qui dederant eos: & potuit dicere recedente

diabolo,qđ priusq̃ ab eo recederet,dicere nõ potuisset. Nec.n.adhuc implẽte diabolo cor eius potuit dicere,Peccaui tradens sanguinẽ iustũ.Sed non hoc dicimus, q̃m diabolus recedens,ab aliquo tali iam nequaq̃ ei insidiatur,sed obseruat iterum tempus, si potuerit iterum se apponere ei:& postq̃ cognouerit se cundum peccatum suum quis,obseruat etiã tertię deceptionis locũ in eo diabolus.Si aũt opus est & exemplis vti,videamus ĩ epistola ad Corinthios prima, eum qui vxorem habuit patris:nec enim ĩ huiusmodi malo sine magno opere diaboli potuit esse.De quo ma „ lo pœnituit,sicut scriptura ipsa testat, & tri „ status est tristitiam secũdum deum, tristitiã „ quæ pœnitentiam in salutem stabilem opera „ tur:sed postq̃ suscepit huiusmodi tristitiã, „ apposuit iterum se ei diabolus,volens ipsam tristitiam eius supra modum exaggerare, vt iam non esset secundum deum,sed vt abundantior facta absorberet tristantem supra mẽsuram,& vltra q̃ tristari deberet, & sic eum absorberet Satanas in abundantiori tristitia. Qđ præcognoscens apostolus consilium Corinthiis dat,vt confirment charitatem in eũ dicẽs huiusmodi causam.Vt ne,inquit,abũdãtiori tristitia absorbeatur qui huiusmodi est. Non enim versutias eius ignoramus. Simile aliquid factũ est in Iuda qui tradidit Iesum:& secundum similitudinem illius tristitiæ,quæ pœnitentia in salutem stabilem operatur,tristatus & ipse, postq̃ pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principib⁹ sacerdotum dicens,Peccaui tradẽs sanguinem iustũ:quod ipsum pœnitẽtiæ erat,& tristitię salutaris.Sed qa nunq̃ seruauit cor suũ, neq; sapiẽter tristatus est,sed suscepit abũdantiorem tristitiam a diabolo sibi submissam,q vo luit eũ absorbere in abũdãtiori tristitia, ideo postq̃ retulit argẽteos illos ĩ tẽplũ, abiẽs la-A queo se suspendit.Si enim postq̃ retulit pecuniam,& cõfessus est se peccasse eo q̃ tradidit sanguinẽ iustũ, non abiens laqueo se suspendisset,sed locũ pœnitentiæ requisisset,& tempus pœnitẽtię obseruasset:forsitan & inuenisset eũ qui dixit, Viuo ego q̃m nolo mortem peccatoris,sed pœnitentiã eius.Ego autẽ existimo q̃ & maius aliquid de saluatore intelligens Iudas,non alibi proiecit triginta argẽteos nisi in templum,vbi sciebat dominũ eiecisse de templo oues & boues, & dixisse vẽditoribus columbarum.Tollite hęc hinc,& nolite facere domum patris mei domum negociationis.Satis ergo desperans ex se,q̃ intellexit magnitudinem sui peccati, iactans argenteos illos in templum,abiit,& laqueo se suspendit.Accipientes autem argẽteos illos, voluerũt aliqđ legitimũ obseruare,& nõ mittere eos in corbonam,vbi data populi propter necessitates pauperum congregabanẽ.sanguinis enim precium impium existimabant mittere in corbonã.Propter qđ consiliũ accipiẽtes,comparauerũt ex pecunia illa agrum, figuli,& operantis lutum. Videbant enim q̃ circa mortuos magis eam pecuniã conuenie bat expendi,& circa locum mortuorũ, & sepulturę,q̃m precium sanguinis erat.q̃ ĩ corbona,aut in aliqua necessitate honesta. Sed B quia & inter loca mortuorũ differẽtiæ sunt: q̃m multi quidem secundum votum optabiliter sepeliuntur in monumentis suis paternis:quidam autem propter quasdam calamitates frequenter in peregrinis monumẽtis sepeliuntur: ideo accipientes precium sanguinis Iesu,vsi sunt eo ad comparationem agri figuli alicuius,vt in eo peregrini mortui sepeliantur,non secundum votum, sed secundum casum aliquem contrarium hoc promerentes.Si autem & peregrinos spiritaliter intelligere conuenit, peregrinos dicimus esse qui vsq; ad finem extranei sunt a deo,& peregrini testamentorũ eius. Tales igit̃ peregrini huiusmodi habẽt finem,vt in agro figuli sepeliantur,qui precio sanguinis est comparatus.Nam iusti sunt qui dicunt, Cõsepulti sumus Christo in nouo monumẽto qđ scissum habetur in petra,in monumento dolato,vbi nondum quisq̃ mortuorum positus est.Qui autem vsq; ad finem peregrini sunt a Christo,& alieni a deo:dicent sine dubio cõsequẽter.Consepulti sumus peregrinis in agro figuli operãtis lutum,qui precio sanguinis est comparatus, & sumus in agro qui ager sanguinis nominatur.Sed q̃m quod post hæc di C cit euangelista, TVNC impletum est qđ di- „ ctum fuerat per Hieremiam prophetam di- „ centem &c.inter ea quæ scripta sunt,non inuenitur hoc Hieremias alicubi prophetasse in libris suis,qui vel in ecclesiis legũtur, vel apud Iudæos referuntur: Si quis autem potest scire,ostendat vbi sit scriptum: suspicor aut errorem esse scripturæ,& pro Zacharia positum Hieremiam,aut esse aliquam secretam Hieremiæ scripturam in qua scribit. Talis est autem textus apud Zachariam prophetam.Et dicam ad eos.Si bonum est in cõspectu vestro,date mercedem meam, aut abnegate:& statuerũt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Depone eos in fornacem, & vide si probum

est, sicut probatus sum pro eis. Et accepit triginta argenteos, & misit eos in domum domini in fornacem. Si autem hęc dicēs aliquis existimat se offendere, videat ne alicubi in secretis Hieremiæ hoc prophetatur, sciens ꝙ & apostolus scripturas quasdam secretorum profert, sicut dicit alicubi, Qđ oculus nō vidit, nec auris audiuit: in nullo enim regulari libro, hoc positum inuenitur, nisi in secretis Heliæ prophetæ. Itē quod ait, Sicut Iamnes, & Mambres restiterūt Moysi, non inuenitur in publicis scripturis, sed ī libro secreto, qui suprascribitur, Iamnes & Mambres liber. Vnde ausi sunt quidam epistolam ad Timotheū repellere, quasi habentem in se textum alicuius secreti, sed nō potuerūt. Primam aūt epistolam ad Corinthios, propter hoc aliquem refutasse quasi adulterinā, ad aures meas nūq̄ peruenit.

D IESVS autem stetit ante præsidem. Et interrogauit eum præses, dicēs. Tu es rex Iudæorum? Dixit ei Iesus. Tu dicis. Vere Iesus non rapinā arbitrat⁹ est esse se ęqualem deo. Et non semel, sed frequenter ꝑ omnibus seipsum humiliauit. Et nunc ergo iudex totius creaturæ constitutus a patre, rege regum, & domino dominorum, vide quantum se humiliauit vt acquiesceret stare ante iudicem tunc terræ Iudęę: & vocatus, interrogatus est interrogationem, quam forsitan deridens, aut dubitās Pilatus Iterrogauit dicēs, es rex Iudæorum? Ad quam interrogationē qđ putauit esse condecens, respondit dicens, Tu dicis. Et a principe quidem sacerdotū adiuratus vt diceret si ipse est Christus filius dei, respondit, Tu dixisti: a Pilato autem interrogatus, Tu es rex Iudæorum? respondit, Tu dicis. Vide interrogationes: nisi illa quidē interrogatio, Si tu es Christus filius dei, Iudaicę cōueniebat personę: Romano aūt iudici dicēti interrogatorie, nō, an tu es Christus? sed, tu es rex Iudæoꝝ. Qui autem caute

E cōsiderat ipsos apices euāgelicorum sermonum, videbit ꝙ princeps quidem sacerdotū dubitanter dixit, Si tu es Christus filius dei. Si enim syllaba, dubitationem interrogationis ostendit. Pilatus autem ꝓnunciatiue, Tu es rex Iudæorum. Qꝫ autem pronunciatiue hoc dixit Pilatus, illud quoq; confirmat, qđ etiam alibi supra scribit in titulo, Rex Iudęorū, tribus linguis, hebraice, græce, & latine, vt Hebræi, & Græci, & Romani cognoscerēt ꝙ & Pilatus sciebat eum regem Iudæoꝝ esse. Propter qđ apparet cum qua reuerētia requirebat de Iesu, & prouocabat populum vt Iesum magis ad dimittendum peterent, q̄ Barabbam. Reuerētiæ autem Pilati illud etiam fuit signum, ꝙ lauās manus suas dixit: Innocēs ego sum a sanguine huius, vos videritis. Quod autem dixit ad principem sacerdotū, Tu dixisti, dubitationē eius oblique arguens conuincit. Et quod ait Pilato, Tu dicis, sententiam eius pronunciantis confirmat. Marcus autem pro, si tu es Christus filius dei, sic scribit, Tu es filius benedicti? Forsitan aut illud quod simpliciter scriptum est, aut hoc quod dubitanter, nescio si non mendosa habeāt exemplaria, cum debuissent ambo æqualiter dicere, Si tu es, aut, Tu es. Et cū accusaretur F

» a principibus sacerdotū, & senioribus plebis,
» nihil respondebat. Tunc dixit ei Pilatus, Nō
» audis quanta aduersus te dicunt testimonia?
» Et nō respondit ei vllum verbum, ita vt mi-
» raretur præses vehementer. Iudaicæ literæ occidentis ministri & seniores filii sunt eorū sacerdotum & seniorum qui accusauerūt Iesum, accusationem eorum vsq; nunc suscipiētes, & accusantes Iesum. Propterea permanēte eis ipso peccato, & præueniente eos semel ira, vsq; in finem adhuc patiuntur operatores ipsos, derelicti cum populo vniuerso sicut tabernaculum in cucumerario, & sicut ciuitas quæ expugnat̄. Accusatus autem Iesus, sicut tunc nihil illis respondit, sic & modo aduersus accusationes istorum sacerdotum, & seniorum, nihil respōdet. Tacet enim eis verbum dei, & iam non audiunt verbum dei, sicut aliquādo factum fuerat ad prophetas, & in consummatione seculorum caro fact⁹ est, & habitauit in nobis. Et non solis principib⁹ sacerdotum & seniorib⁹ plebis falsa accusantibus non respondit: sed neq; Pilato, qm̄ volebat eum audire defendentem se contra accusationes eorum mendaces. Quando enim dixit ei Pilat⁹ post accusationes principum sacerdotum & seniorum, Non audis quanta te accusant? neq; ipsi respondit: Nec enim erat dignū respondere vel dubitanti vtrū debeat aduersus accusationes eorū falsas respondere. Hoc diximus, non obliti quod dictū est de Pilato, ꝙ vel momentum aliquod benignum erga Christū habebat. Hoc eñ verum esse de Pilato, ex omni narratione ei⁹ ostendit̄. Non autem dicere quis audebit, ꝙ permanens & firmum erat in eo de Christo iudicium. Trahebatur enim & ad cōtraria: ꝓpterea & nūc trahenti ad deteriorem opinionem, domin⁹ non respondit, contēptis omnib⁹ q̄ dicta fuerāt in accusationē ipsi⁹. Mirat⁹ est aūt Pilat⁹ constātiā ei⁹: forsitan sciens quō cū idoneus esset ꝓnūciare & remittere crimē, mirat⁹ est G

videns eũ in trãquilla & quieta sapiẽtię grauitate,& iuturbabili eũ iudicio stare:in quo ad mortẽ periclitari existimabaẽ ab iis q̃ fuerãt ibi: & fortior erat humana natura, & oĩ eius infirmitate volente obtũdere virtutem spiritus eius:nõ autẽ preualente facere hoc. Qd aũt scriptũ est: nõ solũ mirari Pilatum, sed etiã valde mirari: mouet me vt existimẽ ꝙ dignum ei videbatur magno miraculo vt exhibitus ad criminale iudiciũ Christus inturbabilis maneret,& staret ante mortẽ quæ apud omnes homines terribilis existimatur.

A PER diem autẽ solẽnem consueuerat preses dimittere populo vnũ vinctũ quẽ voluissent. Nõ mireris si adhuc primordiũ habens Romanus principatus in eis, & nouiter Iudæis iugũ suscipiẽtibus Romanorũ : ꝙ donatum erat Iudęis vt in solẽnitate paschali peterent vnũ quem voluissent, q̃uis mille homicidiis obnoxius videreẽ.Sic eñ quasdã gratias pręstãt gẽtes eis quos subiiciũt sibi donec cõfirmetur sup eos iugũ ipsorũ.Tamẽ cõsuetudo hęc absoluẽdi vincti fuit aliquãdo apud Iudæos. Nã cũ Saul decreuisset vt ne qs acciperet cibũ,Ionathas autẽ fauũ mellis gustasset cõtra regis decretum,inuenit obnoxium Ionathã:& q̃uis filiũ constitutũ: tamẽ propter aliquod iuramẽtũ suũ decreuerat interficere eum : sed non interfecit,omui populo Israel interueniente,& petente eum ad vitam . Sed ꝙ Pilatus dimisit vnũ vinctum populo , vel Saul secundum petitionem populi ꝙ dimisit Ionathan,non est mirũ: sub culpa enim erat amborum petentiũ vitam: qñ Iudæi semper

B obnoxii erant. Sed illud q̃ramus,si tale aliqd fiat & i iudicio dei, vt omnis ecclesia petere possit aliquẽ peccatorẽ vt soluaẽ a cõdemnatione peccati:maxime autẽ siquando habeat perditionis cętera opa, ad benefaciendũ autẽ ecclesię impiger sit.Tales enim inuenies sępe in potentibus constitutos:alias quidẽ peccatores:tamẽ pro Christianis quantũ possibile eis est multa agentes.Adduceris autẽ magis ad requirẽdũ talia,si rationẽ habet idoneam ꝙ etiam Israel pro vita Nabuchodonosor,& Balthasar filii eius deũ orabat. Sed hoc si videtur alicui dignum requisitione , requiret. Qd autem manifestum est,omnes curare tẽtemus,vt ex petẽtibus inueniamur esse,& in ordine eorum qui bene vixerunt,magis q̃ ex illis pro quibus petitur quasi p oĩbus malis. Nam etsi cõcedatur aliquis peccator ad preces ecclesiæ : non tamen iustum est gloriam & beatitudinem consequi eum , qui huiusmodi est:sufficit enim ꝙ a pœna dimittitur.

Arbitror autẽ propter istũ diẽ festũ Iudæorũ C in quo Barabbas ad vitã electus est:Christus autẽ neglectus , dominũ dicere p prophetã: Ieiunia , & ferias, & dies festos vestros odit anima mea:& qa magis solẽnitatẽ agere voluerunt cũ latrone dimisso,q̃ cũ Iesu. Verbi gratia dicam: Si egissent solennitatem recte sicut Iosias, aut aliquis similis ei, & data eis fuisset quẽ vellent petendi licẽtia,sine dubio Iesum postulassent, Barabbam aũt cõdẽnassent. Nos autẽ oremus vt festũ diẽ colentes, non in fermento veteri,neq; in fermento maliciæ & nequitiæ : sed in azymis synceritatis & veritatis, Barabbã qdẽ cõdemnare, Iesum aũt ab omnibus vinculis liberũ accipere nobis mereamur in regem,& dominũ. Et q̃diu hęc facimus nõ conuertẽtur dies festi nostri in luctũ, neq; cantica nostra in lamẽtationẽ: sed erũt in nobis solẽnitates verę,solẽnitates dei. HAbebat autem tũc vinctum insignem D qui dicebaẽ Barabbas.Congregatis ergo eis, dixit eis Pilatus.Quem vultis dimittã vobis Iesum Barabbã, an Iesum q dicitẽ Christus? Sciebat enim ꝙ per inuidiã tradiderũt eum. In multis exemplaribus non continetur, ꝙ Barabbas etiã Iesus dicebaẽ: & forsitã recte, vt ne nomen Iesu cõueniat alicui iniquorũ. In tãta eñ multitudine scripturarũ neminẽ scimus Iesum peccatorẽ,sicut in aliis nominibus inuenimus iustorũ,vt eiusdẽ nominis inueniaẽ esse etiã iniqui, vtputa Iudas apostolus Zelotes, & Iudas patriarcha , item & Machabeus Iudas,oẽs laudabiles : sed Iudas proditor.Et in Genesi inueniunẽ eiusdẽ nominis eẽ filii Seth,& filii Cain,sicut Enoch, & Lamech,& Matusalem:nõ aũt cõueniebat esse tale aliqd & in nomine Iesu . Et puto ꝙ in hęresibus tale aliquid superadditũ est , vt habeãt aliqua cõueniẽtia dicere fabulis suis, de similitudine nominis Iesu , & Barabbæ. Existimo eñ in istis, rerũ aliquod mysteriũ demõstrari, vt Barabbas qdẽ constitutus sit ad seditionẽ,& bella,& homicidia faciẽda in animabus hominũ:Iesus aũt quasi filius dei, & pax cõstitutus,& verbũ,& sapiẽtia,ad oĩa bona . Hi ergo duo cum sint vincti in rebus E humanis & corporibus:populus ille sibi postulauit absolui Barabbam;propter quẽ non cessat gens illa habere seditiones,& homicidia,& latrocinia secũdũ quosdam gentis suę in rebus quæ foris habentur: secũdũ omnes autem Iudęos qui nõ credũt Iesum,intus in anima. Vbi enim non est Iesus, illic seditiones,& lites,& prelia sunt. Vbi autẽ est Iesus vt dicere possint, Si autẽ Christus in nobis,

corpus quidē mortuū propter peccatū, spiri
tus aūt vita propter iustitiā: ibi sunt omnia
simul bona, & innumerabiles diuitiæ spirita
les ī manibus eius, & pax. Ipse est em̄ pax no-
stra q fecit vtraq̨ vnū. Et si qs videat contra
riā illā operationē: cognoscet qm̄ ipse est in
oīb⁹ vinctus insignis Barabbas, quē sibi solui
desiderāt nō solū tūc peccās Israel secūdū car
nē: sed & oēs q eis similes sunt, vel ī dogma-
te, vel ī vita. Quicūq̨ ergo mala agit, solut⁹
est in corpore eius Barabbas, Christus autē
vinctus. Qui aūt bona agit, Christus ei solu
F tus est, Barabbas aūt vinctus. SEdente aūt
,, eo p tribunali, misit ad eū vxor eius dicens.
,, Nihil sit tibi, & iusto illi. Multa enim passa
,, sum hodie p visum pp̄ter eū. Et Iesus qdē p
inuidiā traditus erat: & ita p inuidiā mani-
festā, vt etiā Pilatus eā nō ignoraret. Volūt
aūt euāgelistę nō p̄terire rē diuinę prouidē-
tiæ laudē dei continentē, q voluit per visum
conuertere Pilati vxorem: vt quantum ad se
vetaret virū suū, vt ne audeat contra Iesum
proferre sententiā. Et visum qdē nō exposuit
Matthęus, tantum aūt dixit, qa multa passa
erat p visum propter Iesum. Et ideo per vi-
sum passa est, vt ne amplius pateret̄. Vt bea-
tā fuisse dicamus Pilati vxorē, quæ p visum
passa est multa pp̄ter Iesum, & recepit per vi
sum qd̄ erat passura. Ex quo audebit qs dice
re, q̄ melius est recipere aliquē mala in visu
q̄ recipere in vita. Quis enim nō eligat p vi-
sum mala sua recipe q̄ ī vita sua, nisi forte ta
lia mereatur, vt expediat ei acriora recipere
in vita sua, potius q̄ recipere leuiora in visu?
Cōsolat̄ em̄, & requiescit in finibus Abrahę,
qui recepit mala ī vita sua: & nō hęc mala q̄
recepit in visu suo: secūdū qd̄ & cōsolationē
habebit. Vtrū aūt & initium habebat cōuer
sionis ad deū ex eo q̄ multa pp̄ter Iesum fue
rat passa per visum, deus scit: tamen contine
tur etiā hoc in scripturis quibusdā nō publi
cis. Et vide, q̄ iustum appellauit Iesum vxor
Pilati, ne forte mysterium sit hęc vxor Pilati
ecclesię ex gētibus, q̄ aliquādo qdē regebat̄ a
Pilato: nūc autē iam nō est sub eo propter fi
dem suā in Christo. PRINcipes aūt sacer-
G dotū, & seniores persuaserūt populo vt pete-
,, rent Barabbā, Iesum vero perderent. Respon
,, dens autē præses dixit illis. Quem vultis de
,, duobus dimittā vobis? At illi dixerūt, Barab
,, bā. Et est videre vsq̨ nūc quomodo populus
,, Iudęorū a senioribus suis, & Iudaicę culturę
doctoribus suadetur, & excitatur aduersus
Iesum. vt perdant eū, quātū ad se, & habeāt
Barabbā solutū. Credunt em̄ turbę principi-
bus, & sacerdotibus suis. Plerūq̨ & pręses q-
dem dicit ad populū, Quē vultis ex duobus
dimittā vobis? Turbæ autē, quasi veræ tur-
bę, & multę, quę spatiosam & perducentē ad
perditionē ambulant viā, petierūt Barabbam
solui, volētes eū sibi habere solutū. DIcit eis H
Pilatus. Quid ergo faciā de Iesu qui dicitur ,,
Christus? Dicūt oēs. Crucifigatur, & cętera. ,,
Volēs eis pudorē tātę iniquitatis incutere
Pilatus, dicit eis. Quid ergo faciam de Iesu q
dicitur Christus? Non solū autē, sed & men-
suram colligere volēs impietatis eorum. Illi
autē nec hoc erubescētes, q̄ Pilatus Iesum,
Christū esse cōfitebatur: nec modū impieta-
tis seruantes, dixerunt omnes, crucifigatur.
Et si qdē Barabbā petissent dimittere: nō aūt
ecōtrario, & Christū postulassent ad crucē:
vtputa Barabbā qdē petissent absolui, hunc
autē non petissent crucifigi: sed in potestate
dimisissent Pilati, vt faceret de eo qd̄ vellet:
adhuc magnę eēt impietatis, q̄ relicto iusto,
homicidam petissent. Nūc aūt multiplicaue
rūt impietatis suę mēsurā, nō solū homicidā
postulātes ad vitā: sed etiā iustū ad mortē, &
ad mortē turpissimā crucis. Adhuc aūt per-
manens in eo ipso q̄ cōfundere eos volebat,
vt vel confusi ad electionē iusti venirēt, etsi
nō ex iudicio cordis, dicit eis. QVID enim I
mali fecit? Cōtra hoc nihil habētes qd̄ respō ,,
derēt, amplius clamauerūt, nō deponētes, sed
augētes irā, animositatē, blasphemiā, & dixe
runt. Crucifigatur. Pilatus autem videns q̄
nihil proficeret: Iudaico vsus est more, volēs
eos de Christi innocētia non solū verbis, sed
etiā ipso facto placare si voluerint: si aūt no
luerint, cōdemnare, faciēs nō secūdū aliquā
consuetudinē Romanorū. Accepit em̄ aquā
in cōspectu omniū, & lauās man⁹ suas dixit.
INnocens ego sum a sanguine huius, vos vi K
deritis. Et ipse qdē se lauit: illi autē non solū ,,
se mundare noluerūt a sanguine Christi: sed
etiā sup se susceperūt dicētes. SANguis eius ,,
super nos, & sup filios nostros. Propter hoc ,,
rei facti sunt nō solū in sanguine pp̄hetarū,
sed īplētes mēsurā patrū suoꝝ facti sunt rei
in sanguine Christi, vt audiāt deū sibi dicē-
tē, Cū expāderitis man⁹ vestras ad me, auer
tā oculos meos a vobis, man⁹ em̄ vestrę san-
guine plenę sunt. Propterea sanguis Iesu nō
solū super eos factus est qui tūc fuerūt, verū
etiā super oēs generationes Iudæorū post se
quētes vsq̨ ad consummationem. Propterea
vsq̨ nūc domus eoꝝ derelicta est eis deserta.
Pilatus aūt oblitus verboꝝ suoꝝ bonorū q- L
bus cœperat defendere innocētiā Christi: dē

clinans ad malum, nō solum tradidit Iesum,
sed etiā flagellis cęsum tradidit, vt crucifige-
» rent eū. TVNC milites pręsidis susceperūt
» Iesum in prętoriū,& cōgregauerūt ad eū to-
» tam cohortem:& induerūt eum chlamydem
» coccineā,& purpurā circūdederūt ei,& coro
» nam de spinis posuerunt super caput eius: &
» arūdinem in dextera eius,& adgeniculātes se
» deludebāt eum dicētes:Aue rex Iudęorū.Ve
risimile est,vt in primordiis tūc nouiter ere-
cti imperatoris,milites nondū disciplinę ordi
nem conseruantes decentē, extra consuetudi
nem disciplinæ quę nunc est,facerēt in Salua
torē:quando accipientes eū in prętorium cō
gregauerunt totam cohortē,& fecerunt quæ
fecisse dicitur,lusum sibi Iesum faciētes,pro-
pter quod nominatus fuerat rex Iudæorum.
Ego autē puto milites hoc fecisse,operātibus
in se inuisibilibus regib⁹,& principibus secu-
li huius:qui astiterunt & cōuenerunt in vnū
aduersus dominū, & aduersus Christū eius:
vt videatur illa delusio eorum poti⁹ fuisse q̄
hominū.Eorū autē qui nō cognouerūt in il-
la dispēsatione sapiētiam dei:si eñ cognouis-
sent, nunq̄ dominū maiestatis crucifixissent.
Ergo cohors illa mysteriū erat miliriç alicu-
A ius malignę.Et expoliauerunt eum vestimēta
eius quę desursum habebat tunicam incōsu-
tilem & stolam:hęc enim vestimēta eius talia
describit Ioānes:& induerūt eū deludētes p-
pter nomē eius regale,coccineā chlamydem,
non intelligentes qd agunt.Illa autē coccinea
chlamys mysteriū erat coccinei signi,qd scri
ptū est in Iesu Naue, qd ad salutē suā habuit
illa Raab,& in Genesi qd factū est in vno filio
rū Thamar ad manū nascētis, vt coccum al-
ligaretur in signo futurę passionis Christi.Er
go & nūc suscipiēs dñs coccineā chlamydē in
se sanguinē mūdi suscepit:& in spinea illa co
rona,suscepit spinas peccatorum nostrorū in
textas in capite suo. Et de chlamyde scriptū
est,ꝙ denuo spoliauerūt eum chlamydē coc-
cineam:de corona autē spinea nihil tale euā-
gelistæ scripserunt,propterea ꝙ & nos quęre
re voluerunt exitum rei de corona spinea se-
mel imposita,& nunq̄ detracta.Ego igitur ar
bitror ꝙ spinea illa corona cōsumpta est a ca
pite Iesu, vt iam non sint spinæ nostræ anti-
quę postq̄ semel eas a nobis abstulit Iesus sup
venerabile caput suū.Si aūt & de calamo quē
posuerūt in dextera eius, aliquid dicere cōue
B nit,huiusmodi dicimus rationē.Calamus er-
go ille mysteriū fuit sceptri vani & fragilis,su
per quē incūbebamus oēs priusq̄ crederemus
sceptrū maligni. Confidebamus eñ in virga
calamina Aegypti,vel Babylonis,vel cuiuscū
ꝙ regni cōtrarii cōtra regnū dei:& accepit ca
lamū illū, & virgā fragilis regni de manibus
nostris,vt triumphet eū,& conterat in ligno
crucis:& pro calamo illo priori sup quē prius
recūbebamus,dedit nobis sceptrum regni cæ
lestis,& virgā de qua scriptū est:Virga ęqui-
tatis,virga regni tui:vel virgā quæ corripiat
eos qui opus habēt correptione:de qua dicit
Apostolus:Quid vultis ī virga veniā ad vos?
Dedit nobis & baculū vt celebremus pascha,
secūdū ꝙ scriptum est:Baculi vestri in mani-
bus vestris sint:vt celebremus pascha deponē
tes virgam calami eā quā habebamus priusq̄
celebraremus domini pascha.Percutiunt au-
tē cum hoc fragili & vano calamo caput Iesu
venerabile,qm̄,& semper regnum illud cōtra-
riū cōuiciat & verberat deū patrē caput do-
mini saluatoris.Et in his oīb⁹ vnigenita vir- C
tus nocita nō est:sicut nec passa ē aliqd, facta
pro nobis maledictū, cū naturaliter bndictio
esset:sed cū benedictio esset,cōsumpsit,& sol-
uit, & dissipauit oēm maledictionē humanā.
EXeūtes aūt inuenerūt hoīem Cyrenęū,noīe »
Simonē:hunc angariauerūt vt tolleret crucē »
eius.Sicut eñ secūdum tres Euāgelistas tēta »
tur a diabolo Iesus: scdm Ioānē aūt qui spiri
talis naturæ eius fecit sermonem,non tenta-
tur:nec eñ tentatur veritas,& vita,& resur-
rectio,& lumen verum:sed tentabatur secun
dū hominē quē susceperat vnigenit⁹ deus:sic
secūdum Ioannē quidē Saluator imponenti-
bus eis qui susceperūt eū, crucem suā portās
egressus est ī locū q dicit Caluarię locus,secū
dum reliquos aūt sibi eā nō portat.Exeuntes
eñ qui ducebāt eum ad crucifigēdum,inue-
nerūt quēdam Cyrenæū noīe Simonē, quem
angariauerūt vt acciperet crucē Christi. Nō
autē solū Saluatorē cōueniebat accipere cru-
cem suā, sed & nos cōueniebat portare eā,sa
lutarē nobis angariā adimplētes.Nec iterū aūt
sic prodifîcandi fueramus crucē eius accipiē
tes,quantū modo prodificamur a cruce eius,
cū & ipse sibi accipiat eā & portet. Quętes si D
secūdum textū vtrūq̄ est factum,& nō disso-
nāt sibi euangelistę ab inuicē, & quid eorum
prius est factū: vtrū eñ qui susceperūt Iesum
ad crucifigēdū,& imponētes ei crucē,vt por
tās eā exeat in locū Caluarię,hoc primū fece-
runt, anteq̄ angariatēt Simonē Cyrenæū:an
egressi quidē angariauerūt Simonē, facti au-
tē ad locū in quo eū fuetāt suspēsuri,ipsue-
rūt crucē ei ipsi, vt ipse eam portaret. Et qui
potest discutere quęrat discutiēs in vtroq̄ vt
inueniat, vtrum finē portādę crucis accepit,

aut magis Cyrenęus Simon, nō fortuitu angariatus, sed secundū aliquam de eo pręscientiam dei: secundum dispositionem dei ductus ad hoc, vt Euāgelica scriptura dignus inueniretur, & ministerio crucis Christi: in qua mūdus crucifigitur sanctis, & sancti mundo.
E Quidā autē & moraliter exponere voluerūt hūc ipsum Simonē Cyrenęū, ex eo φ de Pentapoli esset Cyrenes secūdū Libyā, accipiētes occasionem de sensib⁹ quinq;, vt dicāt, quasi quinq; sensus portauerūt dispensatiōis illius crucē. Simon autē interpretatur obœdiētia. Cui aūt magis conueniebat vt crucē Christi portaret q̄ obœdientię? aut, sicut secūdus Lię filius vocatur, Symeoni? Dupliciter eīn apud Græcos nominatur & patriarcha, & Petrus, secūdū proprietatē Hebraici sermonis, vt cōueniat ei q ita vocatur, vt & Simon dicat, & Symeon, qm̄ iisdem literis scribūt Hebræi & Symeonis nomen, & Simonis. Locus autem Caluarię dicit nō qualecūq; dispensationē habere, vt illic q pro hominibus moritur⁹ fue-
F rat moreret. Venit eīn ad me traditio quædā talis, φ corpus Adę primi hominis ibi sepultū est vbi crucifixus est Christus: vt sicut in Adam oēs moriunt, sic in Christo oēs viuificentur: vt in loco illo q dicit Caluarię locus, id est locus capitis, caput humani generis resurrectionē inueniat cū populo vniuerso per resurrectionē dñi Saluatoris: q ibi passus est, & resurrexit. Incōueniēs eīn erat, vt cū multi ex eo nati remissionē acciperent peccatoꝝ, & beneficiū resurrectionis cōsequerētur: nō magis ipse pater omniū hominū huiusmodi gratiā cōsequeret. ET dederunt ei acetū bibere felle mixtū. Et cū gustasset noluit bibere. Sufficiebat eīn nobis, vt tātū gustaret pro nobis sicut mortem tridui tēporis non longiorē, sic
G & acetū felle permixtū. Aliud autem vinū nō mixtū cū felle, nec cū alio aliquo cōtrario accepit, & bibit, & gratias agēs discipulis dedit, & promisit se bibiturū nouū ipsum in regno dei. Postq̄ aūt crucifixerūt eū, diuiserūt sibi vestimēta eius, sortē mittētes: & sedētes seruabāt eū. Et sunt vsq; nūc qui ipsum quidē nō habētes, vestimēta autē. i. verba in scripturis posita habēt, nec ipsa ad plenum, sed ex parte nihilominus hoc ipsum Prophera dicēte my-
H sterium qd nunc est impletū. Verū autem cōscissum est aliquod vestimētorum eius in illa partitione, an māsit vnūquodq; eoꝝ integrū sicut fuit, & qualia illa vestimēta fuerūt, non legimus apud tres Euangelistas: apud Ioannē autē didicimus φ milites postq̄ crucifixerūt Christū, acceperūt vestimēta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partē. Tunicā aūt qm̄ erat nō consutilis, sed a sursum textilis p totū, dixerūt ad inuicē: Nō cōscindam⁹ eā, sed sortiamur de ea. Non ergo oēs acceperūt eā, sed qui sortitus est. Disputās aūt aliqs de differētia eoꝝ qui vestimenta dñi habent, inueniet siue dubio q in dogmatib⁹ suis, etsi nō habent ipsum, tunicā tñ desursum textilē per totū habēt: alii autē nec ipsam, sed aliquā particulā vestimēti eius. Et hoc considera, φ secūdū Matthęū quidē Iesus accipiens acetū cū felle permixtū, gustauit, & noluit bibere: secundū Marcū autē cū daret & myrrhatum vinū, nō accepit. Et sedentes seruabant eū ibi. I
Et milites quidē seruabant corpus, submissi a principibus sacerdotū, quasi furandū a discipulis eius si nō seruaretur: dispensatio autem resuscitauit eum, & testes resurrectionis eius esse fecit nō duos tm̄, aut tres, sed multo plures. Visus est enim Cephæ, postea illis vndecim: deinde apparuit amplius q̄ quingētis fratribus, nouissime autē omnium Paulo. Et nō erat modicū signū resurrectionis eius, φ a tātis est visus, his q susceperūt periculū, vt pdicēt eū viuentē in populis, q petierant eum ad crucē. Et nūc noui principes sacerdotū, videlicet filii principū illoꝝ, verbū veritatis positū in scripturis crucifigūt falsis expositionibus suis, & occidūt mēdaciis: verbū aūt veritatis. q apud illos qdem occidit, viuit autē in sua natura, semp inuenit, & eligit sibi vasa in quibus resurgat, & viuat, & adhuc cōfundat suos interfectores, multis testimoniis viuere demōstratū. ET imposuerūt super caput eius K causam eius scriptā, hic est Iesus rex Iudęoꝝ.
Siue occasiōe siue veritate, Christus rex pnunciatur, & oīs litera regnū eius testat, siue Gręcoꝝ, siue Romanoꝝ, siue Hebraicorū: & pro corona sup caput eius scriptū, Hic est Iesus rex Iudęoꝝ. Et cū nulla iueniat causa alia mortis eius, nec eīn erat, hęc habeat sola, rex fuit Iudęoꝝ: de qua & locutus est, dicēs. Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo sup Sion montē sanctū eius. Et princeps qdē sacerdotū secūdū literā legis portabat i capite suo formā signi, & sanctificationē dñi scriptā i metallo, verus autē princeps sacerdotū, & rex Iesus, in cruce quidē habet scriptū, Hic est rex Iudęoꝝ: ascēdēs autē ad patrē & suscipiens patrē in se pro literis & pro nomine habet q nominat, & habet eū coronā, & dign⁹ eo effectus, & domus dei patris digna effectus, solus sufficiēter patrē capere potest. TVNC crucifixerūt cū eo L duos latrones, vnū a dextris, & vnū a sinistris
Crucifixus inter latrones dñs sicut ipū la-

trones impleuit prophetiam dicētem de se,&
cum iniquis deputatus est. Et est videre disci
pulos eius testimoniū dantes culturę dei quę
per eum est introducta,cum iniquis reputari,
& cū eis crucifigi,aut passiones reliquas susti
nere,sicut & illi.Mūdus em̄ & spiritus qui in
eo est summos semp persequitur viros,& pu-
uit malitiæ quidem summos propter vtilita-
tem multorum:summos autem virtutis,qm̄
non est dignus mundus iste eis qui non con-
siderant quæ videntur,sed quę non vidētur:
& cōtemnunt eum, sicut & olim sancti ambu
lātes in melotis,& in pellibus,& in speluncis,
A & in foueis terrę,quorū non erat dignus mū-
dus. TRANSeuntes autē blasphemabant eū
" mouentes capita sua,& dicentes:Vah,qui de
" struebas templum, & in triduo reædificabas.
" Libera teipsum.Si filius dei es,descēde de cru
" ce.Similiter & principes sacerdotum deludē-
" tes eum,cum scribis,& seniorib9,& pharisęis
" dicebant.Alios saluos fecit,seipsum nō potest
" saluū facere.Si ipse est rex Israel,descēdat nūc
" de cruce,& credimus illi. Confidit in deū,li-
B berabit nunc eum si vult:dixit enim,qa filius
dei sum. Nemo stans Iesum blasphemat,ne-
ꝙ recte incedens.Transeuntes enim blasphe-
mabant eum,& sicut in greco habet̃ præter-
euntes, qui etiam macerie vineæ dissoluta a
deo,vindemiant eos qui remāserunt. Scriptū
est em̄:Vt quid posuisti maceriem ei9,& vin-
demiant eam omnes qui pretereūt viam?Q̄-
diu ergo quis non preteriuit viam,neq̃ decli
nauit a via, stans dicere potest deo:Statuisti
supra petram pedes meos: & non blasphemat
Iesum.Si autem ceciderit,aut præterierit,vel
trāsierit,vel declinauerit,tūc eū blasphemat.
Sicut adhuc qui in mala opera ceciderunt,&
sicut qui dereliquerunt terminos ęternos, &
viam ecclesiæ cælestis,& fluctuātur, & circū-
feruntur ab omni vento doctrinæ in fallacia
hominum, in astutia, ad remedium erroris.
C Omnes em̄ hęreses pretereuntes & declinan-
tes esse si qs dixerit,nō peccabit, propterea ꝙ
& ipsi inter pretereuntes habētur,& blasphe-
mant Iesum non habentes caput firmum,sed
mouentes ipsum sursum & deorsum,quoniā
non sunt prudentes, nec habent oculos suos
in capite suo,in quo habere debuerāt, Eccle-
siaste dicēte. Sapiētis oculi in capite ei9 sunt.
Pretereuntium ergo & declinātium opus est
Iesum blasphemare filiū dei, qa nemo in spi-
D ritu loquens dicit anathema Iesu. Diuersi aū
tem blasphemātium sermones habētur:quo-
rum vnū est blasphemū,qd dicitur ab eis qui
non intelligunt, nec audiunt quæ dicuntur:

nec de quibus affirmāt.Iesus enim dixit.Sol-
uite templum hoc,& ego in triduo suscitabo
illud.Pretereuntes autem quasi falsi testes cō
tra Iesum dicebant qd non erat dictum de eo
appetētes eum:Vah qui destruit tēplum dei,
& in triduo reędificat illud.Non em̄ ipse de-
struit tēplum, sed qd alii destruunt ipse ędifi
cat:siue tēplum propriū corporis,qd a Iudęis
fuerat traditū morti:siue tēplum testiū suorū
& oīm qui habuerūt verbū dei in se,& ex in-
fidiis impiorū ꝑpter pietatē mortui sunt. Ve
nit em̄ hora,quādo oēs q in monumētis sunt
audient vocē filii dei,& resurgēt. Et nō solū
in eo qd dicebant:Qui destruit templū,men-
titi sunt:sed etiā illud qd dixerunt:Et ego in
triduo reędificabo ipm̄. Nec em̄ dixit reędifi
caturum se tēplum,sed resuscitaturū.Sermo
em̄ ędificationis non ostēdit subitaneū opus,
suscitationis autē ostēdit. Et qui quidē deri- E
debant,dicebāt: Salua teipsum:ipse autē acci
piēs virtutē a patre, & hoc fecit,& amplius.
Cūctis em̄ capientibus verbū suū,salutē suam
ostendit. Et illi quidē deridētes dicebāt:Si fi-
lius dei es, descende de cruce:Ipse aūt filium
dei se deridētibus quidē nō ostendebat, ostē-
dit autē credētibus sibi: postq̄ dispēsauit quę
oportebat eū dispensare in trib9 illis diebus,
postq̄ descendens ad inferos mortificat9 cor-
pore, viuificatus autē in spiritu,spiritib9 qui
erāt in carcere prędicauit qd nō crediderant
aliquādo quādo expectabat̃ patiētia dei in die
bus Noe, cū fabricaretur arca in qua pauci,
id est octo animæ, sunt saluati p aquā. Et nō
est derelictus illic, sicut ipse dicebat:Quoniā
nō derelinques animā meā in inferno.Opor-
tebat aūt eū & ascēdere ad propriū patrem &
deū,vt ascēdens in altū captiuet captiuitatē,
& accipiat dona in hoīes, & post hęc ostēdat
se fortiorem morte,dicēs ad eā,Vbi est mors
aculeus tuus?Similiter aūt cæteris ꝑtereūti-
bus,& blasphemātib9 eū, principes quoq̃ sa-
cerdotū,& Scribę ꝑtereūtes & ipi dicebāt ad
eū victi virtutib9 ante gestis ab eo:Alios sal- F
uos fecit,seipm̄ saluū facere non potest.Vide
licet nō credētes, ꝙ qui alios saluare potuit,
multo amplius poterat & seipsum saluare,&
promittebant se credituros in eum, quasi in
regē Israel,si descēdēs a cruce,videret̃ ab eis.
Ipse aūt nō curabat indignū aliquid agere ꝑ
pter derisiouis iniuriā,& facere qd dicebatur
ab eis extra rationē & ordinē.Id ipsum aūt &
latrones qui crucifixi erāt cū eo,improperā-
bant ei. Et apud Ioannē sicut potuim9 expo-
suimus de duob9 latronibus qui fuerūt cru-
cifixi cū Christo: qui secūdum Matthęū qui

dem & Marcum improperauerūt ei ambo in cruce. Secundum Lucam autem dicentem ꝙ vnus de pendentibus latronibus blasphemabat dicēs: Si tu es Christus, salua teipsum & nos: Respondens autē alter increpabat eū, dicēs: Nō times tu deū ꝙ in eadē damnatiōe es? Et nos qdē iuste, nam condigna factis recipimus: iste autem nihil mali fecit. Et dicebat ad Iesum. Meméto mei cū veneris in regnū tuū. Respōdens aūt Iesus dixit ad eū, qui increpauerat blasphemantem: Amen dico tibi, hodie mecū eris ī paradiso. Couenies ergo est, vt in primis qdē ambo latrones intelligant domínū blasphemasse: post hoc autē vnū ex eis cōuersum esse, & credidisse tractantem apud se ipm de his miraculis q̄ audiebat facta ab eo, forsitan aūt & vidēs cōuersionē aeris, & tenebras fieri insuetas, & nō sicut fieri frequenter solebāt. Aut ne forte sicut & illic dixim⁹, alii sunt hi duo latrones, q ambo blasphemauerūt. Sed ille latro q saluat⁹ est, potest esse mysteriū eoꝝ q post multas iniquitates crediderūt in Christū, & dixerūt Christo: Cōfixi sumus & configurati in morte Christi: & semp dicunt filio dei: Memor esto nostri cū veneris in regnū tuū: & ideo in paradiso sunt cū ipo.

G A SEXTA autem hora tenebrę factę sunt sup vniuersam terrā vsq ad horā nonā. Ad hūc textū qdā calumniant Euāgelicā veritatē, dicētes: Quomodo scdm textū potest esse verū qd dicitur, ꝙ factæ sunt tenebræ super oēm terrā a sexta hora vsq ad nonam, qd factū nulla refert historia? Et dicunt, ꝙ sicut soler fieri in solis defectiōe, sic facta est nunc defectio solis. Defectio aūt solis a seculo semper fuit in suo tēpore facta. Sed defectio solis quę scdm cōsuetudinē tēpoꝝ ita currētium fieri solet, nō in alio tēpore fit, nisi in cōuētu Solis & Lunę, qñ Luna subtus currens Solis impedit radios occurrēs ei, & occursu suo lumen eius obtūdit. In tempore autē quo passus est Christus, manifestū est ꝙ conuētus non erat Lunę ad Solem: qm̄ tempus erat Paschale, qd cōsuetudinis est agere quādo Luna Solis plenitudinē habet, & in tota est nocte. Quomodo ergo poterat fieri defectio Solis cum Luna esset plena, & plenitudinem Solis haberet?

H Quidam autē credentiū volentes defensionē aliquā introducere cōtra hęc, angustiati sermonibus profitentium talia, ita dixerunt. Si nullum prodigium nouū factum fuisset in tēpore passionis Christi, sed oīa scdm consuetudinem: crederetur secundum consuetudinem facta fuisse illa defectio Solis. Nunc autē cū constet cętera prodigia quę tūc facta sunt nō secundū consuetudinē facta fuisse, sed noua & miranda: nam & velum tēpli scissum est in duas partes a sursum vsq deorsum: & terra cōttemuit, & petrę diruptæ sunt, & monumēta aperta sunt, & multa corpora dormientium sanctoꝝ resurrexerunt: manifestū est ꝙ & illa defectio Solis cōsequenter scdm cętera prodigia, noua cōtra consuetudinē facta est. Item aduersus hęc filii seculi huius, qui prudentiores sunt filiis lucis in sua generatione, talia dicunt. Pone ꝙ extra cōsuetudinē facta est illa defectio Solis ī tēpore nō antiquo sub principatu Romanoꝝ, ita vt tenebræ fierent super omnem terrā vsq ad horā nonam: quo modo hoc factū tā mirabile, nemo Græcoꝝ, nemo Barbaroꝝ, factum cōscripsit in tēpore illo, maxie q Chronica cōscripserunt, & notauerūt sicubi tale aliqd nouum factū est aliqñ, sed soli hoc scripserūt vri auctores? Et Phlegon qdē in Chronicis suis scripsit, ī principatu Tyberii Cęsaris factū: sed nō significauit in Luna plena hoc factū. Vide ergo nisi fortis est obiectio hęc, & potēs mouere omnē hominem sapiētem, qui nec illis dicētibus, nec istis scribētib⁹ cōsentit: sed oīa cū ratione & iudicio audit. Et nō est quidē durum, ꝙ vnusqsq fideliū qui credit qdē, nō tamē cū ratione, & cū iudicio credit, vt ita sit cōstās ī fide, vt et si mille crimina obiiciāt cōtra Euāgelicā fidē volētes destruere fidē nostrā, vt in nulla parte eoꝝ cōmoueat sermonibus, q fingentes se credere scripturis euāgelicis, per occasionem vni⁹ aut alterius quęstionis, aut difficilis, aut forte & indissolubilis, aduersantes scripturis festināt fidē Christi & Euāgelioꝝ eius tollere de aīa nra: introducētes quasdā mirabiles res, & mirabilia dei virtute cōsummata ad seculares quasdā cōsuetudines transferre volētes. Iudicaui igit bonū, vt accipiēs bonū propositū eoꝝ qui in fide cōstātes esse desiderāt, solutiones criminationū eoꝝ inquantū mihi ex deo est virtus, inueniā pro Euangelica veritate, vt fideles nō solum fide simplici, sed etiā ratione fidei muniantur in fide. Dicimus ergo ꝙ Matthęus & Marcus nō dixerunt defectionē Solis tūc factam fuisse, sed neq Lucas, secundum plęraq exemplaria habētia sic: Et erat hora fere sexta, & tenebræ factæ sunt super omnem terram vsq ad horam nonam, & obscuratus est Sol. In quibusdā autem exemplaribus non habetur, Tenebrę factæ sunt, & obscuratus est Sol, sed ita, Tenebrę factę sunt sup oēm terrā Sole deficiente. Et forsitan ausus est aliquis quasi manifestius aliqd dicere volēs, pro, Et obscuratus est Sol: ponere, defi

ciēte Sole,existimās ꝙ nō aliter potuissent fie ri tenebrę,nisi Sole deficiente.Puto autē ma gis ꝙ insidiatores ecclesię Christi mutauerūt hoc verbum,ꝙ tenebræ factæ sunt Sole defi ciente,vt verisimiliter euāgelia argui possint secūdum adinuentiones volentiū arguere ea. Arbitror ergo:sicut cætera signa q̄ facta sunt in passione ipsius,in Hierusalem tantūmodo facta sunt:sic & tenebrę tantūmodo sup oēm terram Iudęam sunt factę,vsq; ad horam no nam.Quę autē dico in Hierusalē tantūmodo hęc facta sunt,ꝙ velū tēpli scissum est,ꝙ ter ra cōtremuit,ꝙ petrę diruptę sunt,ꝙ monu mēta aperta sunt.Nec eīn extra Iudęam petrę diruptę sunt,aut monumēta aperta sunt alia nisi ea tantū quæ in Hierusalem erāt,aut for te in terra Iudęa.Nec alia terra tremuit tunc nisi terra Hierusalē: nec.n.refert alicubi ꝙ o mne elemētū terræ tremuerit in tēpore illo, vt sentirēt(verbi gratia)& q̄ in Aethiopia erāt, & in India,& in Scythia:qđ si factū fuisset,si ne dubio inueniret in historiis aliquib⁹ eorū qui in Chronicis scripserūt noua aliqua facta.

A Sicut ergo qđ dicit: Terra cōtremuit, refer tur ad terrā Hierusalem: aut si latius volue rit quis extendere ad terrā Iudęā:sic & tene brę factę sunt ab hora sexta vsq; ad nonā sup omnē terrā,intellige ꝙ super omnē terrā Iu dęam sunt factę,aut certe super Hierusalē tā tū. Sic ergo qui intelligit,sine culpa itelligit: & nō magnitudinem miraculi ostendere vo lens,incidat in risum sapientiū seculi huius: & magis infidelitatē in hominib⁹ sapientib⁹ operetur q̄ fidē. Dicit autē aliquis cōtra hęc. Si nō ex defectiōe Solis factę sunt tenebrę tūc super oēm terrā Iudęam,& Hierusalē, sed ex altera causa:ostende causam.Cui talia respō demus.Primū quidem,ꝙ omnino euangelistę nec nominauerūt Solem in isto loco, sed tm̄ ꝙ tenebræ factæ sunt super omnem terram. Si ergo tenebrę factę sunt super omnem terrā Sole nō noīato:sine dubio cōsequēs est intel ligere quasdam tenebrosissimas nubes, & for te nō vnam, sed multas & maiores cōcurris se sup terrā Iudęam & Hierusalē ad cooperiē dos radios Solis,& ideo pfundę factę sunt te nebrę a sexta hora vsq; ad nonā. Quō aūt fa ctę sunt in tali loco diximus, ne forte & tene brę palpabiles i Aegyptū hoc modo factę fue rūt tribus diebus,nō ex Solis defectione,siue autem ex eo ꝙ nubes tenebrosæ cōcurrerunt in vnū, siue ꝙ aer illic tunc spissior factus est super Aegyptios tm̄:oībus eīn filiis Israel si cut testatur scriptura fuerat lumen,in quib⁹ fuerant commorati.Nam & impossibile est in Solis defectiōe,quę fit ex cōcursione Lunę ad Solem,tribus diebus cōtinuis fieri tenebras: & crederet aliqua alia tenebrarū causa fuisse in Aegypto,si vel nominatus fuisset Sol,siue quasi obscuratus in tempore illo: nūc autem scriptura Exodi nihil aliud dicit,nisi ꝙ Moy ses extendit manum suam in cælum,& factæ sunt tenebrę,& caligo,& cętera,super totam terram Aegypti tribus diebus,& nemo vidit fratrem suū,neq; surrexit aliquis de lecto suo tribus diebus. Qđ autem dico super omnem

B terram Iudęam,vel Hierusalem,vt nō omne elementum terræ intelligamus,illud est argu mentum,quod scriptū est in tertio libro Re gnorum:vbi Abdias dispēsator Achab dixit Helię:quid peccaui, quia dedisti seruum tuū in man⁹ Achab,vt mortificet me? Viuit de⁹ tuus si est gens aut regnum vbi nō misit do minus meus quęrere te,& dixi,nō est:& com bussit regnum & regiones eius, quoniam nō inuenit te.Quis enim tam lapideus sit legens ista,vt existimet ꝙ rex Israel Achab su omnē gentem mundi,& in omne regnum orbis ter rę misit quęrens Heliam,& combussit vbicū ꝙ dictum est, non est Helias? Sed sine dubio exaggeratorie dicta sunt illa,ostēdētia ꝙ sa tis eum quæsiuit in gentibus quę fuerūt cir ca Iudęam secundum ꝙ potuit requirere. Di ximus autem etiam in aliis locis,ꝙ cum duæ creaturę generales in sexta die factę fuissent, primum quidē animalia, deinde homo secun dum dei imaginem factus, consequens est vt & dies ille sextus tunc diuisus fuisse intelliga tur in duas species creaturę,vt ante sextā qui dē animalia intelligātur fuisse creata,in sexta autem hora dixisse dominū:Faciamus homi nem ad imaginem nostram,& fecisse eū tunc. Propter qđ conueniebat pro salute eiusdem

C hominis morientem in ipsa hora sexta suspē di,ac a sexta hora ꝑpter hoc tenebras fuisse factas super omnem terrā vsq; ad nonam. Et sicut Moyse manus extendente in cælum fa ctę sunt tenebræ sup Aegyptios seruos dei te nētes in seruitute,imago futurarum tenebra rum quæ comprehēsurę fuerant Aegyptios: similiter & Christo in sexta hora manus extē dente in cruce ad cælum super populum qui clamauerat,Tolle de terra hūc, & crucifige, crucifige eum,factæ sunt tenebræ,& ab omni lumine sunt priuati: & imago fuit tenebrarū illa futurarū quę cōprehēsurę fuerāt gentem Iudęā, quia ausi sunt lumini vero man⁹ suas inferre. Vnde extūc oīs illa gens tenebris est repleta,sicut dicit propheta.Obscurent oculi eorum ne videant.Item sub Moyse factę sunt

tenebrę,& caligo super omnē terrā Aegypti, tribus diebus:& nemo vidit fratrē suū, neq surrexit de lecto suo aliqs tribus dieb9.Oībus autē filiis Israel erat lumē in oīb9 locis in qb9 cōmorabant. Sub Christo autē tenebrę factæ sunt sup omnem terrā Iudęā tribus horis,lumē aūt fuit sup omnē reliquā terrā, qđ vbiq illuminat omnem ecclesiā dei in Christo.Et si vsq ad nonā horā tenebræ fuerūt sup omnē terram Iudæam,manifestum est φ iterum lumen eis refulsit: quia cum plenitudo gētium intrauerit, tunc oīs Israel saluus futurus est.

D Qz aūt trib9 horis factę sunt tenebræ sup terrā Iudęā,illud ostendit,φ propter peccata sua priuati sunt a lumine dei patris,& a splēdore Christi, & ab illuminatione spiritus sancti.

" CIRca nonā aūt horā clamauit Iesus voce
" magna,dicēs:Eli Eli lama sabachthani.hoc ē
" Deus meus,deus meus vt qđ me dereliquisti?
" Qui autē illic stantes erant,& audiētes,dice-
" bāt,quia Heliam vocat iste. Digne deo requirēdū est quę fuit illa magna vox Christi,vtrū magna rebus significātibus magna mysteria, aut magna sensibili & corporali magnę vocis auditu. Puto autē φ oīs vox Christi filii dei magna est, etsi fuerit lenis:& testatur de hoc ipso scriptura in locis maxime illis,in quibus vult erigere auditorē,vt trāsgrediatur illud qđ multi intelligere possunt ī locis,& nō maneat in eo,q̄uis secundum simplicem intellectum habeat in eo aliquā veritatē,vt intelligere possit aliqua digne propter magnā domini vocē.

E Qm̄ ergo his verbis ostendit aliquid esse abscōditum magnum quod clamat ad deum dicens:Quare me dereliquisti? ideo requirendū est quid est φ a deo derelictus est Christus.Nec enim fas est credere eū mentiri dicentē:Quare me dereliquisti?Et quidā colore religionis pro Iesu, & quia nō possunt exponere qd sit Christū derelinqui a deo, arbitrant & dicūt:verū qdē est qđ dictū est, tamē per humilitatē dictū est. Nos autē vidētes eū qui in forma dei fuerat cōstitutus ab huiusmodi magnitudine descēdētē, & semetipsum exinaniētē per hoc φ formā serui suscepit, & vidētes in his volūtatē eius qui ad hæc talia eum misit: intelligimus φ quātum ad illa in quibus fuerat forma dei inuisibilis, & imago secūdū patrem:derelictus a patre est,quando suscepit serui formā, & derelictus p hominibus,vt talia & tāta susciperet,& vsq ad mortē veniret,& mortē crucis,quę īter homines turpissima esse videtur. Extremū em̄ dilectionis eius factum est quando crucifixerūt eum, & posuerūt super caput eius quasi deridentes eū literas dicentes:Hic est Iesus rex Iudęorum. Extremū autē dilectionis eius erat & illud,φ inter latrones est crucifixus,& φ prętereūtes blasphemabāt eū, mouētes super eum capita sua:& φ principes cum Scribis dicebāt:Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. Adhuc autem & illud,φ etiam latrones improperabant ei in cruce.Ergo manifeste intelligere poteris quid sit qđ dicit:Quare me dereliquisti?faciens comparationē gloriæ illius quā habuit apud patrē,ad confusionē quā cōtemnēs sustinuit crucem. Si em̄ ille erat sicut Sol in conspectu dei,& sicut Luna perfecta in ęternū,& erat testis ei9 fidelis in cælo:postea aūt & pro qbus dicit:Quare me dereliquisti? superaddit,dicens:Tu autem repulisti,& pro nihilo deduxisti,&distulisti Christū tuū,euertisti testamētum serui tui, profanasti in terra sanctitatem eius,& cętera.Et q̄diu quidē fuit Solis lumen,etiam tanta & talia sustinens,nō dicebat:Quare me dereliqsti?postq̄ autē vidit super omnem terrā Iudæam vsq ad horā nonā tenebras factas:dixit magna voce sua,Quare me dereliquisti? illud ostendere volens per hæc,φ volēs dereliquisti me pater, & talibus exinanitum calamitatib9 tradidisti,vt populus qui fuerat apud te honoratus, recipiat q̄ in me ausus est,implēs mensurā patrum suorū,& quæ super prophetas fecit,vt priuetur a lumine tuę prospectionis,& efficiatur in tenebris quasi te deo iam nequaq̄ eis præsente. F Sed & pro salute gentium dereliquisti me,vt derelicto Israel fieret gentiū salus.Quid autē tam bonū fecerūt qui ex gentibus crediderūt vt precioso sanguine meo sup terrā effuso p eis,emerem eos a maligno qui tenuerat eos? & quare faciē tuā auertisti, & factus sum cōturbatus, vt dicā:Tristis est anima mea vsq ad mortē? Aut qd tale dignū facturi sunt homines p qbus patior ista, vt p eis ego patiar hęc?sicut & Propheta iā ante de hoc ipo p̄dixit,quasi clamās ad te, & dicēs:Quæ vtilitas o pater hominibus facta est in sanguine meo dū descēdo in corruptionē? Nunqd cōfitebit tibi puluis,aut annūciabit veritatē tuā?Forsitan aūt & videns peccata hominū pro quib9 patiebatur dicebat:Quare me dereliquisti?vt fierem quasi qui colligit stipulam in messe,& sicut qui colligit racemos in vindemia,cū nō sit botrio ad manducandū primitiua.Et hæc dico,quia periit timoratus a terra,& q corrigat inter hoīes nō est. Vnde nō existimes humano more Saluatorē ista dixisse propter calamitatem quæ comprehenderat eū in cruce. Si em̄ ita accepis:nō eris audiēs magnā vocē

in qua ista locutus est: nec digna voce diuina requires. Ergo tenebræ quidē a sexta hora fa ctę sunt sup oēm terrā vsq₃ ad nonā: prius au tem q̄ finiatur nona, clamauit dn̄s circa eam voce magna dicens quę scripta sunt, quasi po stulans vt oriatur Sol terrę, soluēs in ea tene bras trium horarū, secūdū q̄ tradidimus su

A pra. Quidam autē illic stātes, & audientes di

„ cebāt, quia Heliā vocat iste. ¶ Ceteri aūt di

„ cebant. Sine videamus si venit Helias, & libe ret eum. Tanq̄ si audissent qm̄ deum vocat, vtiq₃ mirati fuissent orationē ei⁹ in cruce ma iorē q̄ fuit oratio Ionę orantis in vtero ceti, & prodificati fuissent, vt etiā in extremis ca lamitatib⁹ cōstituti orare nō desinant deum. Maiorē aūt dico orationē Christi fuisse, q̄ Io nę in vtero ceti, propter magnitudinē rerum quę demonstrātur ex ea, & p̄pter magnū affe

„ ctū volūtarię passionis ei⁹. ET cōtinuo ac

„ currens vnus ex eis accepta spongia impleuit

„ aceto, & imposuit arūdini, & dabat ei bibere.

B Et implet prophetiam in se dicentem de se. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerūt me aceto. Ideo & secūdum Ioannē cum accepisset Iesus acetū cū felle, dixit: Cō summatū est, etiam hoc quod de me scriptu ra prędixerat. Iucūde aūt quis potest vti hoc textu aduersus eos q maligna vel scripserunt vel scribūt aduersus Christū: de quibus dicit Esaias. Veh qui scribunt maligna. Scribentes enim maligna scribūt. Dico autem de illis qui conscriptiones aliquas dimiserunt iniquitatē in excelsum loquentes: & vtet quis hoc textu vidēs eos ex quibusdā auditionib⁹ siue ethni corum verborum, siue barbaricorum sermo num congregantes, & facientes narrationem quasi spongiam quandā, adimplentes eam nō de verbo potabili, neq₃ vino lętificāte cor ho minis, neq₃ de aqua refectionis: sed de aliquo cōtrario, & nociuo & nō potabili aceto intel ligibili: & hāc spongiā imponūt calamo scri pturę suę, & quantū ad se, lęsiones inferūt Ie su ex huiusmodi potu. Et quidā quidē dāt Ie su bibere vinū cum felle permixtū, quod non vult bibere Iesus filius dei: alii aūt non vinū, sed acetum. Et forsitan quanticūq₃ secundum doctrinā quidē ecclesiasticam sapiunt, viuunt autem male, dant ei vinum bibere felle permi xtum: qui autem alienas a veritate sapientias applicant Christo, quasi eo ea dicēti, hi spon giam implentes aceto imponūt calamo, & po tant eum. Sunt autem qui & acetum, & fel si cut Ioannes scribit, offerūt ori eius: & forsitā qui sapiūt tantūmodo male, spōgiam implēt aceto, & imponūt calamo scripturę suę, & po tant eum: qui autē & sapiūt male de dispensa tionibus Christi, & viuunt nequiter, hi spon giā plenam ex aceto cū felle & hyssopo impo nētes calamo scripturę, offerūt ori eius. Qui autē neq₃ vinum eius bibere vult propter fel lis cōmixtionem: multo magis non bibet ace tum, neq₃ acetum felle permixtum. Propterea nos vinū mundū ab omni acerbitate & ama ritudine, vinū quod lætificat cor hois, & cor ipsius filii dei, accipiētes ex eo ip̄o Saluatore nostro Iesu, q est vitis vera, potemus cū & di scipulos ei⁹, vt dicat nobis bene potātibus cū & ad discipulos suos, sitii, & dedistis mihi po tum. Accipiamus & aquam refectionis qua nutrit iustos pastor bonus, vt qui pascunt ab eo dicāt: Super aquā refectiōis educauit nos.

IESVS aūt iterū clamans voce magna emi C sit spiritum. Quantū ad Matthęum quidem „ dicētem iterum clamasse Iesum voce magna, & emisisse spiritum, nō aūt manifestantē quę fuerit vox illa magna qua clamauit iterum: erat dicere, q̄ eandem vocem clamauit iterū quam supra clamauerat dicens: Deus deus meus. Lucas manifeste scribit, quā vocem cla mauit cum emitteret spiritum, dicens: In ma nus tuas cōmendo spiritū meum. Est intelli gere & in isto loco, q̄ vox illa quā iterum cla mauit emittens spiritum fuit ista: In manus tuas cōmendo spiritum meum. Si ergo emit tere spiritum: aut sicut Ioannes scribit trade re spiritū idipsum erat qd̄ est mori: simplici ter erat intelligendum qd̄ dicitur in hoc lo co, emisit spiritum. Nūc autem cum mortem nihil aliud esse definiāt sapientes, nisi separa tionē animę a corpore: videam⁹ne forte aliud est simpliciter mori, aliud autem magna voce clamare & emittere spiritū, sicut pręsens ex ponit Matthęus: aut in manus dei cōmēdare spiritū, & dimittere spiritū, secundum qd̄ di cit Lucas: aut inclinare caput & tradere spiri tū, sicut Ioannes exponit. Et mori quidē oīm hominū est, etiā malorū, qm̄ oim animę sepa rātur a corpore, etiā iniquorū, qui dicere nō possunt q̄ dixit Christus exiēs de corpe suo: Magnā aūt vocē clamare, & sic emittere spiri tū, qd̄ est in man⁹ dn̄i cōmēdare spiritū, & sic emittere sp̄m, aut inclinare caput & trade re spiritū: nō est nisi tm̄ sanctor̄ q bonis ope rib⁹ deū sibi p̄parauerūt sicut & Christus, vt possint exeūtes de mūdo fiducialiter i man⁹ dei cōmēdare vel tradere spiritū suū. Si ergo intelleximus qd est magnā vocē clamare, & sic emittere spiritū, id est in manus dei cōmē dare: sic em̄ exposuimus supra proferētes ex positionē euāgelistę Lucę: si itellexerim⁹ quid

est inclinare caput,& tradere spiritū, festinemus vitam nostrā seruare,vt in exitu nostro possimus & nos magnam vocem clamare, & sic emittere spiritū:aut iclinare caput,& tradere spiritū, sicut Iesus qui inclinauit caput, & quasi supra patris gremiū illud repausans exiit,q potetat illud in sinu suo fouere,& cō-
D fortare.Q; si vis audire quid profuit Christo magnam vocem clamasse,& sic emisisse spiritum, id est in manus domini cōmendasse spiritū,& sic emisisse, aut inclinasse caput super gremiū patris,& tradidisse spiritum:audi qđ dicit Propheta: Propter hoc eņ nō dereliqt animā ei⁹ in inferno:nec dedit eū videre corruptionē. Si ergo & nos ita nos gesserimus, vt possimus cōmēdare spirit⁹ nostros in manus dei,aut inclinare caput sup gremiū dei, & sic tradere spiritū: sine dubio neq; nostras animas dereliquet ī inferno, nec dabit nos in corruptione in perpetuū remanere: sed q illū post diē tertiū reuocauit ab inferis,& nos reuocabit in tēpore opportuno:& qui illi donauit vt nō videat caro eius corruptionē,nobis donabit:nō qdē vt nō videat caro nostra corruptionē,sed vt liberetur a corruptione tempore opportuno.Q'm ille quidem peccatū nō fecit,neq; dolus inuentus est in ore eius : nos autē iusti erimus,si vel aliquādo a peccatis recesserimus. Deinde autem q'm iterū voce magna clamans, & dicens:Pater, in manus tuas commendo spiritum meum,emisit spiritum: ideo eo spiritū emittente signa facta sunt super eum,& prodigia testificātia dignitatem eius
„ hoc modo. ET ecce velū templi scissum est
„ in duas ptes a summo vsq; deorsum. Q'diu quidem Iesus non susceperat pro hominibus mortē,ipse expectatio gentiū cōstitutus,velū templi interiora tēpli velabat : oportebat eņ ea velari,donec ille q solus ea poterat reuelare,manifesta faceret ea videre volētibus:vt p mortē Christi Iesu destructis credētiū mortē,qui liberati fuerint a morte possint aspicere quę sunt intra velum.Quæ aūt fuerint illa nō est temporis huius exponere,q'm multam & difficilem interpretationem sunt habētia. Conuenit autem ea exponere in tertio libro Regnorū,& in secūdo libro Paralipomenon, in quibus scriptū est de templo,& de his quę posita sunt intra velum : hic autem hoc tm̄ scriptū est, q velum templi conscissum est in
E duas partes,a sursum vsq; deorsum.Quæret autem aliquis qui non negligenter intelligit scripturas,& aspicit duo esse vela: vnum quidem interius quod velat sancta sanctorū:alterum autem exterius siue tabernaculi,siue templi,quę figuræ erant tabernaculi sancti,quod pręparauit ab initio patet.Quorum velorum templi vnū scissum est in duas partes,a summo vsq; deorsum,quādo voce magna clamās Iesus emisit spiritū:hoc ostendens sicut puto mysterium, q in passione domini Saluatoris velum quod erat a foris, cōscissum est a summo vsq; deorsum, vt ab initio mundi vsq; ad deorsum.i. vsq; ad finē eius,vt cōscisso velamine mysteria publicent,quæ vsq; ad Christi aduentū rationabiliter fuerāt occulta.Et nisi ex parte cognosceremus,sed iam nūc manifestarētur omnia,adhuc in corpore constitutis dilectis Christi discipulis, vtrūq; velū fuerat conscindendū,id est qđ a foris est & interius. Nūc aūt q'm ad scientiam rerum nouarū producimur:ideo qđ a foris qdē fuerat velū,interim cōscinditur a sursum vsq; deorsum:vt quādo venerit qđ perfectū est,& reuelata fuerint cętera quę restabant,tunc auferatur etiā secūdū velū:vt videamus etiā quę intra secūdū velū sunt occultata, verā arcā testamēti, & sicut ipsa se habet natura,videamus Cherubin,& propitiatoriū verum,& repositionē mannę in aureo vase,& omnia manifesta atq; maiora illis,quę p legē Moysi fuerāt demonstrata:in qbus dixit deus ad eū: Facias omnia secundū formā eorū,quæ tibi ostensa sunt in mōte.Nihil ergo est mirū q velū templi conscissum est,qđ interiora velabat mysteria: vt videāt discipuli Christi accipiētes oculos spiritales,ea quę nulli ante Iesum fuerāt demōstrata.Nemo eņ nisi solus princeps sacerdotū,quę fuerāt intra velum secūdū, videt. Sed Aaron qdē,& q ex eo erant,neq; virtutē,neq; dignitatē habebāt reuelare quę ipsi videbant alicui alteri : solus autē q cū iureiurando factus est princeps sacerdotū in æternū secūdū ordinē Melchisedec, potuit per dispensationē mortis suę cōscindere velū tēpli in duas ptes a sursum vsq; deorsum,vt videanē quę fuerāt intus oculis q talia possunt videre. ET ter- F
ra mota est,& petrę sciss̄ę sunt,& monumēta „
aperta sunt,& multa corpora sanctorum dormiētiū resurrexerūt: & exeuntes de monumē „
tis post resurrectionē ipsius introierūt in sanctā ciuitatē, & apparuerūt multis. Et terra „
mota est,id est oīs caro,nouo verbo,& nouis rebus secūdū nouū testamentū, & nouo cāntico, & nouis oībus,atq; cælestibus veniētibus super terrā: sicut & Propheta de hoc ipso in aliquo dicit loco:Cōturbati sunt oēs qui videbāt eos,id est discipulos Christi, & timuit oīs homo.Item p alterū Prophetā dn̄s dicit: Adhuc semel,& ego mouebo celū & terrā,&

mare,& aridã. Locuti aũt parua de motu ter
rę,nõ inutiliter iterũ dicam⁹& de petris sciſsis
in paſsione dñi Saluatoris, q̃ myſteriũ fuerũt
ſicut arbitror ꝓphetarũ:manifeſtatę ſunt eñ
in Chriſti aduẽtu lex & prophetiæ: ꝓpter qđ
ad dominũ conuertẽtibus cũ legitur Moyſes
velamẽ qđ poſitũ fuerat ſuper cor eorum tol
litur,& qđ in lectione veteris teſtamenti poſi
A tum erat velamẽ,in Chriſto aboletur.Apertę
ſunt ergo nunc petrę,& ſciſſę ſunt, vt in pro
fundo eorum poſita ſpiritalia myſteria videa
mus.Probamus autẽ ſciſſas tũc petras eſſe ꝓ
phetas,primũ quidẽ ex eo ꝙ Chriſt⁹ dicitur
petra ſpiritalis:& rationis eſt omnes imitato
res Chriſti,dici ſimiliter petras eſſe , ſicut &
lux mũdi dicuntur ex eo ꝙ ipſe dñs eorũ lux
eſt mundi:deinde etiam ex eo ꝙ ipſe Petrus a
domino petra eſt appellatus cũ dicitur ei: Tu
es Petrus,& ſuper hanc petrã ædificabo eccle
ſiam meã,& portę inferorũ nõ pręualebũt ei.
Maxime autẽ hoc demonſtratur ex eo ꝙ oẽs
quibus nõ præualẽt portæ inferorũ qui opus
nominis petræ habent in ſe,id eſt apoſtoli, &
prophetę,petrę ſunt & ipſi,& ſunt fundamẽ
ta eorũ qui ſuper eos ędificant̃,ſecundũ ꝙ ait
Apoſtolus.Superędificati ſuper fundamentũ
apoſtolorũ,& prophetarũ,ipſo ſummo angu
lari lapide Ieſu Chriſto domino noſtro.Super
ædificantur aũt apoſtolis & prophetis maxi
me q ſunt de eccleſia immaculata, & apoſto
los Chriſti imitant̃,& ꝓphetas non ſpernũt,
B ſed ſcrutantur etiam eorũ ſcripturas. Nũc &
de monumẽtis apertis dicam⁹. Venit aũt ho
ra ſecundum qđ promiſerat Chriſtus,vt q in
monumentis ſunt audiãt vocẽ filii dei, & vi
uant.Propterea audientibus eis vocẽ filii dei
monumenta ſunt aperta, quæ clauſa quidem
fuerunt q̃diu mortui erant in eis:aperta ſunt
autẽ vt qui reſurrexerant egrediãtur ex mo
numentis:nõ ante reſurrectionẽ primogeniti
ex mortuis,ſed poſt reſurrectionẽ ipſi⁹:& re
ſurgentes derelinquãt quidem monumenta,
ingrediantur autẽ in ciuitatẽ ſanctã,& appa
reant,& manifeſtẽtur multis volẽtibus & po
tẽtibus ſanctam ciuitatem dei videre, & quæ
in ea reſuſcitata ſunt corpora ſanctorum.Mo
numẽta enim dicunt̃ corpora peccatricũ ani
marũ,id eſt mortuarũ deo.Cũ autem per gra
tiam dei animæ huiuſmodi fuerint ſuſcitatæ
ad fidẽ,corpora earũ quę fuerãt prius monu
menta mortuarũ animarũ,efficiuntur corpo
ra ſanctarũ,& vidẽtur a ſeipſis exire,cũ deſie
rint eſſe monumẽta mortuarũ animarum, &
cœperint corpora eſſe ſanctarũ . Magna ergo
C ſũt facta ex eo ꝙ magna voce clamauit Ieſus
& emiſit ſpiritum:& ſemper hęc eadẽ magna
quotidie fiũt. Velum eñ templi ad reuelãda
quæ intus habẽtur, quãdo non ſcinditur ſan
ctis a ſorſum vſq; deorſum, & a prĩcipio vſq;
ad finẽ?quando & terra eis qui ſalute ſunt di
gni non mouetur,& tremit,quę ante Chriſti
mortẽ immobilis erat?quãdo & petræ ſecũdũ
qđ tradidimus nõ ſindũtur?Sic ſemper & mo
numẽta aperiũtur,& multa corpora ſanctoꝝ
quidẽ dormientium ſurgũt, & egrediũtur de
monumẽtis:poſt reſurrectionẽ tamen eius in
eis qui mortuus eſt pro nobis,& ſequũtur eũ
qui reſurrexerũt,& in nouitate vitę ambulãt
cũ eo.Sic & q digni ſunt habere conuerſatio
nem in cælis,dicẽtes:Noſtra aũt conuerſatio
eſt in cælis,ingrediũtur in ſanctã ciuitatẽ per
ſingula tẽpora,& lumen eorum lucet coram
hominibus:& multis apparẽt vidẽtibus & in
telligentibus opera bona ipſorũ,& propterea
glorificantibus patrem ipſoꝝ qui eſt in cęlis.
Sed & dicere debemus de iſtis & ſapere,ꝙ oĩs D
quidem litera euangelii quaſi litera viuificãs
angelicos(vt ita eos appellem)ſcribas:ſpirit⁹
autem qui ſupergreditur literarum naturam
diuinioribus moribus magis eos illuminat q
bus euangelium non eſt velatum: omnia eñ
agunt vt videant quę in anima ſua per reſur
rectionẽ Chriſti fiũt myſteria. Prodificãt eñ
quadã ꝓdificatione eũ qui credit ſcripturis:
maiori autẽ repletur ſcientia qui videt ꝙ cõ
ſcinditur velũ ſcripturæ a ſurſum vſq; deor
ſum,& videt quę ſunt intra ipſum. Beat⁹ eſt
autẽ & cui terra,& omnia terrena mouẽtur:
propterea eñ & a Chriſto ſunt mota:nec mo
uebuntur pedes eius nec dicet:Mei aũt pœne
moti ſunt pedes.Quanto autẽ beatior eſt qui
videt oculis animę ſciſſas petras, q̃ illi q tunc
corporaliter fieri iſta viderũt? Si aũt quis vi
dens & monumenta aperta,& corpora multa
dormientiũ ſanctorum ſurgentia,& de monu
mentis egredientia poſt reſurrectionẽ corpo
ris Chriſti,omnino alienus efficitur a monu
mentis , & domeſticus efficitur ciuitatis dei
ingreſſus in eam: quanto magis prodificabit
amplius eis qui corporaliter prodigia iſta vi
derũt?Satis autẽ puto diſtare hunc qui ingre
ditur in ciuitatẽ ſanctã & apparet multis qa
eſt in ea,ab illo qui ſecũdum hiſtoriam credit
& non aſcẽdit a fide ſimplici ad altiora myſte
ria. CENturio aũt,& q cũ eo erant cuſtodiẽ E
tes Ieſum,viſo terrę motu,& his quæ fiebãt, ”
timuerunt valde,dicẽtes: Vere filius dei erat ”
iſte.Marcus autem ſic ſcribit.Videns Centu
rio qui aſtabat ibi,ꝙ clamans expirauit,dixit.
Vere hic homo filius erat dei.Lucas autem,

Videns Centurio quę facta sunt, glorificauit deum, dicēs. Vere hic homo iustus erat. Secū dum Marcū quidē: Centurio non quia velum tēpli fuerat scissum a sursum vsq̧ deorsum, nec quia alia facta sunt signa, secūdū q̧ refert Mattheus, id est quia mota est terra, & quia petrę sunt fissæ, aut aperta sunt monumēta, est ammirās. Dignū est ergo videre qđ postea
F factū est sup illud qđ scriptū est apud Marcū vt miraretur Cēturio dicēs: Vere hic homo filius erat dei. Et vide si dicere possum⁹ secūdum vnū qdē modū, q̧ miratus est in his quę dicta fuerāt abeo ad deum cū clamore & magnitudine sensuū, secūdū q̧ capiebat intelligere, suspicans admiratus est, & dixit: Vere hic homo filius erat dei. Secūdū alterum autem modum, qm̄ forte prestare volens Pilatus populo vniuerso q dixerat: Crucifige, crucifige eū, & timēs populi totius tumultū, nō iussit secūdū cōsuetudinē Romanorū de his q crucifiguntur percuti sub alas corporis Iesu: qđ faciūt aliquādo, qui cōdemnāt eos, q in maioribus sceleribus sunt inuenti. Q̄m ergo maiorem sustinēt cruciatū q nō percutiuntur post fixionē, sed viuūt cum plurimo cruciatu, aliquādo aūt & tota nocte, & adhuc post eā tota die: Iesus ergo cū non fuisset percussus, & sperareī diu pēdēs in cruce maiora pati tormēta, orauit patrē, & exauditus est, & statim vt clamauit ad patrē receptus est: aut sicut q potestatē habebat ponendi animā suā, posuit eā quando voluit ipse. qđ prodigium stupuit Cēturio factū, & dixit: Vere hic homo filius erat dei. Miraculū enim erat q̧ post tres horas receptus est, q forte biduū victurus esset in cruce secundum consuetudinem eorū qui suspendūtur qdē, nō autē percutiuntur, vt videretur beneficiū dei fuisse q̧ expirauit, & meritū orationis eius magis q̄ violentia crucis.
G Illud etiā qđ in sequentibus exponit Marcus, cū Ioseph itrasset apud Pilatū, & petiisset corpus Iesu, hoc ipsum significat. Sic enim dicit, q̧ Pilatus miratus est si iam mortuus esset, & vocans Centurionem interrogauit eum si iam mortuus esset: & cū audisset a Centurione, donauit corpus eius Ioseph. Si em̄ consuetudo quæ apud Romanos fuerat de crucifixis, atq̧ percussis, in Christo seruata fuisset: quomodo miratus fuisset Pilatus si iam mortuus est? Vide ergo nisi nouū demōstrat miraculum q̧ iam mortuus erat, & q̧ vocauit Cēturionem Pilatus, & interrogauit si iam mortuus est. Vide aūt nisi huiusmodi cruciatum fuisse Christi etiā Mattheus ostendit, dicens. Centurio & qui cū eo erant seruabāt Iesum. Quare autē eū seruabāt, nisi vt diutius pēdēs in cruce amplius cruciaretur, neq̧ interfectus neq̧ depositus? Tamē Centurio secūdū Mattheum nō tantū dixit de Iesu: Vere filius dei erat iste: sed & timuit eū, terræ motu eū in timorē mittēte. Forsitā autē & experimēto sciebat, super terrę motus qui in gētibus fiūt, eū terrę motū fuisse: & in hoc stupuit videns. Et obserua q̧ apud Marcum vbi Centurio nullum miraculū vidisse refertur, hominē dixit Iesum filiū dei: q aūt cōscissione veli, vel a terrę motu stupuit, hominē illū fuisse non dicit, sed filiū dei. Consentit autē nobis ad tractatū quē fecim⁹ de scriptura Marci, etiā sermo cōscriptionis Lucę, q̧ & ipse sic scribit: Vere hic H
homo iustus erat: apud quem nihil aliud dicitur, nisi de velo. Vidēs (inquit) quę facta sunt Centurio, glorificauit deum, dicens: Vere iustus erat hic homo. Q; autem tale aliquid factum est in tēpore cōdemnationis Christi, & nō iussit Pilatus cōsuetudinē seruare vt percutiatur corpus Christi, manifestat etiā Ioannes hoc modo scribens, q̧ rogauerunt Pilatū vt frangerentur crura eorum, & tollerentur. Quid autē necessariū fuerat rogare, & preces offerre de hoc, si secūdū cōsuetudinē factum fuisset? Miserti sunt ergo Iudęi post crudelem cōdemnationē eorū q quātū ad existimationē eorū viuebāt in cruciatu terribili. Et prioris quidē crura fregerūt, similiter & secūdi: Iesus I
autē non opus habuit intercessionibus eorū, aut precibus quas obtulerūt Pilato: ꝑpter qđ veniētes ad Iesum, qa iam mortuus erat, crura eius non fregerunt. Aut forte non propter misericordiā hoc fecerūt Iudæi, sed principaliter ꝑpter sabbatū, vt nō maneāt corpora sup crucē in sabbato. Erat em̄ magnus dies ille sabbati. Hęc tractauim⁹ ꝑpterea q̧ scriptū est, q̧ Cēturio & q cū eo erāt seruabāt Iesum, & cętera, vidētes terrę motū, & quæcūq̧ fiebāt, timuerūt. Verisimile est q̧ viderūt quomodo velum templi conscissum vsq̧ deorsum, & cætera mysteriū ostendētia eorū quę supra tradidimus, & timuerūt valde: hoc enim significat quod dicit valde. Vide aūt ne forte & moralem expositionē suscipit sermo hoc modo, q̧ sunt quidam qui suscipiūt Christum & seruant: quasi quādo viderint secūdū qđ tradidimus velum scindi, & petras sicut exposuimus findi, & monumēta secūdū qđ exposuim⁹ aperiri, & corpora mortuoꝝ sanctoꝝ exeūtia de monumētis, & introeuntia in ciuitatē sanctā id est ecclesiā: adducunī in timorē dei, & testimoniū perhibent q̧ filius dei est qui talia passus est. Et non erit mirum si confessus fuerat

aliquis filiũ dei, verbũ, & sapiẽtiam, & verita
tẽ, & omnia quęcũq; dicitur filius dei. Et lau
dabilis est, q nõ cõturbatur in his quæ viden
tur contigisse ei more humano, & confitetur
A ꝙ filius erat dei. ERANT autem ibi mulie-
,, res a lõge vidẽtes, q̃ secutę fuerãt Iesum a Ga
,, lilęa ministrãtes ei, inter quas erat Maria Ma
,, gdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, &
,, mater filiorũ Zebedæi. De istis mulieribus ꝓ
phetasse referũt Esaiam dicentẽ. Mulieres ve
niẽtes ad spectaculũ venite: nõ. n. est populus
habens sapientiã. Vocat eñ mulieres quę fue
rãt de lõge, & de longe videbãt Iesum, vocat
eas ad verbũ, vt derelinquãt quidẽ populum
insensatũ, & derelictũ, & accedant ad nouũ te
stamẽtum. Beatas autẽ arbitror esse mulieres
quę ędificant ad beatitudinẽ a spectaculo ver
bi, & a morte corporis Iesu. Oĩe enim qđ est
in Christo, si vere videat, beatũ facit videntẽ.
Aspiciũt ergo mortificationẽ corporis Iesu,
& modũ quo cũ precibus spiritũ suũ cõmẽda
uit patri. Hæ primũ secutæ sunt a Galilæa, &
vt audens dicã, vtẽs auctoritate scripturæ di
cẽtis, a Galilęa gentiũ secutæ sunt, nõ a recta
neq; a firma, sed circuitũ quẽdã habente: hoc
enim intelligitur Galilęa, id est volutatio vel
vertigo: quã relinquentes secutę sunt Iesum,
nõ ociosę, sed faciẽtes quę mandabãtur ab eo,
& delectabãt eũ: ministrãtes ei sequebãtur
eum. Omnis anima autẽ diuisionẽ aliquã gra
tiarũ, & ipsum dominũ participans, ministrat
Iesu ministeriũ simile ministeriis angelorum,
de quibus scriptum est, ꝙ accedentes angeli
B ministrabant ei. Multæ ergo erant expectã
tes tunc Iesum: præcipuæ autem nominatæ
sunt, & quasi attentius spectantes, & amplius
ministrãtes, & melius sequẽtes. Maria Magda
lena, magis interpretationi nominis patrię suæ
conueniens quę Magdalena appellatur. Interp-
pretatur autẽ magnificatio locus ille. Et erat
hæc Maria Magdalena de magnificatione ꝓ-
pter nihil aliud nisi quia secuta fuerat Iesum
& ministrauerat ei, & spectauerat mysterium
passionis ipsius. Erat autẽ inter præcipuas &
Maria Iacobi & Ioseph mater, aut sicut Mar-
cus dicit: Iacobi minoris & Ioseph mater, se-
cũdum nomẽ patriarchę Iacob supplãtatoris
fratris sui, & Ioseph super quem natum geni
trix dicit: Adiiciat mihi dominus filium alte
rum. Et hęc igitur sequens dominum, & mi-
nistrans, & spectans dispensationem passionis
ipsius, qm̃ fidelis alicuius fuerat mater, non
magni alicuius qualis fuerat patriarcha Ia-
cob, sed minoris: Ioseph alterius. Erat autem
inter mulieres & mater filiorum Zebedęi, for

sitan aliqua cõsistens in mysterio tonitrus ꝓ-
pter fidem & vitam sanctam, & qa dominum
sequebatur, & ministrabat, & spectatrix fue-
rat omnium quę gesta fuerãt circa eum, quia
filii Zebedæi vocati sunt filii tonitrui. Erant
enim filii eius Ioãnes & Iacobus: ideo Ioãnes
audiuit septem tonitruum verba, quæ quasi
eminentiora omni scriptura vt non scriberet
accepit mandatum. Si autem oportet opina- C
ri, & dicere etiam nomen matris filiorum Ze
bedæi: dico ꝙ hæc ipsa fuerat Salome pacifi-
ca appellata. Opinatus sum autem hoc vidẽs
apud Matthæum & Marcum tres præcipuas
mulieres nominatas, de quibus præsens ser-
mo habetur. Et duas quidem esse præsens euã
gelista exponit: Mariam Magdalenam, & Ma-
riam Iacobi: tertiam autem dici matrem filio
rum Zebedæi. Apud Marcum autem tertia il
la Salome appellatur: & secũdum Marcũ, quę
secutę fuerant Iesum a Galilæa, cum Christo
ascenderunt in Hierusalem. Iste est enim finis
eorum qui derelinquũt Galilæam gẽtium, &
sequũtur Iesum, vt non solũ ascẽdant in Hie
rusalem, sed etiam cum Iesu ascendãt in eam.
Hoc enim significat ꝙ simul ascẽdisse referun
tur cũ Christo. CVM sero aũt factũ fuisset, D
venit quidam homo diues ab Arimathia no ,,
mine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. ,,
Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. ,,
Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Qui petit ,,
corpus domini a Pilato, non qualiscũq; aliqs
erat, sed laudabilib⁹ diuitiis diues: & quia de
curio cõstitutus, mysterium nominis Christi
portabat in veritate, qđ est decem, ideo liben
ter ꝓ beneficio magno postulauit corpus Ie-
su a Pilato, & nõ permisit eũ pẽdere in ligno.
Propterea laudatur ab euangelistis quasi iu-
stus: & discipulus fuerat Iesu, & fructus disci
pulatus sui reddidit forte sicut in multis sic
& in corpore Christi, qa expectans erat regnũ
dei sicut docuerat Iesus. ET accepto corpo E
re Ioseph inuoluit ĩ sindone mũda, & posuit ,,
ipsum in monumẽto suo nouo, qđ excidit in ,,
petra, & aduoluit lapidẽ magnũ ad ostiũ mo ,,
numenti, & abiit. In sindone mũda inuoluit ,,
& in monumẽto posuit nouo vbi nemo mor
tuus erat, seruans corpus Iesu ad resurrectio
nem pręcipuam. Puto autẽ magis mũditiam
sindo illa habebat ex quo inolutũ est corpus
Christi q̃ prius: corpus enim Iesu etiã in mor
te constitutũ, quasi corpus Iesu mũdabat oia
quęcũq; tangebat, & magis innouabat monu
mentũ illud nouum quod fuerat excisum in
petra. Et ne existimes ꝙ fortuitu scriptũ est,
& euentu dictum est, ꝙ inuoluit corpus

in sindone munda,& in monumento posuit
nouo, & ꝙ monumētum illud erat excisum
in petra monumentū mundum qđ a corpore
Iesu mūdius erat factū q̄ fuerat,prius q̄ pone
retur Iesu corpus in eo. Quæres autē si sunt
homines nihil ampli⁹ habētes q̄ corpus Iesu,
noui quidem & excisi in petra,& monumētū
sunt eius mundum,& ideo salui efficiuntur.
Consequenter autē & alii sunt extra eos qui
habent Iesum viuentem:& quidam eorū ha-
bent Iesum & ante passionem viuentem , qdā
autem resurgentē a mortuis, quidam secūdū
qđ multis apparet, nō habētem speciem atq
decorem.Alii aūt habēt in gloriam reforma
tum,alii autem vident eum ascendentem , &
sperant cū eo rapi in nube,vt semper habean
tur cum ipso.Ergo Mattheus nouū esse mo-
numentū conscripsit,& in petra excisum non
F exposuit manifeste . Et ꝙ nouū erat ab omni
corpore mortuo , manifestauerunt Lucas &
Ioannes:quorum Lucas quidem dixit:In quo
nōdū erat aliquis positus:Ioannes autem: In
quo nondū aliquis positus erat.plane si nunq̄
aliquis positus fuerat ibi,postea autem positi
sunt:nam quod dicit:In quo nōdum aliquis
positus erat , caute considerantibus verbum
hoc significat.Dicimus ergo ꝙ forte nō sim-
pliciter intelligere debemus hūc locum: qm̄
qui dixit:Consepulti sumus Christo per ba-
ptismum,& consurreximus ei:in monumēto
nouo & intelligibili exciso in petra consepul
tus est & ipse post Christum cum Christo,&
omnes qui consepulti sunt Christo in bapti-
smo vt resurgant cū eo ex nouo monumēto
primogeniti ex mortuis,& in omnib⁹ prima-
G tū tenētis. Voluit autem Ioseph non lapides
multos ad ostium monumenti,sed vnū,& ma
gnū: & maiorem q̄ poterat esse insidiantium
virtus,non tamē maiorē q̄ virtus erat angeli
descendentis de cęlo,& reuoluentis ab eo la-
pidem,& sedentis super ipsum:qm̄ om̄ia quæ
sunt circa corpus Christi Iesu munda sunt &
noua,& non simpliciter magna,sed valde oīa
magna. ERANT aūt ibi Maria Magdalena
& altera Maria sedētes contra sepulcrū. Post
hæc charitas duarum Mariarū,Magdalenæ,
& matris Iacobi & Ioseph , colligauit eas ad
monumētum nouū, propter corpus Iesu qđ
fuerat ibi.Et hoc obserua,ꝙ superius duę istę
Marię,& mater filiorum Zebedęi quam existi
mamus ipsam esse Salomen, de longe specta-
bāt mirabilia quæ in passione Christi fiebāt,
& corpus eius suspēsum in ligno. Hic autem
non permanserunt tres, mater enim filiorum
Zebedęi non scribitur cū Maria Magdalena,
& cū Maria matre Iacobi & Ioseph simul se-
dere cōtra sepulcrum.Forsitan enim vsq hoc
ꝑuenire potuit mater filiorum Zebedęi:istę
autē quasi maiores in charitate, neq his quę
postea gesta sunt defuerūt. ALtera autē die H
quę est post Parasceuen,conuenerunt princi-
pes sacerdotū & Pharisęi ad Pilatū, dicentes.
Domine, rememorari sumus ꝙ ille seductor
dixit adhuc viuēs: Post tertiū diē resurgam.
Iube ergo custodiri sepulcrum vsq in diem
tertiū,ne forte veniant discipuli eius & furē-
tur eum,& dicāt plebi:Resurrexit a mortuis
& erit nouissimus error peior priore. Ait aūt
illis Pilatus.Habetis custodes:ite custodite si
cut scitis.Illi autem eūtes muniuerunt sepul
crum,signantes lapidem cū custodibus. Ra
tionis est īterrogare principes sacerdotū qui
venerūt ad Pilatū vt dicerēt hęc q̄ dixerunt.
Dicite sacerdotes:cum dixisset Iesus: Soluite I
templū hoc,& ego in triduo illud suscitabo:
ad qđ ꝓpositū eū dixisse putastis: an de solu-
tione & resurrectione corporis sui?an de tem
pli destructione,& reparatione ipsius?Si enim
intellexistis sic , ꝙ de resurrectione sua ista
dicebat,quomodo testimoniū dantes aduer-
sus eū dixistis , ꝙ hic dixit: Possum destrue-
re templum hoc,& ī triduo reędificare illud?
Si autem vere de templo illo non intellexistis
secūdū qđ & testimoniū prębuistis, vnde mo
do scitis ꝙ dixit, post tres dies a mortuis se
resurrecturum? Vide ergo quomodo impie-
tas seipsam suis verbis expugnat.Per hæc em̄
verba ipsi testimonium suū illud condemnāt
qm̄ vere intelligentes eū de resurrectione cor
poris sui illa dicere,& scientes conuerterunt
sermones eius ad destructionem & reparatio
nem illius insensibilis templi.Adhuc autē in-
terrogo : Quid dicitis sacerdotes ? nempe ꝙ K
dicebat hominibus:Post tres dies resurgam,
& secreto mādabat discipulis suis, vt furētur
eum noctu, & dicāt post tres dies,ꝙ surrexit
a mortuis.Sed hoc ex hoc ipso īcredibile est,
post tātos sermones morales quos in populo
docuit vniuerso,& post tales & tantas virtu
tes quas vbiq in omni Iudęa ostēdit,vt falle-
ret discipulos suos verbis,vt etiam ipsi culpa
rent ista mandantem,& ideo nequaq̄ facerent
qđ mandabat,maxime propter periculum qđ
imminebat eis a populo si cōfiterētur eū qui
ante modicum fuerat crucifixus , & doctorē
se habere & Christū. Si autē hoc dixisse eum
incredibile est,vide nisi consequēs est,vt sicut
prodigia fecit,vt sicut Euangeliū suū prædi-
cādū in toto mūdo prędixit,& sicut Ante ꝓ-
sides & reges stabitis,& sicut Hierusalem de

struetur ab exercitu: sic & de resurrectiõe sua prædixit qđ ait: Soluite templũ hoc, & ego in triduo suscitabo ipm. Propterea & in preiudicium suum locuti sunt sacerdotes & pharisei ad Pilatum dicentes, ꝙ ille seductor dixit ad
A huc viuẽs, ꝙ post tres dies resurgam. Adhuc autem vide ꝙ quidam venientes de custodibus in ciuitatem nunciauerunt non aliis, sed ipsis principibus sacerdotum omnia quæcunꝙ fuerant facta, vt ex omni parte inexcusabilis eorum constituatur impietas: illi autẽ nec sic misertimi acquieuerunt documentis tantis, vt susciperent quia Iesus erat Christ⁹, sed & post omnia hęc malignabantur propter duritiam cordis sui. Sicut iduratum fuerat cor Pharaonis super tantis & talibus prodigiis quæ in Aegypto fuerant facta: sic & isti sunt indurati, vt congregati cum senioribus, & cõsilium accipientes darent pecuniam auaris, vt dicant, ꝙ discipuli eius venientes noctu furati sunt eum dormientibus nobis: & qui legebant in lege: Non falsum testimonium dices, etiam alios ad falsum testimonium inuitabant, expendentes pecuniam multam, vt milites quidem falsum testimonium dicant, propter auaritiam periculis se subdentes si furatum esset corpus Iesu, præsidem autem multo magis placarent, & ei suaderent tantis pecuniis quantis poterat præses placari, siue autem & precib⁹, volentes eruere eos de periculis aduersus seipsos falsum testimonium præbuerunt dicentes, contra disciplinam militarem obdormisse se tũc tanto somno, vt discipuli ausi essent venire simul, & multi confidentes ꝙ milites dormiũt abundantius, & sic furarent corpus Iesu. Et hæc omnia gerebantur ab operantib⁹ contrariis virtutibus contra Christi doctrinam, existimantibus ꝙ poterant extinguere a vita hominũ, de resurrectione domini prouidentiam dei, & fidem. Et sicut nimia duritia Pharaonis non est mollita multis prodigiis factis per Moysen: sic aũt amplius duritia cordis istorũ non solum factis signis & prodigiis non est flexa, sed neꝙ custodibus nũciantibus crediderunt, qui venerunt in ciuitatem, & nũciauerunt omnia quęcunꝙ fuerant facta. Et Pharaoni quidem dictũ est: Ad hoc ipsum te suscitaui vt ostendam in te virtutem meam, & vt annũcietur nomen meum in vniuersa terra: istos autem supportauit magnanimitas dei, vt p̄ vasa iræ p̄parata in interitum, fiat salus in gentibus.

Finis Homiliarum Origenis in Matthæum ab eo loco vbi ait: Venit Iesus in partes Cęsareæ Philippi, vsꝙ ad finem ipsius Euangelii.

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI Presbyteri, in explanationem sancti Lucæ ab Adamantio Origene.

ANTE PAVcos dies quorundam in Matthęũ & in Lucã cõmentarios vos legisse dixistis: e quibus alter & sensibus hebes esset, & verbis: alter in verbis luderet, in sentẽtiis dormitaret. Quamobrẽ B petistis vt contemptis istiusmodi nugis, saltẽ Adamãtii nostri in Lucam Homilias sicut in gręco habentur interpretet, molestam rem & tormento similem, alieno (vt ait Tullius) stomacho & non suo scribere. Quã tamen idcirco nunc faciam, quia sublimiora non poscitis. Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blesilla flagitauerat, vt. XXXVI. Tomos illius ĩ Matthęũ, & quinꝙ alios ĩ Lucã, &. XXXIX. in Ioannem, nostrę linguę traderem: nec viriũ mearum, nec ocii, nec laboris est. Perspicitis enim, quãtum apud me, & auctoritas vestra, & voluntas valet. Pretermisi paululũ Hebraicarum quæstionum libros, vt ad arbitriũ vestrum lucrati operis hęc qualiacunꝙ sunt nõ mea, sed aliena dictarem: presertim cum a sinistro oscinem coruum audiam crocitantem, & mirum in modum de cunctarum auium ridere colorib⁹: cum totus ipse tenebrosus sit. Fateor itaꝙ anteꝙ̃ ille obiiciat in his Origenem tractatibus, quasi iterum talis luderem, alia sunt virilia eius, & senectutis seria. Quæ si liberit, si potuerit, si dominus vt in latinum sermonem vetram dederit commeatũ, & prætermissum opus prius expleuero: tunc videre poteritis, immo per vos Romana lingua cognoscet, quantũ boni & ante nescierit, & scire nunc cœperit. Præterea cõmentarios viri eloquentissimi Hilarii, & beati martyris Victorini, quos ĩ Matthæo diuerso sermõe, sed vna gratia spiritus ediderũt, post paucos dies ad vos mittere disposui: ne ignoretis quantum nostris quoꝙ hominibus sanctarum scripturarum quondam studium fuerit.

Finis Prologi sancti Hieronymi Presbyteri.

INCIPIVNT HOMILIAE ORIGENIS
in Lucam.XXXIX.translatę a sancto Hiero
nymo presbytero Bethlē, quas multi putāt
nō esse Origenis propter multiplicitatē erro
rū insertorū.Siquis tamē propius inspexerit,
inueniet æmulos eiusdē Adamantii Origenis
hoc nouo lędendi genere sancta scripta pii ac
religiosissimi patris polluisse,putātes pelagus
doctrinæ ipsius prorsus profanare si optimo
semini veritatis illibatę pestiferū zizaniæ to-
xicū superseminassent , vt in Prologo totius
operis ostendimus.Qui iam hęc legis, ora in
spiritu,& mente,vt quę legis intelligas.

IN PROOEMIVM LVCAE, VSQVE
ad eum locum vbi ait : Scribere tibi optime
Theophile.Dictę Homilię in diebus Dñicis.
Homilia Prima.

C ICVT OLIM IN
populo Iudæorum
multi prophetiam
pollicebātur, & qdā
erāt pseudoprophe
tę,e quibꝰ vnus fuit
Ananias filiꝰ Agor:
alii vero prophetæ:
& erat gratia in po
pulo discernendorū
spirituū,p quā alii īter pphetas recipiebant,
nōnulli quasi nūmi falsi ab exercitatissimis tra
pezetis reprobabant:ita & nūc in nouo testa-
mēto multi conati sunt scribere Euāgelia,sed
nō oēs recepti.Et vt sciatis non solū quatuor
Euāgelia, sed plurima esse conscripta, e qbus
hęc quæ habemus electa sunt,& tradita eccle
siis,& ex ipso procemio Lucæ qđ ita contexit
cognoscamꝰ. Qm̄ quidem multi conati sunt
ordinare narrationē.Hoc qđ ait:Conati sunt
latentē habet accusationē eorū, q absq3 gratia
spiritus sancti ad scribēda Euāgelia psilierūt.
Matthæus quippe, & Marcus, & Ioannes, &
Lucas nō sunt conati scribere,sed spiritu san-
cto pleni scripserūt Euāgelia.Multi igit cona
ti sunt ordinare narrationē de his rebus quæ
D manifestissime cognitę sunt in nobis. Ecclesia
quatuor habet Euangelia,hæreses plurima:
e quibꝰ quoddā scribit secūdū Aegyptios,ali
ud iuxta duodecim Apostolos.Ausus fuit &
Basilides scribere Euāgeliū, & suo illud noie
titulare.Multi conati sunt scribere,sed & mul
ti conati sunt ordinare:Quatuor tātū euāge
lia sunt plata,e qbus sub psona dñi & Salua-
toris nostri pferēda sunt dogmata.Scio quod
dā Euangeliū,qđ appellat secūdū Thomā, &
iuxta Matthiam , & alia plura legimus ne qd
ignorare videremur,propter eos q se putant
aliqd scire,si ista cognouerint.Sed in his oībꝰ
nihil aliud pbamꝰ,nisi qđ ecclesia, id est qua-
tuor tm̄ Euangelia recipiēda.Hęc idcirco, qa
in pricipio lectū est : Multi conati sunt ordi-
nare narrationē de his rebꝰ q̄ cōfirmatę sunt
in nobis.Illi tētauerūt,atq3 conati sunt de his
rebꝰ scribere,q̄ nobis manifestissime sunt cō-
pertę.Effectum suū Lucas indicat ex sermone
quo ait:In nobis manifestissime sunt ostensæ,
id est πεπληροφορημένων, quod vno verbo lati
nus sermo non explicat.Certa enim fide & ra E
tione cognouerat, neq3 in aliquo fluctuabat,
vtrū ita esset,an aliter.Hoc aūt illis euenit, q
fidelissime crediderūt,& id qđ Propheta obse
crat,cōsecuti sunt,& dicūt: Cōfirma me ī ser
monibꝰ tuis.Vñ & Apostolus de his q erant
firmi,atq3 robusti,ait. Vt sitis radicati & fun
dati ī fide.Si qs.n.radicatꝰ ī fide est, atq3 fūda
tus,licet tēpestas fuerit exorta,licet vēti flaue
rint,licet se imber effuderit:nō conuellet,nec
corruet:qa sup petrā ędificiū solida mole fun
datū est.Nec putemꝰ oculis istis carnalibꝰ fir
mitatē fidei dari,quā mēs,& ratio tribuit. In
fideles qq3 credant signis,atq3 portētis, q̄ hu-
mana acies cōtuet:Fidelis vero magis prudēs
atq3 robustus,rationē sequat, & verbū : & sic
diiudicet qd verū quidve falsum sit.Sicut tra
diderūt nobis q ab initio ipsi viderunt,& mi-
nistri fuerunt sermonis.In Exodo scriptū est.
Populus videbat vocē dei.Et certe vox audit
potius q̄ videt:sed propterea scriptum est,vt
ostēderet nobis aliis oculis videre vocē dei,q
bus illā aspiciūt q merent.Porro in Euāgelio F
nō vox cernit,sed sermo q voce pstantior est.
Vnde nūc dicit:Sicut ab initio tradiderūt no
bis,q a pricipio ipi viderūt,& ministri fuerūt
sermonis.Igit Apostoli ipsi viderūt sermonē:
non qa aspexerant corpus dñi Saluatoris,sed
qa verbū viderūt:Si em̄ iuxta corpus vidisse
Iesum,hoc est dei vidisse sermonē: ergo & Pi
latus q cōdēnauit,sermonē dei vidit,& Iudas
proditor,& oēs q clamauerūt:Crucifige,cru
cifige eū,tolle de terra talē,dei viderunt ser-
monē. Sed absit vt qsq̄ icredulus sermonē dei
viderit. Videre sermonē dei,tale est quale Sal
uator ait:Qui videt me, videt & patrē q mi-
sit me.Sicut tradiderūt nobis q a pricipio ipi
viderūt,& ministri fuerūt sermonis.Clam Lu
cę sermonibus edocemur,q3 cuiusdā doctrinę
finis sit ipsa doctrina,alterius vero doctrinæ
finis ī ope cōputet . Verbi gra:sciētia geome
trię finē habet ipsam tm̄ scientiā atq3 doctri-
nā.Alia vero sciētia ē cuius finis opus exigit:
velut ī medicina oportet me rōnē,& dogmata
scire medicinę,nō vt tm̄mō nouerī qd debeā

facere,sed vt faciam,id est vt secem vulnera,
victum moderatum castigatumq; disponam,
ęstus febrium in pulsu venarum sentiā,vt cu
rationibus cyclicis humorū abundātiā siccē,
temperem,atq; restringam.Quę si quis tantū
scierit,& nō opere fuerit subsecutꝰ: cassa erit
eius scientia.Simile quid scientię medicinę &
operi,etiam in notitia ministerioq; sermonis
est.Sicut tradiderūt nobis qui a principio ipsi
viderunt, & ministri fuerūt sermonis.Vt ex
eo qđ dixit:Ipsi viderūt, doctrinā & scientiā
significari,& ex eo qđ dixit:Ministri fuerunt
sermonis , demonstrari opera cognoscamus.
Assecuto a principio.Visum est & mihi asse-
cuto ab initio.Inculcat,ac replicat, ꝙ ea quæ
scripturus est nō rumore cognouerit, sed ab
initio ipse fuerit consecutus. Vnde & ab apo
stolo merito collaudatur dicente:Cuius laus
in euangelio est per omnes ecclesias. Hoc em̄
de nullo alio dicitur,nec nisi de Luca dictum
traditur . Visum est & mihi assecuto a prin-
cipio omnia diligenter ex ordine tibi scribere
A optime Theophile.Putat aliquis ꝙ ad Theo
philum quempiam euāgeliū scripserit: om̄es
qui nos auditis loquentes, si tales fueritis vt
diligamini a deo,& vos Theophili estis,& ad
vos euāgeliū scribit.Si quis Theophilus est,
iste optimus & fortissimus est.hoc quippe si-
gnificantius gręco sermone dicitur κράτιστος
Nemo Theophilus,infirmꝰ est.Et quomodo
scriptum est de populo Israel quādo egredie-
batur ex Aegypto ꝙ nō fuerit in tribubꝰ eo-
rum infirmus,sic vt audacter loquar,dicā, ꝙ
om̄is qui Theophilus est,sit robustus, habēs
fortitudinem robustam a deo, tāq̄ a sermone
eius, vt cognoscere possit eorum verborum
quibus conditus est veritatem,intelligēs ser-
monem euangelii in Christo:Cui gloria in se
cula seculorum.Amen.

De eo qđ scriptum est.Erant autem iusti
ambo in conspectu dei,ambulātes in omnibꝰ
mādatis,& iustificationibus dn̄i sine querela.

Cap.I. Homilia Secunda.

B QVi volūt peccatis suis obtē-
dere aliquam excusationem
existimāt nullū esse absq; pec
cato,& vtuntur testimonio
qđ in Iob scriptū est: Nemo
mūdus a sorde, nec si vnius
quidē diei fuerit vita eius super terrā. Nume
rabiles autē mēses eiꝰ.Cuius sonū tātūmodo
proferūt,interpretationē penitus ignorātes.
Aduersus quos breuiter respondebimus , ꝙ
absq; peccato esse in scripturis,dupliciter in-
telligitur:vt sit alterū,nūq̄ omnino peccasse:
alterū,peccare desisse.Si igitur aiunt eū absq;
peccato dici qui nunq̄ peccauerit,& nos assen
timus nullū esse absq; peccato:qa om̄es homi
nes aliquando peccauimus, licet postea virtu
tem secuti sumus.Si vero sic intelligunt,ho-
minē nō esse absq; peccato,vt negēt quēpiam
post vitia ita se ad virtutes referre,vt nūq̄ om̄i
no peccet,falsa eorū sentētia est.Potest em̄ fie
ri,vt q ante peccauerit,& peccare desiuerit,si
ne peccato esse dicatur.Sic & dn̄s noster Iesus
Christus exhibuit sibi gloriosam ecclesiā, nō
habentē maculam : nō quia ecclesiasticus vir
nūq̄ habuerit maculā, sed quia nequaq̄ vltra
maculetur:non habentē rugam,non ꝙ ruga
veteris hominis in eo aliquādo nō fuerit, sed
ꝙ eā habere desierit.In hūc modū & illud qđ
sequitur est intelligēdū,vt sit sancta & imma
culata ,non ꝙ a principio immaculata fuerit,
hoc enim suspicari quidē de homine non po-
test,ꝙ anima eius maculosa non fuerit.sed ꝙ
reputetur pura atq; sincera,quę maculari vl
tra desierit.Hęc idcirco dixímꝰ,vt doceremꝰ C
posse hominē ob id ꝙ peccare desiuit, vocari
absq; peccato & immaculatum. Vnde & ma-
nifestissime de Zacharia, & Elizabet scribitur
Erant iusti ambo in conspectu dei ambulan-
tes.In oībus aūt erāt iusti ambo ante dominū
incedētes in mādatis & iustificationibus dn̄i,
sine querela.Diligentius laudes Zachariæ &
Elizabet quas sanctus Lucas in sua scribit hi
storia,contemplemur: non tm̄ vt sciamus il-
los fuisse laudabiles,sed vt sanctum zelū assu-
mentes,etiam ipsi laude digni efficiamur.Po
tuerat simpliciter scribere : erant iusti ambo
ambulantes in om̄ibus mādatis: nunc aūt ne
cessario additur,iusti ambo in conspectu dei.
Potest quippe fieri vt sit aliquis iustus in cō-
spectu hominū,sed in cōspectu dei nō. Verbi
gratia,quādo nō habet homo qđ de me mali
loquaẗ,& in me vniuersa cōsiderās nihil cui
detrahat reperit,iustus sum in conspectu ho
minū.Finge omnes de me æqualē habere sen
tētiam,& quęrere quid detrahant mihi,& ta
men inuenire non posse, sed consono me ore
laudare:iustus sum in conspectu hominū plu
rimorum:verum hominū non est certum iu
dicium.Nesciunt enim vtrum in abscondito
cordis mei aliquando peccauerim:vtrum vi-
derim mulierem ad concupiscendum eam, &
adulterium mihi in corde sit natum.Ignorāt
homines cum me viderint secundū vires me
as eleemosynam facere, vtrum propter māda
tum dei fecerim,an hominum laudem fauo-
rēq; quęsierim . Difficilis res est in conspectu
dei iustum esse,vt non ob aliam causam quid

boni facias nisi propter ipsum bonū, & deum tm̄ quæras boni operis retributorem. Tale quid & Apostolus loquitur. Quorū laus non ex hominibus, sed ex deo est. Beatus q̄ in conspectu dei iustus est, atq; laudabilis. Homines enim q̄uis certum iudicium habere videantur, tamen non possunt ad liquidum pronunciare. Euenit quippe interdū, vt laudent eum qui non est laudabilis, & ei detrahant qui minime detractione dignus est. Solus deus & in laude, & in vituperatiōe iustus est iudex. Vnde digne & nunc additur in laude iustorum: Erant iusti ambo in conspectu dei. Tale quid & Salomon in Prouerbiis cohortatur dicēs. Fili, prouide bona in conspectu dei & hominū. Sequitur Zachariæ, & Elizabet alia laudario. Ambulantes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini. Quando bene & recte de aliquibus iudicamus, in iustificationibus domini gradimur. Quando hoc aut illud facimus, in mandatis illius ambulamus. Vnde puto & sanctum Lucam volentem eos prædicare laude perfecta, dixisse. Erant iusti ambo, ambulantes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini. Dicat mihi quispiam: Si laus ista perfecta est, quid sibi vult hoc quod dicitur, sine querela? Sufficiebat enim dicere, ambulantes in omnibus viis & iustificationibus domini: nisi posset fieri vt ambulet quis ī omnibus mandatis dei, & tamen sine querela non ambulet. Et quomodo potest euenire vt in omnibus mandatis & iustificationibus dei ambulās sub querela sit? Cui breuiter dicam. Nisi hoc ita esset, nunq̄ in alio loco nosceremus scriptum referri, Iuste id quod iustum ē sequere. Nisi enim esset iustum aliquid quod non iuste sequeremur: nequaq̄ nobis præciperetur vt iuste id quod iustū est sequeremur. Quando enim facimus mandatum dei, & in conscientia nostra vanæ gloriæ sordes respergimus, vt placeamus hominibus, aut alia, quęcunq; non placens deo, boni operis causa præcedit: q̄uis faciamus præceptum dei, tamen illud absq; querela nō facimus, & iniuste id qđ iustum est sequimur. Difficile ergo est ambulare in omnibus mandatis, & iustificationib⁹ domini sine querela, secundum testimonium & laudem dei in Christo Iesu. Quæ laus reddenda est in die iudicii ab eo, cui omnes nos manifestati oportet ante tribunal eius, vt recipiat vnusquisq; quæ per corpus gessit, siue bona, siue mala. Omnes enim stabimus ante tribunal dei vt recipiamus quod meremur in Christo Iesu: Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia Tertia. De eo quod scriptum est. Apparuit ei angelus domini stans a dextris altaris incensi.

Vę corporalia sunt, & sensu carent, vt videantur ab alio ipsa nihil efficiunt: sed tātū modo oculus alterius intentus in ea, siue voluerint illa, siue noluerint, videt quādo in ea contemplationē direxerit. Quid enī potest homo, aut alia res quæ circūdatur corpore crasso, cū in præsenti fuerit facere, ne cernatur? Econtrario ea quæ sunt superna, & diuina, ea cum in præsenti fuerint non videntur nisi ipsa voluerint: & in voluntate eorum est videri vel non videri. Gratia dei fuit vt appareret Abraham, vel cæteris prophetis: non q̄ oculus tantum cordis Abraham in causa fuerit vt cerneret deum, sed q̄ gratia dei vltro se aspiciendam prębuerit viro iusto. Hoc autem non solum super deo patre intelligas, sed etiā super domino Saluatore, & super spiritu sancto: & vt ad minora perueniam, super Cherubin & Seraphin. Fieri enim potest vt & nunc nobis loquentibus assistat angelus, & tamen quia non meremur, eum videre nequeamus. Quis enim oculus siue corporis, siue animæ nostræ ad contemplandum intendat, nisi spōte apparuerit angelus, & se videndum prębuerit, ille qui videre desiderat non videbit. Itaq; vbicunq; scriptum fuerit, apparuit deus illi, vel illi, vt & nunc: Apparuit ei angelus domini stans a dextris altaris incensi: ita (vt dixi) intellige. Siue deus, siue angelus Abrahæ, vel Zachariæ cum noluerit vel voluerit, aut non videbitur, aut videbitur. Et hoc non tantum in præsenti seculo dicimus, sed etiam in futuro cum migrauerimus e mundo: q̄ nō omnibus vel deus, vel angeli appareant: q̄ scilicet & angelos & spiritum sanctū & dominū Saluatorem & ipsum deum patrem is qui de corpore exierit statim mereaē videre: sed ille tantum videbit qui mundum habuerit cor, & talem se præbuerit vt dignus dei sit aspectu. Et q̄uis in eodem loco sit qui mundo corde est, & is qui adhuc aliqua sorde respergitur, vn⁹ locus nec nocere quēpiā poterit, nec iuuare: quia qui mūdū cor habuerit deū videbit: qui aūt non talis fuerit, id qđ alii cernūt nō videbit. Tale quid mihi intelligēdū & de Christo qui quondā in corpore videbatur, q̄ non qui cūq; eū videbāt poterāt videre. Videbāt quippe tantū corpus illius: secūdū vero hoc quod Christus erat, eū videre nō poterāt. Porro discipuli eum videbant, & magnitudinē diuini

tatis illius contéplabatur. Propter qđ puto & ad Philippum deprecantem, atq; dicenté. Ostéde nobis patrem & sufficit nobis: respõ disse Saluatorem. Tanto tépore vobiscũ sum & nõ cognouistis me! Philippe qui videt me videt & patrem. Neq; eñ Pilatus q videbat Iesum, ituebatur patrẽ, nec proditor Iudas, qa nec ipse Pilatus, nec Iudas Christum secũ dũ hoc qđ erat Christus videbant, nec multi tudo quę coarctabat eum. Illi tantũ videbát Iesum, quos aspectu suo dignos esse sciebat. Laboremus ergo & nos, vt & impræsentiarũ nobis deus appareat. Sanctus quippe scriptu rarũ semo promisit, q; inuenietur ab his qui nõ tentant eũ: apparet aũt his q nõ sunt increduli in eũ, & in futuro nõ abscondatur a nobis: sed videamus eũ facie ad faciem: & ha beamus fiduciam bonę vitæ, fruamurq; conspectu omnipotẽtis dei in Christo Iesu, & spi ritu sancto: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia Quarta de eo quod scriptum est, Ne timeas Zacharia. vsq; ad eũ locũ vbi ait de Ioanne, Pręcedet coram ipso in spiritu & virtute Helię. Cap.I.

A

Acharias cum angelum vidisset, expauit. Noua qppe facies humanis obtutib⁹ se prębens turbat mẽtem, animũq; cõsternat. Vnde ange lus sciẽs hanc esse humanã naturã, primũ perturbationi medetur dicẽs, Noli timere Zacharia: & trepidatẽ refocillat, nouoq; lętificat núcio inferens: Exaudita est oratio tua, & vxor tua Elizabet pariet fi liũ, & vocabis nomẽ eius Ioannẽ: & erit tibi gaudiũ, & exultatio. Quãdo iustus quis ori tur mũdo, & stadiũ huius vitę ingredif: ministri natiuitatis eius lętantur, & se efferũt in sublime. Quãdo vero ille nascitur q malę vitæ præparatus est, & quasi ob pœnas in er gastulum relegatus, minister consternatur, & concidit. Vis exẽplum accipere sancti viri cuius omnis fructus in laude sit? Vide Iacob duodecim genuisse mares, qui omnes popu li dei & partis illius patriarchę & principes extiterunt: in his omnibus Iacob lætabatur pater: sicut & nũc de Ioannis natiuitate cũ ctis gaudium nunciatur: & qui semel ob vti litatem aliorum ad liberorum opera descenderit, & se voluerit huic ministerio mancipa re, obsecret deum vt talis ei filius ingrediatur seculũ: super cuius natiuitate lætior fit.

B Scribif ergo de Ioãne, Erit magnus in cõspe ctu domini. Magnitudinẽ animę Ioãnis ostẽdit, quę oculis dei pateat: & aliqđ minus, qđ proprie in animę virtute cõspicif. Ego ita in telligo & illud qđ in euangelio dicif, Nolite cõtemnere vnũ de minimis istis q in ecclesia sunt. Minimus ibi ad distinctionem maioris intelligitur. Nõ mihi pcipif vt eũ qui grandis est cõtemnã: qa non potest contemni ille qui grandis est: sed dicif mihi, ne cõtemnas vnũ ex minimis. Vt autem scias q; minimus & paruus nõ fortuitu dicaf, sed cũ ea ratione quã posuimus, scriptũ est: Quicũq; scandalizauerit vnum de minimis istis. Minimus scandalizaf, grandis nõ potest scandalũ susti nere. Sequif de Ioanne: Et spiritu sancto re- C plebitur adhuc de vtero matris suę. Et natiuitas Ioannis plena miraculo est. Quomodo eñ dñi nostri ac Saluatoris aduentũ archan gelus nũciauit: ita & Ioãnis ortũ archãgelus nũciat. Spiritu sancto replebif adhuc de vte ro matris suę. Populus Iudæorũ facientẽ do minũ nostrũ signa atq; portẽta, & curantem infirmitates eorũ, nequaq̃ videbat: Ioãnes ve ro adhuc in vtero matris constitutus exultat. etenim nõ potest, & ad aduẽtum matris Iesu de vtero gestit erumpere. Ecce enim, ait Elizabet, vt facta est salutatio tua in aures meas, exultauit i gaudio infans i vtero meo. Adhuc in matris vtero erat Ioannes & iam spiritũ sanctũ acceperat. Nõ eñ illud principiũ erat substãtię ei⁹, atq; naturę: de qua scri ptura loquif, q; plurimos filioꝝ Israel cõuer tet ad dominũ deũ ipsorũ. Ioannes plurimos cõuertit: dominus aũt nõ plures, sed omnes. Hoc opus illius, vt oẽs cõuertat ad deũ pa trẽ. Et pcedet corã ipso in spiritu & virtute Helię. Non ait in anima Helię, sed in spiritu & virtute Helię. Fuit in Helia virtus, & spi- D ritus sicut in omnibus prophetis: & secũdũ dispẽsatione corporis in ipso quoq; domino Saluatore: de quo post paululũ ad Mariam dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Spiritus er go qui fuerat in Ioanne, & virtus quę in illo erat, in hoc quoq; apparuit. Ille trãslatus est, hic vero pręcursor domini fuit. Et mortuus est ante eum, vt ad inferna descendens illius prędicaret aduentum. Ego puto, q; sacramẽtum Ioannis vsq; hodie expleatur in mũdo. Quicũq; crediturus est in Christum Iesum, præcurrit ante eũ spũs & virtus Ioannis ad animã illius, & pparat domino populũ perfe ctum, & in cordis asperitatibus planas facit vias, & dirigit semitas parare domino plebẽ perfectam. Non illo tantũ tẽpore præparatæ sunt vię, & directę semitæ: sed vsq; hodie ad

uentum domini Saluatoris spiritus Ioannis virtusq; praecedit. O magna mysteria domini, & dispensationis eius. Angeli praecurrunt Iesum: Angeli quotidie aut ascendunt, aut descendunt super salutē hominū, in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo ꝙ Zacharias obmutuit. Cap. I.

Homilia. V.

E Zacharias sacerdos cū in tēplo offerret incensum, silentio condemnatur, & retinetur, immo rantum nutibus loquitur: & mutus vsq; ad ortū Ioānis filii perseuerat. Quo haec tendit historia? Silentium Zachariae, silentiū prophetarū est in populo Israel. Nequaq̄ loquit̄ eis deus, & sermo qui a principio erat apud patrem deus, ad nos trāsiit, nobisq; nō tacet Christus: apud illos vsq; hodie silet: quamobrem & Zacharias propheta tacuit. Manifestissime ex sermonib⁹ ipsius cōprobatur, ꝙ & propheta fuerit, & sacerdos.

F Quid vult autem hoc qđ sequitur, Annuebat eis, & damnū vocis nutibus cōpensabat? Ego puto talia esse opera absq; sermone, quę ratione nihil nuribus differunt. Vbi vero ratio & sermo praecesserit, & ita opus fuerit subsecutum: non debent existimari simplices nutus qui ornantur sermone, aut ratione. Si igitur videris conuersationem Iudaeorum sine ratione, atq; sermone, ita vt non queant eorum quae agunt rationem reddere: intellige qđ tunc in Zacharia praecessit, in imagine ipsius hucusq; compleri. Circuncisio eorū nutibus similis est. Nisi enim circūcisionis ratio reddatur: nutus est circuncisio, & opus mutum. Pascha & aliae solēnitates nutus magis sunt q̃ veritas. Vsq; hodie populus Israel surdus & mutus est: neq; poterat fieri, vt nō surdus esset & mutus, qui a se sermonē abiecerat. Et olim quidem Moyses loquebatur: Ego autē ἄλογος sum: qđ licet latinus aliter expresserit, tū proprie trāsferri potest absq; sermone siue ratione: & postq̄ hoc ait, accepit rationem & sermonem, quem confessus fuerat se antea nō habere. Populus aūt Israel prius q̃ legem acceperat, absq; ratione & sermone quodammodo mutus erat: deinde accepit sermonem, cuius imago fuit Moyses.

G Iste igitur non confitetur modo qđ tunc cōfessus est Moyses, eo ꝙ sit mutus & alogos, sed nutibus & silentio indicat se non habere sermonem, & habere rationem. Nonne tibi videtur confessio esse stultitię, quādo nullus eorum potest legalium praeceptorum, & prophetici vaticinii rationem reddere? Cessauit Christus esse in eis, reliquit eos sermo, completum est illud quod in Esaia scribitur: Relinquetur filia Sion sicut tabernaculum in vinea, & sicut custodia in cucumerario, vt ciuitas quae expugnatur. Quibus relictis salus translata est ad nationes, vt illi concitentur ad zelum. Intuentes ergo dispensationem, & arcanum dei, quomodo Israel abiectus sit in salute nostra, cauere debemus ne forte & illi nostri causa electi sint: & nos maiori supplicio digni simus: propter quos & alii derelicti sunt, & nos nihil dignum adoptione Dei & eius clemētia fecerimus, qua adoptauit nos, & in suos filios reputauit, in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo qđ scriptum est, Cum autem cōcepisset Elizabet abscōdebat se. vsq; ad eum locum vbi ait, Hic erit magnus. Cap. I.

Homilia Sexta.

Quando concepit Elizabet abscōdebat se mēsibus quin- H
q; dicens, quia sic mihi fecit dominus in diebus quibus respexit auferre opprobriū meū in hominibus. Quaero quā ob causam postq̄ intellexit se esse pregnātem, publicū declinarit? Ni fallor, hoc est etiā ꝙ hi qui nuptiis copulati sunt non omne tēpus coitus liberū inter se habent: sed est tempus quando recedūt ab opere nuptiarum. Si enī vir senex fuerit & mulier anus, pudoris est maximi seruire eos libidini, seruire coniugio: quae curae vi rorporis & senectę esse dei videntur volūtate sublatę. Hęc autem qa ad sermonē angeli & dispensationē dei rursum fuerat viro copulata, erubescebat ꝙ anus & pene decrepita ad opus iuuenū reuertisset. Vnde & abscondebat se mensibus quinq;: nō vsq; ad nonū mensem, donec partus ingrueret, sed vsquequo conciperet Maria. Quando enim illa cōcepit, & venit ad eam, & facta est salutatio iu aures eius: exultauit in gaudio infans in vtero Elizabet, & prophetauit spiritu sancto plena, & locuta est quae euangelicus sermo describit. Et diffamata sunt per oēm montanā verba hęc. Quādo enim in populo rumor egressus est habere eā iu vtero prophetā, & aliqđ maius esse hominē q̄ gestabatur a virgine: tūc nō abscondebatur, sed tota libertate se prodit, & exultat se habere pcur-
sorem in vtero, Saluatoris. Deinde scriptura I

commemorat, quod mense sexto conceptus Elizabet, missus sit angelus Gabriel a Deo in ciuitatē Galilęę, cuius nomē Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Rursum in mea mente voluens quęro quare deus cū semel Saluatorem iudicaret nasci ex virgine, non elegit puellam absque sponso: sed eam potissimum quę iam fuerat desponsata. Et nisi fallor hæc causa est. Debuit de ea virgine nasci, quę nō solū sponsum haberet: sed (vt Matthęus scribit) iam viro tradita fuerat: licet eā vir necdū nosset, ne turpitudinē virginis habitus ipse mōstraret, si virgo videretur vtero tumēti. Vnde elegāter in cusuſdā martyris epistola scriptū reperi, Ignatium dico episcopū Antiochiæ post Petrum secūdū qui in persecutione Romæ pugnauit ad bestias. Principē seculi huius latuit virginitas Marię: latuit propter Ioseph, latuit propter nuptias, latuit quia habere virū putabatur. Si enim nō habuisset sponsum, & vt putabatur virū, nequaquā potuisset principi mūdi huius abscondi. Statim enim cogitatio diaboli tacita subrepsisset: Quomodo ista quę nō concubuit cū viro prægnās est? Debet iste cōceptus esse diuinus, debet aliquid humana natura esse sublimius. Ecōtrario dispośuerat Saluator, dispensationē suā, & assumptionē corporis ignorare diabolū: vnde & in generatione sua celauit eū: & discipulis postea præcipiebat, ne manifestū eū facerent. Et cum ab ipso diabolo tentaretur, nusquam confessus est dei se esse filiū, sed tātūmodo respōdebat, Nō oportet vt adorem te, nec vt lapides istos panes faciam, nec vt me de alto præcipitem. Et cū ista diceret, tacuit semper se esse filium dei. Quære & in alia scriptura, & reperies volūtatis Christi fuisse, vt aduentū filii dei diabolus ignoraret. Apostolus enī passionem eius asserens nescisse contrarias fortitudines, ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, Sapiētiam autem non seculi huius, neque principū seculi huius qui destruūtur: sed loquimur dei sapientiā in mysterio absconditā, quā nullus principū huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nūquā dominū glorię crucifixissent. Abscōditum igitur fuit a principibus seculi mysterium Saluatoris. Quod autem ecōtrario
A obiici potest, soluēdum mihi videtur antequam ab alio proponatur, qua ratione quod principes huius seculi latuit, dæmonem non latuit eum præsertim qui in euāgelio loquebatur, venisti ante tempus torquere nos, scimus te quia sis filius Dei. Sed considera, quod minor in malitia nouerit Saluatorem: qui vero maior est in scelere, & versipellis, & nequam, ex eo ipso quod in malo maior est, impeditur nosse filium dei. Nos quoque ipsi si minus habuerimus mali, facilius possumus ad virtutem procedere. Si vero magis in nobis fuerit mali, ingenti labore sudandum est, vt maiori malicia liberemur. Hæc de eo quod sponsum habuerit Maria. Quia vero angelus nouo sermone B
Mariam salutauit, quem in omni scriptura inuenire non potui: & de hoc pauca dicenda sunt. Id enim quod ait, Aue gratia plena, quod Græce dicitur κεχαριτωμένη, vbi in scripturis alibi legerim non recordor: sed neque ad virum istiusmodi sermo est, salue gratia plene. Soli Mariæ hæc salutatio seruabatur. Si enim scisset Maria & ad alium quempiam similem factum esse sermonē (habebat quippe legis scientiam: & erat sancta, & prophetarum vaticinia quotidiana meditatione cognouerat) nunquā quasi peregrina eam salutatio terruisset. Propter quod loquitur ei angelus: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam coram domino. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Dicitur & de Ioanne, erit magnus: & hoc ipsum Gabriel angelus contestatur: Sed quādo venit Iesus vere magnus, vere sublimis, ille qui prius magnus fuerat minor effectus est. Ille enim (inquit) fuit lucerna ardens & lucēs, & vos voluistis ad horam exultare in lumine eius. Magnitudo Saluatoris nostri non tūc apparuit quādo natus est, sed nūc postquam oppressa ab aduersariis videbatur, emicuit. Vide magnitudinem domini. In omnem terram exiuit sonus doctrinæ eius, & in fines orbis terrarum verba illius. Dominus noster Iesus, qui virtus est Dei, in omnem diffusus est orbem, & impræsentiarum nobiscum est: iuxta illud quod in Apostolo legitur, Congregatis vobis & spiritu meo cū virtute domini nostri Iesu Christi. Virtus domini Saluatoris & cū his est qui ab orbe nostro in Britannia diuiduntur, & cum his qui in maritima, & cum vniuersis qui sub sole in nomine eius crediderūt.
Vide ergo magnitudinē Saluatoris quomodo in toto orbe diffusa sit, & certe necdū eius C
verā magnitudinē exposui. Ascēde in cælos, & vide eum quomodo cælestia repleuerit. Apparuit siquidem angelis. Descende cogitatione in abyssos, & videbis eum etiam illuc descendisse. Qui enim descendit, ipse est & qui ascendit, vt impleret omnia: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, ter-

restrium, & infernorum. Considera virtutem domini quod impleuerit mũdum, id est cęlestia, terrestria, & infernalia, quomodo & cælum ipsum penetrauerit, & in superna ascenderit. Legimus enim, quod pertrãsierit cęlos filius dei. Si hęc videris, pariter intueberis nõ trãsitorie dictum, Magnus erit, sed verbum opere completum. Magnus est dominus noster Iesus, & præsens, & absens, tribuitque consortium fortitudinis suæ huic cœtui nostro atque conuentui: quod vt singuli mereamur accipere: deprecemur dominum deum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est, Exurgens autem Maria cum festinatione venit in montana. vsque ad eum locum vbi ait, Erit consummatio eorum quæ dicta sunt. Cap. I.

Homilia. VII.

D Eliores ad deteriores veniũt vt eis ex aduẽtu suo aliquid tribuant emolumenti. Sic & Saluator venit ad Ioannem, vt sanctificaret baptisma illius: & Maria statim vt audiuit angelum nunciantem quod conceperit Saluatorem, & quod cognata illius Elizabet haberet in vtero, consurgens cum festinatione venit in montana, & ingressa est domum Elizabet. Iesus vero qui in vtero illius erat, festinabat adhuc in ventre matris Ioãnem positum sanctificare. Denique anteq̃ veniret Maria, & salutaret Elizabet, non exultauit infans in vtero: sed statim vt Maria loquuta est verbum, quod filius dei in ventre matris suggesserat, exultauit infans in gaudio: & tunc primum præcursorem suũ prophetam fecit Iesus. Oportebat quoque Mariam cũ dei prole dignissima, post alloquium dei ad mõtana conscendere, & in sublimioribus commorari. Vnde & scriptum est. Consurgens Maria in diebus illis, venit in montana. Debuerat etiam cum esset sollicita non pigra, properare sollicitudine, & spiritu sancto plena ad sublimiora perduci, & virtute dei protegi, a qua fuerat obumbrata. Venit ergo in ciuitatem Iudę, & in domum Zacharię, & salutauit Elizabet. Factum est cum audisset salutationem Marię Elizabet, exultauit infans in vtero ei⁹, & repleta est spiritu sancto. Nõ est itaque dubium quin quæ tũc repleta est spiritu sancto, propter filium sit repleta. Neque enim mater primũ spiritũ sanctum meruit, sed cum Ioãnes adhuc clausus in vtero sanctum spiritum accepisset: tũc & illa post sanctificationem filii repleta est spiritu sancto. Poteris hoc credere, si simile quid etiam de Saluatore cognoueris. Inuenitur beata Maria sicut in aliquãtis exẽplaribus reperimus, prophetare. Non enim ignoramus, quod secũdũ alios codices: & hæc verba Elizabet vaticinetur. Spiritu itaque sancto tũc repleta est Maria, quãdo cœpit in vtero habere Saluatorẽ. Statim enim vt spiritũ sanctum accepit dominici corporis cõditorem, & filius dei esse cœpit in vtero: etiam ipsa completa est spiritu sancto. Exultauit ergo infans in vtero Elizabet, & repleta est spiritu sancto, & clamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres. Debemus in hoc loco ne simplices quique decipiantur, ea quæ solent opponere hęretici confutare. In tantã quippe nescio quis prorupit insaniam, vt assereret negatã fuisse Mariam a Saluatore, eo quod post natiuitatem illius iũcta fuerit Ioseph: & loquutus est, quæ quali mente dixerit, ipse nouerit qui locutus est. Si quando igitur hęretici vobis tale quid obiecerint: respõdete eis, & dicite. Certe spiritu sancto plena Elizabet ait. Benedicta tu inter mulieres. Si sancto spiritu benedicta canitur Maria, quomodo eam Saluator negauit? Porro quod asserũt eã nupsisse post partum, vnde approbent nõ habẽt. Hi enim filii qui Ioseph dicebãtur, non erant orti de Maria: neque est vlla scriptura quæ et ista cõmemoret. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde mihi hoc, vt veniat mater domini mei ad me? Qđ ait, Vnde mihi hoc, nõ ignorãs dicit, & maxime spũ sancto plena, quasi nesciat quod iuxta dei volũtatẽ mater domini venerit ad eã: sed isto sensu loqtur. Quid boni feci? q̃ opa mea tanta sunt, vt mater dñi ad me veniat? Per quã iustitiã: ex qbus bonis, de qua fidelitate mentis hoc merui, vt mater dñi mei veniat ad me? Ecce enim vt facta est salutatio tua in aures meas, exultauit in exultatione infans in vtero meo. Sancta erat aĩa beati Ioãnis, & adhuc ĩ matris vtero clausa, vẽturaque in mũdũ quasi p experiẽtiæ sensum sciebat q̃ Israel ignorabat. Vnde exiliuit: & non simpliciter exiliuit, sed in gaudio. Sẽserat eñi venisse dominũ suũ, vt sanctificaret seruũ suũ, anteq̃ de matris vtero pcederet. Vtinã mihi eueniat, vt ab infidelibus stultus dicar, q talib⁹ credidi. Ipm opus ostẽdit & veritas, nõ me stultitię, sed sapiẽtię credidisse: & quod hoc qđ stultũ apud illos putat, mihi salutis occasio fit. Nisi enim fuisset cęlestis, & beata natiuitas Sal-

uatoris, nisi habuisset diuini aliquid, & humanitatem hominum supergrediens: nunq̃ totum orbem illius doctrina penetrasset. Si tantummodo fuisset in Mariæ vtero, & non dei filius: quomodo poterat fieri, vt & illo tempore & nunc non solum corporum, sed etiam animarum morbi multiplices curarentur? Quis nostrum non insipiens fuit, qui nunc propter misericordiam Dei habemus intelligentiam, & sitimus deum? Quis nostrum non incredulus iustitiæ, qui nũc propter Christum iustitiam habem⁹, sequimur ꝙ iustitiam? Quis nostrum non errabundus & vagus, qui nunc propter aduentum Saluatoris non fluctuamus, atq; turbamur: sed sumus in via: in illo videlicet qui ait, ego sum via? Possumus & reliqua congregantes, videre ꝙ omnia quæ scripta sunt de eo, diuina admiratione digna referuntur: ꝙ & natiuitas illius, & nutrimenta, & virtus, & passio, & resurrectio, non solum illo tempore, sed etiam nunc operetur in nobis. Quis vos o catechumini in ecclesia congregauit? quis stimulus impulit, vt relictis domibus in hũc cœtum coeatis? Neq; enim nos domus vestras singillatim circuiuimus: sed omnipotens pater virtute inuisibili subiicit cordibus vestris quos scit esse dignos, hunc ardorem, vt quasi inuiti, & retractantes venia tis ad fidem: maxime in exordio religionis, cum veluti trepidi, & pauentes salutis fidem cũ timore suscipitis. Obsecro vos o catechumini nolite retractare: nemo vestrum formidet, & paueat, sed sequimini præeuntem Iesum. Ille vos trahit ad salutem, congregat in ecclesiam, nunc quidem super terram: si autem dignos fructus feceritis, in ecclesiam primitiuorum qui scripti sunt in cœlestibus. Beata quę credidit, & beatus qui credidit, qa erit perfectio his quæ dicta sunt ei a domino. Super quibus & beata Maria magnificat dominum Iesum. Magnificat autem anima dominum, spiritus deum. Quæ quam habeant interpretationem, si concesserit dominus vt rursus in ecclesiam congregemur, vt festiui veniatis ad domum dei, & diuinæ lectioni præbeatis aures: quatenus, ventilabimus, differemus, in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est, Magnificat anima mea dominum. vsq; ad illum locum vbi ait: Timentibus efficit virtutem. Cap. I.

Homilia Octaua.

Ante Ioannem prophetat Elizabet, ante ortum domini Saluatoris ꝓphetat Maria. Et quomodo peccatum cœpit a muliere, & deinceps ad virum vsq; peruenit: sic & principium salutis a mulieribus habuit exordium, vt cæterę quoq; mulieres, sexus fragilitate deposita, imitarentur vitam, conuersationemq; sanctarum earum quæ vel maxime nunc in euangelio describuntur. Videamus ergo vaticinium virginale. Magnificat (ait) anima mea dominũ, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Duæ res, anima scilicet, & spiritus, duplici laude funguntur: Anima dominum prædicat, spiritus deum. Non ꝙ alia laus domini, alia dei sit: sed qa qui deus est, idem & dominus est: & qui dominus est, idem & deus sit. Quęritur quomodo magnificet dominũ. Si enim dominus nec augmẽtum, nec decrementum recipere potest: & quod est, est: qua ratione nũc Maria loquitur, Magnificat anima mea dominum? Si considerem dominum Saluatorem imaginem esse inuisibilis dei, & videam animam meam factam ad imaginem conditoris, vt imago esset imaginis: neq; em̃ anima mea specialiter imago est dei, sed ad similitudinem imaginis prioris effecta est: tũc videbo ꝙ in exemplum eorũ qui solent imagines pingere, & vno (verbi causa) vultu regis accepto ad principalem similitudinem exprimendam artis industriam commodare, vnusquisq; nostrum ad imaginem Christi formans animam suam: aut maiorem ei, aut minorem ponit imaginem: vel obsoletam, vel sordidam, aut claram, atq; lucentem, & splendentẽ ad effigiem imaginis principalis. Quando igitur grandem fecero imaginem imaginis, id est animam meam, & magnifica uero eam opere, cogitatione, sermone: tunc imago dei grandis efficitur, & ipse dominus cuius imago est in nostra anima, magnificatur. Et quomodo crescit dominus in nostra imagine: sic si peccatores fuerimus minuitur, at ꝙ decrescit. Sed nos pro imagine Saluatoris alias nobis imagines induimus: pro imagine verbi sapientiæ, iustitiæ, cæterarumq; virtutum, diaboli formam assumimus, vt dicatur de nobis. Serpentes, generatio viperarũ. Sed & leonis personam induimus, & draconis, & vulpiũ, quando venenati, crudeles, callidi sumus: necnõ & hirci, vel porci, quãdo ad libidinem promptiores. Memini quõdam Deu-

teronomium differentem in eo loco vbi scri
ptum est, Ne faciatis omnem similitudinem
omnis animalis: dixisse me ꝙ spiritalis est in
alios facere imaginem masculi, in alios fœmi
næ: illum similitudinem habere volucrum, il
lum reptilium, atqꝫ serpentium, & alium face
re similitudinem dei. Hæc quomodo intelli-
gantur sciet qui illa legerit. Anima itaqꝫ Ma
riæ primum magnificat dominum, & postea
exultat in deo. Nisi enim antea crederemus,
C exultare nõ possemus. Quia respexit (inquit)
in humilitatem ancillæ suæ. In quã humili-
tatem Mariæ respexit dominus? Quid habe-
bat mater Saluatoris humile, atqꝫ deiectum,
quę dei filium gestabat in vtero? Qđ ergo di
cit, respexit in humilitatem ancillæ suæ: tale
est quasi dixerit, Respexit in iustitiam ancillę
suæ, respexit in temperantiam, respexit in for
titudinem, atqꝫ sapientiam. Dignum quippe
est, vt virtutes respiciat. Respondeat aliquis,
& dicat: Intelligo quomodo deus iustitiã an-
cillę suæ, sapiẽtiamqꝫ respiciat: quomodo au
tem intendat humilitatem, non satis liquet.
Consideret qui qrit talia, ꝙ proprie in scri-
pturis vna de virtutibus humilitas prædice
tur. Ait quippe Saluator. Discite a me, quia
mansuetus sum, & humilis corde, & inuenie
tis requiem animabus vestris. Qꝫ si vis nomẽ
hui⁹ audire virtutis, quomodo etiam a phi
losophis appelletur: ausculta eandem esse hu
militatem quam respiciat deus, quæ ab illis
φῦσις, siue μετριότης dicitur. Sed & nos quo
dam eam possumus appellare circuitu, cũ ali
quis nõ est inflat⁹, sed ipse se deiicit. Qui eñ
inflatur, cadit secundum Apostolum in iudi
cium diaboli: siquidẽ & ille ab inflatione cœ-
pit, atqꝫ superbia. Vt non (inquit) inflatus in
iudicium incidat diaboli. Respexit super hu
militatem ancillæ suę. Humilem me (inquit)
& mansuetudinis sectantem deiectionisqꝫ vir
D tutem respexit deus. Ecce enim amodo bea-
tam me dicunt omnes generationes. Si sim-
pliciter intelligam omnes generationes, su-
per credentib⁹ illud interpretor. Si autem al
tius aliquid fuero scrutatus: animaduertam
quanti profectus sit dicere, Quia fecit mihi
magna qui est potens: qm̃ omnis qui se hu-
miliat exaltabitur. Respexit autẽ deus in hu
militatem beatæ Mariæ, propterea fecit illi
magna qui potens est, & sanctum nomẽ eius.
Et misericordia eius in generationes genera
tionum. Misericordia dei non in vnam gene
rationem, nec in duas, neqꝫ in tres, sed nec in
quinqꝫ, verum in sempiternum extenditur in
generationes generationum, timentibus po
tentiam eius. Fecit virtutem in brachio suo.
Licet infirmus ad dominum accesseris, si ti-
mueris eum, audire poteris repromissionem
quam tibi ob timorem suum dominus polli-
cetur. Quæ est ista repromissio? Timentibus
(inquit) se: fecit virtutem. Virtus siue impe-
rium, potestas est regia. Etenĩ κράτος, qđ nos
imperium possumus appellare, ab eo dicitur
ꝙ imperet, siue sub se vniuersa cõtineat. Si er
go timueris dominum: dat tibi fortitudinẽ
siue imperium, dat regnum, vt factus sub re
ge regum, possideas regnum cælorũ, in Chri
sto Iesu: cui est gloria & imperium in secula
seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est, Manebat cum
ea mensibus tribus. vsqꝫ ad eum locum
vbi ait. Et loquebatur benedicens do-
minum. Cap. I.

Homilia. IX.

Iam eorum quæ dicta sunt, E
q̃ illorum quæ facta referun
tur, debet ratio eẽ sancto spi
ritu digna, & Christi fide,
ad quam credẽtes vocamur.
Vnde & nunc causa querẽ
da est, quare Maria post conceptum venerit
ad Elizabet, & manserit cum ea mensibus tri
bus, aut quid causæ fuerit, vt Lucas qui euã
gelii scribebat historiam, etiam hoc scribe-
ret, ꝙ manserit cum ea mẽsibus trib⁹, & post
ea regressa sit in domum suam. Vtrіqꝫ debet
aliqua esse ratio: quam, si dominus aperuerit
cor nostrum, sequens sermo mõstrabit. Si eñ
eo ꝙ tantum venit Maria ad Elizabet, & sa-
lutauit eam, exultauit infans ĩ gaudio, & spi
ritu sancto plena Elizabet prophetauit ea q̃
in euangelio scripta sunt, & in vna hora tan
tos profectus habuit: nostræ coniecturæ rẽ-
linquitur, quid in tribus mensibus Ioãnes p-
fecerit, assistente Maria Elizabet. Valde quip
pe indignum est in puncto horæ atqꝫ momẽ
to exultare infantem, & quodam modo gau
dio lasciuisse, repletãqꝫ esse spiritu sancto Eli
zabet: per tres vero mẽses, nec Ioannem, nec
Elizabet ex vicinia matris dñi, & ipsius Sal-
uatoris præsentia profecisse. Exercebatur er-
go, & quodammodo ĩ athletico a sancta ma-
tre per tres menses vrgebatur Ioannes, & prę
parabatur in matris vtero, vt mirabiliter na
tus, mirabilius nutriretur. Qꝫ enim extra cõ
suetudinem nutritus est innuit, qa non refer
tur scriptum quomodo matris fuerit lacta-
tus vberibus, quomodo in sinu gerulæ con-
stitutus, sed statim sequitur: Et erat in de-
sertis, vsqꝫ ad diem ostensionis suæ ad Israel.

A Deinde legimus. Elizabet autẽ completũ est
tempus vt pareret, & peperit filiũ. Multi pu-
tãt superflue dici. Elizabet autem cõpletũ est
tẽpus vt pareret, & peperit filiũ. Quæ enim
mulier potest parere, nisi tẽpus pariẽdi ante
cõpleuerit? Sed qui scripturas diligentissime
cõtemplatur, & audit populũ loquentẽ, attẽ
dat lectioni, obseruãs tã in veteri, q̃ in nouo
testamento sicubi scriptũ in ortu peccatoris
inueniat, completum est tempus vt pareret:
nũq̃ omnino reperiet. Sed vbicũq; iustus na-
scitur, ibi cõplentur dies, illic in mũdũ com-
pletur aduẽtus eius. Ortus iusti, plenitudinẽ
habet: peccatoris natiuitas, vt ita dicamus,
vacuitatem, atq; inanitatem. Hæc de eo qđ
scriptũ est, Completum est tẽpus vt pareret.
Cõgratulabãtur matri eius vicini, & cogna-
ti, & volebant in honorẽ patris puero nomẽ
ponere, vt vocaretur Zacharias. Porro Eli-
zabet, sancto spiritu suggerẽte aiebat. Ioãnes
est nomẽ eius. Deinde cum illi causas iustas
quęrerẽt, cur Ioannes potissimũ vocaretur,
cum in genere ipsius nullus haberet hoc no
mẽ, interrogant patrẽ: qui nõ valens respon
dere, manu & literis est locutus. Scripsit eñ
in pugillari, Ioannes est nomẽ eius. Statimq;
vt stylus impressus est cęrę, lingua quę prius
fuerat vincta, laxata est. Recepit eloquiũ, nõ
humanũ, qm̃ ligata fuit lingua eius. Huma-
na tamẽ nõ fuit. Vinxerat enim eã incredu-
litas. Statim vt soluta est, humana esse desi-
uit: & loquebatur benedicẽs deũ, & prophe-
tauit ea quę scripta sunt in euãgelio: de qbꝰ
prębente dño Iesu Christo cũ tempus fuerit
disseremus: cui est gloria & imperium in se-
cula seculorum. Amen.

De eo qđ scriptũ est, Plenus spiritu sancto
ꝓphetauit. vsq; ad eũ locũ, vbi ait. Antece-
det eñ corã dño parare vias eius. Cap. I.

Homilia Decima.

B PLenus spiritu sancto Zacha-
rias, duas prophetias gene-
raliter nunciat: primam de
Christo, alteram de Ioanne.
Quod manifeste de verbis
ipsius approbat: in quibus
quasi de p̃sentia, & qui versaretur in mundo
loquit̃ Saluatoris, ac deinde de Ioãne. Reple
tus eñ spiritu sancto ꝓphetauit dicẽs. Bene
dictus dñs deus Israel, quia visitauit, & fecit
redẽptionẽ plebis suæ. Visitãte eñ & deo vo
lente redimere populum suũ, mansit Maria
cũ Elizabet, postq̃ ei locutus est angelus men
sibus tribus, vt ꝑ ineffabilẽ quãdã virtutem,
non solum Ioannem, sicut dudum diximus,
sed etiam Zachariam, vt nunc euangelicus
sermo declarat, pręsens Saluator instrueret.
Paulatim quippe & hic per tres mẽses sancti
spũs augmẽta capiebat, & cũ nesciret erudie
bat, & de Christo prophetauit dicẽs: Qui de C
dit redẽptionẽ populo suo, & suscitauit cor-
nu salutis nobis in domo Dauid, in qua secũ
dũ carnẽ natus est Christus. Et vere qa fuit
cornu salutis ĩ domo Dauid, ꝓphetia ista cõ
cinit. Vinea eñ facta est ĩ cornu. In quo cor-
nu? In Christo Iesu, in illo ĩ quo nũc scribit̃,
Suscitauit cornu salutis nobis, in domo Da
uid pueri sui: sicut locutus est ꝑ os sanctorũ
suoꝝ prophetarũ, Salutẽ ex inimicis nostris.
Non putemus nũc de corporalibus inimicis
dici, sed de spiritalibus. Venit eñ dñs Iesus,
fortis ĩ ꝓlio, destruere oẽs inimicos nostros,
vt nos de insidiis eoꝝ liberaret. De manu ini
micorũ nostrorũ, & de manu eorum qui nos
oderunt. Facere misericordiam cũ patribus
nostris. Ego puto, ꝙ ĩ aduẽtu domini Salua-
toris: & Abrahã, & Isaac, & Iacob fruiti sint
misericordia dei. Neq; eñ credibile est, vt q
prius viderũt diẽ illius, & lętati sunt, postea
in aduẽtu ipsius, & natiuitate de virgine ni-
hil vtilitatis acceperint. Et qđ de patriarchis
loquor? Ad altiora scripturarũ auctoritatẽ
sequens audacter ascendã: qm̃ pręsentia do-
mini Iesu & dispẽsatio illius non solũ terre-
na, sed etiam cælestia iuuerit. Vnde & Apo-
stolus ait. Pacem faciens per sanguinẽ crucis
suę, siue super terram, siue in cælis. Si autem
in cęlis & in terra pręsentia domini profuit:
cur paueas dicere ꝙ aduentus illius etiã ma
ioribus profuerit, vt impleat̃ hoc qđ dicit̃:
Facere misericordiã cum patribus nostris, &
recordari testamẽti sancti sui, iuramẽti qđ iu
rauit ad Abrahã patrẽ nostrũ, vt daret no-
bis absq; timore de manu inimicoꝝ liberari?
Crebro de hostiũ manu aliq liberant̃, sed nõ D
absq; timore. Cũ eñ metus & discrimẽ ante
p̃cesserint, & ita de inimicoꝝ manu qs fuerit
erutus: liberat̃ qdẽ, sed nõ sine timore. Porro
aduẽtus dñi Iesu, de manu inimicoꝝ absq; ti
more nos eruit. Nõ eñ sensimꝰ inimicos no
stros, nec eos vidimus repugnãtes: sed nesci-
mus quomodo repẽte de faucibus eoꝝ, & insi
diis erepti sumus, in puncto atq; momẽto: &
trãstulit nos in hęreditatẽ partẽq; iustorum.
Et liberati sumꝰ de manu inimicoꝝ sine me-
tu, vt seruiamꝰ deo ĩ sanctitate & iustitia co
rã eo oĩbus diebus nostris. Et tu puer ꝓphe-
ta altissimi vocaberis. Apud memetipsum q̃- E
rẽs rationẽ quare nõ quasi de Ioanne, sed ad
Ioãnẽ ipm̃ dicẽs, Et tu puer ꝓpheta altissimi

vocaberis,& reliqua:supfluũ enim fuit ad nõ audientem loqui,& ad paruulũ, atq lactẽtẽ apostropham facere:hác puto posse me reperire,φ quomodo mirabiliter Ioannes natus est,& angelo predicãte venit in mundum, & tribus mẽsibus Maria iuxta Elizabet cõmorãte fusus est in terram:sic etiam cuncta quę super eo scripta sunt mirabiliter facta referuntur.Qz si dubitas statim de vtero matris effusum posse verba patris audire & scire quid sit hoc qđ ad eũ dicitur, Et tu puer ppheta altissimi vocaberis:cõsidera multo fuisse mirabilius qđ præcessit.Ecce vt facta est vox salutationis tuæ in aures meas, exultauit infans in gaudio in vtero meo.Si eñ adhuc in vẽtre matris cõclusus audit Iesum,& audiẽs exiliuit,atq lętatus est:quare non credas eũ iã genitũ prophetiam patris audire & intelligere potuisse,dicentem ad se: Et tu puer ppheta excelsi vocaberis:antecedes enim corã domino parare vias eius?Ideo reor Zachariã festinasse vt loquereť ad paruulũ, qa sciebat eum post paulatum in eremo moraturũ, nec
F se eius posse præsentiam habere. Puer enim erat in desertis vsq ad diem ostensionis suæ ad Israel.Et Moyses in desertis moratus est, sed post & expletis iam ætatis suæ annis,fugit ex Aegypto,& per alios annos pecora custodiuit.Ioãnes vero statim vt nat⁹ est, trãsiit ad deserta, & qui maior fuit inter natos mulierum,maiori nutrimento dignus apparuit.De quo propheta loquitur. Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam. Recte angelus dicitur,qui missus fuerat coram dño: & prophetantẽ patrẽ statim vt natus est audire potuit,& intelligere. Quãobrẽ nos qui tãtis mirabilibus credimus, credamus pariter resurrectioni:credamus & repromissionibus quę venturæ sunt, regnoq cælorũ qđ nobis quotidie spũs sanctus polliceť. Quę oĩa vt scripta sunt mirabiliter plus q̃ sentire possumus,accipiamus in Christo Iesu:cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo qđ scriptum est, Puer aũt crescebat & confortabať spiritu.vsq ad eum locũ, vbi ait.Hæc est descriptio prima,quæ facta ẽ sub Præside Syriæ Cyrino. Cap.I.&.II.

Homilia.XI.

G Ifarie ĩ scripturis sãctis crescere quid diciť:vnũ corporaliter,vbi volũtas hũana nihil pdest: alterum spiritaliter,vbi causa crescẽdi in studio consistit hũano.De hoc ergo qđ secundum posuimus, id est spiritali nũc euangelista narrat:Puer aũt crescebat,& confortabať spũ.Qđ dicit,tale est: crescebat spũ,nec in eadẽ pmanebat mẽsura qua cœperat,sed semp crescebat ĩ eo spũs,& per singulas horas atq momenta spũ succrescente,aĩa quoq sua incremẽta capiebat:& nõ solũ aĩa, sed etiã sensus & mens augmẽta spũs sequebanť.Illud qđ pcepit deus,Crescite & multiplicamini:q simpliciter & iuxta literam accipiũt quõ exponere potuerint,nescio.Esto eñ multiplicamini referať ad numerũ,vt dũ plures fiũt q̃ prius fuerãt,multiplicatio habeat locum:hoc vero qđ sequiť,Crescite, nõ est ĩ nostra potestate. Quis eñ hominum non velit ad staturam suam adiicere vt lõgior fiat? Si ergo propterea quid pcipiť vt fiat: stultũ est quippe pręcipere, qđ is cui præcipias facere nõ possit:& pręcipiť nobis vt crescamus, vtiq id pcipiť qđ facere nõ possum⁹. Vis scire quomodo intelligitur,Crescite? Ausculta quid Isaac fecerit,de quo dicitur:Isaac proficiebat,& maior fiebat,donec fact⁹ est magn⁹, vel vehemẽter nimis.Semper enim voluntas illius ad meliora se tendens,habebat pfectus suos, & mens diuinius aliquid contemplabatur,& exercebat se memoria,vt plura in thesauro suo conderet,vt firmius retineret. Atq in hũc modũ euenit,vt qui oẽs virtutes suas in animę agro excoluerit,impleret mandatum præcipiẽs,crescite.Quamobrem & Ioannes adhuc paruulus crescebat, & multiplicabatur. Difficillimum autem est paruulum spiritu crescere, & inter mortales perrarum.

Puer autem crescebat,& cõfortabatur spiritu.Aliud est crescebat,aliud cõfortabať.Infirma est humana natura, & vt fieri possit fortior diuino auxilio indiget.Legim⁹,Caro infirma.Quo igiť auxilio cõfirmãda est? Vtiq spũ.Sanctus eñ spũs promptus, caro aũt infirma.Qui vult fortior fieri,nõ debet nisi in spiritu confortari.Multi confortãtur carne, corpore roboranť: Athleta autẽ Dei spiritu roborãdus est:& cũ sic fuerit confortatus,sapientiã carnis elidet,& spiritalis effectus subdet corpus animi imperio. Nõ putem⁹ ergo simplicẽ de Ioãne historiã esse cõscriptã,& q̃ nihil ad nos ptineat,in eo qđ diciť crescebat & confortabať spũ:sed ad imitationẽ nostrã, vt multiplicati spiritaliter iuxta eũ quẽ diximus sensum,incremẽta capiam⁹.Et erat ĩ desertis vsq ad diẽ ostẽsionis suę ad Israel.Dixi nuper φ & cõceptus Ioannes stupẽdũ qđ habuerit qñ exultauit infans in vtero, & suum necdũ genitus dñm recognouit: & natiuitas nõ impar miraculũ,qñ ad eũ velut audientẽ

Zachariȩ prophetātis sermo conuertitur, dicens. Et tu puer, ꝓpheta altissimi vocaberis. Digne igit̃ q̃ sic conceptus fuerat, & natus, nō expectauit vt a patre nutriret̃ vsq; ad diē ostensionis suȩ ad Israel, sed recessit, fugiens tumultū vrbium, populi frequentiā, viciniā ciuitatum, & abiit in deserta, vbi purior aer erat & cęlū apertius, & familiarior deus: vt qa necdum sacramētū baptismi, nec prȩdicationis tēpus aduenerat, vacaret orationibus, & cū angelis conuersaret̃. appellaretq; dominū, & illum audiret respondentem atq; dicentē, Ecce adsum. Sicut enim Moyses loquebatur, & deus respondebat ei: sic puto ꝙ Ioānes locutus fuerit in deserto, & dn̄s respōderit ei. Hoc arbitror, certa de scripturis ratione cōmotus. Si enim maior ĩ natis mulierū Ioāne baptista fuit nemo, Moysi aūt respōdit deus: consequenter respondit & Ioanni qui maior Moyse fuit, q̃ est nutritus ĩ eremo: cui⁹ natiuitatem idē archangelus qui & domini nunciauit: cuius pater qui eum nasci non crede-
A bat obmutuit. Erat igitur in deserto Ioānes, & nutriebatur nouo & extra humanā naturam modo, id ipsum Matthæo memorante. Cibus aūt eius erāt locustȩ, & mel syluestre. Quia em̄ minister fuit primi Saluatoris aduentus, & tātūmodo de dispensatione carnis dominicȩ loquebat̃, ac prophetia illius cū q̃ natus fuerat ex virgine pc̄nebat: nō habuit domesticū mel, & humana diligētia percolatū, sed syluestre mel: & voluere non grande, nō in sublime se eleuās, verū volucre patuū, & vix a terra consurgens, & saliens potius q̃ volans. Quid plura? Manifestissime dicitur ꝙ locustȩ fuerint cibus eius, paruulū animal & mūdū. Cōsiderate ergo fratres charissimi, ꝙ
B qui noue natus fuerat, noue nutrit⁹ est. Post quȩ, scriptura subiicit. Factū est autē in diebus illis, exiuit edictū a Cȩsare Augusto, vt describeret̃ omnis orbis. Hȩc fuit descriptio prima, a prȩside Syriȩ Cyrino. Dicat aliquis O euāgelica narratio: qm̄ prima descriptio vniuersi orbis sub Cȩsare Augusto fuerit, & inter oēs etiam Ioseph cū Maria desponsata sibi atq; prȩgnante nomē retulerit in cēsum, ac prius q̃ descriptio compleret̃ ortus fuerit Iesus, diligētius intuenti sacramētū quoddā videtur significare, ꝙ in totius orbis professione describi oportuerit & Christū, vt cum omnibus scriptus sanctificaret oēs: & cū orbe relatus in cēsum, cōmunionē sui prȩberet orbi: vt post hāc descriptionem, describeret quoq; ex orbe secū in libro viuentiū, vt quicūq; credidissent ĩ eo, postea cū sanctis illius scriberētur in cælis: cui est gloria, & imperiū in secula seculorum. Amen.

De eo qd̄ scriptum est, Angelum venisse de cęlo, & ortum domini nūciasse pastoribus. Cap. II.

Homilia. XII.

C Natus est dominus meus Iesus, & angelus descendit de cęlo annūciās natiuitatem eius. Videamus itaq; quem quęsierit, vt eius nunciaret aduentū. Non venit Hierosolymā, nō quęsiuit scribas, & pharisæos, nō synagogā ingressus est Iudęorū, sed pastores repperit sup greges suos vigilias excubātes, eisq; loquit̃, Natus est hodie Saluator, q̃ est Christus dn̄s. Putas ne nihil aliud diuinius scripturarū sermo significat, sed tātū hoc ꝙ ad pastores venerit angelus, & eis locut⁹ sit? Audite pastores ecclesiarum, pastores dei, ꝙ semp angelus eius descendat e cęlo, & annūciet vobis, qm̄ natus est vobis hodie Saluator, q̃ est Christus dn̄s. Etenim pastores ecclesiarum, nisi ille pastor venerit, ꝑ se bene gregem seruare nō poterūt: infirma est eorū custodia nisi Christus cū eis pauerit, atq; seruauerit. Dudū in Apostolo lectū est, Dei cooperatores sumus. Pastor bonus, qui imitat̃ pastorē bonū, cooperator est dei & Christi. Et ꝓpterea pastor bonus est, qui habet secū pastorē optimū cōpascētē sibi. Posuit em̄ de⁹ in ecclesia apostolos, prophetas, euāgelistas, pastores, doctores, oīa in pfectione sanctorū.
D Et hęc qdē sunt dicta simplicius. Cęterum si ad sacratiorē oportet ascēdere intelligentiā, dicā quosdā fuisse pastores angelos q̃ res humanas regerēt. Et cū horū vnusqsq; suā custodiā cōseruaret, & diebus: ac noctibus vigilans iā laborē ferre nō posset, & hoc ageret industrie, vt gentes q̃ sibi creditȩ fuerāt gubernaret: venisse angelū nato dn̄o, & annunciasse pastorib⁹ꝙ verus esset pastor exortus. Verbi gratia, vt ad exēplū veniā, erat quidā pastor Macedoniȩ, hic necessariū habebat auxiliū dn̄i: propterea apparuit in somnis vir Macedo Paulo, dicēs. Trāsiēs in Macedoniā, adiuua nos. Quid de Paulo loquar? cum hȩc nō Paulo, sed q̃ ĩ Paulo erat, locutus sit Iesu? Indigēt itaq; pastores pñtia Christi. Quā obrē angelus descēdit de cęlo, & ait. Nolite timere. Ecce em̄ annūcio vobis gaudiū magnū. Vere gaudiū magnū, his q̃bus hominū fuerat & prouinciarū cura permissa: Christū venisse in mūdū.
E Multū vtilitatis accepit angelus, q̃ dispēsabat Aegyptias res, postq̃ do-

E minus descendit e celo, vt Aegyptii Christiani fieret. Profuit & cũctis, q diuersas prouincias obtinebãt. Verbi causa, Presidi Macedoniæ, presidi Achaię, reliquarumq regionum. Neq em̃ fas est credere, malos angelos suis p̃esse prouinciis, & bonos non easdẽ prouincias habere permissas. Hoc aũt qd de singulis prouinciis dicit, puto etiã de vniuersis hominibus generaliter debere credere. Vnicuiq duo assistũt angeli, alter iustitię, alter iniqtatis. Si bonę cogitationes in corde nostro fuerint, & in animo iustitia pullularit: haud dubiũ qn nobis loquat angel9 dñi. Si vero mala fuerit in nostro corde versata: loquitur nobis angelus diaboli. Quomodo igitur p singulos homines bini sunt angeli, sic opinor & in singulis dispares esse puinciis, vt sint & boni, sint & mali. Verbi gratia, in Ephesi ppter eos q in illa vrbe peccatores erãt, pessimi angeli p̃fi debãt. Rursus quia multi erant credentes in ea, erat & angelus ecclesię Ephesiorum, vtiq bonus. Hoc autẽ qd de Epheso diximus, sup

F oibus puinciis cognoscendum. Ante aduentum domini saluatoris, isti angeli parum poterãt credītis sibi vtilitatis afferre: & conat9 eorum sequi non valebat effect9. Quodnam est signum, q parum prodesse poterant subiectis! Ausculta qd dicimus. Quando angelus Aegyptiorũ Aegyptios adiuuabat, vix vnus pselyt9 credebat in deũ: & hoc fiebat, Aegyptios angelo dispensante. Deniq quia pleriq de Aegyptiis & Idumęis pselyti accipiebãt fidem Christi, propterea scriptura dicit: Non abominaberis Aegyptium, qm̃ aduenę eratis in terra Aegypti: & Idumæum, quia frater tuus est. Filii si nati fuerint eis, in generatione tertia intrabunt in ecclesiam dei. Atq ita fiebat, vt de omnibus gentibus nonnulli proselyti fierent, & hoc ipsum angelis qui gentes habebant subditas adnitentibus. Nũc autem populi credentium accedũt ad fidem Iesu, & angeli quibus creditæ fuerint ecclesiæ roborati præsentia saluatoris multos adducunt proselytos, vt congregentur in oñi orbe conuenticula christianorum. Quapropter consurgentes laudemus dominum, & fiam9 pro carnali Israel, spiritalis Israel. Benedicamus omnipotenti deo opere, cogitatione, sermone, in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptũ est, Et facta est multitudo exercitus cælestis: vsq ad eũ locum vbi ait. Inuenerunt Mariam, & Iesum positum in præsepe. Cap. II.

Homilia. XIII.

Dominus noster, atq saluator nascit in Bethlehem, & multitudo cælestis exercitus laudat deum, & dicit. Gloria in excelsis deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis. Hæc autem loquit multitudo cælestis exercitus, quia iam defecerat p̃bere hominibus auxilium: & videbat se opus qd sibi creditum fuerat implere nõ posse abs q eo qui vere saluare poterat, & p̃sules quo q ipsos iuuare, vt hoĩes saluarẽtur. Quomodo igitur scriptum est in euangelio q quidã remis sulcantes mare aduersus cõtrarios vẽtos iam fessi erant, & vigĩtiquinq siue triginta stadiis laborantes, portum tenere non poterant, & postea domin9 superuenit, & qesce re fecit fluctus tumentes, nauemq cui9 hinc inde latera tũdebantur ab imminenti discrimine liberauit: sic intellige q & angeli volebant quidem hominibus præbere auxiliũ, & eis ab ægrotationibus suis tribuere sanitatem, quia oẽs sunt apparitores spiritus in ministerium missi propter eos qui consecuti sunt salutem: qui quantum in suis viribus erat, adiuuabant homines. Videbant autem multo inferiorem suam esse medicinã, q̃ illorum cura poscebat. Porro vt de exemplo possis intelligere quod dicimus, vide mihi vrbẽ in qua ægrotent plurimi, & medicorum frequens adhibeatur manus: sint diuersa vulnera, quotidie in emortuam carnem serpẽs putredo penetret: & tamen medici qui adhibiti sunt ad curandum nequeant alia vltra inuenire medicamina, & artis suæ scientia, magnitudinem mali vincere: cum hæc iu talib9 nacti sint, eueniat aliquis archiater qui habeat summam in arte notitiam, & illi q prius sanare nequiuerant cernentes magistri manu putredines cessare vulnerum, non inuideant, non liuore crucientur: sed in laudes erumpant archiatri, & prædicent deum qui & sibi & ægrotantibus tantæ scientiæ hominem miserit. In hanc ergo similitudinem, & multitudo exercitus angelorũ audita est dicens. Gloria in excelsis deo, & super terram pax in hominibus bonæ volũtatis. Postq̃ em̃ dominus venit ad terram, pacem facit p sanguinem crucis suæ, siue eorum quæ in terra erant, siue eorum quæ in cælis. Siquidem volentes angeli vt recordarẽtur homines creatoris sui, cum fecissent omnia quæ in suis viribus erant vt sanarentur, & noluissent illi respicere sanitatem: cernunt eum qui sanare potuit, & glorificantes dicunt. Gloria in ex-

A celsis deo,& super terrā pax.Diligēs scripturę lector ingrat quomodo Saluator loquit: Non veni pacem mittere super terrā,sed gladiū:& nūc angeli in eius natiuitate decātāt: super terrā pax.Siquidē & in alio loco ex persona ipsius dicitur: Pacē meā do vobis,pacē relinquo vobis.Non sicut mūdus iste dat pacem,ego do pacē.Videat ergo qd inferimus, an possit soluere quæstionē. Si scriptū esset, super terrā pax:& hucusq; esset finita sententia:recte quęstio nasceretur. Nūc vero in eo qd additū est,hoc est qd post pacē dicitur,in hominibus bonę volūtatis:soluit quęstionē. Pax em̄ quā nō dat dn̄s super terram,non est pax bonę voluntatis.Neq; em̄ ait simpliciter non veni pacē mittere, sed cum additamēto super terrā:neq; ecōtrario dixit,non veni pacem mittere sup terrā hominibus bonę volūtatis.Hęc locuti sunt angeli ad pastores,qui nō solū eo tēpore loquebātur,sed vsq; hodie nisi locuti fuerint ad pastores,& sua eis opa copularint:dicit ad eos: Nisi dominus ædificauerit domū: in vanū laborauerūt q ædificant eā.Nisi dominus custodierit ciuitatem: in vanū laborabit q custodit eā. Si audacter expedit loqui scripturarū sensum sequēti,per singulas ecclesias bini sunt episcopi,alius visibilis, alius inuisibilis: ille visui carnis, hic sensui patēs.Et quomodo homo si cōmissam sibi dispensationē bene egerit, laudatur a domino:si male, culpæ & vitio subiacet: sic & angelus. Scriptū est em̄ i Apocalypsi Ioānis. Sed habes ibi nomina pauca quę polluerunt illud,vel illud:& rursus,habes ibi qui doctrinam Nicolaitarum doceāt: ac deinde habes illa,vel illa peccata faciētes:& accusantur angeli,quibus creditę sunt ecclesię. Si autē angelis sollicitudo est quomodo ecclesię gubernētur: quid necesse est de hominibus dicere quantū metū habeāt,vt possint cū angelis laborantibus laborātes salutem consequi.Ego puto inueniri simul posse & angelū & hominem bonos ecclesię episcopos,& quoādmodo vnius operis esse participes. Qd cū ita sit,precamus omnipotentē deum, vt angeli & homines ecclesiarū episcopi adiumento sint nobis,vt sciamus q vtriq; pro nobis a domino iudicētur. Q; si illi fuerint iudicati, & vitiū atq; peccatū nō in eorū incuria,sed in nostra negligentia fuerit inuētū: nos arguemur,atq; plectemur. Illis enim vniuersa faciētibus, & pro nostra salute nitētibus,nos nihilominus a peccatis vacabimus. Porro frequenter euenit, vt nobis laborātibus illi suū officiū nō expleāt,& i culpis sint.Et factū est (inqt) cum abiissent ab eis angeli in cęlos, pastores B dixerūt ad inuicē.Transeamus vsq; Bethleē, & videamus hoc verbum qd factum est, qd dominus ostendit nobis. Venerūt festināntes, & inuenerūt Mariā & Ioseph & puerū.Quia festinantes venerāt, & non pedetentim,neq; fesso gradu: ideo inuenerūt Ioseph dispensatorē ortus dominici, & Mariam quæ Iesum fudit in partū,& ipsum Saluatorē iacentē in præsepio. Illud erat,de quo propheta vaticinatus est,dicens: Cognouit bos possessorem suū,& asinus pręsepe domini sui.Bos animal mūdū est,asinus animal immūdū. Cognouit asinus pręsepe domini sui. Nō populus Israel cognouit præsepe domini sui,sed immūdum animal ex gētibus.Israel vero me nō cognouit,& populus meus me nō intellexit.Intelligentes hoc pręsepe, nitamur cognoscere dominū,& digni fieri sciētia eius,assumere,quoq; natiuitatem & resurrectionē carnis eius: sed & inclytū ac secūdū maiestatis eius aduētum: cui est gloria & imperiū in secula seculorum.Amen.

De eo qd scriptum est, Cum autē impleti essent dies circuncisionis eius: vsq; ad eum locum vbi ait. Par turturum & duos pullos columbarum.Cap.II. Homilia.XIIII.

Q Vod mortu⁹ est Christus, C pro peccato mortu⁹ est. Nō qa ipse peccauerit, neq; em̄ peccatum fecit, nec inuētus est dolus i ore eius:sed mortuus est vt nos q mortui fuimus illo moriēte peccatis,nequaq̄ peccato & vitiis viueremus. Vnde scribit: Sicut igitur cōmortui sumus tūc illo moriente,& cōsurreximus resurgēti:sic cū eo circūcisi sumus, & post circūcisionem solēni purgatione mūdati. Vnde nō iā indigemus circūcisione carnali.Et vt scias propter nos fuisse illū circūcisum, audi Paulum manifestissime pdicātē. In quo habitat (inquit) omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput oīs principatus, & potestatis, in quo & circūcisi estis circūcisiōe sine manibus,in expoliatione corporis carnis,in circūcisione Christi,cōsepulti ei in baptismate,in quo & cōsurreximus p fidē operationis dei q suscitauit eū a mortuis. Et mors igit, & re- D surrectio,& circūcisio ei⁹,p nobis factę sunt. Cū impleti,inqt,essent dies circūcidēdi pueri, vocatū fuerat nomē eius Iesus, qd vocatū est ab angelo anteq̄ cōciperetur. Vocabulū Iesu gloriosum omni adoratu, cultuq; dignū,nō debuit a parentibus aut alio hoīe

appellati, neque ab eis afferri in mundum, sed ab excellentiori quadam maiorique natura. Unde signanter euangelista addidit dicens. Et vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab angelo antequam in vtero conciperetur. Dehinc sequitur. Cum iam impleti essent dies purgationis eorum secundum legem Moysi, duxerunt eum Hierosolymam. Propter purgationem (inquit) eorum. Quorum eorum? Si scriptum esset propter purgationem eius, id est Mariæ quæ pepererat, nihil quæstionis oriretur, & audacter diceremus Mariam quæ homo erat, purgatione indiguisse post partum. Nunc vero in eo quod ait dies purgationis eorum, non videtur vnum significare, sed alterum siue plures. Ergo Iesus purgatione indiguit, & immundus fuit, aut aliqua sorde pollutus. Temerarie forsitan videor dicere, sed scripturarum auctoritate cōmotus. Vide quid in Iob scriptum est. Nemo mundus a sorde, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius. Non dixit nemo mundus a peccato, sed nemo mundus a sorde. Neque enim id ipsum significant, sordes atque peccata. Et vt scias aliud sordem, aliud sonare peccatum, Esaias manifeste docet dicens. Lauabit dominus sordem filiorum & filiarum Sion, & sanguinem mundabit de medio eorum. Spiritu iudicii sordem, & spiritu cōbustionis sanguinem. Omnis anima quæ humano corpore fuerit induta, habet sordes suas. Vt autem scias Iesum quoque sordidatum sentiendum secundum ignominiam crucis, non secundum ipsam quam assumpsit sanctam carnem, de qua apostolus ait in similitudine carnis peccati fuisse propria voluntate, quia pro salute nostra humanum corpus assumpserat, Zachariam prophetam ausculta dicentem, Iesus erat indutus vestibus sordidis. Quod quidem & aduersus eos facit, qui negant dominum nostrum humanum habuisse corpus, sed cælestibus & spiritalibus fuisse cōtextum. Si enim de cælestibus, & vt illi falso asserunt, de sideribus & alia quadam sublimiori spiritalique natura corpus eius fuerit: respondeant quare potuerit spiritale corpus esse sordidum, aut quomodo hoc interpretentur quod posuimus, Iesus erat indutus vestibus sordidis. Si autem fuerint necessitate cōpulsi vt suscipiant spiritale corpus sordidum intelligi vestimentum, debent cōsequenter dicere, quod illud quod in repromissionibus ponitur completum sit, id est Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale: vel quod polluti & sordidi resurgamus, quod etiam cogitare piaculum est, maxime eum qui scit scriptum esse, Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in infirmitate, surgit in fortitudine: seminatur corpus animale, surgit corpus spiri-tale. Oportet ergo, vt pro domino & saluatore nostro qui sordidis vestimentis fuerat indutus, & terrenum corpus assumpserat, ea offerrentur quæ purgare sordes ex lege consueuerant. Quod frequenter inter fratres quæritur, loci occasione cōmota retracto. Paruuli baptizantur in remissionem peccatorum. Quorum peccatorum? vel quo tempore peccauerunt? aut quomodo potest vlla lauacri in paruulis ratio subsistere, nisi iuxta illum sensum de quo pauloante diximus: Nullus mundus a sorde, nec si vnius diei quidem fuerit vita eius super terram? Et quia per baptismi sacramentum natiuitatis sordes deponuntur, propterea baptizantur & paruuli. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non poterit intrare in regnum cælorum. Cum (inquit) expleri essent dies purgationis eorum. Explentur dies & iustitiæ. Neque enim statim vt nata fuerit anima purgatur, nec potest perfectam in ipso ortu cōsequi puritatem: sed sicut scriptum est in lege, si masculum pepererit, septem diebus sedebit mater in sanguine immundo: ac deinde trigintatribus in sanguine puro, & ad extremum & ipse infans sedebit in sanguine purissimo: sic quia lex spiritalis est, & vmbram habet futurorum bonorum, possumus intelligere purgationem veram nobis euenire post tempus. Ego puto, quod & post resurrectionem ex mortuis indigeamus sacramento eluente nos atque purgante: nemo enim absque sordibus resurgere poterit: nec vllam posse animam reperiri quæ vniuersis statim vitiis careat. Vnde in regeneratione baptismi assumitur sacramentum, vt quomodo Iesus secundum dispensationem carnis oblatione purgatus est: ita etiam nos spiritali regeneratione purgemur. Duxerunt illum secundum legem Moysi in Hierosolymam, offerre ante conspectum domini. Vbi sunt qui deum legis negant, qui aiunt non istum, sed alium a Christo fuisse in euangelio prędicatum? Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Ergo putandum est, vt filium suum bonus deus sub lege fecerit creatoris, & sub inimici iure, quod ipse dederat? Quin potius ideo sub lege factus est, vt redimeret eos qui sub lege erant, & alię legi subiiceret, de qua dudum lectum est, Attendite popule meus legem meam, & reliqua. Adduxerunt ergo eum, & statuerunt ante conspectum domini. Cuius scripturę pręcepta cōplentes? Nempe illius. Sicut scriptum est (inquit) in lege Moysi, quia omne masculinum quod aperit vuluam, sanctum domino vocabitur: & ter per annum apparebit omne masculinum in conspectu domini dei. Masculina quæ ex eo quod vuluam matris aperuerunt sancta erant, offerebantur ante altare domini. Omne (inquit) masculinum quod aperit vuluam. Sacratum quippiam so-

nat. Quęcūq; enim de vtero effusum marē dixeris, nō sic aperit vuluā matris suę, vt dominus Iesus: qa omnium mulierū non part⁹ infantis, sed viri coitus vuluam reserat. Matris vero dñi eo tempore vulua reserata est, quo & partus editus, quia sanctum vterum & oī dignatione venerationis venerandū ante natiuitatem Christi masculus omnino non tetigit. Audeo quid loqui, ꝙ & in eo qd scriptū est, Spirit⁹ dei veniet super te, & virt⁹ altissimi obumbrabit te, principium seminis & conceptus fuerit, & sine vuluę reseratiōe nouus in vtero fœt⁹ adoleuerit. Vnde & saluator loquit: Ego sum vermis & nō homo, opprobriū hominū, & abiectio plebis.

cau te le ge.

A Videbat in matris vtero immunditiā corpoꝝ, visceribus eius hincinde vallatus, terrenę fæcis patiebat angustias: vnde assimilat se vermi, & dicit. Ego sum vermis, & non homo. Ex mare qppe ac fœmina homo nasci solet: ego vero non ex masculo, & fœmina secūdum ritū humanū, atq; naturā, sed in exemplū vermis natus sum, cuius non est aliunde semē sed in ipsis, & ex ipsis in quibus coalescit corporib⁹ origo est. Propter quod quia omne masculinū quod aperit vuluam sanctum domino vocabitur, ductus est in Hierosolymā, vt appareret ante cōspectū dei: & ꝑpter illud qd sequitur, vt daretur munus ꝑ eo qd in lege domini scriptum est par turturū, aut duos pullos columbarū.

B Turturū par, & duos pullos columbarum, ꝑ saluatore videm⁹ oblatos. Ego & aues istas beatas puto, q̄ pro ortu dñi oblatæ sunt: & quomodo asinā Balaā miror, & felicitate accumulo, qa digna fuerit non solū videre angelū dei, sed etiā ore reserato in humanū sermonem erūpere: sic multo amplius has volucres prędico, easq; sustollo, ꝙ ꝑ dño nostro & saluatore oblatę sunt. Vt offerrent ꝑ eo par turturū, aut duos pullos columbarū. Nouum qd forsitan videar inferre, sed ꝑ maiestate rei parū dignū. Sicut noua fuit generatio saluatoris, nō ex viro & muliere, sed ex sola tantū virgine, sic & par turturum & duo pulli columbarū nō fuerūt tales quales oculis carnis aspicimus, sed qualis spūs sanctus est qui in specie columbæ descēdit, & venit super saluatorem quando in Iordane baptizatus est. Tale fuit & par turturū: nō erāt illę volucres vt istæ q̄ per aerem volitant, sed diuinū quiddā & humana cōtemplatione augustius, sub specie colūbę & turturis apparebat, vt nō talibus victimis qualibus oēs homines, ille q pro toto mundo nascebatur, & pati habebat, coram dño mūdaret, sed vt dispensatio eius noua omia ita nouas quoq; haberet hostias, secundū voluntatem omnipotentis dei: i Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De Symeone, ꝙ in spiritu ad templū venerit, vsq; ad eū locū vbi ait, Nūc dimittis seruum tuum domine in pace. Cap. II.

Homilia. XV.

C Digna dei munere quęrenda est ratio. Symeon vir sctūs & dño placēs, sicut in euangelio scriptū est, expectās cōsolationē Israel, responsūm acceperat a spū sancto non se prius mortem obiturū, q̄ videret Christū dñi. Quid ei ꝓfuit vt videret Christū? Vtrū hoc tantū in promissione habuit, vt videret illum, nihilq; ex visu eius consequeretur vtilitatis? an latet aliquod donum dignū deo qd beat⁹ Symeon & meruit, & accepit? Fimbriā vestimenti Iesu mulier tetigit, & sanata est. Si illa ad extremam partem vestimenti tantū emolumēti habuit: qd putādū est de Symeone q in suas vlnas accepit infantē, & brachiis tenēs lętabat, atq; gaudebat vidēs paruulum a se gestari q ad vinctos venerat resoluēdos, seq; ipsum nodis corporis liberādū, sciens neminē posse de claustro corporis quēpiā emittere cū spe futurę vitę, nisi eum quem in brachiis cōtinebat? Vnde ad eum loquitur, Nūc dimittis domine seruū tuum in pace. Q̄diu enim Christū non tenebam, q̄diu illum meis brachiis nō arctabā: clausus erā, & de vinculis exire non poteram.

D Hoc aūt nō solum de Symeone, sed de omi humano genere sciēdū est. Si qs egreditur e mundo, si quis e carcere vinctorum domo dimittitur vt ad regnādū vadat: sumat Iesum in manibus suis, & circūdet eū brachiis suis, totum habeat in sinu, & tūc exultans ire poterit quo desiderat. Considerate quanta dispensatio pręcesserit, vt filiū dei Symeon mereref tenere. Primū respōsum a sancto spiritu acceperat, nō eū videre mortem nisi prius vidisset Christū domini. Dein de nō fortuitu, ac simpliciter ingressus est tēplum, sed venit in tēplū in spiritu dei. Quotquot eñ spiritu dei agunf, hi filii sunt Dei. Spirit⁹ igitur sanctus, eū duxit in templum. Tu quoq; si vis tenere Iesū, & amplexari manib⁹, & dignus fieri exire de carcere: omi labore nitere, vt ducē habeas spiritū, veniasq; ad tēplū dei. Ecce nūc stas in tēplo domini Iesu, hoc est in ecclesia ei⁹: hoc est templum de viuis lapidibus extructum. Stas aūt in templo domini, quando vita tua, & conuersatio

E ecclesię fuerit appellatione dignissima. Si veneris spiritu ad templū, inuenies paruulū le sum, leuabis illū brachiis tuis, & dices: Nunc dimittis seruum tuum dñe in pace secundū verbum tuum. Simulq̧ attende, ꝙ solutioni, & dimissioni pax addita sit. Non enim ait di mitti volo, sed cum additamento in pace dimitti. Nam & beato Abrahæ hoc idem ꝓmissum est. Tu autē vades ad patres tuos in pace, nutrit⁹ in senecta bona. Quis est q moria tur in pace, nisi qui habet pacem dei q̄ omnē sensum sup͂at, custodirq̧ cor possessoris sui? Quis est qui de seculo isto redit in pace, nisi is qui intelligit ꝙ deus erat in Christo mundum reconciliās sibi: nihilq̧ inimicum habet aduersarium dei, sed omnem pacem atq̧ cōcordiam bonis in se operibus assumpsit: & sic in pace dimittitur pergere ad sanctos patres, ad quos & sanctus Abrahā pfectus est? Quid de patrib⁹ loquar? ad ipsum quoq̧ q patriarcharum princeps & dominus est, ire Iesum, de quo dicitur, Melius est resolui & esse cum Christo. Ille habet Iesum, qui audet loq: Viuo iam non ego, viuit vero in me Christus. Vt igitur & nos stantes in templo, & tenentes dei filium amplexātesq̧ eum, digni remissione, & pfectione ad meliora simus, oremus omnipotentem deum, oremus & ipsum paruulum Iesum, quem alloqui & tenere desideramus i brachiis: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo qd̄ scriptū est, Erāt pater eius & mater mirantes sup his quę dicebanf de eo. vsq̧ ad eū locū vbi ait. Ecce iste positus est in ruinā & resurrectionē multoꝝ in Israel. Cap. II. Homilia. XVI.

F Erant (inquit) pater illius & mater admirantes super his quæ dicebātur de eo. Cōgregemus in vnum ea quæ i ortu Iesu dicta scriptaq̧ sūt de eo, & tunc scire poterim⁹ singula quæq̧ digna esse miraculo. Quāobrem mirabatur & pater: sic enim appellatus est Ioseph, quia nutricius fuit: mirabatur & mater super omnibus quæ dicebantur de eo. Quænam ergo sunt quæ de paruulo Iesu fama dispersérat? Pastores erāt in regione illa, vigilantes & obseruantes custodias noctis supra gregem suū. Venit angelus sub ipsa hora natiuitatis Iesu, & ait ad eos. Annūcio vobis gaudium magnū. Ite, & inuenietis infantem inuolutum pannis, & positum in præsepio. Necdum angelus verba finierat, & ecce multitudo cælestis exercitus laudare cœpit & benedicere deum. Cum hoc pastores trepidi ꝑspexissent, & angelus recessisset ab eis, dixerunt adinuicem. Eamus Bethleem, & videamus factum qd̄ dominus ostendit nobis. Venerunt & inuenerunt paruulum. Tam illi q̄ parentes videntes quæ facta fuerant, admirabantur super hoc. Et de Symeone scribitur, ꝙ rumorem auxerit miraculi, vel magna pars fuerit, tenuitq̧ puerum i brachiis suis, & ait. Nunc dimittis domine seruum tuū in pace secundū verbum tuū: quia viderūt oculi mei salutare tuum. Fastigium, & (vt ita dicam) culmen super his quæ iactabātur de Iesu, & pater & mater illius mirabātur, sermo Symeonis fuit. Non enī sufficit ei tenere par G uulum, & ea quę de semetipso scripta sunt loqui, sed benedixit patri illi⁹ & matri, & de ipso quoq̧ prophetauit infante dicens. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contra dicetur. Tuā quoq̧ ipsius animā pertransibit gladius: vt reuelentur de multis cordib⁹ cogitationes. Quid sibi vult quod ait, Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel? Huic quid simile in euangelio secundum Ioannem repperi scriptum. In iudicium ego in mundū istum veni, vt q nō vidēt videant, & qui vident cæci fiant. Quomodo ergo in iudicium venit, vt nō vidētes de nationibus viderent, & qui prius videbāt de Israel cæci fierēt: sic venit in ruinam, & resurrectionem multoꝝ. In aduentu enim domini saluatoris q prius īteterant corruerūt, & qui ceciderāt surrexerunt. Vna hæc est interpretatio de eo qd̄ dictum est, Ecce hic positus est in ruinā & resurrectionē multorum in Israel. Est autem & altius qd intelligendū H aduersus eos vel maxime qui cōtra conditorem latrant, & hinciude de veteri testamēto q̄ non intelligunt testimonia congregantes simplicium corda decipiūt. Aiunt enim. Ecce de⁹ legis & prophetarū, videte qualis sit. Ego (inquit) occidam, & viuere faciam: pcutiā, & ego sanabo: & nō est qui eruat de manibus meis. Audiūt occidam, & nō audiunt viuificabo: audiūt ꝑcutiam, & audire contemnunt, & ego sanabo. Istiusmodi occasionibus creatorē calumniantur. Igitur anteq̄ interpretetur quē sensum habeat, Ego interficiam & viuificabo, percutiā, & sanabo, opponam eis testimonium euangelii, dicamq̧ aduersum hereticos. Innumerabiles quippę heresės sunt, quæ euangeliū secundum Lucam recipiunt. Si propterea cruentus, & in tantū sęuus, & crudelis est conditor, q͂a dicit, Ego

interficiam,& viuificabo,percutiam, & sana bo:manifestissime est & Iesum ipsi⁹ esse filiū: eadem siquidem de eo scripta sunt. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem mul torū in Israel. Non in resurrectionē tātū,sed & in ruinam. Si malum est interficere, malū fit & in ruinam venire. Quid respondebūt? Vtrūne recedēt a cultu eius, an quærent alī quam interpretationē,& ad tropologias con fugient,vt qđ in ruinam venerit,benignita tem magis q̄ austeritatem sonet? Et quomo do iustum erit quando quid in euangelio ta le reperitur,ad allegorias & nouas intelligen tias confugere:quando vero in veteri instru mento,statim accusare,& nullam explanatio
A nem,q̄uis probabilis sit,recipere? Sed & hoc qđ sequitur,In iudicium ego veni in mundū istum vt non videntes videant,& qui vident cæci fiant,q̄uis quęrant vt edisserant,imple re non poterunt.Ego vero quia opto esse ec clesiasticus,& nō ab hęresiarchæ aliquo sed a Christi vocabulo nūcupari, & habere nomē qđ benedicitur super terram,& cupio tā ope q̄ sensu & esse & dici christianus:æqualem & in veteri & in noua lege quæro rationem. Lo quitur deus,Ego interficiam:libenter habeo vt interficiat me Deus. Quando enim vetus in me homo est,& viuo adhuc quasi homo: cupio vt occidat in me deus veterem homi nem,& viuificet me ex mortuis. Primus em̄ (ait)homo de terra terrenus,secundus ho mo de cælo cælestis. Sicut portauimus ima ginem terreni,portem⁹ & imaginem cęlestis. Secundum hūc sensum intelligitur & illud, In iudicium ego veni in mūdum istum, vt q non vident videant,& qui vident cæci fiant. Habemus in nobis omnes homines, & aspe ctum,& cęcitatem.Adam & videbat,& nō vi debat.Eua quoq;,anteq̄ aperirent oculi eius, vidisse describitur. Vidit(inquit)mulier li gnum,quia bonum ad comedendum,& opti mum oculis ad videndū:& tollēs de fructu li gni comedit,& dedit viro suo,& comederūt. Igitur non erant cæci,sed videbant. Deinde sequitur,Et aperti sunt oculi eorū.Ergo cæ ci fuerant,nec videbāt,quorum oculi postea sunt aperti.Sed qui bene ante viderant, post q̄ dn̄i mandatum prætergressi sunt,cœperūt videre male,& aspectū obœdientiæ subripien te delicto postea perdiderūt.Ego sic intelligo & illud qđ dicit deus:Quis fecit mutū & sur dum,videntē & cæcū? Nonne ego dn̄s deus? Est oculus corporis quo terrena ista conspi cimus,oculus secūdū sensum carnis, de quo scriptura dicit, Frustra incedis inflat⁹ sensu carnis.Cui habemus alium contrarium me liorem,& diuina sapiētem:qui qa cæcus ī no bis erat,venit Iesus vt faceret eū vidēre:vt q B
non videbant,viderent, qui autem videbant cęci fierent.Iuxta hunc ergo sensum, & hoc qđ nunc habemus in manibus est intelligen dum:Ecce iste positus est in ruinam, & in re surrectionem multorꝫ in Israel. Habeo aliqd in me qđ male stat, & peccati superbia se eri git: hoc cadat,hoc subruat. Qꝫ si ceciderit, qđ ante ruerat,surgēs stabit. Interior homo meus quondam iacebat elisus,& exterior sta bat erectus.Anteq̄ crederem in Iesum, bonū in me iacebat,malum stabat.Postq̄ ille venit, tunc qđ in me malum fuit,corruit, & exple tum est illud,Semper mortificationem Iesu ī corpore circūferētes:& illud:Mortificate mē bra vestra super terrā,fornicationem, immū ditiam,luxuriam,idololatriam,veneficia, & cętera.Horū omnium vt illis ruina facta est. Et de hac ruina dicitur: Vbicūq; fuerit cada uer,illic congregabūtur aquilæ.Cadauer q̄p pe,a casu nomen accepit.Vna est hæc ruina, ad quā primū venit Iesus: nec potest facere resurrectionem,nisi ruina præcesserit. Venit ante destruere qđ in me malum fuit, vt illo destructo & mortificato,consurgat in me,& viuificetur id qđ bonum est, vt cōsequamur regnum cælorum per dominum nostrum Ie sum Christum:cui est gloria & imperium in secula seculorum.Amen.

De eo qđ scriptum est,Erant pater eius & mater ammirantes super his quę dicebantur de eo.& rursum vsq; ad eum locū vbi de An na scribitur.Cap.II. Homilia.XVII.

Lucas qui scripsit,Spirit⁹ san C
ctus veniet super te, & virt⁹ altissimi obumbrabit tibi,p pter hoc & qđ natum fuerit sanctum vocabitur fili⁹ dei: & qui manifeste nobis tradi dit, ꝙ virginis filius Iesus est, nec de huma no conceptus est semine:iste patrem eius Io seph testatus est,dicens:Erant pater illius & mater ammirantes super his quæ dicebātur de eo.Quæ igitur causa extitit,vt eum q pa ter non fuit,patrē esse memoraret? Qui sim plici expositione contentus est,dicit. Hono rauit eum spiritus sanctus patris vocabulo, quia nutrierat saluatorem. Qui autem alti⁹ aliquid inquirit, potest dicere: ꝙ genera tionis ordo a Dauid vsq; ad Ioseph deduci tur:& ne videretur frustra Ioseph nominari qui pater nō fuerat saluatoris, vt generatio nis ordo haberet locū,pr appellatus est dn̄i.

Ammirabanť igitur pater illius & mater super his quæ dicebanť de eo, tam ab angelo, q̃ a multitudine cęlestis exercitus, nec nõ a pastorib⁹. Omnia quippe hęc audiẽtes, vehemẽ
D tissime mirabanť. Dehinc scriptura ait. Bene dixit eis Symeon, & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce iste posit⁹ est in ruinã & in resurrectionẽ multorꝫ in Israel, & in signũ cui cõtradiceť. Et tuã ipsius animã pertrãsibit gladius vt reuelenť ex multis cordibus cogitatiões. Quomodo saluator in ruinã & ĩ resurrectionẽ multorꝫ venerit, est cõtẽplandũ. Qui simpliciter exponit, potest dicere in ruinã eũ venisse infideliũ, & in resurrectionẽ credentiũ. Qui vero curiosus interpres est, dicit nequaq̃ eũ cadere q ante non steterit. Da mihi igiť q fuerit ille q steterit, & in cuius ruinã salua
E tor aduenerit, nec nõ & eũ q cõsurgat. Nam vtiq ille consurgit, q ante corruerat. Videndũ est itaq, ne forte saluator nõ aliis atq aliis in ruinã venerit & in resurrectionẽ multorũ, sed iisdẽ & ĩ ruinã & in resurrectionẽ venerit. In iudiciũ (ait) ego veni, vt q non videbant videãt, & q videbãt cęci fiãt. Est enim ĩ nobis qd videbat prius, & postea videre desiit: & aliud qd non videbat, & postea cœpit videre. Verbi gratia, volo videre illis oculis qb⁹ antea nõ videbã, & q mihi postea reserati sunt, qm̃ post inobœdiẽtiã & Adã & Euæ oculi sunt aperti, de qbus superiori sermone tractauim⁹. Nũc aũt interp̃tãdũ qd sibi velit hoc qd ait, Ecce hic posit⁹ est ĩ ruinã, & in resurrectionẽ multorꝫ in Israel. Me oportet primũ cadere, & cũ cecidero postea bñ resurgere, ne saluator causa fuerit malę ruinę. Sed ppterea cadere me fecit, vt consurgã, & multo mihi ruina vtilior fuerit, q̃ illud tẽpus quo videbar stare. Stabã.n. in peccato eo tpe quo pctõ viuebã: & qa peccato stabã, prima mihi utilitas fuit vt caderem, & peccato morerer. Deniq & sancti pphetę qñ augusti⁹ aliqd cõ
F tẽplabanť, cadebãt ĩ faciẽ suã. Propterea autẽ cadebãt, vt peccata p ruinã plenius purgarẽtur. Hoc ipsum & saluator tibi primum concedit, vt corruas. Ethnicus eras, cadat in te ethnicus: diligebas scortũ, primũ ĩ te scortũ intereat: peccator eras, cadat ĩ te peccator, vt possis dehĩc resurgere, & dicere: Si cõmortui sumus, & cõuiuemus: & si mortis cõformes, simul & resurrectiõis erimus. Iste igiť in ruinã & in resurrectionẽ multorꝫ posit⁹ est ĩ Israel, hoc est in his q plena possunt acie, & ratione cõspicere. Et ĩ signũ cui cõtradiceť. Oĩbus q̃ narrat historia de saluatore, cõtradicitur. Virgo mater est, signũ est cui cõtradiciť. Marcionitę cõtradicũt huic signo, & aiũt penitus eũ de muliere nõ esse generatũ. Ebionitę cõtradicũt signo, dicẽtes ex viro & muliere ita natũ esse, vt nos quoq nascimur. Habuit corpus hũanũ: & hoc signũ est cui contradiciť. Alii.n. dicunt eũ venisse de cęlis: alii tale quale nos corpus habuisse, vt p similitudinẽ corporis etiã nostra corpa redimeret a peccatis, & daret nobis spem resurrectiõis. Resurrexit a mortuis: & hoc signũ est cui cõtradiciť, quõ resurrexerit, vtrũ ipse, & talis q̃lis mortuus est, an certe in melioris substantiæ corpus resurrexerit. Et est infinita cõtentio: aliis dicẽtib⁹, fixurã clauorꝫ Thomę ostendit in manib⁹ suis: aliis e regiõe tractãtib⁹, si idẽ corpus habuit, quõ clausis ingressus ẽ ostiis, & stetit? Vides igiť queadmodũ argumentis variis etiã resurrectioni eius quęstio cõciteť, & fit signũ cui cõtradiciť. Ego & hoc qd pphetarũ more pdictum est, puto signum esse cui contradicitur. Sunt enim plures hæretici, qui asserũt eum a pphetis penit⁹ nõ fuisse pdicatũ. Et quid me necesse est multa psequi? Omnia quæ de eo narrat historia, signũ est cui cõtradiciť. Non q contradicant hi q credunt in eum: nos quippe omnia scim⁹ vera esse quę scripta sunt: sed quia apud incredulos vniuersa q̃ de eo scripta sũt, signũ sint cui cõtradiciť. Deinde Symeon ait. Et tuam
G ipsius animam ptrãsibit gladius. Quis est iste gladius qui nõ alioꝫ tãtum, sed etiam Marię cor ptransiit? Aperte scribiť, q in tempore passionis omnes fint apostoli scãdalizati, ipso quoq dño dicẽte: Omnes vos scãdalizabimini in nocte hac. Ergo scãdalizati sũt vniuersi, intãtũ vt Petrus quoq apostolorꝫ princeps tertio denegarit. Quid? putamus q scãdalizatis apostolis mater dñi a scãdalo fuerit immunis? Si scãdalum in dñi passione nõ passa est, non est mortuus Iesus p peccatis eius. ca
Si autem oẽs peccauerũt & egẽt gloria dei, iustificati gratia eius & redẽpti: vtiq & Maria illo tẽpore scandalizata est. Et hoc est qd nũc Symeon pphetat dicẽs: Et tuã ipsius animã, quę scis absq viro peperisse te virginem, q̃ audisti a Gabriele, spirit⁹ sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ptrãsibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone ferietis, & cogitatiões tuæ te in diuersa lacerabũt, cũ videris illum quẽ filiũ dei audieras, & sciebas absq semine viri esse gñatũ, crucifigi, & mori, & suppliciis hũanis esse subiectũ, & ad postremũ lachrymabiliter cõquerẽtẽ, atq dicẽtẽ. Pater si possibile ẽ, ptrãseat calix iste a me. Et tuam ergo animam per ue.

trans sibit gladius, vt reuelētur ex multorum cordib⁹ cogitatiões. Cogitationes erāt malæ in hominibus, quæ propterea reuelatæ sunt, vt prolatæ in mediū pcederētur: & interfectę atq; emortuę, esse desinerent: & occideret eas ille q pro nobis mortu⁹ est. Q̄diu em̄ abscon ditę erāt cogitationes, nec prolatæ in mediū: impossibile erat eas penitus interfici. Vnde & nos si peccauerimus, debem⁹ dicere: Pecca tūmeū notū feci tibi, & iniquitatē meam non abscondi. Dixi annūciabo iniustitiā meā cōtra me dño. Si em̄ hoc fecerimus, & reuelauerimus peccata nostra non solū deo, sed & iis qui possunt mederi vulneribus nostris atq; peccatis, delebūtur peccata nostra ab eo q ait. Ecce delebo vt nubem iniquitates tuas, & si

A cut caliginē peccata tua. Post Symeonis prophetiam, quia necesse erat vt mulieres etiam saluarentur: venit prophetis mulier, de qua scribitur. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Q̄ pulcher ordo. Nō venit ante virum mulier, sed primum venit Symeon, q apprehēdit infantē, & tenuit in brachiis suis: deinde mulier, cuius nō sunt quidē verba digesta, sed dictū est generaliter q confessa sit domino, & locuta de eo oībus q expectabant redemptionem Israel. Et iuste sancta mulier spiritum prophetādi meruit accipere: quia longa castitate, longisq; ieiuniis ad hoc culmen ascēderat. Videte mulieres testimoniū Annę, & imitamini illud, siquādo vobis euenerit vt perdatis viros. Cōsiderate qd de ea scriptum sit. Septem annis vixit a virginitate sua cum viro suo, & reliqua: propterea prophetis fuit. Neq; em̄ vt libet & fortuito spiritus sanctus habitauit in ea. Bonum est, & primum, siqua potest virginitatis gratiam possidere. Si autem hoc non potuerit, sed euenerit ei vt perdat virum, vidua perseueret. Quod quidem non solum post mortem viri, sed etiam cum ille viuit debet habere in animo, vt etiam si non venerit, voluntas ipsius & propositum, a domino coronetur, & dicat: Hoc voueo, atq; promitto, si mihi humanū aliquid quod non opto cōtigerit, nihil aliud faciam q̄ incontaminata viduaq; perseuerem.

B Nunc vero & secundę, & tertię, & quartę nuptiæ, vt de pluribus taceam, reperiūtur: & nō ignoramus q tale coniugiū eiiciet nos de regno dei. Sicut enim ab ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio, sed & nuptiæ repellunt: neq; enim episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec vidua possunt esse digami: sic forsitan & de cœtu primitiuorum immaculatorumq; ecclesiæ quæ non habet maculam, neq; rugā, eiicietur digamus: nō quo in ęternū mittatur incendium, sed quo partem non habeat in regno dei. Memini cum interpretatet illud, quod ad Corinthios scribitur: Ecclesię dei quæ est Corinthi cum omnibus qui inuocant eum: dixisse me diuersitatem ecclesiæ & eorum qui inuocant nomen domini. Puto enim monogamū, & virginem, & eum qui in castimonia perseuerat, esse de ecclesia dei: eum vero qui sit digamus, licet bonā habeat conuersationem, & cæteris virtutibus polleat, tamen nō esse de ecclesia, & de eo numero, qui non habet rugam, aut maculam, aut aliquid istiusmodi: sed esse de secūdo gradu, & de his qui inuocant nomen domini, & qui saluātur quidē in nomine Iesu Christi, nequaq̄ tamen coronantur ab eo. Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

cau tele gas fe quē tia. (margin)

De eo quod scriptum est, Puer autem crescebat & confortabatur. vsq; ad eum locum vbi ait, An nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse. Cap.II.

Homilia.XVII.

NAtus est dominus meus Iesus, & ascenderunt parentes eius in Hierosolymā, vt cōplerent ea quæ fuerant lege pręcepta, & offerrent pro eo par turturum, & duos pullos columbarū. Tenuit eum brachiis suis Symeon, vt dudū lectum est, & prophetauit de eo quæ narrat historia: & postq̄ oīa de more completa sunt, reuertuntur parentes quo Iesus tunc agebat, & tamen crescebat & confortabatur sapientia & gratia. Necdum quadraginta dies purgationis impleuerat, necdū Nazareth venerat, & iam totam sapientiam respiciebat. Potuit scriptura dicere, crescebat & confortabatur, & accipiebat spiritum: sed qui euacuauerat se, formam serui accipiens, statim vt pro mundatione eius sacrificium oblatum est, id quod vacuefecerat adimpleuit: nō q corpus eius illico maius fuerit effectum, sed q sacratius quippiam demonstrare tur, scriptura referente, Puer autem crescebat, & confortabatur, & replebatur sapientia. Quæramus sicubi alibi de paruulo scriptum sit: crescebat, & cōfortabatur, vt ex collatione multorū quid plus in domino nostro dicaē, intelligere valeamus. De Ioanne: Puer autem crescebat, & confortabatur: & tamen non additur, & replebatur sapientia, sed cōfortabatur spiritu. Hic vero de domino, Crescebat (inquit) & confortabatur, & replebatur sapientia, & gratia dei erat sup eū. Hæc omnia

C (margin)

cau tele ge. (margin)

de puero,qui necdũ duodecim annos imple-
D uerat,dicta sunt.Cum autem duodecim esset
annorum, remanet in Hierusalem.Parentes
eius ignorantes, quærunt eũ sollicite, & non
inueniunt.Quærũt inter affines,quærunt in
comitatu,quęrũt inter notos, & in his omni
bus non reperiunt.Quęritur ergo Iesus a pa-
rentibus suis cum patre,qui nutricius & co-
mes fuerat in Aegyptũ descendẽtis: & tamen
non statim vt quęritur,inuenitur. Non enim
inter cognatos,& carnis propinquos inueni-
tur Iesus: non in his qui corporaliter ei iun-
cti sunt. In multorum comitatu Iesus meus
non potest inueniri.Disce vbi eum quęrentes
reperiãt, vt & tu quærens cũ Ioseph Mariaq;
reperias:Et quærẽtes(inquit)inuenerunt illũ
in tẽplo.Non vbicũq; in alio loco, sed in tem
plo. Neq; in templo simpliciter, sed in medio
doctorum,audientem,& interrogantem eos.
Et tu ergo quære Iesum in templo dei,quæ-
re in ecclesia,quære eũ apud magistros:qui in
templo sunt,& nõ egrediũtur ex eo. Si enim
ita quęsieris,inuenies eum.Porro si quispiam
dicit se magistrum esse, & Iesum non habet:
iste nomine tãtum magister est, & ideo apud
eum non potest inueniri Iesus verbum dei,&
E sapientia. Inuentus est(inquit)in medio do-
ctorum. Quomodo in alio loco de prophetis
scriptum est:sic & nũc intellige in medio do-
ctorum.Si(inquit)alteri reuelatum fuerit se-
denti,primus taceat. In medio doctorum se-
dentem inueniunt eũ: & nõ solum sedentem,
sed & sciscitantem,& audientem eos.Et nunc
præsens est Iesus,interrogat nos, & audit lo-
quentes.Et mirabãtur(inquit)omnes.Super
quo mirabantur? Non super interrogationi-
bus eius,licet & ipsæ mirabiles erant, sed su-
per responsionibus eius.Aliud est enim inter-
rogare,aliud respondere.Interrogabat magi-
stros:& quia respondere nõ poterant,ipse his
de quibus interrogauerat,respõdebat. Qꝫ au
tem responsio non vicissitudinem sermocinã
di, sed doctrinam in scripturis sanctis fouet:
lex diuina te doceat.Moyses loquebatur,deus
autem respondebat ei voce.Responsio illa eo-
rum erat, super quibus ignorantem Moysen
dominus instruebat.Interdum interrogat Ie-
sus,interdum respondet,sicut supra diximus.
Qꝫq̃ mirabilis eius interrogatio sit,tñ multo
mirabilior est responsio. Vt igitur & nos au-
diamus eum, & proponat nobis quæstiones
quas ipse dissoluat: obsecremus illum,& cum
labore nimio & dolore quæramus:& tũc po-
F terimus inuenire quem quęrimus. Non enim
frustra scriptum est:Ego & pater tuus dolen-
tes quærebamus te.Oportet enim qui quærit
Iesum,nõ negligenter,nõ dissolute, nõ trãsi-
torie quærere,sicut quęrunt nonnulli,& ideo
inuenire non possunt. Nos autem dicamus:
Dolẽtes quęrimus te.Et cum hoc dixerimus,
ad laborantem animam nostram, & cum do-
lore quærentem,respondebit,& dicet. Nesci-
tis quia in his quæ sunt patris mei me opor-
tet esse? Vbi sunt hæretici impii,atq; vesani,
qui asserunt nõ esse patris Iesu Christi legem
& prophetas? Certe Iesus in tẽplo erat,quod
a Salomone constructum est:& cõfitetur tem
plum illud patris sui esse,quem nobis reuela-
uit,cuius filiũ esse se dixit. Respondeãt quo-
modo alter bonus,& alter sit iustꝰ deꝰ. Quia
igitur Saluator creatoris est filius, in cõmu-
ne patrem filiumq; laudemus,cuius lex, cuiꝰ
& templum est.Cui est gloria,& imperium in
secula seculorum.Amen.

De eo quod scriptũ est.Puer autem cresce-
bat,& confortabatur.vsq; ad eum locum vbi
ait:Seniores in templo interrogat. Cap.II.
Homilia.XIX.

VIa nonnulli qui sanctę scri C
pturę videntur credere, qua-
si in gloriam oĩpotentis dei
diuinitatem Saluatoris ne-
gant: iustum mihi videtur
vt ipsarum scripturarũ au-
ctoritate doceãtur in humanũ corpus quid-
dam venisse diuinum: & non solum in huma-
num corpus, sed in humanam quoq; animã.
Qꝫq̃ si diligenter sensum intendimus scriptu
rarum,plus aliquid anima illa habuit, q̃ cæ-
teræ hominum animę. Omnis quippe anima
hominis anteq̃ ad virtutes veniat,vitiis sor-
didatur. Porro anima Iesu,nunq̃ peccati sor-
de maculata est. Siquidem anteq̃ ad duode-
cimum ętatis peruenerit annum,spiritus san
ctus de eo in Lucę scribit Euangelio:Puer au
tem crescebat, & confortabatur, & repleba-
tur sapientia. Hoc hominum natura non re-
cipit,vt ante duodecim annos sapientia com
pleatur. Aliud est partem habere sapientiæ,
aliud sapientia esse completum.Non ambigi-
mus ergo diuinum aliquid in carne Iesu ap-
paruisse: & non solum super hominem, sed
super omnem quoq; rationalem creaturam.
Et crescebat, inquit. Humiliauerat enim se,
formam serui accipiens:& eadem virtute qua
se humiliauerat crescit. Apparuerat infir-
mus,quia infirmũ corpus assumpserat, & ob
id iterum confortatur. Euacuauerat se filius
dei,& propterea rursum completur sapiẽtia,

& gratia dei erat super eum. Non quando venit ad adolescentiam, non quando manifeste docebat, sed cum adhuc esset paruulus habebat gratiã dei: & quomodo omnia in illo mirabilia fuerant, ita & pueritia mirabilis fuit, vt dei sapientia cõpleretur. Ibant itaq; parentes eius iuxta consuetudinem in Hierusalem
A ad solennem diem Paschę. Et cũ factus fuisset annorũ duodecim. Diligenter obserua, q; priusq; duodecim esset annorum, sapientia dei & cæteris quæ de eo scripta sunt complebatur. Cum ergo (vt diximus) duodecim esset annorum, & iuxta morem dies solennitatis expleti essent, & reuerterẽtur parentes eum infantulo Iesu: remansit puer in Hierusalẽ, & nesciebant parẽtes eius. Et hic sublimius quiddam q̃ humana natura pariter intellige. Non eñ simpliciter remansit, & parentes eius vbi esset ignorabant: sed quomodo in Ioãnis Euãgelio scriptum est, q; insidiabantur ei Iudæi, & elapsus est de medio eorum, & non apparuit: sic & nunc puto remansisse puerum in Hierusalem, & parentes eius vbi remanserit ignorasse. Nec miremur parentes vocatos, quorum altera ob partum, alter ob obsequium, patris
B & matris meruerunt vocabula. Sequitur. Dolentes (inquit) quærebamus te. Non puto eos idcirco doluisse, quia putarent errasse puerũ vel periisse: nec poterat accidere, vt Maria quę sciebat se de spiritu sancto concepisse, quæ & angelum loquentem, & currentes pastores, & Symeonem audierat prophetantem: timeret ne puerum perderet oberrantem. Amoue hãc opinionem maxime de Ioseph, cui ab angelo præceptum fuerat, vt tolleret puerum, & in Aegyptum pergeret: qui audierat: Ne timeas tollere Mariam coniugem tuam, quod eñ in ea natum est, de spiritu sancto est. Nunq̃ fieri poterat, vt perditũ formidaret infantẽ, quem diuinũ esse cognouerat. Aliud quiddam dolor & quæstio parentũ, q̃ simplex lector intelligit, sonat. Quomodo eñ tu siquando scripturas legis, quæris in eis sensum cum dolore quodã, ac tormento: nõ quo scripturas errasse, aut perperã quid habere arbitteris, sed q; illę intrinsecus habeãt veritatis sermonem atq; rationẽ, & tu nequeas inuenire qđ verũ est: ita & illi quærebant ne forte recessisset ab eis, ne relinquens eos ad alia trãsmigrasset: & qđ magis puto, ne reuertisset ad cælos, cũ il-
C li placuisset, iterũ descẽsurus. Dolentes ergo, quærebant filiũ dei. Et cũ quærerẽt, nõ inuenerũt inter cognatos. Neq; enim poterat humana cognatio dei filiũ continere. Non inuenerunt inter cognatos, quia diuina maiora erant, notitia scientiaq; mortali. Vbi igitur inueniunt eum? In templo. Ibi enim inuenitur filius dei. Siquando & tu quęsieris filium dei, quære primum in templo, illuc properas ibi Christum sermonem atq; sapientiam, id est filiũ dei, reperies. Quoniã vero paruulus erat, inuenitur in medio pręceptorũ, sanctificans, & erudiens eos. Quia paruulus erat, inuenitur in medio non eos docens, sed interrogans, & hoc pro ætatis officio, vt nos doceret quid pueris, quis sapientes & eruditi sint, conueniret: vt audiãt potius magistros, q̃ docere desiderent, & se vana ostentatione nõ iactent. Interrogabat inquam magistros, nõ vt aliquid disceret, sed vt interrogans erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat & interrogare, & respondere sapiẽter: & eiusdem scientiæ est, scire quid interroges, quidve respõdeas. Oportuit primum Saluatorem eruditæ interrogatiõis magistrum fieri, vt postea interrogationibus responderet iuxta rationem dei, atq; sermonem. Cui est gloria & imperiũ in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptũ est: Quid est q; quærebatis me. vsq; ad eum locũ vbi ait: Conseruabat Maria omnia verba in corde suo. Cap. II.

Homilia. XX.

Quærebãt Maria & Ioseph inter affines Iesum, & non inueniebãt: in comitatu, & inuenire nõ poterant. Quæsierunt in templo: sed apud ma- D gistros, & in medio præcepto rum inueniunt eum. Vbicunq; magistri fuerint, in medio magistrorum inuenitur Iesus, si tamen magister sedeat in templo, & nunq̃ egrediatur ex eo. Profuit Iesus magistris suis, & eos quos interrogare videbatur, docuit in medio eorum loquens, & quodammodo concitabat eos ad quærenda, quæ vsq; ad id locorum, vtrum scirent, an ignorarent, nosse non poterant. Inuenitur Iesus in medio magistrorum, & inuẽtus dicit quęsitoribus suis: Quid est q; quęrebatis me? Nesciebatis q̃a in his quę sunt patris mei oportet me esse? Primum simpliciter sentientes armemur aduersus impios hæreticos, qui dicunt non esse conditorẽ patrem Christi Iesu, neq; deũ legis, sed nec prophetarum. Ecce pater, deus templi asseritur. Erubescant Valentiniani audiẽtes Iesum inquientem: In his quæ sunt patris mei oportet me esse. Erubescãt oẽs hæretici, qui Euãgeliũ recipiũt secundũ Lucã, & quæ in eo sunt scripta contemnunt. Hæc, vt dixi, sint intellecta simplicius. Quoniã vero infert: Ipsi autem nõ

intellexerūt sermonē, sensum scripturæ dili-
E genrius vētilemus, vtrū erāt stulti, & insipiē-
res, vt nescirēt quid diceret: quia hoc qđ ait:
In his quę sunt patris mei me esse oporter, si
gnificaret in tēplo, an aliud quiddā altius si-
gnificet, & quod magis ædificet audientes.
Vnusquisq; nostrū si bonus fuerit, atq; perfe-
ctus, possessio dei patris est, & habet i medio
sui Iesum. Credamus quippe dicēti, qm̄ in his
quæ sunt patris mei me oportet esse. Magis
rationabile, atq; viuens, & verum tēplum dei
hoc esse suspicor, q̄ illud quod typice terre-
no opere cōstructū est. Vnde illo in tēplo vt
typice fuit, ita recessit & typice. Egressus est
enim de tēplo terreno dicens: Ecce relinque-
tur vobis domus vestra deserta: & relinquēs
domum illam venit ad possessionem dei pa-
tris, ad ecclesias in toto orbe dispersas, & di-
cit: In his quę sunt patris mei me oportet eē.
Tūc ergo nō intellexerūt verbū, quod locut⁹
est eis. Simul & illud attēdite, φ q̄diu in pos-
sessione patris sui fuit, sursum erat: & qa nec-
dum plenā fidem Ioseph, & Maria habebant:
propterea sursum cū eo manere nō poterāt:
sed dicitur descendisse cum eis. Crebro Iesus
descēdit cum discipulis suis: nec semper ver-
satur in monte, nec absq; fine sublimia tenet.
In monte cū Petro est, cū Iacobo, cū Ioanne:
& rursum in alio loco cum cęteris discipulis.
Porro quia nō valebāt hi qui variis ægrota-
tionibus laborabant in montem conscēdere:
idcirco descendit, & venit ad eos q deorsum
erāt. Nunc quoq; scribitur, descēdit cum eis,
F & venit Nazareth, & subiiciebat̄ eis. Disca-
mus filii subiecti esse parentib⁹ nostris: maior
eñ minori subiicit̄. Nā qa maiorē Ioseph vi-
debat ætate, propterea eū parētis honore co-
luit: omnibus filiis exemplū tribuēs, vt subii-
ciant̄ parētibus. Q; si patres eis non fuerint,
subiiciant̄ his qui patrū ætatē habent. Quid
loquor de parētibus, & filiis? Si Iesus fili⁹ dei
subiicit̄ Ioseph, & Mariæ: ego non subiiciar
episcopo qui mihi a deo ordinatus est pater?
Non subiiciar presbytero, qui mihi domini
dignatione præpositus est? Puto φ intellige-
bat Ioseph, φ maior se erat Iesus, q̄ subiicie-
batur sibi: & sciens maiorem esse subiectum,
trepidus moderabat̄ imperium. Videat ergo
vnusquisq;, φ sæpe melioribus pręposirus sit
inferior, & nōnunq̄ accidat, vt ille q̄ subiect⁹
est melior sit eo qui sibi videt̄ esse pręposirus.
Qđ cum intellexerit dignitate sublimior, nō
eleuabit̄ superbia ex eo φ maior est: sed sciet
ita sibi meliorem esse subiectum, quomodo &
Iesus subiectus fuit Ioseph. Deinde sequitur.

cau tele ge.

Maria autem conseruabat omnia verba hæc G
in corde suo. Plus aliquid q̄ de homine suspi
cabatur, vnde & custodiebat omnia verba ei⁹
in corde suo: non quasi pueri qui duodecim
esset annorum, sed eius qui de spiritu sancto
conceptus fuerat, quem videbat proficere sa-
pientia & gratia apud deum & homines. Ie-
sus proficiebat sapientia: sapientior per singu
las videbatur ætates. Nunquid sapiens non
erat, vt sapiētior fieret? An qm̄ euacuauerat
se formam serui accipiens, id quod amiserat
resumebat, & replebatur virtutib⁹ quas pau
loante assumpto corpore visus fuerat relin-
quere? Proficiebat ergo non solum sapientia,
sed ætate. Est ętatis profectus. Duę in scriptu H
ris feruntur ætates: altera corporis, quæ non
est in potestate nostra, sed in lege naturę: alte
ra animæ, quæ proprie in nobis sita est: iuxta
quam si volumus quotidie crescimus, & ad
summitatē venimus: vt non simus vltra par-
uuli fluctuantes, & qui circunferamur omni
vento doctrinę: sed esse paruuli desinentes, in
cipiamus esse viri, atq; dicamus: Quando fa-
ctus sum vir, destruxi ea quæ erant paruuli.
Huius, vt dixi, ętatis profectus, qui incremē-
tū habet animę, in nostra est potestate. Si au-
tē non sufficit dictū testimoniū, etiā aliud de
Paulo sumamus exemplum. Donec perueniā-
mus, inquit, omnes in virum perfectū, in men
suram ætatis plenitudinis corporis Christi.
In nobis ergo est vt ad mēsurā perueniamus
ætatis corporis Christi: & si i nobis est, omni
labore nitamur deponere paruulū, & destrue
re illū, & ad ætates reliquas peruenire, vt nos
quoq; audire possimus: Tu autem ibis ad pa
tres tuos cum pace, nutritus in senecta bona:
vtiq; spiritali, quæ est vere senectus bona, ca-
nescens & ad finem vsq; perueniens, in Chri-
sto Iesu. Cui est gloria, & honor, & imperium
in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est, Quintodecimo
anno imperii Tyberii Cæsaris. vsq; ad eū lo-
cū vbi ait: Rectas facite semitas eius. Cap. III.

Homilia. XXI.

QVando ad Iudęos tm̄ sermo I
prophetic⁹ mittebat̄, Iudaici
reges ponebantur in titulo:
Verbi gratia, visio quam vi
dit Esaias filius Amos aduer
sus Iudęam, & aduersus Hie
rusalem in regno Osię, & Ioathan, & Achaz,
& Ezechię: nec aliū quēq̄ exceptis Iudęę regi
bus Esaię video tpe designatū. In quibusdam
prophetis & Israel reges legimus: sicut ibi. Et
i dieb⁹ (inqt) Hieroboā filii Ioas regis Israel.

Quādo vero sacramētū euāgelii pdicandum erat, & in toto orbe euāgeliū disseminandū: cui⁹ princeps Ioannes in eremo fuit, & orbē Romanū Tyberii regebat imperiū: tūc ī quintodecimo anno verbū dñi ad Ioannē factum esse describiť. Et si tantū his q de nationibus credituri erāt annūcianda salus fuisset, & penitus excludēdus Israel, suffecerat dicens: In quintodecimo anno Tyberii Cæsaris, pręside Iudęę Pōtio Pilato. Quia vero & de Iudęa & de Galilęa mlti credituri erāt, idcirco & hęc regna ponunť in titulo, diciturq; : Tetracha Galilęę Herode, & Philippo fratre ei⁹ tetracha Iturę & Trachonitidis regiōis: & Lysania Tetracha Abilenę, sub pricipibus sacerdotū Anna & Caipha, factū est verbū dñi ad Ioānē filiū Zacharię in deserto. Olī verbū dei flebat ad Hieremiā filiū Elchiæ ī Anathoth in dieb⁹ Iosię regis Iudę: nūc sermo dei fit ad Ioānē filiū Zacharię, q nunq̄ factus est ad pphetas ī deserto. Sed qa plures filii credituri erāt desertę magis q̄ eius quę haber virū: idcirco factū est verbū dei ad Ioannem filiū Zachariæ in deserto. Simulq; cōsidera q magis
A rationē habeat si mystice intelligať desertū, & nō secūdū simplicē literā. Qui em̄ in deserto pdicat, superflue facit ibi vociferari, vbi se loquentem nullus exaudiat. Præcursor ergo Christi, & vox clamātis in deserto: prædicat in deserto aīę, quæ nō habebat pacē. Non solū autē tunc, sed etiā in psenti primū lucerna ardēs & lucēs venit, & pdicat baptisma pœnitētiæ in remissionem peccatorū: deinde lux vera subsequiť, quādo lucerna ipsa loquiť: Illū oportet crescere, me aūt minui. Fit verbū in deserto, & venit ad oēm circa regionē Iordanis. Quæ em̄ alia loca debuit circuire Baptista nisi vicina Iordanis: vt qcūq; voluisset agere pœnitentiā, pręsto essent ad lauacrum aquę? Porro Iordanis descendēs interpretať. Descēdēs aūt & largo impetu currēs fluuius dei Saluator noster dñs est, in quo baptizamur. Quā verā aquā salutarē, in remissionem quoq; peccatoꝶ in baptisma pędicat: venite catechumini, agite pœnitētiā, vt in remissionē peccatoꝶ baptisma cōsequamini. In remissionē peccatoꝶ ille accipit baptisma, qui peccare desinit. Si quis em̄ peccās ad lauacrū venit, ei non fit remissio peccatorum. Propterea obsecro vos ne absq; cautela & diligēti circūspectione veniatis ad baptismū: sed ostēdatis primū fructus dignos pœnitētiæ. Facite aliquid tēporis in conuersatione bona: mundos vos a cūctis sordibus vitiisq; seruate: & tunc vobis remissio peccatorū fiet, quādo cœperitis & ipsi propria peccata cōtēmnere. Dimit-
tite delicta vestra, & dimittentur vobis. Hoc B
autē ipsum quod nūc de veteri instrumento poniť, in Esaia Propheta scriptū legimus. Ibi enim diciť. Vox clamantis in deserto, Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Vult dominus in vobis reperire viam, vt possit in vestras animas ingredi, & iter suū facere. Pręparate ei semitam, de qua dicitur: Rectas facite semitas eius. Vox clamantis in deserto. Vox clamat: Præparate viā. Primo enim vox ad aures peruenit: deinde post vocem immo cū voce, auditum sermo penettat. Iuxta hunc sensum a Ioanne annūciatus est Christus. Videamus ergo quid vox de verbo annunciet. Præparate (inquit) viam domino. Quā viam domino præparemus? Nunquid corpoream? Aut potest sermo dei tali itinere pergere? An intrinsecus præparāda est domino, & in corde nostro recta & æqualis semita cōponēda? Hæc est via per quā ingressus est sermo dei: qui in humani corporis capacitate consistit. Magnū est cor hominis, & spatiosum, & capax, si tamen mundū fuerit. Vis eius magni- C
tudinē, latitudinēq; cognoscere? Vide quantam diuinorū sensuum magnitudinē capiat. Ipse ait. Dedit mihi eorum quę sunt notitiā, rationem mundi scire, & opera elemētorum, principium & finē, & medietatē seculorum, tēporum varietates, & translationē mēsium, annorum circulos, & siderum sedes, naturas animalium, & furores bestiarum, spirituum violētias, & cogitationes hominum, diuersitates arborū, & vim radicū. Vides nō paruū esse cor hominis, quod tanta capiat. Neq; in corporis quātitate, sed in fortitudine eius intellige: quæ tātam sciētiam capiat veritatis. Vt autē & simplices quosq; quotidianis exēplis ad credēdum adducā, q grāde fit cor hominis, videamus. Quascūq; vrbes trāsiuim⁹, D
habem⁹ illas in animo: & qualitates, & situs platearū, murorūq;, & ędificiorū in corde nostro versanť. Viā quā ingressi sumus, in memoria picturę, ac descriptione retinemus: mare quod nauigauimus tacita cogitatiōe amplectimur. Nō est paruum, vt dixi, cor hominis, quod potest tanta capere. Si autē non est paruū tanta capiēs, cōsequēter in illo via domini pręparať, & recta fit semita: vt ambulet in illa sermo dei, atq; sapiētia. Præpara viam domino per conuersationē bonā, & egregiis operibus tene semitā: absq; offensa vlla deambulet in te verbū dei, & donet tibi mysterioꝶ suorum aduētusq; notitiā. Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est: Omnis vallis implebitur. vsq ad eum locum vbi ait: Potēs est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Cap. III. Homilia. XXII.

E Videamus quæ in Christi prę dicuntur aduentu, inter quę primū de Ioanne scribitur: Vox clamantis in deserto, Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Et quod sequitur, proprie de domino Saluatore est. Neq enim a Ioanne omnis vallis impleta est, sed a domino Saluatore. Seipsum vnusquisq consideret, quis erat anteq̄ crederet: tunc animaduertet vallem humilem, vallem se fuisse præcipitem, & in ima demersam. Quando vero venit dominus Iesus, & misit spiritū sanctum vicarium suū: vallis omnis expleta est. Expleta est autem operibus bonis, & fructib⁹ spiritus sancti. Charitas non finit permanere te vallem. Q; si pacem habueris, & sapientiā & bonitatem, non solū vallis esse desines, sed etiam mons esse incipies dei. Quod tamen de gentibus quotidie magis fieri videmus, atq cōpleri, Omnis vallis implebitur: q̄ de popu-

F lo Israel, qui de excelso depositus est. Omnis (inquit) mons & collis humiliabit. Mōs erat quondam ille populus, & collis: qui deposit⁹ est atq destructus. Illorum delicto salus gentibus data est ad æmulandū eos. Q; & si contrarias fortitudines, quæ aduersus mortales erigebantur, dixeris montes & colles esse depositos: non peccabis. Vt em̄ impleantur huiuscemodi valles, humiliādę sunt. Sed & hoc quod in aduentu Christi prophetatum est, vtrum expletum sit contemplemur. Sequitur enim. Et omnia praua erūt in directa. Vnusquisq nostrum prauus erat, si tamen non & vsq hodie perseuerat, & per aduētum Christi qui fact⁹ est ad animā nostrā, praua quoq directa sunt. Quid enim tibi prodest, si Christus quondam venit in carnem, nisi quoq ad tuā animā venerit? Oremus vt illius quotidie nobis aduentus fiat, & possimus dicere: Viuo autem iam nō ego, viuit autem in me Christ⁹. Si em̄ Christus viuit in Paulo, & nō viuit in me, quid mihi proderit? Cum autem & ad me venerit, & fruitus illo fuero, sicut fruitus est Paulus, tūc & ego Paulo similiter loquar: Viuo iam non ego, viuit vero in me Christus. Consideremus ergo cætera, quæ in

G Christi prædicentur aduentu. Nihil te asperius erat. Vide pristinos mot⁹ tuos, vide irā, & cætera vitia, si tamen cessauerunt esse quæ fuerāt: & intelliges nihil te asperius, & (vt magnificantius loquar) nihil fuisse inæqualius. Conuersatio tua inæqualis erat, & sermo, & opera inæqualia. Venit ergo dominus meus Iesus, & exæquauit asperitates tuas: incomposita quęq vertit in vias planas, vt fieret in te iter sine offensione, & lęue, atq purissimū, graderetur q in te de⁹ pater, & Christus dominus mansionem apud te faceret, diceretq: Ego & pater meus veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sequitur. Et videbit oīs caro salutare dei. Tu quondā caro eras, immo vt mirabilius loquar, cū adhuc in carne sis vides salutare dei. Quid autē sibi velit qđ dicit, omnis caro, eo q nulla excipiatur quæ nō videat salutare dei: relinquo intelligendū his qui sciunt scripturarū mysteria. Quænā egrediētibus ad baptismū Ioannes loquitur, attendendū. Si quis vult baptizari, egrediat. Manēs enim in pristino statu, & mores suos & cōsuetudinē nō relinquens: nequaq̄ rite ad baptismum venit. Vt autē intelligas quid sit egredi ad baptismū, accipe testimoniū, & ausculta verba qbus deus loquitur ad Abrahā: Egredere de terra tua, & reliqua. Egredientibus itaq ad lauacrum turbis, nō egressis, sed tantū egrediētibus, Ioannes loquitur quæ sequuntur. Si enim iam egressi, nunq̄ ad eos diceret, generatio viperarum. Quęcunq igitur ad illos loquitur, ad vos o catechumini & catechuminæ loquitur. Qui disponitis venire ad baptismū, cōsiderate ne forsitan vobis dici possit, generatio viperarū. Sed & illud qđ sequit, nisi prauitatem venenaq serpētum de corde vestro expuleritis, dicet ad vos: Quis ostendit vobis fugere ab ira ventura? Magna huic seculo impendet ira, omnis irā dei passurus est mūdus: tantā vastitatē cæli, & latitudinē terræ, & stellarū choros, splendorē Solis, & Lunę nocturnæ solatia, dei ira subuertet. Hæc em̄ omnia propter hominū peccata trāsibūt. Et olim quidē super omnia tantū in terra venit ira dei, quia omnis caro reliquerat viam suā sup terrā: nunc autē & super cęlū, & sup terrā ventura est ira dei. Cæli pertransibūt, tu autē permanebis (ad deū dicit) & oēs sicut vestimētum veterascent. Videte qualis & quāta ira sit: quę mundū oēm consumptura sit, & puniet eos qui pœna digni sunt, inuenietq materiam in qua se exerceat. Vnusquisq nostrū ex eo qđ gessit, iræ materiā pparauit. Secundū duritiā em̄ tuā & impœnitēs cor thesaurizas tibi irā ī die irę & reuelatiōis iusti iudicii dei, dicit ad Romanos. Dein sequit. Quis ostēdit vobis fugere ab ira vētura? Facite ergo fruct⁹ dignos pœnitētię.

Et vobis qui venitis ad baptismũ dicitur! Facite fructus dignos pœnitentiæ. Vultis scire qui sunt fructus pœnitẽtię! Charitas fructus est spiritus, gaudiũ fructus est spiritus, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, & reliqua huiusmodi. Si hęc oĩa habuerimus: fecimus fructus dignos pœnitẽtię. Rursum dicit ad eos qui ad Ioannis baptismũ veniebãt. Et ne incipiatis dicere intra vosmetipsos, patrẽ habem⁹ Abrahã: dico enim vobis, ꝙ potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Prophetat Ioannes nouissimus prophetarũ expulsionẽ prioris populi, & vocationem gentium. Illis enim qui de Abrahã gloriabãtur dicit: Et ne incipiatis dicere in vobismetipsis, patrem habemus Abrahã. Et de gentibus rursum loquit: Dico enim vobis, ꝙ potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. De quibus lapidibus! Non vtiq; lapides irrationabiles corporeosq; monstrabat, sed homines insensibiles & quondam duros: qui quia lapides & ligna adorabãt, impletũ est illud qđ in psalmo cantabatur: Similes illis fiũt qui faciũt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vere qui faciunt idola, & cõfidunt in eis, similes sunt diis suis, absq; sensu, fine vlla ratiõe, in lapides, lignaq;
A conuersi sunt. Cum enim tantũ videant creaturarum ordinem, decorem, officium, tãtam mũdi pulchritudinem: noluẽt de creaturis intelligere creatorẽ, neq; confiderant tantę dispensationis aliquam prouidentiam, aliquem esse rectorem: sed sunt cæci, his tantũ oculis mundum videntes, quibus irrationabilia iumẽta & bestiæ vidẽt. Non enim animaduertunt in his quę vident ratione regi, aliquam inesse rationẽ. Hæc propterea, ꝙ Ioannes dixerat: Potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et nos igitur obsecrem⁹ deũ, vt siquando fuimus lapides, vertamur in filios Abrahæ pro his filiis qui eiecti sunt, & repromissionem adoptionemq; suo vitio perdiderũt. Vnum testimonium adhuc de lapidibus ponam. Siquidem in cãtico Exodi scribitur. Vertantur in lapides donec pertrãseat populus tuus domine, donec transeat populus tuus iste quem possedisti. Rogatur itaq; deus, vt paulisper conuertantur in lapides: hoc enim grecus sermo significantius sonat, ἀπολιθωθήτωσαν: donec pertrãseat populus Iudæorũ. Haud dubium quin postq̃ illi transierunt, gentes lapideę esse cessabunt, & pro duro corde recipient humanam in Christo rationabilemq; naturam. Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptũ est. Ecce securis ad radices arborũ posita est. vsq; ad eum locũ vbi ait. Venerũt autẽ & Publicani, vt baptizarentur ab eo. Cap. III. Homilia. XXIIII.

IOannes illo iã tẽpore loquebat: Ecce securis ad radices arborũ posita est: Et si quidẽ iã ingrueret cõsummatio, & temporũ finis instaret: nulla mihi questio nasceret. B Dicerẽ eñi hoc qđ ait: Ecce securis ad radices arboris posita est: & illud, Omnis ergo arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ pręcidet, & in ignẽ mittetur: propterea prophetatũ, ga in illo tempore cõplebat. Cũ autẽ tãta post secula fluxerint, & tã innumerabiles anni ab illo tempore vsq; ad pńsentẽ diem trãsierint: quomodo spiritus sanctus in Propheta dicat: Ecce securis ad radices arborũ posita est, debemus inquirere. Ego puto Israelitico populo pphetari, ꝙ pcisio ei⁹ vicina sit. His eñi qui egrediebãtur ad eũ vt baptizarent, inter cætera loquebat: Facite fructus dignos pœnitẽtię: & quasi Iudæis dicebat: Ne incipiatis dicere in vobismetipsis: patrẽ habem⁹ Abrahã. Dico eñi vobis, ga potest deus ex lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahæ. Hoc ergo qđ ait: Ecce securis ad radices arborũ posita est, Iudæis loquitur. Cui sensui & apostolicum illud cõgruit: fractos esse ab hac securi infidelitatis ramos, atq; succisos, vt amputaret ex arbore nõ radicẽ, sed ea quę de radice pullularũt, vt in radice pristinæ arboris, rami possint oleastri inseri. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonũ pręcidet, & in ignẽ mittetur. Hunc eñi finẽ habet, vt incẽdio cõcremet. Deinde tres C ordines inducunt sciscitantiũ Ioannẽ sup salute sua: vnus quẽ scriptura appellauit populos exeuntes ad baptisma, alius quẽ publicanos nominat: tertius qui militũ appellatione cẽset. Interrogabãt eñi turbæ, dicentes: Quid faciemus! Qui respondens, ait eis. Qui habet duas tunicas, det ei qui non habet: & qui habet cibos, similiter faciat. Quod quidẽ, nescio si turbæ cõueniat præcipi. Magis enim apostolis q̃ vulgo congruit: vt qui duas tunicas habet, vnã tribuat nõ habẽti. Et vt scias magis hoc apostolis q̃ populis conuenire, audi quid a Saluatore dicatur ad eos. Neq; duas tunicas tollatis in via. Duplex itaq; vestimentũ quo vnusquisq; vestitur, & præcipitur vt alterũ tribuat non habẽti, aliã intelligẽtiam sonat. Vult eñi nos Saluator, quomodo non habemus duob⁹ seruire dominis: sic nec duas habere tunicas, nec duplici veste circundari,

ne sit vnū indumētū veteris hominis,& alterum noui.Econtrario autē cupit vt expoliemus nos veterē hominē,& induamus nouū.
D Hucusq facilis expositio est.Porro quæritur, quomodo iuxta hanc interpretationē iubeatur nobis nō habenti tribuere vestimentum. Quisnam est ille qui ne vnū quidem indumētū super carnem suam habet, qui nudus est, qui omnino nulla veste coopertus? Neq vero hoc dico,quo non præcipiat liberalitas,& in pauperes misericordia,Hyperbolica clementia:vt etiā nudos,altera tunica protegamus. Sed hoc aio, ꝙ & pfundiorē locus iste respiciat intellectū, & oporteat ei dare tunicā qui omnino nō habebat. Quis est ergo iste,q tunicā non habet? Nempe ille q penitus deū nō habet. Debemus igit exuere nos,& ei dare q nudus est. Alius habet deū,alius omnino non habet,contraria videlicet fortitudo.Et quomodo scriptū est,vt in profundo maris præcipitemus delicta nostra: sic proiici oportet a nobis vitia, atq peccata, & iacere sup eum qui eorꝫ nobis causa extitit.Et qui habet(inquit)cibum,similiter faciat. Qui habet cibos tribuat nō habēti,vt nō solū ei vestimētum, sed etiā id quod possit comedere largiat. Venerūt autē & Publicani baptizari ab eo. Hoc & iuxta simplicē intelligentiā docet Publicanos nihil ampli⁹ quærere,ꝗ in lege præceptū est.Qui eñ plus exegerint,nō Ioannis mādatū præuaricant, sed spiritus sancti qui locu-
E tus est in Ioanne.Nescio autē verū,vt secundū ἀναγωγὴν,aliud quiddā excellentius sermo significet: & an debeamus in tali adiutorio, tes tā mysticas prodere, maxime inter eos q scripturarū medullas nō introspiciūt,sed tm̄ superficie delectantur. Periculosum quidē est, sed tamen strictim,breuiterq tāgendum. Cū exierimus a seculo, & hæc vita nostra fuerit cōmutata:erūt quidā in finibus mūdi sedentes velut Publicanorū officio, diligentissime perscrutantes ne quid sui in nobis inueniant. Videtur mihi princeps seculi hui⁹ quasi publicanus esse:vnde scriptum est de eo: Venit princeps mūdi istius,& in me habet nihil. Illud quoq quod in Apostolo legimus:Reddite oib⁹ debita:cui tributū,tributū:cui vectigal, vectigal:cui honorē, honorē:nemini qd debeatis nisi vt inuicē diligatis:sacrate intel-
F ligendū est.Quāobrem consideremus ne forte cū nō habuerimus qd pro vectigali queamus reddere,ipsi trahamur ob debitū,vt solet apud seculi quoq fieri vectigales: quādo quis pro debito ipse reipublicę seruiturus includitur.Cōplures e nobis,ab istiusmodi publicanis tenendi sunt:quos Iacob ille vir sanctus nō magnopere formidabat, nec verebat: vt de publicanorū vectigalibus in se aliquid reperiret. Vnde & audacter ad Publicanū illū loquebat Labā:Cognosce si quid tuarū rerū est apud me. Sup qd agit testimoniū scriptura dicēs:Et nō cognouit Laban apud Iacob quicq.Docet igit Saluator noster,& spiritus sanctus q loquutus est in pphetis,nō solū hoīes,sed etiā angelos,& virtutes inuisibiles.Quid loquar de Saluatore?Prophetę quoꝙ ipsi & Apostoli,omne quod resonāt,nō solū hoībus, sed & angelis pdicāt. Qd vt scias verū:Attēde(inquit)cælū & loquar:&,In cōspectu angelorū psallā tibi:&,Laudate dominū cæli cælorū, & aquę q sup cælos sunt laudēt nomē dñi:&,Laudēt eū angeli:&,In omni loco potestatis eius benedic anima mea dño. Inuenies in plurimis locis,& maxime in psal- G
mis,& ad Angelos sermonē fieri,data homini potestate,ei tñ q spm sanctum habet,vt & angelos alloquat.E quibus vnū exēplū ponā, vt sciamus angelos quoq humanis vocibus erudiri.Scriptū est in Apocalypsi Ioānis: Angelo Ephesiorū ecclesię scribe.Habeo aliquid cōtra te.Et rursum.Angelo ecclesię Pergami scribe. Habeo quippiā cōtra te. Certe homo est qui scribit angelis,& aliqd pcipit. Ego nō ambigo & in cœtu nostro adesse angelos:nō solū generaliter omni ecclesię,sed etiā singillatim, de qbus Saluator ait: Angeli eorꝫ semper vident faciē patris mei,q in cælis est. Duplex hic adest ecclesia,vna hoīm,altera angelorū. Si quid iuxta rationē, & iuxta scripturarū dicimus volūtatē:lætant angeli, & orāt nobiscū.Etquia pſentes angeli sunt in ecclesia,in illa dūtaxat q meret, & Christi est:propterea orātib⁹ fœminis pcipit,vt habeāt velamē sup caput ppter angelos, vtiq illos qui assistūt sanctis,& lętant in ecclesia. Quos quidē nos qa peccatorꝫ sordib⁹ oculi nostri obliniti sunt nō videmus:sed vidēt Apostoli Iesu ad quos loquit:Amen amen dico vobis,vide H
bitis cælū apertū, & angelos dei ascēdētes, & descēdētes sup filium hois. Qꝫ si haberē hāc gratiā,vt quō Apłi sic viderē,& sicut Paulus aspexit intuerer: cernerē nūc angelorū multitudinē,quos videbat Helisęus,& Giezi qui cū eo steterat nō videbat.In metu erat Giezi ne ab hostib⁹ caperet, solus Helisęus videns. Sed Helisæus vt prophetes dñi,deprecat,& dicit.O domine aperi oculos pueri istius, & videat ꝙ multo plures nobiscum sunt ꝗ cum illis. Et statim ad preces sancti viri, angelos quos prius Giezi non videbat, intuitus est.

Hęc idcirco diximus, vt ostenderemus & publicanos doceri a Ioanne,& nō solum eos qui reipublicæ vectigalibus seruiunt, sed etiam illos qui veniebāt ad pœnitētiā.Et alii erant a corporalibus publicani,sicut & alii milites,q egrediebātur ad baptismū pœnitētiæ. Venit enim non Ioannes & Propheta tm̄,sed etiam ipse Saluator,& hoībus,& angelis, & virtutibus ceteris salutarem pœnitentiā prædicare, vt in nomine Iesu omne genu flectant,cælestium,& terrestriū,& infernorū:& oīs lingua confiteatur, ꝙ dn̄s Iesus Christus in gloria est dei patris:Cui est gloria & imperium in secula seculorum.Amen.

ca-ue.

De eo qd̄ scriptum est:Ego quidē baptizo vos aqua.vsq; ad eum locum,vbi ait.Ipse vos baptizabit spiritu sancto & igne. Cap.III. Homilia.XXIIII.

A IOANnem qui minor erat Christo suscepit populus,reputans & cogitans ne forte ipse esset Christus:eumvero qui maior illo venerat non suscepit. Vis causam scire? Cognosce.Ioannis baptisma videbatur:Christi baptismus inuisibilis erat.Ego em̄,inquit, baptizo vos in aqua: qui autem post me venit maior me est, ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni. Quando baptizat Iesus spiritu sancto,& rursum quando igne baptizat? Nunquid vno atq; eodem tempore spiritu & igni baptizat,an vario atq; diuerso? Vos autem baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies.Baptizati sūt Apostoli post ascensionem eius ad cælos spiritu sancto: ꝙ autem igne fuerint baptizati, scriptura non memorat.Sed quomodo Ioannes iuxta Iordanem fluuium venientes ad baptismum presto labatur,& alios abigebat dicens:Generatio viperarum,& reliqua:porro eos qui confitebantur vitia atq; peccata suscipiebat: sic stabit in igneo flumine dominus Iesus iuxta flammeā romphæam, vt quencunq; post exitum vitæ huius qui ad paradisum transire desiderat,& purgatione indiget:hoc eum amne baptizet, & ad cupita transmittat : eum vero qui non habet signum priorum baptismatum, lauacro igneo non baptizet. Oportet enim prius aliquem baptizari aqua & spiritu, vt cum ad igneum fluuium venerit,ostendat se & aquæ & spiritus lauacra seruasse, & tunc mereatur etiam ignis accipere baptismum in Christo Iesu:Cui est gloria & imperium in secula seculorum.Amen.

lege cau te.

De suspitione quā habebat populus de Ioanne,ne forte ipse esset Christus. Cap.III. Homilia.XXV.

HAbet periculum & dilectio B si modū transeat. Debet em̄ qui aliquem diligit naturas & causas cōsiderare dilecti: & nō eū plus diligere q̄ meretur.Nam si mensurā charitatis,modumq; trāscenderit: & qui diligit, & qui diligitur in peccato erūt. Quod vt manifestius fiat,ponamus exemplum. Ioannem populus mirabatur,& diligebat eum:& re vera erat dignus miraculo,vt plus ei q̄ cæteris hominibus deferretur,quia aliter q̄ cūcti mortales vixerat.Non omnes sumus simplici contenti cibo,sed varietate delectamur escarum. Vnum nobis ad potandum vinum non sufficit,varii gustus vina mercamur. Ioannes vero semper locustis, semper vescebatur melle syluestri,& cōtentus erat simplici & tenui cibo,ne corpus illius crassioribus pulmētis pinguesceret, & exquisitis dapibus grauaretur. Huiuscemodi quippe naturæ corpora nostra sunt,vt escis superfluis aggrauentur : & cum corpus fuerit aggrauatū,anima quoq; oneretur,quæ per totum diffusa corpus passionibus illius subiacet.Quamobrem recte præcipitur eis qui obseruare possunt : Bonū est non māducare carnem,neq; bibere vinum,neq; in quo frater tuus scandalizetur. Erat igitur Ioannes vitæ mirabilis,& multum ab aliorū hominum conuersatione diuersus. Nō habebat sacculūm,non famulum, non saltem vile tugurium. Morabatur in deserto non solū usq; ad diem ostensionis suę ad Israel: verū eo tempore quo pœnitentiam populo prædicabat erat in solitudine Iudææ,& aqua simplici irrigabatur,vt & ī potu esset diuersus a cæteris. Nos qui versamur in vrbib⁹,qui in medio populorum sumus, & vestes quærimus lautiores,& cibos,& habilia:ille vero qui in eremo morabatur,videte quali vestimento indutus fuerit.De pilis camelorum sibi tunicam fecerat,& zona pellicea cingebatur.Oīa ergo in illo nouerant,& propter dissimilitudinem vitę vniuersi qui videbāt ammirabantur eum, & mirātes studiosissime colebant: super oīa ꝙ pœnitentes in remissionē peccatorū baptizabat. Quas ob causas diligebant quidē eum iustissime,sed nō seruabāt ī charitate modū. Cogitabāt enim ne forte ipse esset Christus. C Quam inordinatā & irationabilē charitatem cauēs Apostolus Paulus,de semetipso loquebatur. Timeo autē ne quis de me cogitet sup

id qđ videt in me, aut audit ex me, & ne magnitudo reuelationũ extollat me, & cætera. Quod metuẽs ne etiam ipse incurrat, nolebat omnia de se indicare q̃ norat: ne qs de eo plus arbitrareṫ esse q̃ cerneret, & mensuram honoris excedens, diceret qđ dictũ fuerat de Ioanne, ꝙ ipse esset Christus. Quod qdem nonnulli etiã de Dositheo Samaritarũ heresiarcha dixerũt alii vero de Iuda Galileo. Deniqꝫ in tantam q dam dilectionis audaciam proruperũt: vt noua quædam, & inaudita super Paulo monstra confingerent. Alii enim aiunt hoc qđ scriptũ est, sedere a dextris Saluatoris & sinistris, de Paulo, & de Marcione dici, ꝙ Paulus sedeat a dextris, Marcio sedeat a sinistris. Porro alii legentes: Mittam vobis aduocatũ spiritũ veritatis, nolũt intelligere tertiam personam a patre & filio, & diuinam sublimemqꝫ naturã, sed Apostolũ Paulũ. Nonne tibi omnes vidẽtur plus amasse q̃ expedit, & dũ virtutem vniuscuiusqꝫ mirantꝰ, dilectionis ꝑdidisse mensuram? Quod qdem in ecclesia patimur: pleriqꝫ enim dũ plus nos diligũt q̃ meremur, hæc iactant, & loquunꝰ, sermones nostros doctrinãqꝫ laudãtes, quæ conscientia nostra non recipit. Alii vero tractatus nostros calumniantes, ea sentire nos criminanꝰ, quæ nũq̃ sensisse nos nouimus. Sed neqꝫ hi qui plus diligũt, neqꝫ illi qui oderunt, veritatis regulam tenent: & alii ꝑ dilectionem, alii ꝑ odiũ mẽtiunꝰ. Vnde oportet charitati fræna iponere, & tantum ei vagandi ꝑmittere libertatem, quantum in præcupta non corruat. Scriptũ est in Ecclesiaste. Ne sis iustus multũ, neqꝫ ampliora cogites, ne forte obstupescas. Qđ exemplũ seqũes possum simile quid dicere: Ne diligas hominem ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: ne ames angelũ de toto corde, de tota anima, de tota virtute: sed præceptum iuxta eloquiũ saluatoris id soli serua deo. Diliges eñ, iquit, dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Respondeat mihi aliqs, & dicat. Saluator præcipit. Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximũ tuũ tanq̃ teipsum. Volo diligere Christũ: doce ergo me quomodo eũ diligam. Si enim dilexero eũ ex toto corde meo & ex tota anima mea, & ex tota virtute, contra pręceptũ facio, vt alterũ absqꝫ vno deo sic diligam. Sin autem minus eum dilexero, q̃ omnipotentem patrem: timeo ne in primogenitũ vniuersæ creaturæ impius & profanus inueniar. Doce me & ostende ratione, quomodo inter vtrũqꝫ medius incedens, diligere debeam Christũ. Vis scire qua charitate Christus diligendus sit? Breuiter ausculta. Diliges dominum deum tuũ in Christo. Putes diuersam habere posse in patre & filio charitatem? Simul dilige dominũ Christũ. Dilige patrem in filio, filium in patre, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute. Qꝫ si aliquis sciscitatur, & dicit hoc quod asseris de scripturis proba: audiat Apostolum Paulũ qui habebat rationabilem charitatem, loquentem. Certus enim sum, quia neqꝫ mors, neqꝫ vita, neqꝫ angeli, neqꝫ potestates, nec præsentia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec alia creatura poterit nos separare a charitate dei, quę est in Christo Iesu domino Saluatore nostro: Cui est gloria & imperium ĩ secula seculorum. Amen.

De eo qđ scriptũ est: Cuius ventilabrum in manu eius, & mundabit aream suam: vsqꝫ ad eum locum vbi ait, Et congregabit triticũ in horreum. Cap. III.

Homilia. XXVI.

Hristus est deus: & qui adorãt eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Deus quoqꝫ noster, ignis cõsumẽs est. Dupliciter appellatur deus & spiritus, & ignis. Iustis spiritus, ignis peccatoribus. Sed dum & angeli spiritus ignisqꝫ dicũtur: Qui facit, inquit, angelos suos spiritꝰ, & ministros suos ignẽ vrẽrem: angeli sanctis quibusqꝫ sunt spiritus: his vero qui merentur, addicunt ignem, & feruorem subministrant. Iuxta quem sensum, & deus noster atqꝫ Saluator cum sit spiritus, ignẽ venit mittere super terram. Spiritus, secundũ illud qđ scribitur: Cum autem conuersus fueris ad dominũ, auferetꝰ velamen: & dominus spiritus est. Ignem autem venit mittere non super cęlũ, sed super terram vt ipse demõstrat dicens. Ignem veni mittere super terrã, & qđ volo nisi vt iam ardeat? Si enim cõuersus fueris ad dominum qui est spiritus: Christus tibi spiritus erit, & nõ venit ignem mittere super terram. Qꝫ si non conuerteris ad eum, sed habes terram & fructũ eius: ignem venit mittere super terram tuam. Huic quid simile etiam de deo scriptũ est: Ignis accensus est furoris eius, nõ vsqꝫ ad cęlum sursum, sed vsqꝫ ad infernum deorsum: & deuorabit non cælum, sed terram & germina eius. Quorsum ista me moraui? Quia & baptismus quo baptizat Iesus, in spiritu sancto est, & igni. Memini eorũ quæ nuper loquutus sum, nec præterit explanatio superior: sed volo & nouum aliquid

inferre. Si sanctus fueris, spiritu sancto baptizaberis: si peccator in ignē mergeris: & vnum atq; idem baptisma indignis & peccatoribus in cōdemnationem ignemq; vertet: his vero qui sancti sunt & tota fide ad dominū cōuertunt, spiritus sancti gratia salusq; tribuenda est. Is ergo qui spiritu sancto & igne dicitur baptizare, habet ventilabrum in manu sua, & mūdabit areā suā, & congregabit triticū suū in horreū, paleas autē comburet igni inextin-
A guibili. Volo inuenire rationem, quare dominus noster habeat ventilabrum: & ꝙ blando vento leues paleę huc illucq; rapiātur: graue vero triticum in vnum deferatur locū: neq; enim absq; vento possunt triticū & paleæ separari: existimo tentationes pro vento intelligi, quæ confuso credētium aceruo, alios paleas, alios triticum esse demōstrant. Cum enī anima tua fuerit aliqua tentatione superata: non tentatio te vertit in paleas: sed cum esses palea, leuis videlicet & incredulus, ostēdit te esse tentatio quod latebas. Econtrario autem cum fortiter tentamenta toleras, non te facit fidelem tentatio, atq; patiētem: sed virtutem quæ in te erat patientiæ & fortitudinis, & latebat, profert in medium. Putas enim, ait dominus, aliter me tibi locutum fuisse q̄ vt pareres iustus? Et alibi. Afflixi te, & affeci pœnuria, vt manifesta fierent quæ erant in corde tuo. In hunc modum & tempestas non facit super arenam ædificium consistere, sed super terram. Quæ cum fuerit exorta, id quod super terram fundatum est, nō euertet: quod vero super arenam fluctuat, probat illico non bene fuisse fundatum. Quapropter anteq̄ oriatur tempestas, anteq̄ ventorum flabra consurgant, priusq̄ intumescant flumina, dum adhuc silent vniuersa: omne studium nostrū ad ædificiorum fundamenta vertamus: ædificemus domum nostram variis firmisq; lapidibus præceptorum dei: vt cum persecutio sęuierit aduersus Christianos, durusq; turbo surrexerit: ostendamus nos habere ædificiū super petram Christum Iesum. Si quis autem (qđ procul absit a nobis) negauerit, iste sciat non se illo tēpore quo negasse visus est, Christum negasse: sed semina & radices habuisse negandi iam veteres: tunc vero fuisse agnitū quod habebat, & in medium esse productum. Oremus igitur dominum, vt simus ædificiū quod tempestas nulla subuertat, fundatū super petram, per dominum nostrū Iesum Christum: Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est: Multa quidem alia exhortans annunciabat. vsq; ad eum locum, vbi ait: Spiritus sanctus descendit super eum. Cap. III.

Homilia. XXVII.



Vi euangelii sermonem docet, non vnam rem nūciat, sed plurimas. Hoc quippe scriptura significat dicens: Multa quidē & alia exhortans annunciabat. Itaq; etiā alia quę scripta nō sunt: Ioannes populo prædicabat: quæ autem scripta sunt considerate quanta fuerint quæ annunciant Christum. B
Monstrauit enī baptismū spiritus sancti: prædicauit publicanis salutem: docuit milites disciplinam, areā purgari, succidi arbores, & cætera quæ euangelii narrat historia. Exceptis ergo his quę scripta sunt, etiam illa quæ scripta non sunt annunciasse monstratur, in eo quod dicitur: Multa quidem & alia exhortans annūciabat populo. Et quomodo in euāgelio secundum Ioānem de Christo refertur: ꝙ multa & alia locutus est quæ non sunt scripta in libro isto: quæ si scriberentur neq; ipsum puto mundum capere potuisse libros qui scribendi erant: sic & in præsenti loco intellige, ꝙ forsitan Lucas quoniā maiora quædam a Ioanne annūciabantur q̄ vt deberent literis credi, noluerit ea nominatim dicere: sed tātū significauerit ꝙ dicta sint, & idcirco dixisse: Multa quidem & alia exhortās annūciabat populo. Miremur quidē Ioannē ex his C
quę sequunt̄, maxime ꝙ inter natos mulierū maior Ioanne baptista nemo fuerit, & in tātā opinionē merito virtutis ascenderit, vt a plerisq; Christ⁹ putaret̄: sed illud multo mirabilius: Herodes Tetrarcha habebat regiā potestatē, & poterat eū cum voluisset occidere: & cum rem fecisset iniustā, & cōtra legē Moysi vt vxorē fratris sui acciperet q̄ habebat filiā de priori viro, nō eum timuit: nō accepit personam, non cogitauit, vt dixi, regiā potestatē non formidauit īteritū: sciebat enī etiam si ꝓpheta nō esset, ꝙ lacessit⁹ se posset occidere. Hęc igit̄ vniuersa cū nosset, libertate ꝓphetica corripuit Herodem, & incestas nuptias arguit, & ob id clausus in carcere, nō de morte sollicitus, nō de incerto iudicii: sed in vinculis de Christo quē annunciauerat, cogitabat. Et qa ipse ad eū ire non poterat, mittit discipulos suos sciscitātes: Tu es q vēturus es, an aliū expectamus? Animaduertis, ꝙ & in carcere docuerit, videns eū & in illo loco discipulos habere: & quam ob causam ibidem per se

eruditbat. Inter quæ etiam cum de Iesu orta esset quæstio, mittit ex discipulis & interrogat: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Reuertuntur discipuli, & nunciant magistro, quæ Saluator iusserat nunciari: cuius verbis Ioannes armatus ad prælium confidenter emoritur, & libēter capite truncatur ipsa vox dñi voce firmatus verum esse dei filium quem credebat. Hęc de Ioāne & libertate ei⁹, & Herodis insania: q super multa scelera etiā hoc addidit, vt Ioannem primū carcere clauderet, & postea decollaret. Quia vero dominus baptizatus est, & cæli aperti sunt, & spiritus sanctus descendit super eum, voxq; de cælis intonuit dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: dicendum est in baptismo Iesu, cælum esse reseratum, & ad dispensationem, remissionemq; peccatorum: non illius qui peccatum non fecerat, neq; inuentus est dolus in ore eius: sed totius mundi apertos esse cælos, & spiritū sanctū descēdisse: vt postq̄ dominus ascendisset in excelsum, & captiuam duxisset captiuitatē, tribueret nobis spiritum qui ad se venerat: quem q dem dederat & resurrectionis tempore dicēs: Accipite spiritum sanctum. Sicut dimiseritis peccata dimittentur eis: sicut tenueritis, tenebuntur. Descendit autem spiritus sanctus super Saluatorem in specie columbæ, auis mansuetæ, innocentis, & simplicis. Vnde & nobis

E præcipitur, vt imitemur innocentiam columbarum. Talis est spiritus sanctus, mundus, & volucris, & in sublime consurgēs. Quamobrē orantes dicimus: Quis dabit mihi pennas vt columbæ, & requiescam? id est quis dabit mihi pennas spiritus sancti? Et in alio loco sermo propheticus pollicetur: Si dormieritis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in virore auri. Si em̄ inter medios cleros veteris & noui testamenti requieuerimus, dabuntur nobis pennæ columbæ deargentatæ, id est sermones dei, & posteriora eius auri fulgore & virore radiantia: vt sensus noster spiritus sancti sensib⁹ cōpleatur, id est sermo & mēs illius compleatur aduentu: & nec loquamur aliquid nec intelligamus, nisi quod ille suggesserit: sed omis sanctificatio tam in corde q̄ in verbis, & in opere, a sancto spiritu veniat in Christo Iesu: Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De Genealogia Saluatoris, eo ꝙ in Matthæo & in Luca diuersi eius referantur auctores. Cap. III.

Homilia XXVIII.

Dominus noster atq; saluator, qui multorum saluator, cuius generationē scriptura non docuit, quæ melior fuit: nunc secundum patrum ordinem natus esse describitur. Et cum diuinitas eius nō subiaceat exordio: propter te qui ortus in carne es, nasci voluit: & tamen non ęque ab Euangelistis natiuitatis eius ordo narratur. Quę res non nullos plurimum conturbauit. Matthęus em̄ incipiens natiuitatis illius seriem texere, ab Abraham vsq; ad id puenit vt diceret: Christi autem Iesu generatio sic erat: & describit non eum qui baptizatus est, sed qui venit in mundum. Lucas vero exponens natiuitatem eius, non a superioribus ad inferiora deducit sed eum baptizatū ante dixisset, vsq; ad ipm peruenit deum. Nec eædem personæ sunt in generatione eius, quando descendere dicitur, & quando conscendere. Qui enim fecit eum cælis tibi descendentem: mulieres non quaslibet, sed peccatrices, & quas scriptura reprehēderat introducit: qui vero baptizatum narrat, nullius facit mulieris mentionem. In Matthæo ergo vt diximus nominatur Thamar, quæ cum socero fraude concubuit: & Ruth Moabitis nec de genere Israel: & Raab, quæ vnde sumpta sit scire nequeo: & cōiūx Vriæ, quæ violauit mariti thorum. Quia enim dominus noster atq; saluator ad hoc venerat vt hominum peccata susciperet, & eum qui non fecerat peccatum, pro nobis peccatum fecit deus: propterea descendens in mundū assumpsit peccatorum hominum, vitiosorumq; personā: & nasci voluit de stirpe Salomonis, cuius peccata conscripta, & Roboam cuius delicta feruntur, & de cæteris e quibus multi fecerunt malum in conspectu dei. Quando vero de lauacro conscendit, & secūdus ordo essse describitur, non per Salomonē, sed per Nathan nascitur: qui eius arguit patrem super Vriæ morte ortuq; Salomonis. Sed in Matthęo semp generationis nomē adiūgit: hic vero penitus siletur. Scriptum est em̄ ibi: Abraham genuit Isaac: Isaac genuit Iacob: Iacob genuit Iudam, & fratres eius: Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar: & vsq; ad finē genuit semp apponitur. In Luca vero vbi de lauacro conscendit Iesus filius, dicitur sicut putabatur Ioseph: & in tam multa serie nominum, excepto ꝙ putabatur filius Ioseph generationis nomen ascriptum non est. In Matthęo non est scriptum incipiebat: hic vero quia de baptismate conscensurus erat, in-

cipiebat legis, scriptura referente. Et ipse erat Iesus incipiēs. Qñ eñ baptizat⁹ est, & mysteriũ secundę gñationis assumpsit: vt tu quoq; priorē natiuitatē destruas, & i secũda regeneratione nascaris, tũc dicitur incœpisse: & quo modo populus Iudęorũ quãdo erat in Aegypto nō habebat initiũ mensium: quãdo vero ingressus est ex Aegypto tũc dicitur ad eum, mensis iste initiũ mēsiũ primus erit vobis de Mēsibus anni: sic qui necdũ est baptizatus, nec
A cœpisse narrat. Nec eñ frustra additum putemus ad id qd dicit: Ipse erat Iesus, qd sequit, incipiēs. Sed & qd ait: Quasi annorũ triginta, cōsiderãdũ. Ioseph triginta annorũ erat quãdo dimissus e vinculis, & interpretat⁹ somnium Pharaonis Aegypti effectus est princeps, vbertatisq; tpe triticũ congregauit, vt famis tempore haberet qd distribueret. Ego puto q triginta anni Ioseph, in typo triginta annorum præcesserint Saluatoris. Iste eñ Ioseph non tale triticũ congregauit, quale in Aegypto ille Ioseph, sed triticũ verũ, atq; cæleste, vt tempore vbertatis tritico cōgregato haberet quod distribueret, cũ fames esset missa i Aegyptũ: non fames panis, neq; sitis aquę, sed fames audiẽdi sermonē dei. Congregat de prophetis, de lege, de Apostolis, verba abundantię, vnde qñ iã nō scribũtur libri, nec nouũ aliqd cōficitur instrumentũ, nec mittunt ab Apostolis ea quæ ab Iesu in horrea Apostolorum fuerant cōportata, hoc est in animas eorũ, omniumq; sanctorũ: tunc distribuat & nutriat Aegyptũ fame periclitãtem, maximeq; fratres, de quib⁹ scribit: Narrabo nomē tuũ fratribus meis, in medio ecclesię cãtabo te. Habent & alii hoies verba parietinæ: verbaq; iudicii & reliquarum verba virtutum: hoc est triticum qd Ioseph Aegyptiis distribuit. Sed aliud est frumētum qd fratrib⁹ id est discipulis suis distribuit de Iesseu terra, de ea quę ad orientē respicit, triticũ euangelicum, triticũ Apostolicũ. De hoc tritico debemus panes facere, ita tñ vt nō cōmisceatur veteri fermento: habeamusq; panē nouũ de scripturarũ tritico, farinãq; cōmolitam in Christo Iesu: Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo qd scriptũ est: Iesus aũt plenus spiritu sancto reuersus est: & de tentatione eius prima. Cap.IIII. Homilia.XXIX.

B
Vando legis in euãgelio, Iesus autē plenus spiritu sancto reuersus est, & in Actib⁹ Apostolorum vbi dicitur q repleti fuerint spiritu sancto: vide ne equales putes eē Apostolos Saluatori: sed & Iesum, & Apostolos, & alium quẽlibet sanctorum plenos spiritu sancto cognosce secundum mensuram vasculi sui: & quomodo, verbi gratia, si volueris dicere hæc vasa plena sunt vino vel oleo, nō statim iudicas q ęquali mēsura pleni sint: siquidē aliud sextarium capere potest, aliud vrnam, aliud amphorã: eodem modo & Iesus & Paulus pleni erant spiritu sancto: sed multo vas Pauli minus erat vase Iesu, & tñ erat secundũ mensurã suã vtrũq; cōpletum. Accepto itaq; baptismo, Saluator plenus spũ sancto, qui sup eũ in specie colũbę de cælis venerat: ducebat a spũ. Quia eñ quotquot spiritu dei ducuntur, hi filii sunt dei, iste autem extra omnes pprie filius dei erat: ideo & ipsum oportebat spũ sancto duci. Siquidē scriptum est. Ducebatur autem in desertum a spiritu. C
Quadraginta diebus tentatur Iesus, & q̃ fuerint tentamenta nescimus: quæ ideo forsitan pretermissa sunt, qa maiora erant q̃ vt literis crederent. Et si sic oportet dicere, sicut mundus capere nō poterat oẽs libros si scripta fuissent q̃ fecit & docuit Iesus: sic quadraginta dierũ tentationes quibus tentatus est dñs a diabolo, mũdus ferre non poterat si scriptura docuisset. Sufficit nobis hoc tãtũ scire, q quadraginta dieb⁹ in deserto fuerit & tētabatur a diabolo: & non comederit quicq̃ in diebus illis. Mortificabat eñ sensum carnis iugi continuoq; ieiunio: & cũ cōpleti fuissent dies esuriit. Dixit autem ei diabolus. Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Dic, inquit, lapidi huic. Cui lapidi: vtiq; monstrabat diabolus quē vult panē fieri. Quænam est ista rõ tatio, vt rogato patre a filio panē, nec lapidē quod ne ipse quidem aduersarius voluit versipellis fallax, det lapidē pro pane: hoc est eñ qd diabolus voluit, vt lapis panis fieret: & nō potius, vt non in panem lapidem, sed hominem in lapidem verteret, quem diabolus pro pane mōstrauerat. Ego puto q vsq; hodie lapidē diabolus ostendat, & hortet singulos ad loquendũ: Dic vt lapis, iste panis fiat. O! tētatione qua tẽtãdi erãt homines, primus secundum assumptionē carnis tētatus est dñs. Tentatur aũt ob id, vt nos quoq; illo vincēte vincamus. Obscurũ sit forte qd dico, nisi manife- D stius exēplo fiat. Si videris hæreticos dogmatum suorum mēdacium pro pane comederes: scito lapidē eorũ esse sermonē, quem mōstrat diabolus. Neq; vero existimes vnũ eũ habere lapidē: habet plures lapides, de quibus a Matthæo introducit loquens: Dic vt lapides isti panes fiant. Dixit & Marcion, & lapis diaboli

ei factus est panis. Dixit Valentinus, & alius lapis ei est versus in panem. Habuit & Basilides eiusmodi, & cęteri hęretici. Vnde sollicite puidēdum, ne forte diaboli lapidem comedentes, putemus pane vesci dei. Alioquin quę erat tentatio de lapide panem fieri, & a Saluatore comedi? Fingamus enim ꝙ diabolo ꝓponente, dominus lapidem in panē verterit, & id qđ virtute sua ipse fecerat comederit, & satiarit esuriem: quænam esset ista tentatio, quę victoria diaboli, si hæc simpliciter scriberentur? Quę vt diximus ratione perspecta, & tentationem ostendunt fuisse si fierent, & victoriam ꝙ contempta sunt fieri. Simulq̄ mōstratur istum panē qui de lapide fiat, non esse verbum dei quod pascit hominē, de quo scriptum est: Non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo qđ egredietur per os dei viuet homo. Respondeo tibi o versipellis, & nequā qui me tētare non metuis: alius est panis, sermo dei qui viuificat hominē. Simulq̄ videamus ꝙ hęc loquaꝰ non filius dei, sed hō, quē
E filius dei dignatus est assumere. Quasi de homine em̄ respōdet, & dicit. Scriptū est: Nō in pane solo viuit hō. Ex quo manifestū, est non deū, sed hominem fuisse tentatum. Scripturę sensum diligēter euentilans, reor inuenire me causam quare Ioānes tentationem dn̄i nō descripserit: sed tantū Matthęus, Lucas, & Marcus. Ioānes em̄ qui a deo exordium fecerat dicens: In principio erat verbū, & verbum erat apud deū, & deus erat verbū: nec poterat diuinę generationis ordinē texere, sed tātūmodo qđ ex deo & cū deo esset expresserat, adiecit: Et verbū caro factū est. Porro qa deus tētari nō potest, de quo ei erat sermo, ideo tentari illum a diabolo nō introducit. Quia vero liber generatiōis Iesu Christi de eo ī Matthęi euangelio narratur, & in Luca generatio eius describiꝰ, & in Marco homo est qui tentatur, propterea eius fertur simile respōsum, Non in pane solo viuit homo. Si igitur filius dei deus, pro te homo factus est, & tentatur: qui natura homo es, nō debes īdignari si forte tentaris. Qꝫ si tentatus illū imitatus fueris tu q pro te tentatus est, & omne viceris tētamentum: habebis spem cum eo qui tunc ho-
C mo fuit, nūc autem homo esse cessauit. Nam si qui quondā homo erat, postq̄ tentatus est, & recessit ab eo diabolus vsq̄ ad tēpus mortis a mortuis resurgens vltra non morietur, oīs autē homo morti subiacet: iste ergo qui nequaq̄ moritur, iam nō est homo, sed deus est. Si autē deus est qui quondā homo fuit, & oportet te illi similem fieri, quādo similes eiꝰ fuerimus, & videremus eū sicuti est: te quoq̄ necesse erit deum fieri, ī Christo Iesu: Cui est gloria & imperiū in secula seculorū. Amen.

Tentatio Saluatoris Secunda. Cap. IIII.
Homilia. XXX.

Am filio dei, q̄ Antichristo regnādi studium est. Sed Antichristus regnare desiderat, vt occidat qđ sibi subiecerit: Christus ad hoc regnat vt saluet. Et vnusquisq̄ nostrū si felix est, regnatur a Christo, sermone, sapiētia, iustitia, veritate. Sin autem amatores voluptatis sumus magis q̄ amatores dei, regnamur a peccato: de quo Apostolus loquiꝰ: Nō ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Duo igitur reges certatim regnare festinant: peccati rex peccatoribus diabolus: iustitiæ rex iustis Christus. Sciensq̄ diabolus ad hoc venisse Christum vt regnum illius tolleret, & hi qui sub eo erant, inciperent esse sub Christo: ostendit ei omnia regna mūdi, & hominum huius seculi, quomodo alii regnētur a fornicatiōe, alii ab auaritia, illi populari rapiantur cura, hi formæ capiantur illecebris. Neq̄ vero arbitrandum est, ꝙ regna ei mundi ostēdēs, Persatū, verbi gratia, regnū Indorūq̄ mōstrauerit: sed ostēdit ei oīa regna mūdi, id est regnū suum, quomō regnaret in mūdo, vt cohortās eum facere quod volebat, inciperet etiam Christum habere subiectū. Vis inquit, in hominibus his regnare? Ostēdit innumerabiles hominū multitudines, quæ suo tenebantur imperio. Et reuera si miseriam & infelicitatem nostrā simpliciter volumus confiteri, pœne totius mūdi rex diabolus est: vnde & princeps istius seculi a Saluatore vocatur. Quod ergo dicit: Vides hos homines q sub meo regno sunt: ostendit ei in puncto tēporis, hoc est in præsenti temporū cursu, qui ad cōparationē æternitatis puncti instar obtinet. Neq̄ em̄ necessariū habuit Saluator, vt sibi dignitates seculi istiꝰ & negocia monstrarentur: statim vt aciem luminum suorum ad contemplandum vertit, & peccata regnantia, & eos qui regnarenꝰ a vitiis cōspexit: & ipm̄ principē seculi diabolū supuenientē, atq̄ gaudentē in ꝓpriā perniciē, qa tantos sub suo habebat imperio. Dicit ergo ad dominū diabolus. Ideo venisti vt aduersus me dimices, & tollas de imperio meo quos nūc subiectos habeo? Nolo contendas, nolo nitaris, ne habeas vllam in certādo molestiam. Vnum est quod precor procidēs adora me, & accipe regnum omne quod teneo. Verum dn̄s noster atq̄ Sal

uator vult quidem regnare,& omnes gentes subiectas esse,vt seruiant iustitię,veritati, cæterisq; virtutibus:sed vult regnare quasi iustitia,vt absq; labore regnet, vt nihil faciat indecorum:& nõ vult absq; labore subiectos diabolo coronari:nec sic regnare cæteris, vt ipse regnetur a diabolo. Vnde loquitur ad eum Iesus.Scriptũ est: Dominũ deum tuum adorabis,& ipsi soli seruies.Hos,inquit,omes

A propterea volo mihi esse subiectos, vt dominum deumadorẽt,& ipsi soli seruiãt.Hęc est cupido regni mei. Tu autẽ a me vis incipere peccata,quæ dissoluturus veni, quę etiã a cæteris auferre desidero.Scito atq; cognosce me in hoc manere quod dixi, vt adoretur dominus deus solus, & hos omnes sub meam faciam potestatem,meoq; regno subijciam: cui gaudeamus nos quoq; esse subiectos,& deprecemur dominũ,vt regnans peccatum in corpore nostro mortificet, & regnet nobis solus Christus Iesus:Cui est gloria & imperium in secula seculorum.Amen.

De tertia tentatione Saluatoris.Cap.IIII.
Homilia.XXXI.

B Scrutamini scripturas, vt & in his quę putantur esse simplicia, reperiatis nõ minima sacramenta. Scrutemur ptincipium euangelicæ lectionis, quotquot hodie audiuimus: & id quod latebat,procedit in medium. Adduxit autem diabolus Iesum in Hierusalem. Hoc incredibile est,vt diabolus duceret filiũ dei,& ille sequeretur.Sequebatur plane quasi athleta ad tentationem sponte proficiscẽs. Non formidabat tentantem,neq; insidias callidissimi pertimescebat inimici, & quodãmodo loquebatur.Duc quo vis, tenta vt placet. Ad tentandũ sponte me tribuo,sustineo quæ suggesseris.Pręben me in quibuscunq; tentaueris,inuenies me in omnibus fortiorem.Adduxit ergo eum in Hierusalem, & posuit super pinnam templi,& dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Adduxit eum in culmẽ ad summitatem templi,& hortatur vt se inde pcipitet.Quod cum ille fraudulenter proponeret,& sub ostentatione gloriæ niteretur: dicebat Saluator.Scriptum est:Non tentabis dominum deum tuum.Simulq; considera quomodo teutet diabolus.Non aliũde tentare audet,nisi de diuinis libris,& de psalmis sumẽs testimonium ait.Si filius dei es,mitte te deor

C sum.Scriptum est enim:Quia angelis suis mãdauit de te,& in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ.Vnde tibi diabo le hoc datũ scire q̃ ista scripta sunt?Nũqd legisti pphetas,vel diuina eloqa cognouisti? Licet tu taceas,ego p te respõdebo.Legisti, non vt ipse ex lectione sanctorũ melior fieres, sed vt simplicitate eos qui amici sunt literę interficias.Scis quia si de aliis ei voluminibus loqui volueris non decipies,neq; habere poterunt auctoritatẽ assertiones tuę.Sic legit scripturas Marcion vt diabolus, sic Basilides, sic Valẽtinus,vt cũ diabolo dicerent Saluatori: Scriptũ est,quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te:ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Siquando testimonia de scriptura audieris:vide ne statim loquenti acquiescas:sed considera illum cuius sit, ac cuius sententię,cuius sit voluntatis: ne forte simulet sanctũ se esse qd non est,& venenis infectus hęreseos,sub ouis pelle lupus latitet:ne forte loquatur in eo diabolus de scripturis. Quomodo autem diabolus per occasionem tẽporum de scripturis loquitur: sic econtrario Paulus pro vtilitate eorũ qui audiunt, nõ solum de scripturis,sed etiã de secularib⁹ libris assumit testimoniũ,& ait.Cretenses semp mẽdaces,malę bestię,vẽtres pigri. Et rursum de alio. Ipsius enim & genus sumus. Necnon de Comico.Corrumpũt mores bonos colloquia mala.Sed neq; diabolus si de scripturis loquutus fuerit,poterit me hac occasione decipere: neq; Paulus,si de gentilibus literis aliqd exẽplum sumpserit,quoquo mõ me eloquio deterrebit.Ideo em̃ assumpsit Paulus verba etiã de his quę foris sunt,vt sanctificet ea.Videa D
mus ergo quid de scripturis diabolus loquatur ad dominum.Scriptum est enim:Angelis suis mandauit de te,& in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ.Vide quomodo & in ipsis testimoniis versipellis est.Vult enim imminuere gloriã Saluatoris quasi angelorum indigeat auxilio,offensurus pedem,nisi eorum manibus subleuetur. Assumit testimoniũ, & iterpretatur illud de Christo,qd non de Christo sed de sanctis generaliter scriptum est. Libere quippe & tota confidentia contradico diabolo,super Christi persona hoc non posse intelligi.Neq; em̃ indiget angelorum auxilio,qui maior angelis,& melius ipsis hęreditatẽ cõsecutus,& nomẽ.Nulli vnq̃ angelorum dixit deus: Filius meus es tu,ego hodie genui te. Ad nullum eorũ quasi ad filiũ loquit⁹:Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem: sed ad filium proprie suum, de quo innumerabilia loquitur in prophetis. Non indiget in quã angelorum auxilio fili⁹ dei.Quin potius

disce diabole, quod nisi Iesus adiuuerit angelos, offendent pedem suũ. Et si quis angelorũ visus est offendere, de quib⁹ dudũ lectũ est, quod angelos iudicabimus: ideo offendit, quia non extendit manũ suam ad Iesum, vt apprehensus ab eo non offenderet. Quando enim in propria virtute confidens, non inuocas præsidiũ Iesu
E offendis, & credere in Iesum Christũ filiũ dei noluisti. Vt autem scias quod male interpretatus est, & non de Christo, sed de sanctis intelligi: quæ sequant, ausculta: A ruina & dæmonio meridiano non Iesum Christũ liberat de⁹, sed sanctos. Lege nonagesimũ psalmũ, cui⁹ principiũ est: Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei cæli commorabitur: & inuenies hæc magis iusto viro quam dei filio cõuenire: Cadent a latere tuo mille, & decẽ milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. verum tamen oculis tuis videbis, & retributionem aspicies peccatorum, & reliqua, super personam iusti interpretans. Sed & sic quoque puerse asserẽs diabolus testimonia, vt assereret super Saluatore intelligi, silet & transit versiculos qui contra se scripti sunt. Cũ enim dixisset, Angelis suis mandauit de te, & in manib⁹ tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ: tacuit illud quod sequit: Super aspidem & basiliscũ ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem. Quare diabole siles, nisi quod tu es basiliscus: tu es omnium serpentiũ regulus, nocentiora habens venena quam cæteri? Qui statim vt videris aliquẽ, interficis: & aliá fortitudinem contrariá sociam tui assumis, quæ aspis appellat, & viro iusto subiecta est, & idcirco o
F mnia taces. Tu es draco, tu es leo, de quib⁹ scribitur: Super aspidem & basiliscum calcabis, & conculcabis leonem & draconem. Sed licet tu taceas, nos qui scripturas rectius legimus, scimus habere nos potestatem conculcãdi te: & datam nobis hanc ditionẽ, non solũ in veteri testamento sicut nũc cantat in Psalmo, sed etiam in nouo: Saluatore dicẽte: Ecce do vobis potestatem calcãdi super serpentes & scorpiones, & omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebũt. Sumam⁹ arma tãta potestate firmati, & vniuersa faciamus, vt per cõuersationem nostrá leonem conculcemus, & dracõẽ. Porro vt scias quomodo conculcet leo, & cõteratur draco: Pauli epistolá lege, in qua asserit cõculcari peccatores filio dei. Sicut ergo qui peccator est conculcatur filio dei, sic econtrario qui iustus est conculcat leonem, & draconem, & omnem virtutem inimici cõculcat in nomine Iesu Christi, cui est gloria & imperiũ in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est: Reuersus est Iesus in virtute spiritus. vsque ad eum locum vbi ait: Et omnium oculi erant in synagoga intẽdentes in eum. Cap. IIII.

Homilia. XXXII.

PRimum quidẽ Iesus plenus spiritu sancto reuersus est a G
Iordane, & agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta. Cum tentaret a diabolo, quia adhuc vi certaturus erat aduersus eum, & semel: & bis, non cũ additamento aliquo spiritus ponitur. Quando vero tres tentationes quas scriptura commemorat pugnando superauit, quid de spiritu signãter cauteque ponatur ait: Et reuersus est Iesus in virtute spiritus. Virtus addita est, quia conculcauerat draconem, & tentatorem cominus vicerat. Reuersus est ergo Iesus in virtute spiritus in Galilæam terram, & fama exiit per omnem regionem de eo: & ipse docebat in synagogis eorũ, & glorificabat ab omnibus. Caue ne beatos illos tantum iudices, & te arbitreris priuatũ esse doctrina. Si vera sũt quæ scripta sunt, non solum tunc in cõgregationibus Iudæorum, sed & hodie in hac cõgregatione dominus loquitur: & non solũ in hac, sed etiam in alio cœtu, & in toto orbe docet Iesus, quærẽs organa per quæ doceat. Orate, vt me quoque cõpositũ ad canendũ, aptumque reperiat. Sicut enim quærit omnipotẽs deus prophetas eo tempore quo prophetia mortales indigent, & inuenit, verbi gratia: Esaiá, Hieremiá, Ezechielem Danielem: sic quærit Iesus organa per quæ doceat sermonẽ suũ, vel erudiat populos in synagogis eorum, & glorificet ab oĩbus. Nũc magis glorificat ab oĩbus Iesus, quam illo tẽpore quo tantũ in vna prouincia cognoscebatur. Deinde venit Nazareth vbi nutrit⁹ fuerat, & ingressus H
iuxta morem in synagogam die sabbatorum surrexit legere: & datus est ei liber Prophetæ Esaię: & reuoluẽs librũ, inuenit locũ vbi erat scriptũ: Spiritus dñi super me, propter quod vnxit me. Non fortuitu reuoluit librum, & apud se vaticinans repperit lectiones, sed & hoc prouidẽtiæ dei fuit. Sicut enim scriptũ est, in laqueum nõ cadit passer sine voluntate patris: & quod capilli capitis Apostolorũ oẽs numerati sunt: sic forsitan & hoc quod Esaiæ potissimũ liber inuentus est, & lectio non alia, sed hæc quæ Christi mysteriũ loquebatur: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me: Christus enim est qui ista commemorat: non vt libet & casu euenisse arbitrandum est, sed prouidentia, & dispensatione dei. Quæ sunt

igitur quæ in propheta loquebat̃, & postea de se ipse in synagoga personet, cõtéplemur. Euãgelizare (ait) pauperibus misit me. Pauperes, nationes significant. Isti enim erãt pauperes, nihil omnino possidentes, non Deum, non legẽ, nõ prophetas, non iustitiã, reliquasq́ virtutes. Ob quã causam misit eũ deus, vt pauperibus nũciaret. Prædicare captiuis remissionẽ. Captiui nos fuimus, quos tãtis annis vinxerat Satanas, habens captiuos sibiq́ subiectos. Venit Iesus prędicare captiuis remissionem, & cæcis vt viderent. Sermone q̃ppe, & prædicatione doctrinæ eius, cęci vidẽt. Prædicatio ergo remissionis intelligatur nõ solum sup̃ captiuis, sed etiam sup̃ cæcis. Emittere confractos in libertatem. Quid ita fractum, atq́ collisum fuit, vt homo qui a Iesu dimissus est, & sanatus? Prædicare annũ domini acceptum. Iuxta simplicem intelligẽgentiam aiunt vno anno Saluatorem in Iudæa euangelium prædicasse: & hoc esse q̃d dicitur, Prædicare annũ domini acceptum, & diem retributionis: nisi forte quiddam sacramenti in prædicatione anni domini diuinus sermo significat. Futuri sunt enim alii dies, nõ tales quales nũc in mũdo cernimus, & menses alii, & Calẽdarum ordo aduersus. Sicut igitur ista alia: sic annus domini futurus est placens. Ista aũt omnia prędicta sunt, vt post visionem ex cęcitate, post libertatem ex vinculis, post sanitatem a diuersis vulneribus: veniamus ad annũ domini acceptum.

A Cum enim hæc legisset Iesus, inuoluẽs librũ reddidit ministro & sedit, & omnium oculi erant in synagoga attendẽtes in eum. Et nũc si vultis i hac synagoga cœtuq́ possunt oculi vestri attendere in Saluatorem. Cum enim principalem cordis tui direxeris aciem ad sapientiam & veritatem, deiq́ vnigenitum cõtemplandum: oculi tui intuentur Iesum. Beata cõgregatio, de qua scriptura testatur, q́ omnium oculi erant attendentes in eum. Q̃ vellem istũ cœtum simile habere testimoniũ, vt omniũ oculi, & catechuminorum, & fidelium, & mulierum, & virorũ, & infantiũ nõ corporis oculi, sed animę, aspicerẽt Iesum. Cũ enim respexeritis ad eũ, de lumine eius & intuitu clariores vestri vultus erunt, & dicere poteritis, Signatum est super nos lumen vultus tui domine: cui est gloria & imperiũ in secula seculorum. Amen.

De eo q̃d scriptũ est. Vtiq́ dicitis mihi parabolam istam: & cætera: vsq́ ad eũ locum vbi ait, Sed nullus eorum mũdatus est, nisi Naaman Syrus.

Homilia.XXXIIII.

IN Capharnao quantum ad lucẽ historiæ pertinet, necdũ motat⁹ est Iesus, nec aliquod in ea signum fecisse describitur, quippe in qua non fuit. Porro anteq̃ veniret in Capharnaũ: in patria sua, hoc est in Nazareth, fuisse signatur. Vtiq́ dicitis mihi parabolã istam. Medice cura teipsum. Quęcũq́ audiuimus facta in Capharnao, fac & hic in patria tua. Vnde puto aliquid in sermone præsenti latitare mysterii, & Nazareth in typo Iudęorũ, Capharnaum in typo p̃cessisse gentiliũ. Sciens itaq́ Iesus q́ nõ haberet in patria sua honorẽ: nec ipse, nec propheta, nec apostoli: noluit ibi prædicare, sed prędicauit in gentibus, ne sibi a patriæ suę hominibus diceret: Vtiq́ dicitis mihi parabolam istam, Medice cura teipsum. Erit enim tempus, quando dicturus sit populus Iudæorum: Quæcũq́ audiui facta in Capharnao apud gentes signa atq́ portenta, fac & apud nos in patria tua. Quę ostẽdisti vniuerso orbi, ostẽde & nobis. Prædica sermonem tuũ populo Israel, vt saltem cum subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Quãobrẽ mihi videtur consequenti ordine Nazarenis interrogantibus respondisse Saluator, Nemo propheta acceptus est ĩ patria sua. Et puto plus iuxta sacramẽtũ q̃ iuxta literam verum esse q̃d dicitur: licet Hieremias in Anathoth patria sua nõ fuerit acceptus: & Esaias quęcũq́ fuit patria illius, & reliqui prophetę: sed magis mihi videtur sic intelligi, vt dicamus patriam fuisse omniũ prophetarum, populum circũcisionis: & hunc non recepisse prophetas, & eorum vaticinia: porro nationes quæ longe fuerant a prophetis, & eorum notitiã nõ habebãt, suscepisse vaticiniũ Iesu Christi. Nemo est ergo propheta acceptus in patria sua, in populo Iudæorũ. Nos autẽ q̃ eramus alieni a testamento, & peregrini a promissionibus toto prophetas corde suscepimus: magisq́ habemus Moysen & prophetas de Christo prędicantes q̃ illi, qui ex eo q́ non susceperunt Iesum, nec illos susceperunt qui de illo annũciauerant. Vnde ad id quod dixerat, Nemo propheta acceptus est in patria sua: & aliud adiungit, In veritate enim dico vobis, quia multę viduæ erant in diebus Helię in Israel, quãdo clausum est cælum annis tribus, & mẽsibus sex. Q̃d dicit, tale est. Helias propheta erat, sed erat in populo Iudęorum. Sed quãdo mirabile quid facturus erat

cū essent plures viduę i Israel, reliqt eas, & venit ad viduā i Sareptā Sidonię ad gētilē mulerculā, figurā futurę rei explicās: qa occupāte fame nō panis, neqꝫ siti aquę, sed fame audiendi sermonē dei, venit ad viduā, de qua & ppheta testat dicēs. Multi filii desertę, magis q̄ ei⁹ q̄ habet virū. Et cū venisset, panem illius & alimēta mltiplicat. Tu eras vidua in Sarepta Sidonię, e cuius finib⁹ Chananęa mulier egreditur, & cupit sanati filiam suam, & propter fidem meruit accipere qđ petebat. Multę ergo viduæ erāt in populo Israel, sed ad nullam earū missus est Helias nisi in Sareptis ad mulierem viduā. Sed & aliud ad eūdem sen-
E sum ptinēs loquitur. Multi erāt leprosi in Israel in diebus Helisęi prophetę, & nemo eorū mūdatus est, nisi Naamā Syrus, qui vtiqꝫ non erat ex Israel. Considera vsqꝫ ad pręsentē diē multos leprosos in Israel secūdū carnem: vide ecōtrario leprę squalore pfusos absqꝫ spiritali Helisęo dño nr̄o & saluatore: te aūt purgari baptismi sacramento, & dici ad te: Surge, & vade i Iordanē, & lauare: & restituetur tibi caro tua. Surrexit Naamā & abiit, & lot⁹ impleuit mysteriū baptismi, & facta ē caro ei⁹ quasi caro pueri: qui in lauacro regenerationis ort⁹ fuerit in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo qđ scriptum est, Magister quid boni faciens vitā æternam possidebo. vsqꝫ ad eum locum vbi ait. Vade & tu fac similiter.

Homilia. XXXIIII.

F Cum multa in lege pręcepta sint, hęc tātū saluator i euāgelio posuit quæ quodā cōpendio ad ęterna obœdiētes ducerent. Ad id eī respicit qđ legis doctor ītertogauerat eū dicens. Magister quid faciens vitā ęternam possidebo? Quę lectio secundū Lucā hodie vobis recitata est. Respōdit. In lege quid scriptū est? Quomodo legis? Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo & ex tota virtute tua, & ex tota mēte tua, & proximum tuum tanq̄ teipsum. Ac deinde, Bene (ait) respondisti: hoc fac, & viues. Haud dubium qn sempiternam vitā hoc faciēdo acceptutus sis, de qua & legis doctor ītertogauerat. Simulqꝫ perspicue docemur in legis pręcepto, vt diligamus deū. In Deuteronomio scriptum est. Audi (inquit) Israel, dñs deus tuus, deus vnus est. Et diliges dñm deū tuum ex tota mente tua, & reliqua. & proximū quasi teipsum. Et saluator super his testatus est dicēs. In his duob⁹ mandatis tota lex pendet, & prophetę. Volēte autē doctore legis iustificare semetipsum & ostendere q̄ nemo sibi esset prim⁹, atqꝫ dicēte, Quis est proxim⁹ meus: intulit dñs parabolam cuius exordiū est: Homo qdā descē- G
debat de Hierusalē i Hiericho, & reliq̄: & docet nullius fuisse proximum descēdētem, nisi illi⁹ qui voluerit custodire pręcepta, & pparare se, vt sit proxim⁹ oīni homini qui auxilio indiget. Hoc eī est qđ post parabolā in fine ponitur. Quis de his trib⁹ videt tibi proximus esse eius q in latrones incidit? Nec eī sacerdos, nec leuites pximi eius fuerunt, sed vt ipse quoqꝫ legis doctor respōdit, ille qui fecit misericordiā proximus eius fuit. Vnde & a saluatore dicitur. Vade, & tu fac similiter. Aiebat quidam de presbyteris volēs parabolam interpretari, hominē qui descendit esse Adam: Hierusalē, paradisum: Hiericho, mundū: latrones, cōtrarias fortitudines: sacerdotem, legem: leuitē, pphetas: Samariten, Christum: vulnera vero inobœdiētiā: animal, corpus dñi: Pādochium, id est stabulum, qđ vniuersos volentes introire suscipiat, ecclesiā interpretari. Porro duos denarios, patrem & filium ītelligi: Stabularium ecclesiæ præsidem cui dispēsatio credita sit. De eo vero q̄ Samarites reuersurum se esse pmittit, secūdū saluatoris figurabat aduētū. Hęc cū rōnabiliter pulchreqꝫ dicant, nō est tamē existimandū q̄ ad omnē hominē pertineāt. Neqꝫ eī omnis hō descēdit de Hierusalē i Hiericho, nec vniuersi propterea in pręsenti seculo cōmorant licet ille qui missus est, ppter perditas oues venerit domus Israel. Homo igit qui de Hierusalē descēdit i Hiericho, qa voluit ipse descēdere, pptetea in latrones incidit. Latrones aūt nulli sunt alii, nisi de quib⁹ saluator ait: Omnes q ante me venerūt fures fuerūt, & latrones. Verūtamen nō incidit in fures, sed in H
multo furibus nequiores latrones, qui descēdentē eū de Hierusalē cum incidisset in illos spoliauerūt, & iposuerunt ei plagas. Quę sūt plagę? quę vulnera quib⁹ vulneratus est homo? Vitia, atqꝫ peccata. Deinde quia latrones q nudauerāt eū, & vulnerauerāt, nō assident nudo, sed plagis rursus īpositis reliquūt eū, idcirco scriptū ē, Spoliātes eū, & vulnera apponētes abierūt eo nō mortuo, sed semineće. Factū ē aūt vt i eadē via prim⁹ sacerdos, dei de leuites descēderēt, q forsitan aliis hoībus bona quędā fecerāt, nō tñ huic, qui descēderat ab Hierusalē in Hiericho. Hunc eī vidit sacerdos, puto lex vidit: leuites vt reor, sermo ppheticus. Et cū vidissent reliquerūt, & trāsierūt. Seruabat qppe semineće pūidentia

ei qui fortior erat lege & pphetis, Samaritano videlicet q interpretatur custos. Iste est q nõ dormitat, neq̧ dormit custodiẽs Israel: ppter seminecẽ profectus est iste Samaritanus nõ de Hierusalẽ in Hiericho, sicut sacerdos & leuita descendens: aut si descendit, idcirco descẽdit vt saluaret, custodiretq̧ moriturũ. Ad quẽ locuti sunt Iudęi: Samaritanus es tu & dæmoniũ habes. Qui cum negasset se habere dæmoniũ, Samariten negare se noluit.
A Sciebat enim se custodem. Itaq̧ cum venisset ad seminecem, & vidisset eũ in suo sanguine volutari: misertus accessit ad eũ vt fieret ei⁹ proximus. Ligauit vulnera, infudit oleum vino mixtũ: neq̧ dixit qđ in propheta legitur non est malagma imponere, neq̧ oleum, neq̧ alligaturas. Iste est Samaritanus, cuius cura & auxilio omnes qui male habent indigent. Huius vel maxime Samaritani indigebat auxilio q de Hierusalẽ descẽdẽs inciderat in latrones: & vulneratus ab eis, semianimis fuerat derelictus. Vt autẽ scias ꝙ iuxta puidentiã dei Samarites iste descenderit vt curaret eũ q inciderat in latrones: manifesto doceberis ex eo ꝙ secum habebat alligaturas, secũ oleum, secum vinũ. Quæ quidem ego puto non propter istum vnũ seminecem, sed propter alios quoq̧ qui ob varias causas fuerãt vulnerati, & indigebãt alligaturis, & oleo, & vino, secũ portasse Samariten. Habebat oleũ de quo scriptũ est, Vt exhilaret faciẽ ĩ oleo. Haud dubiũ quin ei⁹ q curatus fuerat, oleo etiam tumores vulnerum sedarentur. Sed & vino mũdat vulnera, asperitatis aliquid admiscẽs: eũq̧ qui fuerat vulneratus imposuit iumẽto, id est pprio corpori, iuxta id qđ est
B hominẽ dignat⁹ assumere. Iste Samaritanus peccata nostra portat, & p nobis dolet, portat seminecem, inducit in Pandochion, id est in ecclesiã, quę oẽs suscipit, & nulli auxilium suũ denegat: ad quã cunctos prouocat Iesus dicẽs: Venite ad me oẽs q laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Et postq̃ iduxit eũ non statim recedit: sed vno die in stabulo cũ seminece pseuerat, & curat vulnera nõ solũ in die, verũ etiã in nocte, reliquã sollicitudinẽ suã & industriã tribuens. Cũq̧ vellet mane pficisci, de probato argento suo, de pbata pecunia sua tollit duos denarios, & onerat stabulariũ, haud dubiũ quin angelũ ecclesię, cui pręcipit vt diligẽter curet eũ, & ad sanitatẽ vsq̧ pducat, quẽ p angustia tẽporis etiã
C ipse curauerat. Duo denarii notitia mihi videt̃ esse patris & filii, & sciẽtia sacramẽti quo modo pater in filio, & filius in patre sit, qui velut mercedes donant̃ angelo, vt diligẽtius curet sibi hoĩem cõmendatũ: & promittit̃ ei quicqđ de suo ĩ medelã seminecis expẽderit, illico esse reddendũ. Vere lege & prophetia custos animarũ iste vicinior, qui fecit misericordiã ei qui inciderat in latrones, & proximus eius apparuit nõ tam sermone q̃ opere. Quia ergo possibile ẽ iuxta illud qđ sequit̃, imitari nos Christũ, & misereri eoꝝ qui inciderant in latrones, accedere ad eos, ligare vulnera, infundere oleum & vinũ, imponere sup ppriũ iumẽtũ, & ferre onera ipsoꝝ: propterea ad talia nos cohortans filius dei: non tã doctori legis q̃ nobis quoq̧ oĩbus loquit̃. Vade & tu fac similiter. Quæ si similiter fecerimus, vitã consequemur æternã in Christo Iesu: Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo qđ scriptum est, Quãdo vadis cum aduersario tuo, & cętera: vsq̧ ad eũ locũ vbi ait, Et nouissimũ minutum reddes.

Homilia. XXXV.

D Nisi esset nobis natura insitũ id qđ iustũ est iudicãdi, nũq̃ Saluator diceret: Quare autẽ & a vobismetipsis nõ qđ iustũ est iudicatis? Verũ ne ad pbationẽ huius sentẽtiæ longius euagemur: maxime cũ multa difficiliora huic capitulo subnexa sint, tantũ sup hoc significasse sufficiet. Quin potius animarũ nostrarũ ad deũ vela pandamus, deprecemurq̧ aduẽtũ sermonis eius, vt interpretet̃ parabolã, de qua scribitur: Quãdo vadis cũ aduersario tuo ad principem, in via da operã vt liberes te ab eo, ne forte tradat te iudici, & iudex tradat te exactori, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non inde exies, donec nouissimũ minutum reddas. Quatuor psonas poni video, aduersarii, principis, iudicis, exactoris: & qa videtur euãgelista Matthęus simile qđ locutus in eo qđ ait, Esto beneuolus aduersario tuo dũ es in via cũ eo: q̃ro vtrũ idẽ sensus sit, an aliqua sit vicinia, si quidẽ apud Matthęũ vna persona ptermissa sit, & alia immutata. E Prætermissus est princeps, & p exactore minister insertus: aduersarius vero, & iudex similiter ab vtroq̧ sunt positi. Imus itaq̧ cũ aduersario nr̃o ad principẽ, & oportet nos dũ adhuc in via sumus fortiter laborare, vt liberemur ab eo. Q̃m ambiguũ quippe verbũ est, & potest tã ad principẽ q̃ aduersariũ referri, Ne forte tradat te, siue aduersarius, siue princeps iudici, & iudex tradat te exactori, & nõ ide exies, donec

nouissimũ minutũ reddas: ꝓ quo Matthæus
ait, Donec reddas nouissimũ quadrantẽ: ver
bũ vero nouissimũ vtrũqꝫ scribit, discrepare
autẽ sunt visi, ꝙ hic quadrantẽ, ille minutũ
posuit: quędã mihi sunt secretiora tangẽda,
vt intelligamꝰ aliũ esse aduersariũ, alias tres
personas, id est principẽ, iudicem, exactorem.
Legimꝰ (si tñ cui placet huiuscemodi scriptu
rã recipere) iustitię & iniquitatis angelos su
per Abrahæ salute & interitu disceptãtes, dũ
vtrẹqꝫ turmę suo eum volũt cœtui vendica-
F re. Qđ si cui displicet, trãseat ad volumẽ qđ
titulo Pastoris scribiť, & inueniet cũctis ho-
minibꝰ duos adesse angelos: malum q ad per
uersa exhortatur, & bonũ q ad optima quęqꝫ
persuadet. Scribitur alibi, ꝙ assistãt homini si
ue in bonã, siue in malam partẽ duplices an-
geli. De bonis etiã saluator meminit, dicens.
Angeli eoꝝ semper vident faciem patris mei
qui in cęlis est. Simul quęre vtrum paruuloꝝ
in ecclesia semp videãt angeli faciem patris:
& alioꝝ angeli nõ habeant libertatem vultũ
patris attẽdere. Neqꝫ eñ sperandum est, oĩm
angelos videre faciem patris qui in cælis est.
Si fuero de ecclesia, ꝗuis minimus sim: habet
libertatem angelus meus & fiduciam, semper
videre faciẽ patris qui in cælis est. Si autem
forinsecus, nec de illa ecclesia quę non habet
maculam, aut rugam, aut quid istiusmodi, &
ipsa re probor alienus esse a tali cõgregatio-
cau ne: nõ habet fiduciã angelus meus respicien-
tele di vultũ patris q in cęlis est. Quã ob causam
ge l angeli pro bonis solliciti sũt, sciẽtes ꝙ si nos
fer- bene gubernauerint, & ad salutem vsqꝫ ꝑdu-
ta. xerint: habeant etiã ipsi fiduciam videndi fa
ciem patris. Quomodo eñ si per curam eorũ
& industriã salus hominibꝰ cõparatur, faciẽ
patris semper attẽdũt: sic si per negligẽtiã eo
rum homo corruerit, etiã sui periculi rem es
se nõ nesciũt. Et sicut bonꝰ episcopus, & opti
mus ecclesię dispẽsator scit sui meriti eẽ atqꝫ
virtutis, si oues gregis sibi crediti fuerint cu
stoditę: ita intellige & de angelis. Ignominia
angelo est si homo iustꝰ creditꝰ fuerit, & pec
cauerit: vt ecõtrario gloria ẽ angelo si credi-
tus ipsi saltẽ minimꝰ in ecclesia fuerit. Vide-
bũt eñ nõ aliquãdo, sed semper, faciẽ patris
qui est in cęlis, cũ alii semper nõ videãt. Secũ
dũ meritũ eñ eoꝝ quoꝝ angeli sũt, aut sem-
per aut nunꝗ, vel patũ, vel plus, faciẽ dei an-
geli contẽplabunť. Cuius rei ad liquidũ noti
tiã deꝰ nouerit: & si qs (licet raro) fuerit inuẽ
G tus quẽ Christꝰ illuminauerit. Videamus er
go primũ qs sit aduersarius cum quo iter fa
ciamus. Semper nobiscum est aduersariꝰ. In-
felices nos, atqꝫ miserabiles. Quotiescũqꝫ pec-
cauerimus, aduersarius noster exultat, sciens
ꝙ habet facultatem apud principem seculi
huius qui se miserat exultandi & gloriãdi, eo
ꝙ aduersarius (verbi gratia) huius, vel illiꝰ,
eum fecerit principi seculi huius esse subie-
ctum per talia rorꝙ peccata, per hoc illudqꝫ
delictum. Euenit aũt interdum, vt si quis fue
rit pręparatus armatura dei, & ex omni par-
te se texerit: conet quidẽ aduersarius vulnꝰ
inferre, sed facultatem non habeat percutiẽ-
di. Semp nobiscũ aduersarius graditur, nun-
ꝗ nos deserit: quærit occasionẽ insidiarum si
quo modo nos subuertere queat, vt in princi
pali cordis nostri malam subiiciat cogitatio
nẽ. Qñ vadis ad principem. Quisnã iste prin
ceps est? Quãdo diuidebat altissimus gentes,
quãdo disseminabat filios Adam: statuit ter-
minos nationum secundum numerum ange
lorum dei, & facta est portio domini populꝰ
eius Iacob, funiculus hęreditatis eius Israel.
Igiť principibus id est angelis, ab exordio ter
ra diuisa est. Daniel quippe manifestius quos H
Moyses angelos nominarat, principes esse re
stať, dicens. Princeps regni Persarum, & prin
ceps regni gręcoꝝ, & Michael princeps gen-
riũ. Et vnusquisqꝫ nostrũ secũ habet aduersa
rium cohęrẽtẽ, cuius opus est ducere nos ad
pricipem, & dicere. O princeps, verbi gratia,
regni Persarũ iste qui subter erat tibi, eũ ve
opus fuerat custodiui: nullus eum de reliqs
pricipibꝰ ad se potuit trãsducere: ne ille qui-
dem, qui ad hoc se venisse iactabat, vt de cũ-
ctis hęreditatibus Persarũ, siue Gręcoꝝ, oĩm
ꝙ nationum raperet homines, & hæreditati
dei faceret esse subiectos. Christꝰ dñs noster
oẽs principes vicit, & terminos eoꝝ transiẽs
captiuos populos ad se trãstulit in salutẽ. Et
tu de pte alicuius principis eras, venit Iesus
& rapuit te de potestate puersa, & deo patri
obtulit. Aduersariꝰ ergo noster ambulat, du
cens nos ad principem suum. Vnde ergo cre
dẽs omnia scripturarum verba habere ratio
nem, non puto frustra iudicẽ apud gręcos cũ
articulo positum, qui singularitatis significa
tor est: principẽ vero sine articulo scriptũ es
se simpliciter. Quãdo vadis cum aduersario
tuo. Signãter ait tuo. Neqꝫ enim omnes oĩm
sunt aduersarii, sed singuli singulos habent,
qui vbiqꝫ eos sequãtur, & sint comites. Quã
do vadis cum aduersario tuo ad principem.
Non cum articulo principem posuit, ne cer-
tum videretur ostendere: sed sine articulo,
vt e pluribus vnum esse monstraret: quod
apud gręcos magis intelligitur. Vnusquisqꝫ

enim nostrum, nō habet proprium principem. Qui Syrus est, sub Syrorum principe est, & vnusquisq; sub suo principe gētis est: si tamē hucusq; pcessisse me sufficit, & ab hac disputatione ad aliam trāsire maiorem, vt cæteras quoq; gentes etiam commemorem. Vnde dicitur: Videte Israel secundū carnem. Prudenti cœpisse, dixisse est: licet & hoc in populo cœpisse sermonem. Qui te vult (inquit) ducere ad principem suū, & ab alio principe cōducere, quādo vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operā vt libereris ab eo. Nisi omni studio laboraueris vt dum adhuc viam carpis, anteq̄ ingrediaris ad principē, prius q̄ princeps tradat te iudici ab aduersario præparatum, postea frustra conaberis. Da ergo operā, vt libereris ab eo, siue a principe ad quem te trahit aduersarius. Da operam vt habeas sapientiam, iustitiam, fortitudinem, atq; temperantiam, & tūc cōplebitur, Ecce homo, opera eius ante faciem suam. Nisi dederis operam, non poteris aduersarii pactū infringere, cuius amicitia est in deum.

A Quando vadis cū aduersario tuo ad principem, in via da operam. Latitat in hoc loco nescio quid, & secretum est, in via da operam. Saluator ait. Ego sum via, veritas, & vita. Si dederis operam vt libereris ab aduersario, esto in via: & cū steteris in eo qui dicit, Ego sum via, stetisse non sufficit, sed da operam vt libereris ab aduersario. Nisi dederis operā vt ab aduersario libereris, q̄ te sequantur ausculta. Trahit te ad iudicem aduersarius, siue princeps cū te susceperit ab aduersario trahit te ad iudicē. Q; elegans sermo trahit, vt ostēdat quodāmodo retractātes & nolētes ad condēnationē trahi, & ire cōpelli. Quis enim homicida conciro gradu pergit ad iudicē? quis gaudēs ad cōdemnationē sui ire festinat, & non inuitus trahitur, ac repugnans? Scit eīn se ad hoc ire, vt sentētiā mortis accipiat. Ne forte trahat te ad iudicem. Quis putas iste iudex est? Ego nescio alium iudicem nisi dominū meū Iesum Christum, de quo alibi dicit. Et statuet oues a dextris, hœdos autem a sinistris. Et iterum. Qui confessus fuerit me, confitebor & ego eū coram patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui in cælis est. Trahat te ad

B iudicem, & iudex tradat te exactori. Vnusquisq; nostrū per singula peccata damnū sustinet, & iuxta qualitatem rationēq; delicti, damni magnitudo reputat. Debeo aliquod de scripturis afferre testimoniū sup damno, mulctaq; pecuniæ. Alius damnū sustinet quingētorū denariorum, & debet eos: alius quinquaginta denariis condemnatur, quæ summa ambobus a creditore conceditur. Porro ali⁹ (sicut scriptura dicit, Oblatus est ei vn⁹ qui debebat decem milia talēta) decem milibus talentorū condemnatur. Ecquid me necesse est plura persequi? Vnusquisq; pro qualitate & quantitate peccati, diuersam mulctæ sententiam expendit. Si parum est quod peccas, ferieris damno minuti, vt Lucas scripsit, vt vero Matthæus, quadrantis. Verūtamen etiam necesse est hoc ipsum qd extitisti debitor, soluere. Non enim inde exies nisi & minima queq; persolueris. Qui vero fidelis est, nullo damno percutitur, sed quotidie ditat. Totus enim mundus diuitiarum, eius est. Infidelis autem, nec obolum habet. Alius damnatur denario, alius mna, alius talento. Est quæsitor huius negocii, q mensuras vniuersorum nouerit peccatorum. Hoc delictū C talento condemnatur: illud peccatum mulctam istiusmodi meretur. Scriptum est enim. Cū autē cœpisset facere rationē. Supputāda est omnibus nobis gratia. Non est aliud tempus faciendæ rationis nisi tēpus iudicii, quādo liquido cognoscetur quid nobis creditū est, & quid lucri, quidve detrimēti fecerim⁹: quis nostrū acceperit mnam, quis vnū talentum, quis duo, qs quinq;. Necesse nō est plura indicate, cum hoc in cōmune dixisse sufficiat, reddituros nos esse rationem: & si debitores inuēti fuerimus trahi ad iudicem, & a iudice exactori tradi. Singuli exactores pprios habemus: omnis vero multitudo, pluribus traditur, secūdū id qd in Esaia scriptū est: Populus meus, exactores vestri spoliant vos, & qui potentes sunt dominātur vestri. Dominantur exactores, si debuerimus aliqd. Si autem habuerimus fiduciam, & fronte libera vixerimus, seruādo præceptum libens, Reddite omnibus debita, cui tributū tributū, cui timorē timorē, cui vectigal vectigal, cui honorem honorem. Si omnibus vniuersa reddidero, venio ad exactorem, & intrepida mente respondeo, nihil tibi debeo. Venit exactor ad deposcendum, resisto ei. Scio enim q; si nihil debuero, in me nō habet potestatē. Q; si debitor fuero, mittet me exactor meus in carcerem illo ordine qui prędictus est. Ad uersarius enim me ducit ad principem, princeps ad iudicem, & iudex tradet me exactori, & exactor mittet i carcerē. Quę est lex carceris isti⁹? Nō egredior ex eo, neq; me exactor patitur exire, nisi debitum omne psoluero,

Non habet exactor potestatem, vt mihi saltē quadrantem, vel minimam portionem valeat concedere: vnus est, qui debitoribus non habentibus vnde persoluant, potest concedere.
D Accessit (inquit) ad eū vnus qui debebat qngentos denarios, & alius quinquaginta: & cū non haberent vnde redderent, ambobus donauit. Qui donauit, domin⁹ est: iste vero qui exactor est, non est dominus, sed a domino ad exigenda debita præpositus. Non fuisti dignus vt tibi quingenti, siue quinquagita denarii donarētur, nec audire meruisti, dimissa sunt tibi delicta tua: sed mitteris in carcerem, & ibi exigeris per laborem & opera, siue per pœnas atq; supplicia, & non inde exies nisi reddideris quadrātem, vel nouissimum minutum, quod græce tenue dici potest. Peccata autem nostra pinguia sunt. Scribitur em: Incrassatum est enim cor populi huius. Aut cōparatione maioris, tenue atq; subtile. Beatus est igitur, primo qui non peccat, secundo vt in collatione aliquis saltem tenue peccatum habeat. Et inter ipsa quoq; tenuia atq; subtilia, est diuersitas peccatorum. Nisi esset pecunia subtilis, nunq̄ diceretur, Nō exies inde, donec reddas nouissimū quadrantē. Quo modo sine pecunia diceret nouissimum minutum, quod est denarius, siue nummus, siue obolus, vel statera? Q₂ si magnam pecuniam debuerimus, sicut ille qui scribitur decem milia talenta debuisse: quanto tempore claudamur in carcere donec reddamus debitū, non possum manifeste pronunciare. Si enim q parum debet, non egreditur nisi exsoluat minutum quadrantem: vtiq; qui tanto debito fuerit obnoxius, infinita ei ad reddendum debitum secula numerabuntur. Quapropter demus operam, vt liberemur ab aduersario dū sum⁹ in via, & iūgamur dn̄o Iesu: Cui ē gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est, Qui voluerit animam suam saluare perdet eam. vsq; ad eū locum vbi ait, Regnum dei intra vos est.

Homilia. XXXVI.

E QVi quæsierit (īquit) animā suam saluare, perdet eam: & qui perdiderit eam, saluabit eam. Martyres quęrūt saluare animam suam: propterea perdunt, vt saluent eā. Qui vero volunt saluare animā suam vt non perdāt eam: hi & corpus & animam perdūt pariter in gehennam. Quāobrem nolite timere eos (ait) q possunt corpus occidere, sed timere magis eum qui potest animā & corpus pdere in gehēnam. Hoc ad propositum, iuxta vires ingenii nostri breuiter diximus. Animalis autē non recipit ea quæ sunt spiritus, & idcirco saluari non potest. Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Porro q adhęret domino spirit⁹ vnus efficitur. Si ergo qui domino copulatur cum animalis esset per id in spiritalē vertitur, & vnus est spiritus: nos quoq; perdam⁹ animam nostram, vt adhęrentes domino in vnum spiritū trāsformemur. Sed & de regno dei iterrogat⁹, respondit Saluator pharisæis. Quando venerit (inquit) non venit regnum dei cum obseruatione, neq; dicūt ecce hic, aut ecce ibi. Regnū em̄ dei intra vos est. Non omnibus Saluator dicit, regnum dei intra vos est: siquidē in peccatorib⁹ regnū peccati est, & absq; vlla ambiguitate, regnū pc̄ti aut regnum dei in corde nr̄o spērat. Vnde siue q̄ facimus, siue q̄ loquimur, siue quę cogitamus, contemplemur attentius: & tunc videbimus vtrum Dei imperium regnet in nobis, an imperium delictoꝶ. Quam diuersitatem sciens etiam Apostolus, quosdam commonet, dicens: Non regnet peccatum in mortali vestro corpore. Si quis nostrum desiderat regnum dei, regnatur ab eo. Si quis auaritiæ ardore cruciatur, regnat ab auaritia. Porro qui iniustitiam reginam habet, regnatur ab ea. Qui vanæ gloriæ ambitione sustollitur, regnat ei aura popularis. Qui mœret, qui aliquid reformidat, q amat, qui desiderat: imperāt ei singula, prout a perturbationibus variis possidetur. Quę omnia cognoscentes, & q̄ multa sint genera regnorum: surgam⁹, precemurq; deum, vt auferat a nobis regnum inimici: & possimus sub regno esse dei omnipotētis, id est sub regno sapientiæ, pacis, iustitiæ, veritatis: quę cuncta ī vnigenito dei filio intelliguntur: Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo q a discipulis pullus asinæ solutus est.

Homilia. XXXVII.

F SCriptum est in euāgelio secundum Lucam, quomodo cum venisset Saluator Bethphage, & Bethaniā iuxta montē oliueti, miserit duos e discipulis suis, vt soluerēt pullū asinæ qui vinctus erat: & super quem nullus hominum aliquando sederat. Quod quidem

mihi videtur magis ad altiorem intelligentiam, q̃ ad simplicem historiã pertinere. Asinus victus erat. Vbinã? Cõtra Bethphagen, & Bethaniã. E quibus Bethania interpretatẽ domus obœdientiæ, Bethphage vero domus maxillarum, sacerdotalis quidam locus. Maxillæ enim sacerdotibus dabantur, sicut in lege præcipitur. Illuc ergo vbi obœdientia, vbi locus sacerdotibus mãcipatus, mittit Saluator discipulos suos, vt soluant pullum asinæ super quẽ nullus hominũ aliquando sederat. Porro qd aliud sup asinũ sedere potest absq; homine? Volo paulisper exemplũ sumere, vt qd dicturus sum, possit intelligi. Scriptũ est in Esaia. Visio quadrupedũ in tribulatione & angustia, & reliqua: vsq; ad eum locũ vbi ait. Non proderunt eis diuitiæ aspidũ. Vnusquisq; nostrum consideret quantas opes aspidum ante portauerit, quãtas diuitias bestiarũ, & quomodo nunq̃ rationabilis homo sederit super asinũ nostrum, nõ sermo Moysi, non Esaiæ, non Hieremiæ, nec reliquorum omniũ prophetarum: & videbit tunc sedisse super nos sermonem dei atq; rationem, quãdo venit dominus Iesus, & præcepit discipulis suis, vt euntes soluerẽt pullum asinæ qui prius vinctus fuerat vt liber incederet. Solutus itaq; pullus asinæ adducit ad Iesum, ad cuius solutionem mittẽs discipulos dixerat:

A Si qs vos interrogauerit quare soluitis pullum, dicite ei qa dominus necessarium illum habet. Multi erãt domini huius pulli anteq̃ Saluator eum haberet necessarium: postq̃ vero ille cœpit esse domin9, plures domini esse cessauerũt. Nemo enim potest deo seruire & mammonę. Quãdo malitię seruierimus, multis sumus passionibus vitiisq; subiecti. Soluitur ergo pullus, qa dominus necessariũ eum habet. Vos estis pullus asinæ: quid vestri filius dei necessariũ habet? quid a vobis expetit? Salute vestra opus habet, cupit vos solui

B vinculis peccatorũ. Deinde mittũt discipuli vestes suas super asinũ, & sedere faciunt Saluatorem. Assumunt sermonem dei, & imponũt eum super animas auditorum. Vestibus exuũtur, substernũt eas in via. Sup nos sunt vestimẽta apostolorum: opera eorum bona, ornamenta nostra sunt: voluẽt apostoli indumẽta sua calcari a nobis. Et reuera solutus a discipulis asinus & portãs Iesum incedit super vestimenta apostolorum, quando doctrinam eorum imitatur, & vitam. Quis nostrũ ita beatus est, vt sedeat super illũ Iesus? Quiq̃diu in monte fuit, cũ suis apostolis morabatur: quãdo vero cœpit vicinus esse descẽsui, tum occurrit ei turba populorum. Si nõ venisset ad descensum, non ei poterat occurrere multitudo. Descendit, seditq; super pullũ asinę, & omnis populus voce consona laudabat deum. Qd Pharisæi videntes dicebãt domino: Increpa eos. Quibus ille respondit. Si isti tacuerint, lapides clamabũt. Quando nos loquimur, lapides silent: quãdo nos racemus, lapides clamant. Potest enim dominus de lapidib9 istis suscitare filios Abrahę. Quo tẽpore nos tacebimus? Quãdo refrixerit charitas multorũ, quando illud qd a Saluatore prædicatũ est fuerit impletũ: Putas veniens filius hominis inueniet fidem super terram? Propterea domini misericordiã deprecemur, ne nobis tacẽtib9 lapides clamitẽt, sed loquamur & laudemus deũ in patre, & filio, & spiritu sancto: Cui est gloria & imperiũ in secula seculorum. Amen.

De eo qd scriptum est, Cum autem appropinquasset vidit ciuitatem, & fleuit super eã. vsq; ad eum locum vbi ait, Eiecit omnes vendentes columbas. Cap. XIX.

Homilia. XXXVIII.

CVm appropinquasset Hierusalem dominus noster, videns eam fleuit, & dixit. Si cognosceres & tu in die ista quę ad pacem sunt tibi: nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis, qm̃ veniẽt dies super te, & circũdabũt te inimici tui vallo. Sacramẽta sunt q̃ dicuntur, & speramus pandente deo aperiri posse qd latitat: Primũ ergo de fletu eius videndũ. Omnes beatitudines quas locutus est in euãgelio Iesus, suo firmat exemplo, & qd docuit pro testimonio probat. Beati, inquit, mites. Huic simile est de semetipso: Discite a me: qm̃ mitis sum. Beati pacifici. Et qs alius ita pacificus vt dominus meus Iesus, qui est pax nostra: qui soluit inimicitiam, & in sua eam carne destruxit? Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. Nemo sic persecutionem passus est propter iustitiam vt dominus Iesus, qui pro peccatis nostris crucifixus est. Omnes igitur beatitudines in semet ipso dominus ostendit. Ad quam similitudinem etiam illud quod dixerat, Beati flentes, ipse fleuit vt huius quoq; beatitudinis iaceret fundamẽta. Fleuit autem super Hierusalem dicẽs: Si cognouisses & tu in die ista quę ad pacẽ sunt tibi, nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis, & reliqua: vsq; ad eum locum vbi ait, Eo q nõ cognoueris tẽpus visitationis tuę. Dicat aliqs auditorũ: Manifesta sunt D

quæ dicuntur,& opere complera de Hierusalem. Circūdedit enim eam Romanus exercitus,& ad internicionem vsq̧ vastauit,tēpus q̧ veniet quādo lapis super lapidem nō relinquetur super eam.Non nego & illam quidem Hierusalem propter habitatorū scelera fuisse destructā,sed q̄ro an ad hāc nostrā Hierusalem fletus iste pertineat. Nos enim sumus Hierusalem quæ defletur, q̄ nobis videmur intuitum habere maiorem.Q̧ si post mysteria veritatis,post sermonē euangelii, post doctrinam ecclesię,post visionem sacramentorū eius,aliquis e nobis peccauerit:plāgitur,atq̧ fletur.Nemo enim gentilis fletur,sed ille qui fuit de Hierusalem,q̧ post peccata circūdent eam inimici:cōtrarię videlicet fortitudines, spiritus nequā, & immittāt in circuitu eius vallum,& obsideāt eam, & lapidem super lapidem non relinquāt:maxime si post multam continentiā,post aliquot annos castitatis, victus qs fuerit, blandimentisq̧ carnis illectus patiētiam pudicitiāq̧ amiserit. Si fueris fornicatus:lapidem super lapidē nō relinquent super te.Ait enim in alio loco.Non recordabor priorum iustitiarum eius:in peccato suo in quo deprehensus fuerit, in ipso iudicabo eum.Hęc est ergo quæ defletur Hierusalem.

E Post q̄ dicitur,Ingressus est templum.Q̄d cū fuisset ingressus,eiecit eos qui vendebant columbas.Non eiecit ementes:qui enim emūt, & q̄d emerint possidēt.Illos eiecit de templo patris Iesus qui vendunt & abiiciūt quod habuerāt:in similitudinem illius luxuriosi filii, qui substantiam suam accepit a patre, & vniuersa perdidit nimie potādo.Si quis ergo vēdit eiicitur, præcipue si vendat columbas. Quare alias aues non posuit nisi columbas? Hoc animal simplex est,& decorum. Vereor ne & in nobis vitium istiusmodi deprehendatur.Si enim ea quæ mihi a sancto spiritu reuelata sunt & credita vt in vulgus efferrem, precio vēdidero,& absq̧ mercede nō docuero:quid aliud facio nisi columbas,id est spiritum sanctum vendo?Quem cum vendidero, eiicior de templo dei. Quapropter rogemus dominum,vt omnes emamus potius q̄ vēdamus.Si enim non vendiderimus,cognoscim⁹ & intelligimus salutē nostram: alioquin inimici circūdabūt vrbem nostram. Q̧ si semel nos exercit⁹ hostilis cinxerit: lachrymas dei

F non merebimur.Surgamus ergo diluculo,& obsecremus dominum, vt saltem micas quæ de mensa eius cadūt comedere possimus. Miratur scriptura reginam Saba venisse ab extremo terrę audire sapientiā Salomonis:quę cum vidisset prādium,& supellectilem, & ministeria domus eius,obstupuit, & tota in miraculo fuit.Nos si tātas domini nostri opes, tantam sermonis supellectilem & abundantiam doctrinarum non libēter amplectimur, si non comedimus panem vitæ: si non carnibus Christi vescimur,& cruore potamur : si contemnim⁹ dapes Saluatoris nostri:scire debemus q̧ habeat deus & benignitatem,& seueritatem. E quibus benignitatem eius magis orare debemus , in Christo Iesu domino nostro : Cui est gloria & imperium in secula seculorum.Amen.

De quæstione Sadducęorum quam pro posuerant domino,mulieris eius quę septē viros habuit. Et rursus de denario quē sibi saluator iussit ostendi.Ca.XX.

Homilia.XXXIX.

EST hæresis in Iudæis quæ dicitur Sadducæorum:hæc resurrectionem mortuorū negat,& putat animā interire cum corpore,nec post mortē vltra respirare.Igit̄ quęstionem domino proponentes,composuerunt fabulam mulieris septē virorum,quę post primum virum ad resuscitādum semen prioris alterum duxerit:quo mortuo,tertiū quoq̧, & rursum quartum:atq̧ in hunc modum ad septimum vsq̧ peruenerat.Quæritur ergo i resurrectione mortuorum quis eam sibi e septem fratrib⁹ sit vendicaturus vxorem. Hoc autem problema insidiantes verbis saluatoris eo tempore proposuerunt,quo eum viderant de resurrectione docere discipulos.Quibus respondens Saluator,ait.Erratis,nescientes scripturas neq̧ virtutem Dei.In resurrectione enim mortuorum, neq̧ nubent, neq̧ nubentur,sed erunt sicut angeli in cęlis.Qui erūt sicut angeli,vtiq̧ angeli erunt. Simulq̧ discendum q̧ angeli connubia non habeant. Hic vero vbi mors:& nuptiæ & liberi necessarii sunt:illic vbi immortalitas:nec cōiugio opus est,nec filiis.Proponā mihi q̄stionē val de molestam, & quæ non facile soluitur : ex persona eorum qui studiosissimi scripturarum sunt, & die ac nocte meditantur in lege domini.Vbi inquiunt scriptum est, quia neq̧ nubent,neq̧ nubentur ? Tam vetus q̄ nouum testamentum memoria ac mente perlustrās,nusq̄ memini tale quid relatum. Quod si forte me fallit , qui plus nouit doceat. Li-

benter disco quod nescio. Sed quantum ego existimo: nec in veteri, nec in nouo instrumẽto quicq̃ tale reperiet. Omnis ergo eorum error, de prophetica quam non intelligunt lectione surrexit: e quibus illud est in Esaia, Lecti mei nõ habebunt liberos in maledictionẽ: & in Deuteronomio in benedictionibus, Benedicti filii vteri tui. Et putant hæc futura in resurrectione, non intelligentes spiritales benedictiones esse predictas. Paulus enim vas electionis omnes has benedictiones quæ ponũtur in lege, spiritaliter interpretans, & sciens non esse carnales, ad Ephesios loquit: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, q benedixit nos in omni benedictione spiritali, cum a mortuis resurgentes æternam beatitudinem consequeremur. Sed & in Psalmis simile quid reperientes, eodem labũtur errore. Vxor, inquit, tua sicut vitis abũdans in lateribus domus tuæ: filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mẽsę tuę: vsq ad eum locum vbi ait, Benedicat te dominus ex Sion: & videas quæ bona sunt Hierusalem. Ergo cum instructa fuerit Hierusalem & instaurata in antiquum statum: tunc visuros est bona quæ scriptura cõmemorat. Qui spiritaliter intelligũt Hierusalem, & de ea dici sciunt quæ cælestis est, quę sursum est, quę est mater nostra: videbunt bona illius de quibus sæpe diximus, & id quod nũc de psalmo posuimus, Vxor tua sicut vitis abũdãs in lateribus domus tuę: filii tui sicut nouellę oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Quæ omnia corporaliter intelligentibus Sadducæis qui erant portio Iudæorum, dicit Saluator: Nescitis scripturas, neq virtutem dei. Hæc de quæstione quã Sadducæi domino proposuerunt, breuiter dicta sint.

A Porro q̃a adiectũ est de imagine Cæsaris: etiã super hoc debemus pauca perstringere. Putant quidã a Saluatore dictũ esse simpliciter, Reddite q̃ sunt Cæsaris Cęsari, id est tributũ reddite qđ debetis. Quis enim nostrum de tributis reddẽdis Cæsari contradicit? Habet igitur locus quiddam mystici atq secreti. Duæ sunt imagines hominis: vna quã accepit a deo factus in principio, sicut in Genesi scriptũ est, iuxta imaginem & similitudinẽ dei: altera Choici, id est terreni, posteaq̃ propter inobœdientiã atq peccatum eiectus de paradiso assumpsit eam, principis seculi huius suasus illecebris. Sicut enim nũmus atq denarius habet imaginem Imperatorum mũndi: sic qui facit opera rectoris tenebrarum istarum, portat imaginem eius cuius habet opera. Quam præcepit Iesus esse reddendam & proiiciendam de vultu nostro, assumendamq eam imaginem, iuxta quam a principio ad similitudinẽ Dei conditi sumus. Atq ita fit vt q̃ Cæsaris sunt Cæsari: & quę dei, reddamus deo. Ostendite B (inquit) mihi nummũ. Pro quo in Mattheo scribitur denarius. Quem cũ accepisset, ait: Cuius scriptionem habet? Qui respondẽtes, dixerunt, Cæsaris. Ad quos rursum, Reddite ergo (inquit) quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt dei deo. Quorum consequẽtiam & Paulus locutus est, dicẽs. Sicut portauimus imaginem choici, portemus & imaginem cælestis. Qđ ergo ait, Reddite quę sunt Cęsaris Cęsari, hoc dicit: deponite personam choici, abiicite imaginem terrenam, vt possitis vobis personam cælestis imponentes, reddere q̃ sunt dei deo. Repetit nos deus. Quidnã repe- C tit? Lege Moysen. Et nunc quid dominus repetit a te? Et reliqua, quæ sequuntur. Postulat igitur a nobis deus, & deprecatur: nõ q̃a necessarium habet aliquid vt ei tribuamus: postulat vt postq̃ ei dederimus id ipsum tribuat in salutem: Qđ vt manifestius fiat, ponam parabolam mnarum. Qui vnam acceperat mnam, & fecerat decem, & obtulit domino a quo sibi credita mna fuerat, accepit & aliam quam antea non habebat. Illius enim mnam qui nõ multiplicauerat qđ accepit, iubet dominus auferri, & dari ei q alias habet. Tollite, inquit, mnam, & date ei q habet decem mnas. Atq in hunc modum quæ dede- D rimus deo, nobis ea ipsa restituet cũ his quæ ante nõ habueramus. Exigit & postulat a nobis deus vt habeat occasionem donandi, vt ipsi tribuat qui erogauit. Ipsius enim gratia duplicata est mna, & dignis quibusq plus datum est q̃ sperabant. Quapropter surgentes oremus deum, vt digni simus offerre ei munera quę nobis restituat, & pro terrenis cęlestia largiatur, in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Explicita est egregia interpretatio Euangelii Lucę: auctore Adamantio Origene, quam æmuli variis erroribus profanare ausi sunt.

SEQVVNTVR NONNVLLAE HO-
miliæ Adamantii Origenis, quas ex variis lo
cis in vnum recollegimus.

IN ILLO tẽpore, cũ esset de-
sponsata mater Iesu Maria
Ioseph, anteq̃ cõuenirent in
uenta est in vtero habens de
spiritu sancto. Et reliqua.

Matthęi Cap. I.
Homilia. I.

A QVAE FVIT neces
sitas vt desponsata
esset Maria Ioseph,
nisi ꝓpterea quate-
nus hoc sacramẽtũ
diabolo cęlaret̃, &
ille malignus frau-
dis cõmenta aduer
sus desponsatã vir
ginẽ nulla penitꝰ in
ueniret? Vel ideo fuerat desponsata Ioseph,
vt nato infanti, vel ipsi Mariæ curam videre
tur gerere Ioseph, siue in Aegyptum trans-
iens, siue inde denuo veniens. Ideo desponsa-
ta fuit Ioseph, non tamen in concupiscentia
iuncta. Mater, inquit, eius. Mater immacula-
ta, mater incorrupta, mater ĩtacta. Mater eiꝰ.
Cuius eius? mater dei vnigeniti domini & re
gis omnium, plasmatoris & creatoris cuncto
rum. Illius qui in excelsis sine matre, & in ter
ra est sine patre. Ipsius qui in cælis secũdum
deitatem in sinu est patris, & in terris secun
dum corporis susceptionẽ in sinu est matris.
O magnæ admirationis gratia. O inenarrabi
lis suauitas. O ineffabile, magnumq; sacramẽ
tum. Ipsa eademq; virgo, ipsa & mater domi
ni, ipsa & genitrix, ipsa eius ancilla, plasma-
B tio eius, ipsa quæ genuit. Quis vnq̃ ista audi
uit? quis vidit talia? & quis cogitare potuit,
vt mater virgo esset, & intacta generaret, q̃
& virgo permansit, & genuit? Sicut em̃ quõ-
dam rubus comburi videbatur, & ignis eum
non tangebat: & sicut tres pueri in camino
ignis inclusi habebantur, & tamen eos nõ læ
debat incendium, nec odor fumi erat in eis:
vel quemadmodum Danieli intra lacum leo
num incluso, claustris non apertis allatũ est
prandium ab Abacuc: ita & hæc virgo san-
cta genuit deum, sed intacta permansit; ma-
ter effecta est, sed virginitatem nõ amisit: ge
nuit infantem, & vt dictum est virgo permã-
sit. Virgo ergo genuit, & virgo permãsit. Ma
ter filii facta est, & castitatis sigillum nõ per-
didit. Quare? quia non homo iste tantũ q vi-
debatur, sed vnigenitus erat deus q in carne
aduenerat. Nec subito carnaliter genitus est,
sed perfecta deitas in corpore venit. Ergo in-
teger iste & indiuisus deus in humano adue
niens vel genitus est corpore: quiq; deus &
dominus, figuram serui suscepit. Non enim C
pars vnigeniti venit in corpore, nec se ipse
diuisit vt dimidius esset apud patrẽ, & dimi-
dius esset in virgine: sed totꝰ apud patrẽ, to
tus in virgine, totꝰ in sinu patris, totꝰ in hu
mano corpore: non relinquens superiora ve-
nit quęrere terrena, quæ in cælis sunt conser
uãs, & quę in terra sunt saluans: vbiq; omni-
potẽs, in sanctis suis indiuisus, hic sanctꝰ vni
genitus deus. Si enim hoc verbũ humanum
& corporale immissum in aures plurimorũ
nõ diuidit̃ p singulos, vt pars in alio, & pars
sit iterũ in alio, sed in omnibus integrum &
plenũ habetur, vt in vnoquoq; totũ sit: quan
to magis verbum vnigenitus vbiq; totus est
& in cęlo, & in terra, & apud patrẽ, & in vir-
gine: & non diuiditur (vt dictũ est) neq; scin
ditur, neq; in partes efficit̃, sed totum totus
tenet, totum implet, totum illustrat, & possi
det? Huius itaq; vnigeniti dei dicit̃ hæc ma-
ter virgo Maria, digna digni, ĩmaculata san-
cti ĩmaculati, vna vnius, vnica vnici. Nec em̃
alter vnigenitus sup terrã venit, aut alia vir
go vnigenitum genuit. In omnibꝰ his quę di
cta sunt despõsata legitur mater eius Maria.
Et ait, Inuenta est in vtero habens. Cui inuẽ
ta, aut a quo inuenta est? Primo ab angelis cu D
stodiẽtibus eam, protegentibus eã, conseruã
tibus eam, vel eius beatissimã animã, ad ho-
norem illius qui ab ipsa generandus erat. De
hinc inuenta nõ incõgrue putat̃ ab ipso bea
to Ioseph sancto & iusto, q pene licẽtia mari
tali licet eã non cõtingeret, futuræ tñ vt pu
tabat̃ vxoris oĩa nouerat. IOseph aũt vir eiꝰ
(inqt) cũ esset homo iustus, & nollet eã tra-
ducere. Virũ eũ appellauit cõtra Iudęoꝝ pra
uitatẽ, vt aduersus virginem nõ sęuirẽt. Pro
pterea & despõsata fuit ipsi Ioseph, vt supra
dictum est. Si em̃ nõ fuisset despõsata Ioseph:
oĩm bonoꝝ increduli & inimici Iudęi lapidi
bus eã occidissent. Ideo virũ eius hic eũ euã
gelista appellauit. Ioseph vir eiꝰ cũ eẽt hõ iu
stus. Iustus autẽ in verbo, iustus ĩ facto, iustꝰ
in lege, iustꝰ in cõsummatiõe, iustꝰ in iudicio
gr̃ę. Iustꝰ itaq; cũ fuisset, & nollet eã traduce
re, voluit occulte eã dimittere. Noluit eã tra
ducere, noluit eã accipe, noluit eã male diffa
mare, sed voluit eã occulte dimittere. Occlte
a se dimittere volebat, sicut mãsuetꝰ, sicut piꝰ
sicut misericors. Talis ergo cũ eẽt Ioseph, co E
gitabat eã occulte dimittere. HAEC, inqt, eo

» cogitante. Quęrēdū est nobis,nunqd cogitauerit vt occulte eā dimitteret: & si cogitabat vt eā dimitteret,& si ita suspitionē in eā habebat,quomodo iustus erat? Si ergo non est suspicatus,vel tale aliqd cogitauit,cur eā dimittere volebat vt immaculatā & sanctam vellet dimittere:iniustū em̄ & hoc erat. Sed simplicitatē sensus audi huius orationis. Iustus erat Ioseph,& illa virgo īmaculata erat: sed ideo eā dimittere volebat: qm̄ virtutem mysterii, & sacramētū quoddā magnificū in eadē cognoscebat, cui approximare se indignū existimabat. Ergo humiliās se ante tātā & tā ineffabilē rē,qrebat se lōge facere. Sicut & beatus Petrus dn̄o se humiliās aiebat,Recede a me dn̄e,qm̄ ego peccator sum: vel sicut ille Centurio ad eūdē dominū mittēs dicebat,Non sum dignus vt intres sub tectum meū, qa neq; meipsum dignū existimaui ad te venire: vel sicut sancta Elizabet ad ipsam beatā Mariam locuta est dicēs, Et vnde hoc

A mihi,vt veniat mater dn̄i mei ad me? Sic & Ioseph iuste humiliās sese in oībus cauebat, & timebat sibimetipsi tātę sanctitatis cōiunctionē adhibere. Idcirco occulte volebat eam dimittere: dimittā eā dicēs, & a me longe faciā eā,& a cognitione mea. Maior est em̄ eius dignitas, supexcellit eius sanctitas, nec meæ cōgruit indignitati. Ideo volebat occulte dimittere eam. Hęc ergo eo cogitante angelus domini per visum apparuit illi, dicens. Quid dubitas o Ioseph? quid imprudēter cogitas? quare irratiōabiliter meditaris? Deus est em̄ qui generatur,virgo quę generat. Huius generationis minister es,& nō largitor: seruus, & non dominus: mancipiū,& nō plasmator. Propterea ministra,serua, custodi, fer curā. Intēde & huic q nascitur, & huic quę generat. Etenim si tibi vxor nominatur,si despon sata tibi esse dicitur: non tamē tibi vxor est,

B sed dei vnigeniti electa mater est. Propterea Ioseph fili Dauid q has ꝑmissiones accepit, cui ista fidelia data sūt testamēta, Ioseph fili Dauid,non tantū secūdū carnem: sed & secūdū spiritū, Ioseph fili Dauid. Si enim filius Dauid iuste,& hęres eius,tanq̄ filius patris. Ideo in hęreditatē accipe ea'q illi ꝑmissa sunt

» testamēta fidelia. IOseph fili Dauid ne timu

» eris accipere Mariā cōiugē tuā. Ne timueris, ne trepidaueris,ne conturberis: sed securus, & intrepidus accipe eam secūdū legis ꝓceptū vxorē tibi nominatā, sed secūdū nuptiarum consuetudinē, & coniunctionē longe alienā. Accipe ergo eā sicut cōmendatū cælestę thesaurū,deitatis diuitias,sicut plenissimā sanctitatem,sicut perfectā iustitiam. Accipe eam sicut vnigeniti mansionem,sicut honorabile templum: sicut domum dei: sicut creatoris omniū propria: sicut regis cęlestis sponsi domū immaculatā. Ita ergo Ioseph fili Dauid, C

ne timeas accipere eam tibi commendatam, tuæ religiositati creditam. Serua,fer curam, attende, fugiēs ab Herode duc in Aegyptū: iterum remeaturus post Herodis mortem, deduc in terram Israel. Ne timueris accipere Mariam coniugē tuā. Coniugem audiēs,nec expauescas,nō cōturberis,nec tu,neq; quisq̄ sequentium vsq; in consummationem seculi. Cōiugē eā dico propterea,vt diabolo virginitatē eius occultē: & vt Iudæorū prauitatē excludā,atq; deiiciā: vt legis instituta nō destruam. Et in consequentibus demōstrabo q̄ ista nec tua coniunx secūdū cōsuetudinē cōiugii habeatur: nec iste q generatur,tuus filius esse credat. QVOD em̄ ex ea nascet de D

spiritu sancto est. Quia scilicet cooperator »

huius natiuitatis spiritus sanctus est. Nā vnigenitus filius qui ante secula ineffabiliter ex solo patre natus est,iā seculi ꝓpinquāte fine in volūtate patris i humano corpore sancto cooperante spiritu,inter hoīes venit. Iste est de quo scriptura ꝓnūciauit dicēs, Puer natus est nobis,& filius datus est nobis. Patris etenī vnigenitus filius ex virgine generatus est, vt illā virginē priorē Euam q̄ ceciderat iterū renouaret,atq; erigeret: & q per prauā voluntatem filii effecti fuerant diaboli, per adoptionē gratię filios efficeret dei. PAriet »

(inqt) filium,& vocabis nomen eius Iesum. »

Virgo generat,& tu hunc genitum vocabis Iesum,qd interp̄tatur Saluator. IPSE enim »

saluū faciet populum suū a peccatis eorum. »

Vocabis (ait) nomen eius, hoc est qd ante fuit,qd ante secula nominatum est. Nō tu ei nomē pones,nec ex te ei vocabulū cōstitues: sed nomina, & voca exultando Iesum, id est saluatorem. Saluatorem eū esse testare,neq; ex tēpore cœpisse saluare,sed iam antiquissimū saluatorem. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Duo enim ꝑ hoc verbum præclara designātur,q̄ & deus fuerit,& dominus prius ante incarnationem Christus: & q̄ populus eius ab ipso saluandus: iam tunc annunciabatur. Et ideo dictum est: Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum,vt vere deus. Dei enim virturis est a peccato saluare: vel peccata dimittere. Iste ergo filius dei habēs populum suū ipsum venit(vt dictū est)a peccatis liberare, atq; saluare,siue ex Iudæis,siue ex gentibus,

de quo iam ipse per prophetã fuerat locutus dicẽs. Domin⁹ dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete a me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam: & possessionem tuam terminos terræ. Ipse saluabit populum suũ a peccatis eorum: sanguine videlicet suo cunctos redimens: morte sua de mortis eos liberãs potestate. Ipse saluabit, hoc est erit saluator omnium hominum fidelium, atq̃ credẽtium. HOC autem totum factum est. Quia totum hoc, per vnigeniti descensionem. Hoc de ista domini incarnatiõe. Hoc de angeli ad virginem destinatione. Hoc de ipsius virginis desponsatione, vel castitate. Hoc enim totum factum est ad totius mundi salutẽ. Hoc totum factum est, vt vnum compleretur, vt vnum consummaretur. Quid illud? Q̃ virgo genuit, q̃ virgo permansit, q̃ mater fuit,

D & intacta virgo perseuerauit. ECce virgo in vtero accipiet. Audite quid dicit omnes filiç Euæ. Audite omnes vos quę hęreditatem doloris & tristitiæ post illam & ex illius condemnatione sumpsistis. Vos quæ in tristitia generatis filios: vel magis vos quę cõcupiscẽtiam corruptibilem non timuistis, audite, & lętamini: audite, & cõsolamini. Audite q̃ virgo in vtero accipiet: non ex desiderio partũ concipiens, quæ neq̃ persuasione serpẽtis decepta est, neq̃ eius afflatibus venenosis infecta: sed virgo in vtero accipiet prædicationẽ angeli suscipiẽs, prophetarum testimonia assumens. Virgo in vtero accipiet, vt deum dignanter incarnatum ad mundi pariat salutẽ. Ecce, inquit. Hoc ipsum quod dicit Ecce, admirantis est tãti mysterii magnitudinem, vt omnes velut de somno suscitans ad hoc dictum euigilet. Ecce virgo (dicit) in vtero accipiet, & pariet filium. Ad colligandum fortem armatum, ad conculcandum serpentis ĩpii caput, ad conterendas vires eius, ad prædam eius diripiendam, adq̃ captiuitatem sui

E populi conuertendam. Pariet filiũ ad denuo reparandũ Adam: ad inobœdientiam Euæ p Mariæ obœdientiam excludendam: ad erigẽdum iacentium genus q̃d per mulieris temerariam credulitatem fuerat ante deiectũ. ET vocabunt nomen eius Emmanuel, q̃d est interpretatum nobiscum deus. Vocant nomen eius prius angeli psallẽtes in eius generatione atq̃ gaudentes sicut deum omniũ & regẽ pacis ad homines venientem. Deinde apostoli vnigeniti Dei dominationem atq̃ virtutẽ omnibus gentibus prædicãtes: adhuc & sancti martyres contra ignes & gladios vsq̃ ad mortem resistentes. Deinde cuncti credentes: hoc ipsum nomen vsq̃ ad consummationem seculi memorantes, atq̃ laudantes. ET vocabunt nomen eius Emmanuel, q̃d est interpretatum nobiscum deus. Qui vocabunt, nisi iusti? quorũ vocabitur interea nomen nouũ: non sicut prius in figuris, & in imaginib⁹, sed facie ad faciem apparẽtem nobiscũ deus. Abrahę patri credentiũ tribus horis tẽporis, licet non p ipsam ineffabilem deitatis substantiã, sed potius per angelicam speciem a meridie visus est: nobis trigintatribus annis in terra apparuit, & cum hominib⁹ cõuersari dignatus est. Iacob etiam breui tempore per angelum nihilominus apparuit colluctans cũ eo: quiq̃ se ab eo superari permisit, vt hunc mũdi cordẽ merito benediceret, atq̃ Israel nominaret: nobiscum deus amplius magis pro nobis magnificum certamen adimplens: vsq̃ ad mortem accedens, vt morte sua mortem occideret, & benedictionem atq̃ immortalitatẽ mundo corde populo condonaret: qui fiducialiter dicit nobiscum deus: per euangelistarum & apostolorum prædicationem: per sui sancti corporis & sanguinis sacramentum: p gloriosæ crucis signaculum: per ista ergo oĩa nobiscum deus, & ad nos atq̃ in nobis, sicut ipse ait: Ecce ego vobiscum sum omnib⁹ diebus vsq̃ ad consummationem seculi. Qui cũ patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

N PRINCIPIO erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Et reliqua. Ioannis Cap. I.

Homilia. II.

OX SPIritalis aquilę auditũ pulsat ecclesię. Exterior sensus transeuntem accipiat sonitum: interior animus manentem penetret intellectũ. Vox altiuidi volatilis non aerẽ solũ corporeũ, vel æthera, vel totius sensibilis mundi ambitum supeuolitantis: sed & omnẽ theoriã vltra omnia quę sunt, & q̃ non sunt citiuolis intimę theologiæ pẽnis clarissimę supernæq̃ contẽplationis obtutibus transcẽdentis. Dico enim quæ sunt, quæ siue humanum, siue angelicum nõ

omnino fugiũt sensum. Quę vero non sunt, quę profecto oẽs intelligẽtię vires relinquũt: cum post deum fiut, vt eoꝝ numerũ quæ ab vna omniũ causa condita sunt, nõ excedant. Superuolat itaq; beatus Ioannes Theologus non solũ q̃ intelligi, ac dici possunt, verũetiã ea q̃ superãt omnẽ intellectũ & significationẽ superuehitur, extraq; omnia ineffabili mẽtis volatu in arcana vnius omniũ principii exal tatur, incõprehensibileq; ipsius principii & verbi, hoc est patris & filii vnicã supersubstã tialitatem pure dignoscẽs, euãgeliũ inchoat

A dicẽs, In principio erat verbũ. O beate Ioannes non immerito vocaris Ioannes, Hebręũ nomẽ est. Latine vero, cui donatũ est. Cui ẽm theologorum donatũ est, qđ tibi donatũ est? abdita videlicet summi boni pene trare mysteria, & ea q̃ tibi reuelata, & declarata sunt, humanis mẽtibus ac sensibus intimare? Dic quęso cui talis, ac tanta donata est gratia? Fortassis qs dicet summo vertici apostolorũ, Petro dico, q deo interrogãti quẽ se existimaret esse: respõdit, Tu es Christus filius dei viui. Sed non temere (vt opinor) qs dixerit plus in typo fidei, & actionis, q̃ scientię, & cõtẽplatiõis Petrũ talia dixisse. Quare? Ea scilicet ratione qua Petrus ĩ forma actionis, ac fidei ponit: Ioães aũt cõtẽplationis, atq; sciẽtię typũ imitat. Vnus siqdẽ recũbebat sup pectus dominicũ, qđ est contẽplationis sacramẽtũ: alter sępe titubabat, quasi trepidę actionis symbolũ. Actio nãq; mãdatorũ diuinorũ prius q̃ perueniat in habitũ, puras aliquãdo discernit species virtutũ: aliquãdo fallitur eius iudiciũ, carnaliũ cogitationũ nebulis obumbratũ. Intimę vero theoriæ acies postq̃ semel veritatis perspexerit vultum: nequaq̃ repercutit, nũq̃ fallit, nulla caligine oc

B cęcatur in ppetuũ. Ambo tñ currũt ad monumentũ. Monumẽtũ Christi est diuina scriptura, in qua diuinitatis & humanitatis eiꝰ mysteria dẽsitate literę veluti quadã muniũtur petra. Sed Ioães pręcurrit citius Petro. Acutius nãq; atq; velocius intima diuinorũ apicũ penetrat secreta virtus cõtẽplatiõis penitus purificatę, q̃ actiõis adhuc purificãdę. Verũtamẽ primo intrat Petrus in monumẽtũ: deinde Ioannes, ac sic ambo currũt, ambo intrãt. Petrus siqdẽ fidei est symbolũ, Ioães signat intellectũ. Ac per hoc qm̃ scriptũ est, Nisi credideritis, nõ intelligetis: necessario pcedit fides in monumẽtũ sanctę scripturę: deinde sequẽs intrat intellectus, cui p fidẽ pparatur aditus. Petrus qdẽ Christũ deũ & hominem iam factũ in tẽporibus cognoscẽs, & dicẽs, Tu es Christus filius dei viui, altissime volauit: sed Ioãnes altius illo, qui eũdem Christũ deũ de deo ante omnia tẽpora genitũ intellexit dicẽs, In principio erat verbum. Nemo nos existimet Petro Ioannẽ præferre. C

Quis hoc fecerit? Quis esset altior apostolorũ illo q est & dicit vertex eorũ? Non pferimus Petro Ioannẽ: sed cõferimus actioni cõtẽplationẽ: purgandũ adhuc animũ, perfecte purgato: ascendẽti adhuc virtuti, ad incommutabilem habitũ peruenientẽ iam virtutẽ. Nõ ẽm nũc cõsideramus apostolicarũ psonarũ dignitatẽ: sed inuestigamus pulcherrimã diuinorũ mysteriorũ differẽtiã. Petrus itaq; (hoc est actio virtutũ) dei filium mirabili & ineffabili modo carne circũscriptũ p virtutẽ fidei & actionis cõspicatur: Ioães vero, hoc est altissima veritatis cõtẽplatio, dei verbũ p se ante carnẽ absolutũ & infinitũ in principio suo, hoc est in patre, mirat. Petrus æterna simul ac tẽporalia in Christo vnũ facta diuina reuelatione introductus ispicit: Ioães sola eiꝰ æterna in notitiã fidelium animarum introducit. Spiritale igit pterũ, citiuolũ, deiuidum: Ioannẽ dico theologũ, omnẽ visibilem & inuisibilẽ creaturã superat, omnẽ intellectũ penetrat, & deificatus ĩ deũ intrat se deificantem. O beate Paule raptus es (vt tu D

ipse asseris) in tertiũ cælũ, & paradisum: sed nõ es raptus super omne cęlũ, & paradisum. Ioães omne cęlũ cõditũ, omneq; creatã paradisum: hoc ẽ oẽm humanã, angelicãq; trãs gredit naturam: in tertiũ cęlũ raptus. O vas electionis, & magister gentiũ, audisti verba q̃ nõ licet homini loqui. Ioannes intimę veritatis inspector vltra omne cælũ in paradiso paradisoꝝ, hoc est in causa oĩm: audiuit vnũ verbũ per qđ facta sunt oĩa, & licuit ei illud verbũ dicere, hoĩbusq; pdicare quãtũ hominibus pdicari potest, ac fiducialiter clamat, In principio erat verbum. Non ergo Ioães erat homo, sed plus q̃ homo, quãdo & seipm & omnia quæ sunt superauit, & ineffabili sapientiæ virtute purissimoq; mentis acumine subuectus in ea quę supiora sunt secreta, videlicet vnius essentię in tribus substantiis, & triũ substãtiarũ in vna essentia, ingressus est. Nõ ẽm aliter potuit ascẽdere in deũ nisi priꝰ fieret deus. Vt ẽm radius oculorũ nostrorũ species rerũ sensibiliũ coloresq; nõ prius potest sentire q̃ se solaribus radiis immisceat, vnũq; cũ ipsis, & ĩ ipsis fiat: ita animꝰ sanctorũ purã rerũ spiritaliũ, omneq; intellectũ superãtiũ cognitionẽ non sufficit accipere, nisi prius incõprehensibilem veritatis participa

E tionem dignus efficiat habere. Sanctus itaq;
theologus in deū trāſmutatus, veritatis par
ticeps, domini verbū ſubſiſtere in deo princi
pio, hoc eſt deū filiū in deo patre pronūciat.
In principio (inquit) erat verbū. Intuere cęlū
apertū, hoc eſt ſummę, ac ſanctę trinitatis, &
vnitatis reuelatum mundo myſterium. Ani-
maduerte angelū diuinū ſup filiū hoīs aſcen
dentē, nobis videlicet annunciātē ipſum eſſe
ante oīa in principio verbū, ac mox deſcen
dentem ſuper eūdē filiū hominis, clamātēq;
Et verbū caro factū eſt. Deſcēdit euāgelizans
deum verū hominē factū ſupernaturaliter in
ter omnia ex virgine: aſcēdit proclamās Ioā-
nes verbum ſupereſſentialiter genitum ex pa
tre, ante & vltra omnia. In pricipio (inquit)
F erat verbū. Et notandū q̄ in hoc loco nō tē-
poris ſed ſubſtātię ſignificationē beatus euā
geliſta inſinuat per hāc vocē quę eſt, erat. Nā
& poſitiuū eius, id eſt ſum, inæqualiter dupli
cem cōtinet intellectū, aliquādo temporales
motus ſecundū aliorū verbo℞ analogiam de
clarat. Tale eſt ergo qđ ait, In principio erat
verbū, ac ſi aperte diceret, in patre ſubſiſtit fi
lius. Quis eñ ſapiēs dixerit filiū in patre tē-
poraliter vnq̄ ſubſtitiſſe? Illic eñ ſola cogita
tur ęternitas, vbi ſola ītelligit̄ īmutabilis ve
ritas. Et ne qs exiſtimaret ita in pricipio ver
bū ſubſiſtere, vt nulla ſubſtātiarū differētia ī
telligat̄ ieſſe: cōtinuo ſubiūxit, Et verbū erat
apud deū: hoc eſt, & filius ſubſiſtit cū patre ī
vnitate eſſentiæ, & ſubſtantiali diſtinctione.
Et iterū ne talis ſerperet venenoſa contagio
in queq̄, verbū non ſolūmodo inqt cū patre
G eſſe, & ī deo eſſe. Nō aūt ipſum verbū ſubſtā
tialiter, & coęternaliter ſubſiſtere ait deo pa-
tri. Hic nāq; error per verbū perfidos inuaſit
Arrianos. Ideo protin9 adiecit, Et deus erat
verbū. Videns itē q̄ nō defuturi eſſent q di-
cerent, non de vno eodemq; verbo euangeli-
ſtā ſcripſiſſe, In pricipio erat verbū, ſed aliud
verbū in pricipio voluit, aliud deus erat ver
bū: hæreticam opinionem deſtituens, conſe-
quenter adiūgit, Hoc erat in principio apud
deū: ac ſi diceret, hoc verbū qđ de9 eſt apud
deū, ipſum eſt & non aliud, qđ erat in princi
pio. Sed ſignificātius ex græco℞ exēplaribus
poteſt intelligi, in eis eñ οὗτοσ ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸσ
τὸν θεὸν ſcribit̄: & poteſt referri ad vtrūq;, ad
verbū videlicet, & deū. Hęc quippe duo noīa
θεὸσ, & λόγοσ, de9, & verbū, apud gręcos ma
ſculini generis. Ac per hoc ita pōt intelligi,
Et deus erat verbū, hic erat in pricipio apud
deū: tanq̄ ſi luce clari9 dixerit, Hic deus ver-
bū apud deū, hic eſt de quo dixi, In pricipio

erat verbū. Oīa per ipſum facta ſunt. p ipſum
deū verbū, vel per ipſum verbū dñi oīa facta
ſunt. Et qd eſt, p ipm oīa facta ſunt, niſi eo na H
ſcēte ante oīa ex patre, oīa cū ipo, & p ipſum
omnia facta ſunt? Nā ipſius ex patre gñatio
ipſa eſt cauſarū omniū cōditio, oīmq; quę ex
cauſis ī genera & ſpecies pcedūt operatio, &
effectus: per gñationē qppe dei verbi ex deo
pricipio facta ſunt oīa. Audi diuinū, & ieffa
bile paradoxum, irreferabile ſecretum, inuiſi
bile profundū, incōprehenſibile myſteriū. Per
non factū ſed genitū, oīa facta ſed nō genita.
Principiū ex quo oīa, pater eſt: Principiū per
qđ oīa, fili9 eſt: patre loquēte verbū ſuū, hoc
eſt patre gignēte ſuā ſapientiā, omnia fiunt.
Propheta ait, Oīa in ſapientia feciſti. & alibi
pſonā patris introducēs. Eructauit cor meū.
Et qd eructauit cor ſuū, ipſe exponit, Verbū
bonū dico, verbū bonū loquor, filiū bonū gi
gno. Cor patris ē ſua ppria ſubſtātia, de qua
genita eſt filii ppria ſubſtātia. Pręcedit pater
verbum nō natura, ſed cauſa. Audi ipſum fi
liū dicētē, Pater maior me eſt. Subſtātia eius
cauſa eſt meę ſubſtātię. Pater (inqt) præcedit I
filiū cauſaliter, pręcedit filius omnia quę per
ipm facta ſūt naturaliter: & inchoauit ī ipſo
eſſe ante tpa, nō in tpe, ſed cū tpib9. Tēpus ſiq
dē inter cętera q̄ facta ſunt factū eſt, nō ante
factū, nō pręlatū, ſed cōcreatū. Et quę eſt cōſe
quētia verbi qđ locutū ē os altiſſimi? Non. n.
in vanū locut9 eſt pater, nō infructuoſe, non
ſine magno effectu. Nam & hoīes inter ipſos
loquētes in aurib9 audiētiū efficiūt. Tria ita
q̄ credere & ītelligere debemus, patrē loquē
tē, filiū genitū, & ea q̄ efficiunt̄ per verbū. Pr
loquit̄, verbū gignit̄, oīa efficiunt̄. Audi pro
phetam, Quia ipſe dixit, & facta ſunt: hoc eſt
verbū ſuū genuit, p qđ facta ſunt oīa. Et ne
forte exiſtimares eo℞ quę ſunt, quędā qdē p
ipſum dei verbū facta eſſe, quędā vero extra
ipſum facta eſſe aut exiſtētia per ſeipſa, ita vt
nō omnia q̄ ſunt ad vnū principiū referātur:
concluſione totius prædictæ theologiæ ſub-
dit, Et ſine ipo factum eſt nihil: hoc eſt nihil
extra ipſum eſt factum, quia ipe ambit oīa in
tra ſe, cōprehēdens omnia: & nihil ei coæter
nū vel cōſubſtātiale intelligit̄, vel coeſſentia-
le pręter ſuū patrē, & ſuū ſpiritū, a patre per
ipſum pcedentē. Et hoc facilius in græco da
tur ītelligi: vbi eñ latini ponūt ſine ipſo, ibi
gręci χωρὶσ ἀυτοῦ, hoc eſt, extra ipm. Similiter
& ipſe dñs diſcipulis ſuis dixit, Extra me ni-
hil poteſtis facere. Qui per vos (iquit) extra
me nō potuiſtis fieri, qd extra me facere pote
ſtis? Nā & ibi non χωρὶσ, hoc eſt non ſine, ſed

extra, greci scribūt. Facilius ꝑpterea dixi, qa
dū quis audiuit sine ipso, potest putare sine
ipsius cōsilio, vel adiutorio: ac per hoc nō to
tū, non oia illi distribuit: audiēs vero extra,
nihil omnino relinqt qd in ipso & p ipm fa
ctū nō sit. QVOD factū est in ipso vita erat.
A Postq̄ remotissima oratione, & intellectu bea
tissim⁹ euāgelista diuina reuelauit mysteria,
deū verbū videlicet in deo loquētē, & in am
bobus intelligētiā sancti spiritus diuinæ scīe
prutę cōtēplatoribus reliquēs: vt eī q loqui
tur: in verbo qd loquitur necessario spiritū
proflat: ita deus pater, & filiū suū gignit, &
spiritū suū per genitū filiū pducit: & postq̄
per dei filiū oia facta esse, & nihil extra ipm
subsistere astruxit: veluti ab altero primor
dio suę Theologię seriē direxit, dicēs. Qd fa
ctū est in ipso vita erat. Prędixit eī, Oia per
ipsum facta sunt: ac veluti a quopiā interro
gatus de iis quę p deū verbū facta sunt, quō
& in ipso q̄ p ipm facta sunt, respōdet, & ait,
B Qd factū est in ipso vita erat. Quę sententia
dupliciter pnūciat. Potest eī subdistingui,
qd factum est: ac deinde subiūgi, in ipso vita
erat. Potest etiam sic, Qd factum est in ipso,
ac deinde subinferri, vita erat. Ac per hoc in
duabus pnūciationibus duos speculamur in
tellectus. Non eī eadē theoria est quę dicit,
qd factū est locis tēporibusq̧ discretū, generi
bus, formis, numeris distinctū, sensibilibus in
telligibilibusq̧ substātiis seu compactū, seu
segregatū, hoc totum in ipso vita erat: & ea
quę declarat, Qd factū est in ipso, non aliud
erat nisi vita: vt sit sensus: Oia q̄ p ipm facta
sunt, in ipso vita sunt, & vnū sunt. Erāt eī,
hoc est ī ipso subsistūt causaliter prius q̄ sint
in semetipsis effectiue. Aliter enim sub ipso
sunt ea q̄ p ipsum facta sunt, & in ipso viuūt
incōmutabiliter, & vita sunt, in quo neq̧ fue
rūt oia tēporalibus interuallis, seu localib⁹,
nec futura sunt, sed solūmodo sup oia tēpo
ra & loca vnū sunt in ipso, & visibiliter sub
sistūt visibilia, inuisibilia, corporalia, incorpo
ralia, rationabilia, irrationabilia: & simplici
ter cęlū, terra, abyssus, & qcq̄ in eis sunt in
ipso viuūt, & vita sunt, & æternaliter subsi
stūt, & q̄ nobis oī motu vitali carere vident,
& in verbo viuūt. Sed si quęris quomodo, &
C qua ratione omnia quæ p ipsum verbū facta
sunt ī ipso vitaliter, & vniformiter, & causa
liter subsistūt, accipe paradigmata ex creatu
rarū natura, disce factorē in iis q̄ in ipso, & p
ipm facta sunt. Inuisibilia eī ei⁹ (vt ait apo
stolus) per ea quę facta sunt intellecta cōspi
ciunt. Cōspicare quō omniū rerū quas mūdi
huius sensibilis globositas cōprehendit, cau
sę simul & vniformiter in isto sole, qui maxi
mū mūdi luminare vocitatur, subsistūt. Inde
nāq̧ formę omniū corporum procedūt: inde
distantia colorū, pulchritudo, & cætera quę
de sensibili natura prędicari possunt. Cōside
ra multiplicem, & infinitam seminū virtutē,
quomodo numerositas herbarum, fructuū,
animarum in singulis seminibus simul conti
nentur, quomodo ex eis surgit formarū pul
chra & innumerabilis multiplicitas. Intuere
interioribus oculis quomodo multiplices re
gulæ in arte artificis vnū sunt, & in animo
disponētis viuūt: quomodo infinitus linearū
numerus in vno pūcto vnū subsistit. Ex hu
iusmodi naturalia perspice exēpla, ex quibus
veluti physicę theorię pennis vltra oia sub
uectus, diuina gratia adiutus & illuminat⁹,
poteris arcana verbi mētis acie inspicere: &
quātū datur humanis argumētationib⁹ deū
suū qrētibus videre quomodo omnia quæ p
verbū sunt facta in ipso viuūt, & vita sunt.
In ipso enim vt os loquitur diuinū, viuim⁹,
mouemur, & sumus: & vt ait magnus Dio
nysius Areopagita, esse omniū est superessen
tia, & diuinitas. ET vita erat lux hominū. D
Dei filiū quē o beate Theologe prius voca
sti verbū: nūc vitā nominas, & lucē: nec im
merito mutasti appellationes, vt distātes no
bis insinuates significationes. Verbum siqui
dem dei filiū nominasti, qa per ipsum locu
tus est pater omnia. Qm̄ ipse dixit & facta
sunt. Lucem vero, & vitam, qm̄ idem filius
lux est & vita omnium quæ per ipsum facta.
Et quid illuminat? Non aliud nisi seipsum &
patrem suū. Lux itaq̧ est, & seipsum illumi
nat, seipsum mūdo declarat, seipsum se igno
rantibus manifestat. Lux diuinę cognitionis
de mūdo recessit, cum homo deum deseruit.
Dupliciter ergo lux æterna seipsam mundo E
declarat, per scripturā videlicet, & creaturā.
Nō eī aliter in nobis diuina cognitio reno
uatur, nisi p diuinę scripturę apices, & crea
turę species. Eloquia disce diuina, & ī animo
tuo eorū cōcipe intellectū, in quo cognosces
verbū sensu corporeo. Formas, ac pulchritu
dines perspice sensibilium, & in eis intelliges
dei verbum. Et his omnibus nihil aliud tibi
veritas declarabit pręter ipsum qui cūcta fe
cit, extra quem nihil cōtēplaturus es: qa ipse
est omnia in omnibus quæ sunt, ipse est quic
quid est. Vt enim nullum bonū substantiale,
ita nulla essentia pręter ipsum est, vel substā
tia. Et vita erat lux hominū. Quasi speciali F
ter, ac proprie lux hominū dicitur: quia in

homine nō solū hominibus,verūetiam angelis,omniq; creaturę diuinę cognitionis participē fieri valēti seipsum declarauit. Non eīm per angelum angelis,neq; per angelū hominibus,sed per hominē hominib⁹ & angelis,nō in phātasia,sed in ipsa vera humanitate,quā totā sibi in vnitatē substantię suscepit,apparuit:suāq; cognitionē oībus cognoscentibus se præstitit.Lux itaq; hoim est dñs noster Iesus Christ⁹,q in humana natura omi rationali & intellectuali creaturę seipsum manifestauit,suęq; diuinitatis qua patri est æqualis
G abdita reserauit mysteria.ET lux in tenebris
» lucet.Audi apostolum.Fuistis aliquādo tenebrę,nūc aūt lux in dño.Audi Esaiā. Sedētib⁹ in regione vmbrę mortis lux orta est eis.Lux in tenebris lucet.Totū gen⁹ humanū merito originalis peccati in tenebris erat,nō exteriorū oculorū quibus sensibiliū formę, coloresq; sciūtur,sed interiorū qbus intelligibiliū species & pulchritudines discernunt:non in tenebris huius caliginosi aeris, sed in tenebris ignorātię veritatis: nō in absentia lucis quæ mūdū corporeū illuminat. Post cui⁹ ortū ex virgine lux in tenebris lucet, in cordibus scilicet se cognoscētiū.Qm̄ vero totum genus humanū in duas veluti partes diuidit: ī eos videlicet quorum corda cognitiōe veritatis illuminata sunt,& in eos qui adhuc ī obscurissimis impietatis atq; perfidię tenebris per-
H manēt:Euāgelista subiūxit.ET tenebrę eā nō
» comprehēderūt. Ac si euidenter diceret,lux in tenebris fidelium animarū lucet,& magis ac magis lucet,a fide inchoās,a spe trahens. Imperitorū vero cordiū perfidia,& ignorātia lucē verbi dei in carne fulgētis nō cōprehenderūt.Obscurarū est eīm(vt ait apostolus) insipiēs cor eorū,& sapiētes se esse dicētes,stulti facti sunt.Sed iste sensus moralis est.Physica vero horū verborū theoria talis est: lux hūana, etsi nō peccaret,suis ppriis virib⁹ lucere nō posset.Nō eīm naturaliter lux ē,sed particeps lucis.Capax sigdē sapientiæ est non ipsa sapiētia,cuius participatione sapiēs fieri po-
I test.Sicut ergo aer iste per semetipsum nō lucet,sed tenebrarū vocabulo nuncupat:capax tamē solaris luminis ē: ita nostra natura dū per seipsam consideratur,quædam vere tenebrosa substantia est,capax ac particeps lucis sapientiæ:& queādmodū prefatus aer dū solares radios participat,nō dicit per se lucere, sed solis splendor dicit in eo apparere,ita vt naturalē suā obscuritatē non perdat, & lucē superueniētē ī se recipiat: sic rationabilis nostrę naturę pars dū præsentiā dei verbi possidet,nō per se res intelligibiles & deū suū, sed per insitū sibi diuinū lumen cognoscit. Audi ipsum verbū.Nō vos(ingt) estis q loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquit in vobis.Hac vna snia voluit nos docere idipm in cæteris intelligere,hac semper in aure cordis nostri ineffabili modo sonare: Non vos estis q luceritis,sed spirit⁹ patris vestri q lucet ī vobis.Hoc enim meū in vobis lucere,vobis manifestat q; ego sum lux intelligibilis mundi: hoc est rationalis,& itellectualis naturæ. Nō vos estis q intelligitis me,sed ego ipse in vobis p spiritum meū meipsum intelligo : quia vos nō estis substātialis lux , sed participatio
p se subsistētis luminis.Lux itaq; ī tenebris lu K
cet,qa dei verbū vita & lux hominū ī nostra natura,q̄ per se inuestigata,& cōsiderata informis quedā tenebrositas reperit, lucere nō desinit:nec ea quis delinquentē deserere voluit , nec vnq̄ deseruit formās eam p naturā cōtinēdo, reformāsq; per gratiā deificando: & qm̄ ipsa lux est omni creaturę incōprehēsibilis,tenebræ eā non cōptehēderūt. Superat itaq; deus oēm sensum,& intellectū: & solus habet immortalitatē, cui⁹ lux per excellētiā tenebrę nominat:qm̄ a nulla creatura qd vel quale sit comprehēdit. FVIT homo missus L
a deo,cui nomen erat Ioānes. Ecce aquilā de »
sublimissimo vertice mōtis theologię leui volatu descēdētē in pfundissimā vallem historiæ,de cęlo vtiq; spiritalis mundi pennas altissimę contēplationis relaxātē. Diuina siquidem scriptura mundus qdā est intelligibilis, suis quatuor partibus veluti quatuor elemētis cōstitutus:cui⁹ terra est veluti in medio, immoq; istar cētri,historia:circa quā aquarū similitudine abyssus circūfundit moralis intelligentiæ,q̄ a gręcis Ethica solet appellari: circa quas,historiā dico,& Ethicā veluti duas pfati mūdi iferiores partes,aer ille naturalis scientię circūuoluit.Quā naturalem dico scientiā,Greci vocāt Physicā.Extra aūt oīa, & vltra,ęthereus ille igneus ardor Empyrei cęli,hoc est supnę cōtēplationis diuinę naturę,quā Gręci Theologiā noīant,circūglobatur:vltra quā nullus igredit itellect⁹.Magn⁹ M
itaq; theologus(Ioannē dico) in primordio euangelii sui excellentissima theologię cacumina tangens,cæliq; cælorum spiritalium secreta penetrans:vltra omnē historiā,& Ethicam ascēdēs,& Physicā,ad ea quę paulo ante incarnationē verbi facta sunt: scilicet ad historiam narrādā veluti in quandā terrā suū intelligibilem deflectit volatū,& ait.Fuit homo missus a deo,cui nomē Ioānes. Ioannem

conſequenter in ſuam introducit theologiã.
Abyſſus abyſſum inuocat, diuinorum myſte
riorũ Euãgeliſta prȩcurſoris narrat hiſtoriã:
ille cui donatum eſt verbum in principio co-
gnoſcere, illum cui donatum eſt verbũ incar-
natum prȩire, commemorat. Fuit, inquit, ho-
mo. Non dixit ſimpliciter, fuit miſſus a deo,
ſed fuit homo, vt diſcerneret hominẽ ſolius
humanitatis participem q̃ pcucurrit, ab ho-
mine diuinitate & humanitate coadunato &
cõpacto, q̃ poſt me venit, vt ſegregaret vocẽ
tranſeuntem, a verbo ſemper & incõmutabili
ter manẽte: vt inſinuaret matutinam ſtellam
in ortu regis cælorum apparẽtem, & declara
ret ſolem iuſtitiæ permanẽtem. Teſtem ab eo
diſcernit, de quo teſtimonium perhibet, miſ-
ſum ab eo qui mittit, lucernam lucubrantem
a luce clariſſima mundũ implente, totius ge
neris humani tenebras mortis & delictorum
A demoliente. Præcurſor itaq; dñi fuit homo,
nõ deus. Dominus aũt cuius prȩcurſor erat,
homo ſimiliter & deus fuit. Prȩcurſor homo
fuit tranſiturus in deũ per gratiã qua prȩcu-
currit. Deus erat per naturã, accepturus ho-
minem per humilitatem, & noſtræ ſalutis &
redemptionis volũtatem. Homo erat miſſus.
A quo? A deo verbo. Quȩ prȩcucurrit miſſio
ei⁹? Prȩcurſor clamãs præmittit vocem: Vox
clamantis in deſerto nouum præparat domi
ni aduẽtum. Cui nomen erat Ioãnes. Cui do-
natũ eſt vt regi regũ fiat prȩcurſor, incarna-
ti verbi manifeſtator, & in ſpiritalem felicita
tẽ baptizator, ȩterni luminis voce & marty-
rio teſtator. Hic venit in teſtimoniũ vt teſti-
monium perhiberet, Chriſti videlicet. Audi
teſtimoniũ. Ecce agnus dei, ecce qui tollit pec
cata mundi. Et iterum. Qui poſt me venit, an
te me factus eſt. Qđ euidentius in græco legi
tur ἔμπροσθέν μου γέγονεν, hoc eſt coram me,
ante conſpectum meum factus eſt. Acſi aperte
diceret: qui in ordine temporum poſt natiui-
tatem meam natus eſt in carne, ante conſpe-
ctum meum dum adhuc eſſem in viſceribus
meȩ matris ſterilis prophetico viſu vidi illũ
coram me conceptũ, & hominẽ factũ in vte-
B ro virginis. NON erat ille lux, ſed vt teſti-
,, monium perhiberet de lumine. A ſuperiorib⁹
ſubaudi, ac ſic intellige: Non erat ille lux, ſed
vt teſtimonium perhiberet de lumine. Prȩcur
ſor luminis, nõ erat ille lux. Quare ergo lucer
na ardens, aſtrũq; vocitat̃ matutinum? Lucer
na ardens erat, ſed non proprio igne ardebat
ſuccenſus, non ꝓpria luce lucebat. Stella erat
matutina, ſed non a ſeipſo proprium lumen
accepit, gratia ipſius quem prȩcurrebat in eo
ardebat, & ſplendebat. Nõ erat ille lux, ſed vt
particeps luminis: ſuũ non erat quod in ſe &
per ſe fulgebat. Vt enĩ ſuperius diximus, nul-
la rationalis & intellectualis creatura per ſe-
ipſam ſubſtantialiter lux eſt, ſed participatio
vnius ac veri luminis ſubſtãtialis, qđ vbicũq;
in oĩbuſq; intelligibiliter lucet. Propterea ſub-
ditur. ERAT aũt lux vera, q̃ illuminat oẽm C
hominem venientem in hunc mundum. Ve- ,,
ram lucem dicit dei filium per ſe ſubſiſtẽtem
ante omnia ſecula genitum: veram lucem di-
cit eundem filium hominem ex homine pro-
pter homines factum. Ipſe eſt lux vera, qui de
ſeipſo ait: Ego ſum lux mũdi, q̃ ſequit̃ me nõ
ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ
æternæ. Erat lux vera quȩ illuminat oẽm ho
minem venientem in hunc mũdum. Et quid
eſt venientem in mundum? Et quis eſt omnis
homo veniens in hunc mundum? Et vnde ve
nit in mundũ? Et in quem mundum venit? Si
de his quæ de occultis naturȩ finibus in hũc
mũdum per generationem locis tẽporibuſq;
veniũt, acceperis: qualis illuminatio eſt ĩ hac
vita naſcentibus vt moriantur, creſcentibus
vt corrumpãtur, compoſitis vt ſoluantur, de
quietudine ſilẽtis naturȩ in inquietudinẽ tu-
multuãtis miſeriȩ cadẽtibus: dic quȩſo qualis
lux eſt ſpiritalis & vera ꝑcreatis in vita trãſ-
itoria, & falſa? Nunquid mundus iſte aliena-
tus a vero lumine cõueniẽs habitationi? nũ-
quid non regio vmbrȩ mortis, & lachrymarũ
vallis, & ignorãtiȩ profundum, & terrena ha
bitatio humanum animũ grauans, & ex veri
luminis cõtuitu interiores oculos eliminans
nõ immerito dicit̃? Nõ ergo de his qui de oc D
cultis ſeminũ cauſis in ſpecies corporeas pro-
cedunt, debemus intelligere, Qui illuminat
omnem hominem venientẽ in hunc mundũ:
ſed de his q̃ ſpiritaliter per generationẽ gra-
tiæ quæ datur in baptiſmate, in mundum ve
niunt inuiſibilem: qui natiuitatem quæ ſecũ-
dum corruptibile corpus eſt ſpernẽtes, nati-
uitatem quȩ eſt ſecundũ ſpiritum eligũt: mũ
dum qui deorſum eſt calcantes, vmbras igno
rantiæ & mortis deſerentes: lucem ſapientiæ
& vitæ appetentes, filii hominũ eſſe deſinẽtes
filii dei fieri inchoantes: mundũ vitiorũ poſt
ponẽtes, & in ſemetipſis deſtruẽtes: mundum
virtutum ante oculos mẽtis conſtituentes, &
in eum totis viribus aſcendere inhiantes. Eos
itaq; vera lux illuminat qui in mũdum virtu
rum veniunt, nõ eos qui in mundum vitiorꝫ
ruũt. IN mũdo erat. In hoc loco mũdũ appel B
lat nõ ſolum generaliter ſenſibilem naturam,
verũetiam ſpecialiter rationalis creaturȩ quȩ

in homine est substantiā.In his siquidē omni
bus,& vt simpliciter dicā in vniuersitate cō
ditum verbum lux vera erat : idem subsistit,
& semper erat,quia nunq̄ in oībus subsistere
desistit.Vt eñ qui loquitur,dum loqui cessat
vox eius esse desinit,& euanescit: sic cælestis
pater si verbum suū loqui cessauerit,effectus
verbi,hoc est verbo vniuersitas condita non
subsistet. Vniuersitatis namq̧ conditę subsisti-
tutio est & permansio dei patris locutio,hoc
est æterna & incōmutabilis sui verbi generatio.
F tio.Potest etiā nō irrationabiliter de hoc mū
do solūmodo sensibili hęc sententia intelligi,
quę ait:In mūdo erat, & mūdus per ipsum fa
ctus est.Ne forte quis putaret Manichęæ hæ
resis consors mundū corporeis sensibus suc-
cumbentem a diabolo fuisse creatum, & nō a
creatore omniū visibiliū & inuisibiliū: Theo-
logus subnectit,In mūdo erat,hoc est in mū-
» do subsistit ille q̄ cōtinet omnia. ET mūdus
" per ipsum factus est.Non eñ in alienis operi-
bus vniuersitatis cōditor habitabat,sed ī suis
G quæ fecit. Animaduertere debemus beatum
Euangelistam quater mundū nominasse,tres
tamen mundos oporter nos intelligere. Quo
rū primus, qui absolute solis inuisibilibus &
spiritalibus virtutum impletur substātiis:in
quē quicūq̧ venerit,plenam verę lucis possi-
det participationem. Secundus qui præfato
ponitur ediuerso, quoniā absolute ex visibili
bus & corporalibus cōstituitur naturis:& q̄-
uis vniuersitatis infimā obtineat proportio-
nem,in eo tamen erat verbum,& per verbum
factus est,& est primus gradus ad cognitionē
veritatis ascēdere per sensum volētibus.Spe-
cies nāq̧ visibiliū ratiocinātem attrahit ani-
mum.Tertius mūdus est,qui ratione medie-
tatis,& superiorem spiritalium,& inferiorem
corporalium in seipso copulat, & de duobus
vnū facit,& in homine solo intelligit,in quo
omnis creatura adunatur.Corpore eñ cōstat
& anima.Corpus de hoc mundo,& animā de
altero mūdo colligens vnū facit ornatum &
corpus. Quæ de compagine vna congloban-
tur omnem mundanum hominis conficiunt
ornatum,ideoq̧ homo dicitur omnis.Omnis
nāq̧ creatura in ipso veluti ī officina quadā
conflatur. Hinc & ipse dominus prædicatu-
ris discipulis præcepit: Prædicate Euangeliū
H omni creaturæ. Iste igitur mundus, hoc est
homo,creatorem suū non cognouit:neq̧ per
legis scriptę symbola,neq̧ p visibilis creaturę
paradigmata deum suum voluit cognoscere
» carnaliū cogitationū vinculis detentus. ET
» mundus eum non cognouit. Non cognouit

drum verbum,neq̧ inhumanatiōnē eius,per
se sola diuinitate nudum,nec post inhumana
tionē sola incarnatiōr vestitū: inuisibilē igno
rabat,visibilē negabat:noluit quærentem se-
qui,noluit audire vocātē,noluit colere drifi-
cantē,noluit recipere recipiētem. IN propria »
venit.In ea videlicet quæ p ipsum facta sunt, »
ac p hoc ppria illius non sunt immerito.ET »
sui eum nō receperūt.Sui sunt omnes hoīes: »
quos voluit redimere,& redemit. QVOT- I
quot autē receperunt eum,dedit eis potesta- »
tē filios dei fieri credentibus in nomine eius. »
Iam diuidit non humanitas rationabilis mū-
di,sed volūtas:segregantur receptores incar-
nationis a respuētibus eam:fideles credūt ad
uentū verbi,& libenter recipiūt dominū suū:
impii negant,& contumaciter renuūt,Iudæi
per inuidiā,Pagani per ignorantiā.Recipiēti-
bus dedit eis potestatem filios dei fieri: nō re
cipientibus dat adhuc spacium recipiendi. A
nullo enim aufertur possibilitas credendi dei
filiū,& possibilitas essendi dei filiū.Hoc enim
in arbitrio hominis, & cooperatione gratiæ
cōstitutū est. Quibus dedit potestatem filios
dei fieri?Recipiētibus se videlicet,& credenti
bus in nomine eius.Multi recipiunt Christū,
sed non credunt in nomine eius, non credūt
in nomine vnigeniti, qui filium deo patri cō
substantialem.i.ὁμοούσιον. ne-
gant,hoc est patri consubstantialem
eum affirmant,hoc est essentiā quæ
pater est. Ac per hoc non prodest eis Christū
recipere,dū conantur eius veritatem negare.
Qui vero recipiunt Christū verum deum,&
verū hominem, & hoc firmissime credūt:eis
possibilitas data est filios dei fieri. QVI non K
ex sanguinibus, neq̧ ex volūtate carnis,neq̧ »
ex volūtate viri,sed ex deo nati sunt.Neq̧ ex »
sanguinib⁹,inqt, hoc est nō corpalib⁹ perea-
tionibus,q̄ adoptionē filiorū dei merito fidei
adipiscunt,sed a deo patre p spiritū sanctū in
cohæreditatē Christi,hoc est in confelicitatē
vnigeniti dei filii nati sunt.Neq̧ ex volūtate
carnis,neq̧ ex volūtate viri.Duplex introdu
citur sexus,ex quo in carne nascentiū carnalr
ter numerositas propagat.Carnis qdē nomi-
ne fœmineum, viri vero Euāgelista masculi-
nū significauit habitum.Et ne forte dicas,im L
possibile videtur mortales fieri immortales,
corruptibiles corruptiōe carere,puros homi
nes filios dei esse,tēporales,i æternitate possi
dere:ex his quę maiora sunt accipe argumen
tum,quo rei de qua dubitas possis fidē accō-
modare. ET verbū caro factū est. Si itaq̧ qd »
plus est pculdubio præcessit, cur incredibile

videtur quod minus est posse consequi? Si filius dei factus est homo (quod nemo eorum qui eum recipiunt ambigit) quid mirum, si homo credēs in filium dei, filius dei futurus sit? Ad hoc siquidem verbū in carnem descendit, vt in ipsum caro, id est homo credens per carnem in verbum ascendat, vt per naturalem filium vnigenitum multi filii efficiantur adoptiui. Non propter seipsum verbum caro factū est, sed propter nos, qui non nisi per verbi carnem potuissemus in dei filios transmutari. Solus descendit, vt cum multis ascenderet: de hominibus facit deos, qui de deo fecit
» hominem. ET habitauit in nobis. Id est, naturam nostram possedit vt suæ naturę participes faceret nos. ET vidimus gloriam eius,
A gloriā quasi vnigeniti a patre. Vbi vidisti beate Theologe gloriam incarnati verbi? gloriam inhumanatam filii dei quomodo vidisti? qualibus oculis perspexisti? Corporalibus (vt opinor) in monte, transformationis tēpore. Tūc enim tertius aderas testis diuinæ glorificationis, pręsens eras (vt existimo) in Hierusalem, & audisti vocem patris filium suum glorificantem & dicentem: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Audisti turbas infantium glorificantium, & Osanna filio Dauid dicentium. Quid dicam de gloria resurrectionis? vidisti eum resurgentem a mortuis dum ad te cæterosq; tuos condiscipulos clausis intrauit ianuis. Vidisti gloriam eius ascendentis ad patrem, quomodo ab angelis est assumptus in cælum: & super hæc omnia altissimo mentis contuitu cōtemplatus es illud dico verbum in principio suo apud patrem suum, vbi glo-
B riam eius vidisti, QVAsi vnigeniti a patre
» plenū gratiæ & veritatis. Duplex huius periodi intellectus est. Potest enim de humanitate ac diuinitate incarnati verbi accipi: ita vt plenitudo gratię referatur ad humanitatem: plenitudo vero veritatis, ad diuinitatem. Verbum quippe incarnatum dominus noster Iesus Christus plenitudinem gratiæ secundum humanitatem accepit: quoniam caput est ecclesiæ, & primogenitus est creaturæ vniuersæ: hoc est totius vniuersaliter humanitatis, quæ in ipso, & per ipsum sanata & restituta est. In Christo dico, quoniā maximum & principale exemplum gratiæ qua nullis præcedentibus meritis homo efficitur deus, ipse est, & in ipso primordialiter manifestatum est. Per ipsum vero, quoniā de plenitudine diuinitatis eius nos omnes accepimus, gratiam deificationis per gratiam fidei qua in eum credimus, & actionem qua mandata eius custodimus. Potest etiam plenitudo gratiæ Christi C de spiritu sancto intelligi. Spiritus namq; sanctus quoniam distributor est & operator donationum gratiæ, gratia solet appellari: cuius spiritus septiformis operatio humanitatem Christi impleuit: & in quo requieuit, sicut ait Propheta: Et requiescet super eū spiritus domini, spiritus sapiētię, & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Si ergo de Christo p seipsum vis accipere quod dictum est, Plenum gratiæ: de plenitudine deificationis & sanctificatiōis secundum humanitatem cognosce. Deificationis dico, qa homo & deus in vnitatem vnius substantiæ adunati sunt. Sanctificationis vero, quia non solum de spiritu sancto conceptus, verum etiam plenitudine donationum eius repletus est: ac veluti in summitate mystici ecclesiæ candelabri gratiarum lampades in ipso, & de ipso fulsere. Si vero plenitudinē D gratiæ & veritatis incarnationē verbi de nouo testamento mauis intelligere, sicut idem Euangelista paulo post videtur sensisse (ait enim, Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christū facta est) nō incongrue pronunciabis plenitudinem gratiæ esse noui testamenti per Christum donatam, & legalium symbolorū veritatem in ipso esse impletam, sicut ait Apostolus, In quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat: Plenitudinem videlicet diuinitatis mysticos legaliū vmbrarum intellectus appellans, quos Christus in carnem veniens in seipso corporaliter, hoc est veraciter, habitasse & docuit, & manifestauit: quoniā ipse est fons & plenitudo gratiarum, veritas symbolorum legalium, finis & propheticarum visionum. Cui gloria cum patre & spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

IN ILLO tempore, Angelus »
domini apparuit in somnis »
Ioseph dicens: Surge & acci »
pe puerum & matrem eius, »
& fuge in Aegyptū, & esto »
ibi vsq; dum dicam tibi. Et »
reliqua.

Matthæi.II.
Homilia Tertia.

ANgelus domini per somniū B apparuit Ioseph. Qualis angelus? Ille ipse qui & ad Mariam destinatus fuerat Gabriel: ille annunciare venit, qui ad Zachariā in tēplo lo

cutus est, ipse & nunc per somniũ ostendit se Ioseph sanctus angelus Gabriel. Ipsi enim inuẽtũ fuerat & cõmẽdatũ generatiõis dominicæ sacramẽtũ. Propterea & digne Gabriel appellatus est, quod interpretatur fortitudo dei. Illius nãq; incarnationis sacramentum commẽdatum habebat, qui veniebat ad debellandas potestates aereas. Iste etiam angelus ad illos bene vigilantes pastores venit, & domini generationem eisdem annunciauit. Angelus (inqt) domini stetit iuxta illos, & gloria dei
F circũfulsit illos. Iste ergo beatus & sanctus angelus, & nunc Ioseph apparuit per somnium dicens: Surge, & accipe puerum: nõ tuũ puerum, sed hunc puerũ cui aliqñ pater testimonium perhibuit dicens: Hic puer meus dilectus est, in quo bene cõplacuit animæ meæ, & ea quę sequũtur. Hunc dicit puerum accipe, per quem reges regnant, & potentes scribunt iustitiam: per quem sapientes magnificantur, & principes possident terram. Hunc puerum accipe, & matrẽ eius. Non tu huic puero pater, sed hęc sola virgo huic puero mater. Nõ indiget patre super terrã. Incorruptibilẽ enim habet patrem in excelsis. Non indiget matre in cęlis, immaculatã & castam habet matrem in terra hanc multum beatam virginem Mariam. *Sine matre & sine patre similis filio dei* vt ait quidã: ita vt intelligatur filius dei sine patre plenus super terrã, sine matre in cælis. *Sine patre* secundũ corpus, *sine matre* secundum deitatem. *Sine patre* in sinu virginis, in nouissimo tempore: sine matre in sinu patris
G ante omnia secula. ACcipe puerũ & matrẽ
" eius. Ante generationem coniugem eam appellauit Ioseph: post generationẽ matrem eã dicit pueri. Et quare ante generationem coniugem dixit? Propterea vt diabolo occultaret vtrãq;, vel impiis Iudæis: & postmodum perfecto sacramento, atq; generato vnigenito ex ipsa virgine, post laudem quoq; angeloꝝ atq; pastorum, post adorationem Magorum, post circuncisionem factam secundum legem: iam nec erat necesse vt cõiunx diceretur, sed mater huius q natus est pueri vocatur. Idcirco & in Aegyptum fugere mandauit: & iterũ ad terrã Israel reuerti: sicut dictũ est ad Ioseph. Accipe puerũ & matrem eius, & fuge in Aegyptum. O Ioseph fuge ab Herode, a simili suge diabolo, cui virginitas Mariæ occulta est. Sed hic qui in ea natus est, non occultus fuit. Audiuit enim angelos pręconantes, pastores laudantes, Magos adorantes, stellam supfulgentem, & plura alia signa: & hunc promissum & magnũ considerans omni virtute interficere perquirebat. Fuge nunc in Aegyptũ ait. Quare in Aegyptum? propter multitudi- H
nem quæ ibi est idolorum, abominationumq; multarum. Fuge in Aegyptum propterea vt destruantur manufacta eorum, vt confringãtur & pereant idola ipsorũ: propterea vt dæmones turbentur, & regum fabricæ idolis destruantur, vt fiat in aduentum domini fugitiuorum seruorum atq; malorum interitus. Fuge in Aegyptum vt adimpleas quæ dicta sunt: Ecce domin[9] sedet in nube pusilla, & veniet in Aegyptum, & cõmouebuntur omnia manufacta Aegypti. Ecce dñs sedet in nube pusilla, carnalem animã non habente, nec aliquã peccati grauedinem. Nubes enim in aera eleuatur, atq; leuitate sui in alta dirigitur, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Fuge in Aegyptum, vt fugiant de Aegypto qui ibi sunt dæmones, vt appropient ibidem angeli sancti qui deum consequũtur, qui sanctis iunguntur, vt pro multitudine templorum atq; abominationũ multarum multitudo exuberet & ecclesiarũ, pro idolorum turbis turbę abundent fideliũ atq; colentium dominum, pro vitiis & erroribus multis multa castitas, multaq; sanctitas super abundet, multaq; virginitas. Fuge in Aegyptũ, vt hi qui i nomine Christi persecutionẽ I
patiuntur, qui tribulationes tolerant, qui iniurias perferũt, fortiter stent, & viriliter prælientur, veritatem teneant, fidem non derelinquant, ecclesiam nõ deserant, sed semper meminerint, quia & dominus a peccatorib[9] persecutionem perpessus est, qñ ab iniustis contumeliatus est, & ab ipsis de loco in locum fugit & ab ipsa sua infantia, ab initio poene introitus sui in hunc mundum. Fugit enim dominus de loco in locũ, non mortem timens, nec interfectionem formidãs, sed mysterium, & consummationem passionis propter multorum salutem expectans. Sępius enim a volentibus eum lapidare per mediũ eoꝝ trãsiit. Sed post hæc tamen omnia vel cætera sentiẽs K
Herodes q delusus sit a Magis. Deridere volens, derisus est: spernendo sanctos, spretus remãsit, & subdolis cogitationibus fraudis suæ atq; articulis suis superatus atq; confusus expauit. Sentiens q delusus sit a Magis. Delusa est eius animi peruersitas a sancta iustitia, sicut scriptũ est: Dominus dissipat cõsilia gẽtiũ, reprobat aũt cogitationes populoꝝ, & reprobat consilia principũ. Consilium vero domini manet in ęternũ: cogitatiões cordis eius in generatione & generationẽ. Hęc cõueniẽter, vel de Herode, vel de similibus eius dicta

a sanctis prophetis atq̧ conscripta sunt. De-
structū est ergo consilium Herodis vt multo
rum proficeret salus,& is qui ex virgine nat⁹
est,totum redimeret mundum.Hi ergo beati
magi per somniū admoniti,Herode relicto ad
propria per aliam profecti sunt viam: per illā
viam per quā,& desiderantes videre venerant
Christū.Ipse eis vita fuit Christus, qui & de-
siderantibus visus est, & remeantibus inhæ-
rere vel comitari dignatus est. Ipsi quoq̧ an-
nunciauerunt cunctis,nomenq̧ sanctū vnige
niti prędicātes ad suam prouinciam perrexe-
rūt. Quibus ita gestis sentiens Herodes q̧ de
lusus sit ab istis magis,iratus factus est nimis
vtpote quem auctor oīm scelerum diabolus
possidebat,inerat illi furor serpentinus,hor-
ribilisq̧ draconūq̧ & spirituū immūdorū insa
nia.Idcirco,vt dictū est,iratus est nimis.Mul-
ta in furore suo cogitans, diuersa considerās
intra semetipsum dicebat. En ego qui domui
ꝓuincias,occupaui vrbes,īuitos mihi subieci
poplos,alia volūtaria,alia necessitate ad meū
couuerti obsequium,qui terrui hostes, deui-
ci aduersas gentes,in quibuscunq̧ volui meis
impietatibus satisfeci,furoriq̧ meo obsecun-
datus sum, nec quicq̄ mihi cōtra quod volui
restiturum putaui:ecce nūc meipsum videor
circūuenisse,deludor nunc a magis,& ab alie-
nigenis velut nullus irrideor:decidi a poten-
tia mea, a miseris hominibus illudēdus deue
A ni.Hęc dicēs impalluit,furiosusq̧ tremor per
totā eius cucurrit mentē.Frēdebat dentibus,
nubilo tenebricabatur aspectu. Igneus oculis
eius sese turbo iufuderat,suisq̧ gemitibus in-
tra semetipsum impius torquebat.Nec imme
rito dicit scriptura,quia ira regis vt rugitus
leonis.Ergo irat⁹ factus est nimis,quo nefan-
do furore excęcatus animus eius deum cōte-
mnit,iustitiā abigit,misericordiā spernit,pie-
tatem relinquit,vno tantum (vt dixi) furori
sese totum dedit.Iratus ergo frēdebat nimis.
B Et vt impleret sibi exitiabilem causam, misit
impius statim, & occidit oēs pueros qui erāt
in Bethleem,& in oībus finibus eius.Cōsum
mauit miser iniquitatis suę furiosę cōmenta,
totumq̧ qđ male cogitauerat,in suī pœnā ad
impleuit.Multi multas iniquitates facere festi
nauerunt,iste autem nequissimus Herodes in
pestifero ambitu cordis sui omniū facinorum
crimina supergressus est.A deo discessit,cuius
nec reuerētiam vnq̄ habuit,maiestatem diui-
nam offendere non curauit,innocentes lactē-
tes & immaculatos ab omni crimine interfi-
cere festinauit,dolorē parētibus piis, luctusq̧
multiplices cruentus ingessit. Misit, & occi-
dit omnes pueros. Quare occidit? Propterea C
vt post magorum illusionē sicut putabat pue
rum iter istorum neces deperderet. Sic & an-
tea iniquus fecerat Pharao,q & ipsos vniuer
sos paruulos in flumine necari mādauit:Moy
sen eñ quærebat occidere, propter quem in-
fantes iussit occidi.Etsi ad exercitū suum alia
loquebatur,vt ne multitudo cresceret filiorū
Israel,ideo deberę necari infantes:tñ in corde
Moysen maxime interficere cogitabat. Ita &
iste nūc malignissimus Herodes ꝑpter vnius
ad cuius festinabat pueri necem,cunctos ante
prouectum ætatis occidit infantes. Saul etiā
impius quondam innocentem persecutus est
Dauid,quem & interficere modis omnib⁹ fe-
stinabat.Quo fugiente culpę vilis ira commo
tus:sacerdotes pios,senes etiā,& iuuenes par
uulos & lactentes omnes pariter interimi si-
ne mora præcepit.Sic & Achab rex irreligio-
sus Heliam sanctum quærens occidere,& mi-
nime inueniēs,inuumerabiles populos intere-
mit,sicut refert Abdias sanctissimus.Ita & ex
tremus Herodes, de quo in Actib⁹ Apostolo
rū cōmemoratū est:Petro de carcere ab ange-
lo educto custodes innocētes & innoxios oc-
cidi mandauit.His ergo similibus supradictis D
omnibus peiora nunc augmēta adnectens sce
leris sui exaggerauit malitiam in miserrimos
Herodes,magos se deludentes apprehendere
quęrens,nec potēs,vt eos more canum si fieri
cōtigerit,dentibus discerpsisset suis, & nullo
modo reperiēs malitia (vt dictū est) canū ra-
bidorum ad alios lacerandos cōuersus est, vt
suæ satisfaceret iracundiæ. Vel iterum sicut
canis insanus saxo percussus, dum percutien
tem sequi nō prǣualet,ad ipsum furore con-
uertitur lapidem,quē pedibus dentibusq̧ dis-
sipare perquirit: nō aliter Herodes sua præci
pitatus iracundia, solitoq̧ insanæ suę mentis
furore in infantiū cæde versatus & cōcitatus
est.Misit & occidit omnes pueros qui erāt in
Bethleem,& in omnibus finibus eius:non so
lum quia occidit, sed violenter occidi manda
uit. Mortē enim ipsam quā intulit,cum cru-
ciatibus pœnarum iniecit. A bimatu,& infra E
omnes occidi iussit infantes,vt audierat rem
pus a magis.Misit ergo in Bethleem,misit im
pie,scelerate,crudeliter,idignos,impios,cru-
delitatis suæ socios,& ministros feritatis suę
impietatis horribiles apparitores.Misit in Be
thleē quasi aduersarios,& cōtra se repugnan
tes hostes.Misit quasi cōtra expugnatores (vt
dixi) imperii sui,misit quasi cōtra fortē exer-
citū,quasi cōtra pugnatores & ꝑliatores ido-
neos.Circundant missi illā oēm continuo re-

gionem: viuentē quærentes panem vnigenitū de cælo venientem, descendentē de supernis, hunc quærebant in Bethleem in domo panis. Sic enim interpretatur Bethleem domus vel ciuitas panis. Ergo in panis domo viuentem quærebant panem, non ad vitā sibi, sed potius ad mortē, non ad salutē, sed ad interfectionē.
F Irrumpentes itaq; in ciuitatē crudelissimi hostes feralia secum præcepta portantes: percutiebant paruulos in manibus hærentes miserorū parentum: percussiq; crudeliter paruuli iactabantur in finibus matrum: quibusq; matres dilaceratis crinibus oscula quantum poterant morientibus paruulis infigebāt. De cōplexu iterum miserorū patrum alii plangentes rapti infantes collidebantur in terram, hastisq; & gladiis fundebantur. Nec alter alterū de parentibus poterat cōsolari, quia omnibus proprius atq; cōsimilis inerat luctus: in omnibus pœne domib⁹ occisi paruuli volutabanť in sanguine. Sicut in Aegypto quondā, vt superius dictum est, sub Pharaone impio gestū est: ita & hic turba crudelium hostium turbā innocētum necauit infantum, in illorū morte sibi maximū interitum inferēs: & sic sibi satis hostilis gladius fecit. Sed per suam dexteram prius se crudelis occidit hostis, vulnera aliis infigēdo ipse suā animā vulnerauit: inferēdo tēporalem mortē se æterna morte damnauit.
G Fletus ergo parentum, vel filiorum vndiq; resonabat: terrore gladiorū omnis regio turbabatur. Parentes dolore nimio exanimes pœne remanserant: artubusq; omnibus resolutis, in cruore adhuc trementū suorū iacebāt paruulorum. Nec iam se quisq̄ cōsolari valebat: sed omne eis hoc erat grāde solatium, si paruula corpora suorū infantum cōplecti quantū vellent, vel sepelire liceret. Cupiebāt parētes pro filiis mori, libenterq; sese & suppliciter cruentis vulneribus offerebant, petebant mortem pro filiis, sed nō erat qui audiret: nō erat qui annueret. Nulla ibi misericordia, nulla apud hostes pietas fuit: diuitum vel pauperū, seruorum atq; liberorū, ciuiū vel peregrinorū paruuli passim proiiciebanť occisi, nulli vt dictū est exhibita misericordia est: in singulis domibus bini vel terni inueniebātur occisi. In plateis quoq; omnibus luctus, & fletus, & vlulatus vndiq; sonabat. Nec erat (vt dixim⁹) qui lugentē cōsolareť parentē, quia omnibus par
H inerat luctus & dolor. Simile est hoc, vt sentire valemus, ad futurū iudicii diē, vbi omnes venient: & vnusquisq; sibi timebit, nec alium poterit consolari, aut a sua culpa liberare. Ita gestum est in ista Bethleem, sicut iam ante ab Hieremia sancto propheta fuerat dictū. Vox in Rama audita est ploratus & vlulatus, Rachel plorans filios suos, & noluit cōsolari, q͂a nō sunt. Hanc ergo historiā primo præcinuit I
spiritus sanctus, q͂a pro domino gerēda esset, vt audientes qui habitant Hierusalem, vel in Bethleem, & proximis locis, rememorarētur propheticorū dictorū, & in tribulatione sua cuncta forti animo tolerarent: quia dominus istos de quibus prælocutus est per Prophetā, elegerat infantes: quiq; paruuli & ad memoriam æternæ laudis a beato Euāgelista in sancto Euangelio conscribuntur, horum & memoria semper vt dignū est in ecclesiis celebratur secūdum integrum ordinem sanctorum, vt primorū martyrum pro domino occisorū: & vt ipsa Bethleem primitias domino martyrū in qua natus est ipse Saluator obtulisse videatur. Sed adhuc primitiæ videbantur ex Iudæis, necnon etiā ex gentibus, quiq; postmodum ad similitudinem istorum paruulorum innocentes pro domino pati habent, velut & ipsi paruuli necdum habentes scientiam plenam in rebus seculi, neq; astutiam aliquam: quibus Apostolus scribēs dicebat: Velut infantibus lac vobis potum dedi: & velut innocentes infantes in nullo curam circa seculum habentes, sed omnia quasi contemnentes atq; negligētes, paratiq; pro domini charitate ad mortem ire. Tales videntur qui ex gentibus credunt velut innocentes, & intellectu ipsius puritatis fortes in passione. Imago ergo fuerunt gentium isti sancti infantes qui pro do- K
mino sunt occisi. Bene ergo & secūdū voluntatem dei eorū memoriam sancti patres celebrari mandauerūt sempiternam in ecclesiis, velut pro domino morientium, velut pro Iudæis & gētibus credituris, vel etiam pro ipsis parentibus: quorum parentes præ nimio dolore (vt diximus) percutiebantur, vt eis intercessio filiorum apud deum plurimū profuisset. Considerantes, & in memoriam reuocantes parentes antiquorum sermones prophetarum sanctorum, suos mitigarūt exinde (vt dixi) dolores. Ideoq; hi beati & sancti infantes in æternū sociati sunt in numero oīm sanctorum atq; beatorum. Rachel, inquit, plorās filios suos, & noluit cōsolari, quia non sunt. Cōsideremus & hoc. Ioseph & Beniamin mater cū esset Rachel, quomodo plorauit Iudæ filios, id est quos dixit suos affines ex Liæ sororis progenie veniētes? Quomodo ergo plorauit ex Iudæ generatione occisos filios? Sed hoc vt ego arbitror, nō magnā habet quæstionem. Rachel enī in via quæ dicit Hippodro

mi in terra Cabrati introeũtib⁹ in Bethleem sepulta est, sicut narrat Iacob Ioseph filio suo. Dixit eã Propheta quasi plorantẽ filios suos cum Iudę qui mortui sunt in Bethleem filiis. Duas nunc rationes habet hoc verbũ: vnam quã aliquanti antiqui dixerunt ad Beniamin pertinẽtẽ filiũ Rachel affinitate Iudę generationis coniunctum: qui Iudę filii pro dño nec mortui sũt. Plorauit ergo Rachel filios suos quasi nihil passos in aduẽtu vel pro aduentu domini, & quasi nõ essent existimauit ad illos qui pro dño mortui sunt, & martyrii tulerũt
A coronã. Ita ergo antiqui dixerunt. Est & alia ratio. Ipsa Rachel plorare dicit, hoc est genus Beniamin affinitatem ipsam generationis Iudæ habens. Extendit eñ & illuc suã crudelitatem Herodes, sine misericordia oẽs affines Iudæ & Beniamin filios interficiẽs. Prius in Bethleem interficit omnes, postmodum misit in circuitũ regionũ sine misericordia manu⁹, nullumq; viuũ dereliquit infantẽ: ideoq; plorare
B dicitur Rachel, hoc est generatio Beniamin. Vel propterea adhuc nominat Rachel, oim nostrum pietatem per illam demonstrans circa filios vel proximos: in nomine Rachel vniuersas pias matres (vt dixi) significans. Matres enim infantes suos maiori diligunt affectu q̃ patres: propterea cum aliquid infantibus contigerit, plus tabescunt illę quę eos genuerunt matres, q̃ qui illos fecerunt patres. Idcirco nunc maior & multiplex & nimium prolixus earum quę genuerũt effectus est luctus. Quidam enim infantes nimis paruuli, & nuper nati ad mortem oblati sunt: aliquanti paulo maiores amplectentes vbera matrum diripiebantur occidendi. Alii in conspectu parentum repentes iam vel ludentes, gladiis sine misericordia necabantur, vt superius memoratum est: ideoq; omnium horum occisorum matres per Rachel pię matris nomen demonstrantur, miserabiliter plorantis, & nimis lugentis. Hi ergo cum iniuste vel impie occiderenẽ, in pace & in quiete multa pro nomine dñi passi de hoc mundo sublati sunt, in ecclesia ęterna per secula in Christo mãsuri. Eorũ vero parentes pro ipsorum merito passionis dignam mercedis accipient retributionẽ
C a iusto æterno dño deo. Venit ergo vt supra dictũ est, dñs in Aegyptum, vt exinde oẽs dęmonũ exercitus fugaret, & omnia idola comminueret, & omnem ritum vel diuersa mala opera & act⁹ inde euelleret, & fidei & castitatis fundamẽtũ ibidẽ collocaret, vt illud quod scriptũ est ibi adimpleret, & vbi abundauerit delictũ superabundaret & gratia. Ibi eñ sustinuit dñs q̃diu Herodes impius & crudelis defunctus esset: & exinde ad terrã Israel remeare festinauit, quo patris pręceptũ illic perficeret, vt legis & prophetarũ testificationes ibi adipleret, vbi & pphetatæ & vaticinatę sunt. Illuc ergo reuertens dñs vt populũ Israel illuminaret, vt seculũ saluaret, vt ecclesiã solidaret, vt cunctos se diligentes in vita æterna & in regno cælorum sibi cohęredes faceret. Qui cũ deo patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

N ILLO tẽpore, dixit Iesus discipulis suis. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Demoliũtur enim facies suas vt pareãt hominibus ieiunantes. Et reliqua. Matthæi. VI.

Homilia Quarta.

Vperabundãter & digne do- D minus cõsequẽtia orationis ieiunium cõmendauit. Conueniens, & cõsequẽs oratio- nis ieiuniũ: & procurat oratio ieiuniũ, vel iterum ieiunium orationem. Ideo Apostolus in quodam loco hoc significãs ait: Vacate ieiunio & orationi. Qualis anima erit quę sic voluntati carnis cõiungitur vt alacri deuotione ieiunet & oret! & quomodo quæ propter deũ vtrũq; adimplet, proficit! Ideo cum ieiunãtis (ait dñs) E non propter humanã laudem, nec propter vanam placẽdi cuiq̃ cupiditatẽ, quę preterit: sed cum ieiunatis ex dilectione dei ieiunate, propter regnũ cælorũ ieiunate. Cum aũt ieiunatis, per sanctorũ viam pergite: ipsius dñi vestigia sequimini. Sic & Moyses ieiuniũ magnificãs dicit: Ieiunaui quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non manducaui, & aquã nõ bibi. Sic & Helias per ęquale ieiuniũ & tẽpus, illã magnificã vidit visionẽ dei. Sic & Daniel ieiunãs gloriatur, & dicit: Ego Daniel fui ieiunans per tres hebdomadas dierũ: panem desideriorum non manducaui, vinum non bibi, & caro non introiuit in os meũ. Sic illi tres pueri deliciosam cõtemnentes mẽsam legumina in ieiunio sumebant: & ita flammã fornacis cincti virtute fidei extinxerunt. Sic & illi beati duodecim Apostoli assumpto ipso post resurrectionem, Euãgelii prędicationem ieiunantes cõmendarũt mũdo. Cũ autẽ ieiu- natis charissimi ad spiritalia cõuertimini, ad F cælestia eleuamini. Cũ aũt ieiunatis dęmones vicistis: oẽmq; classem illã malignã retrorsum conuincitis, mala desideria effugatis. Quãdo

alacriter ieiunatis,quādo instanter & syncere
a malis abstinetis: tunc non eritis hypocritæ
tristes,simulatores,hoībus mētientes,similes
illis hominibus qui extermināt facies suas vt
G pareāt hominibus ieiunātes. Duo itaq; mala
faciunt: vnum ꝙ tristes facies suas ostendūt,
quia non voluntarie ieiunant,propterea non
habent mercedem. Hilarem enim datorē dili-
git deus. Aliud autē ꝙ coram hominibus qđ
non sunt esse fingunt, & humanā laudem lu-
crari quærunt,atq; se videntes scandalizāt,si-
biq; æternum iudicium præparant. Tales erāt
Iudęi,tales & nūc sunt innumerabiles hęreti-
ci: q super alia infidelitatis & irreligiositatis
ostendunt & addunt & hoc,vt extermināt fa
cies suas: vt dum ieiunant colorent pallore
vultus & oculos suos:vt visi admirētur quasi
veraces, & vt perspecti diligantur velut pro
ieiunio laborātes: honorētur etiā velut disci
puli domini:beatificētur quoq; velut hūcmū
dū contemnētes. Ideo exterminant facies suas
isti hypocritę,& isti increduli,isti spe inanes:
qui iam acceperunt mercedē suā,illā breuissi-
mam ab hominibus laudem,istā temporalem
a mortalibus adulationem. Sed super terram
hanc acceperūt mercedem: de cælis autē ma-
gnū eos expectat iudicium, sicut deo & homi
H nibus mētiētes. Attēdite o charissimi ecclesię
filii,vt nullus qđ non est se esse fingat, sed in
veritate deo seruiat, sed alacriter eius legem
perficiat,sed eius diligentissime mandata cu-
stodiat:propterea vt æternæ vitę mercedē ab
ipso domino percipere mereatur. Extermināt
enī facies suas. Bene dicit ꝙ exterminant,hoc
est immaculatas maculāt,incoinquinatas co-
inquinant,mūdas sordidant: propterea digna
illos exterminatio in hoc seculo expectat. Ta
les sunt aliquæ mulieres, quæ albū, & nigrū,
& rubicundū super facies suas inducūt,quasi
sapientiores plasmatore suo,tanq̄ nō bene il-
lum fecerit vultū, tanq̄ non prudenter istam
faciem constituerit. Huius creantis opus vo-
lunt emendare,& componere non erubescūt,
& post fabricatoris manus superaddere non
verentur:mortuis coloribus viuentes suas fa
cies liniunt,& de viuentibus in mortem trāf-
mutant ideo vt imprudentium faciant euola
te corda,vt minus cautorum subuertant ani
mas,vt multam perditionem sibimet parent.
Ista ergo omnia religiosę credentes animæ fu
I gere & abominari debent. Tu vero cum ieiu-
nas,ait dñs,tu deum timens,tu fidem seruās,
tu religiositatem adimplens: tu ergo cū ieiu-
nas,qđ sumpturus eras distribue pauperibus,
cū ieiunas frange esurienti panē tuū, paupe-
rem & sine tecto induc in domū tuā. Si vide-
ris eū nudum,vesti,& domesticos seminis tui
ne despicias. Tūc erūpet tua domus pauperi-
bus,quādo tu sic ieiunas. Quādo enī ieiunas
o amice,depone omnē malitiā,oēm zelū,oēm
furorē,omnē iniquitatē,omnē iracūdiā, oēm
superbiā,omnē litē,omne maledictū. Cū ieiu-
nas,nō māducabis carnē,hoc est nō māduca-
bis carnem humanā,impie agēdo. Non bibas
vinū,non bibas sanguinē per crudelitatē. Nō
spires sicerā,hoc est nō spires adulationē,nec
bilinguis sis in perditionē animę. Cū ieiunas,
sicut marcescit venter tuus, sic efficiatur os
tuum,sed plus marceat tum cor tuū. Anima
tua sit ab omni mala cogitatiōe seposita. At-
tēde ne cōcipias dolores cōcupiscētię: sed oīa
hæc mala deponens,oīa indigna expellens,sic
sanctū & deo placens ieiuniū ieiunabis. Hila-
ri animo & lympido corde ieiuna,& nō tristi
vultu. Cū ieiunas(ait)vnge caput tuū,& fa-
ciē tuā laua,vt nō videaris hoībus ieiunans:
sed angelis & omnib⁹ sanctis. Oēs occasiones K
abiice vt nō videaris hoībus ieiunare. Et faciē
tuam laua,vt non sit sordidus aspectus tuus:
& caput tuū vnge,vt nō indecorus videaris,
vt nō cognoscāt vidētes ꝙ ieiunes,& dicant:
Ecce ille Christianus vide q̄ tristis est qa ieiu
nat. Vnge ergo caput tuū. Caput tuū Chri-
stus est,ait Apostolus. Hoc ergo caput tuum
vnge,& hoc decora omi tēpore,& maxime in
tēpore ieiunii vnge p singularē charitatē,vn
ge & cōpone p pauperū miserationē, peregri-
noꝝ eleemosynas:p ista ergo vnge caput tuū
dñm tuū Christū, vt dicat tibi, quādo fecisti
vni ex his pusillis,mihi fecisti. Ita ergo vnge
caput tuū. Sed & faciē tuā laua. Oīs corporis
gloria & decor facies est.i.aspectus & vultus.
Sic & omniū credētiū vnū corpus,aspectus,&
gloria est ecclesia,& sanctitas altaris. Hāc ita- L
ꝙ laua,hoc est orna,& exalta,honora, & glo
rifica:& hoc fac ad gloriā & exaltationē capi
tis hui⁹ corporis,qđ est Christus,q est caput
ecclesię. Etenī vere q ecclesiā exaltāt,vel altare
honorificāt sanctū, ad gloriā dñi hoc faciūt.
Ita ergo faciem tuam laua: hoc est visionem
animę,aspectū cordis tui laua,mūda ab omni
cōtaminatione,ab omni caligine,ab omni er-
roris obscuritate,ab omni infidelitate. Ablue
cor tuū Hierusalē vt salua sis,ait qdā. Lauami
ni,mūdi estote,auferte iniqtates ab aīabus ve
stris,a conspectu oculoꝝ meoꝝ. Hanc faciem
& hūc aspectum lauemus o dilectissimi,lym-
pidam & sine offensione animæ nostrę faciem
omni tēpore cōseruemus in conspectu dei,vt
simus lympidi & sine offensa ante dominum

in sempiternū.Hæc itaq; omnia facite,vt pater vester q videt in occulto, reddat vobis in manifesto : in illa manifestatione de qua dicit Daniel:Et tūc prudētes fulgebunt sicut luminaria cæli.Et iterū. Iusti atq; alii plures sicut
A stellę in ęternū.Sequit adhuc:Nolite thesaurizare vobis thesaurū ī terra,vbi ęrugo,& tinea extermināt,& vbi effodiūt fures,& furātur.Nihil ī terra firmū,nihil stabile, nihil tutum:oīa infirma,oīa caduca,oīa tēporalia,& trāsitoria. Vita pertrāsit,iuuētus senescit, honor auferē,diuitiæ fugiunt velut aliqs fugitiuus,diuertētes ab alio ad aliū trāseūt meretricio more amorē fingētes,& nulli fidē seruantes.Ideo nolite thesaurizare vobis thesauros sup terrā: vbi nihil fidele, vbi inimicitię propter pecuniā,vbi zelus & iracūdia p cupiditatibus,vbi frater fratri inuidet ditiorē vidēs, alius aliū circūuenire p zelū quętit, vbi q habet & possidet thesauros,adhuc inhiat, & ac
B cumulat ad rapinam,& pauper vsq; ad mortē tolerat necessitatē.Nolite thesaurizare vobis thesaurū sup terrā. Transiet eīm ista terra & iste qui in ea est thesaurus:& anteq̄ terra p trāseat,antea isti pertrāseūt thesauri, aut qui thesaurizat moritur.Quid adiuuerunt Pharaonē illi plures thesauri Aegyptii? Nōne repente in maris profundū absorptus est?Quid adiuuerūt Nabuchodonosor regē toti⁹ pariter orbis diuitiæ cōgregatæ, & in Babyloniā trāslatæ?Nōne elisus est de throno glorię suę & de medio hominū subito separatus est:atq; cū feris agrestib⁹ deputatus, & septem annis habitare pceptus est? Etenim tunc ille cōsiliū audiēs beatissimi Danielis pctā sua eleemosynis ex parte redemit. Quid adiuuit Baltasar filium eius q̄ ipse post patrem suū innumerabiles terrenas congregauit diuitias?Nōne per cussus stati in eadē nocte piit? Quid dicemus de aliis multis q illi similant,de quo in euāgelio scriptū est:q̄ horrea sua destruens maiora ædificare q̄rebat sibimetipsi dicēs:Habes multa bona multis thesaurizata annis?Propterea iste qui colebat relictis aliis ablatus est, & illa q̄ remāserūt ad alios sine dubio trāsierūt. Nolite thesaurizare vobis thesaurū sup terram, hoc ē nolite fodere sensus vestros cū diuitiis in terra.Nolite recōdere cor vestrū cū pecunia in pditionē:q̄a multa pericula in thesauris sunt,multa offendicula in humanis diuitiis:aliquāta ab intra,deforis fures effodiunt māsiones:latrones obsidēt in solitudinib⁹ & ī desertis:aliquādo plures vndiq; circūueniūt volētes modis oībus irrūpere. Alii pparāt flāmas,& imittūt incēdia:vidētesq; illos thesau ros habētes,omni cōsilio eos depdati excogitāt.Propterea sup terrā nō vobis thesaurū p euntē thesaurizetis o charissimi. Thesaurizate vobis thesaurū ī cęlo,vbi thesaurizauerūt sibi beati oēs deū diligentes.Ibi thesaurizauit sibi Abrahā p hospitalitatē,Iob p egenorū miserationē.Illic thesaurizauit sibi Samuel p iusta iudicia.Ita Dauid oēsq; sancti:quorū vestigia sequētes,& vos omēs thesaurizate vobis thesauros in cælo,vbi neq; ærugo, neq; tinea extermināt.Aerugo exterminat.i. diuersorū īuidia,& insatiabilis cogitatio.Neq; fures effodiūt,& furanē.Illi nequissimi dęmones,& male articulosi,q innumerabiliū corda effodiūt, isti multos & magnos thesauros furātur. Isti effoderūt per auiditatem cor Esau. Isti furati sunt ei pręclaras thesaurorū primitias cū benedictionū donis.Isti effoderūt p auaritiā Iudę cor,& huic apostolatus magnū furati sūt thesaurū.Propter quid?q̄a nō thesaurizauit, sibi ī cęlo vbi isti supradicti fures nō effodiūt nec furantur,sed super terram thesaurizauit propter pulchritudinē argēti totius vitæ dominū vendidit.Isti effodiūt & nunc multorū corda,aliquantorū per superbiā & cupiditatē aliorū quoq; per ciborū auiditatem vel cętera carnis desideria,quos oēs cęlestibus regnis furantur ideo quia non in cælis thesaurizant sibi.Labore nimio & dolore quæramus,& tunc poterimus inuenire quem quęrimus &c.

IN ILLO tempore,cum descēdisset Iesus de monte,secutę sunt eū turbę multę.Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicēs. Dñe,si vis potes me mundare.Et reliqua.

Matthęi. VIII.

Homilia. V.

DEscendēte Iesu de monte secutæ sunt eū turbæ multæ. D Docēte vero dño in monte discipuli erant cū ipso,qbus datum erat cælestis doctrinę nosse secreta:per quę salutis scientia brutorū corda salirent,cæcorūq; oculis per mundanę delectationis tenebras caligātibus lucē patefecerēt veritatis. Vnde & dñs ad eos. Vos estis(inquit)sal terrę,vos estis & lumina mūdi.Nūc vero descēdente eo de mōte turbę secutę sunt eū. In montē scilicet ascēdere nequaq̄ poterāt,quia quos delictorū sarcina deprimit,ad mysteriorū sublimia nisi ab iecto onere scandere minime valent. Idcirco & filii Israel primitus in montē ascendere nō poterant ad obuiādum deo:quia Aegyptiaca

grauati cõuersatione prępediebant, sed solus
Moyses ascẽderat,& pauci cũ eo seniorꝫ Israel.
Veluti deniq; tũc cũ dño discipuli in mõtem
ascẽderũt: sic & modo fideles animę deũ timẽ
tes,& dominũ diligẽtes, regna cęlestia deside
rãtes, dominũ semp sequẽtes, post dominũ in
illũ cęlestẽ mõtẽ ascẽderũt, audiẽtes Apostolũ
dicentẽ. Quę sursum sunt sapite, quę sursum
sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei
sedẽs. Descẽdẽte nũc dño, hoc est inclinãte se
ad infirmitatẽ,& impotentiã cęterorũ, miser
tus imperfectiõis eorũ, vel infirmitatis, secutę
sunt eũ turbę multæ, quidã ꝑpter charitatẽ,
E pleriq; ꝑpter doctrinã, nõnulli ꝑpter admini
strationẽ & curationẽ. Et ecce homo leprosus
vnus ex illis qui curã quærebant, qui leuamẽ
desiderabãt, adorabat eũ, dicẽs: Dñe, si vis po
tes me mũdare. Deorsum currẽs rogas o ho-
mo,& in mõte nihil dicis. Quare sic? Quia tẽ
pus,& tẽpora omni rei sub cęlo. Tẽpus doctri
nę,& tẽpus curatiõis. In mõte docuit, illumi-
nauit, monuit, animas curauit, corda sanauit
Propterea ergo illa maiora ego tẽtare nolui,
illa summa tradere passus sum. Ipsis ergo ab
illo cõpletis deorsum eo de mõte ad curãdũ:
sicuti de cęlestibus mõtibus ad saluãdos car-
nales descendẽte: venit ad eũ homo leprosus
adorans eũ. Anteq̃ peteret, adorare cœpit: an
teq̃ rogaret, culturã ostendit. Adorauit eum.
Pro hoc ipso deũ & dñm eũ inuocans adora-
bat eũ. Sicut em̃ illi beati Magi pri⁹ ꝓcidẽtes
adorauerunt eũ, & ita demũ ei munera obtu
lerũt: eodẽ modo & nũc iste cadẽs adorabat,
& sic supplices obtulit postulationes, dicens.
F Dñe, tu qui digne adoraris,& merito coleris,
te ego vt dominũ adoro: ideoq; & dominum
dico, opa pri⁹ cõrestãs,& sic verba loquẽs: Per
te em̃ oia facta sunt. Tu ergo dñe si vis potes
me mũdare. Voluisti vt hęc immũdissima le-
pra sup me veniret, siue propter mea peccata,
vt correptus pœniteam, seu ꝑpter tuam pru
dẽtiã, vt mirabiliter me mũdãs magnificeris:
oia dispensantet & prouidẽtet facis, & salutẽ
largiter tribuis. Siue ergo hãc leprã propter
mea peccata portaui, dimittens culpas meas
mũda me: siue ꝑpter ꝓuidẽtiã tuam, mirabili
ter me mũda, vt ab hominibus magnificeris.
G Dñe, si vis potes me mũdare. Voluntate tua
op⁹ est, qa & opa volũtati tuę obœdiũt, ideo
q; si vis potes me mũdare. Nõ dubitãs fallor,
nec dicens sic vt ille q̃ filii salutẽ deprecabat,
Si qd potes, adiuua nos: sed scio quia oia po
tes, idcirco nõ potẽtiã peto, nec fortitudinem
quero, Homines em̃ scio deficiẽtes, sed tantũ
volũtatẽ tuã deprecor: & sequẽs virt⁹ statim
hanc gratiã adimplebit. Dñe si vis, potes me
mũdare: mihi ad beneficiũ, tibi ad laudẽ, vidẽ
tibus ad miraculũ & ꝑficiẽdi doctrinã. Dñe,
si vis, potes me mũdare. Tu q̃ pri⁹ (ait) Naa-
man principẽ Syriæ per Helisęum in Iordane H
ringẽs lepra mũdasti,& modo si vis potes me
mũdare. Cui respõdẽs dñs ait. Confidẽs ꝓfite
ris qa ego possum,& si volo fit, ideo volo mũ
dare. Magnifice credis magnifice & mũdaris:
plenissime cõfiteris, plenissime lętificaris. Vo
lo mũdare. Nõ dubitasti credere, nõ tardo sa
nare. Nõ distulisti confessionẽ, nõ differam te
mũdare. Volo mũdare: vt magnã gratiã tibi
ostẽdã, manũ ad te porrigo. Extẽdẽs itaq; ma
nũ Iesus tetigit eũ, dicẽs. Et quid est ꝙ tetigit
eũ? cũ lex prohibuisset leprosum tãgere. Pro-
pter hoc tetigit, vt ostẽderet ꝙ oia mũda mũ
dis, qa aliorũ aliis non adhęrẽt inquinamẽta,
neq; extranea immũditia immaculatos coin-
quinat. Sed ad hęc propter qd tetigit? vt hu-
militatẽ demonstraret,& nos doceret nullum
spernere, aut horrere, vel contẽptibilẽ ducere
propter corporis læsionẽ, aut maculationẽ: q̃
a deo immittitur, pro qua ipse sit redditurus
rationẽ. Extẽdẽs ergo manũ eius, tetigit eum.
Medicus (ait) sum cęlestis, corpora cũ anima
bus curare possum: propterea oẽs tango non
vt infirmitas mihi adhęreat, sed vt ab iis qui
eam habẽt expellam. Sol em̃, ait, incõparabilis
sum,& luna iustitiæ. Ideo oĩbus approximo,
& oĩbus meis splẽdoribus ad salutẽ radio: ipse
vero sicut sui ꝑmaneo in singularis meę san-
ctitatis pulchritudine. Extẽdẽs manũ tetigit
eum. Non sperno legem, sed curo vulnus: nec
destruo mãdatũ, sed fugo atq; mũdo lepram.
Ideoq; cũ extendo manũ mox effugit: nec cõ-
taminatio meæ virtuti ꝓximare, vel resistere
meę potẽtię poterit. Dico ergo: Volo munda
re:& me manũ ad tangendũ extendente, effu
git illico lepra:& inuenta est manus dñi non
lepram, sed mũdũ tetigisse corpus. Considere
mus & nos nũc dilectissimi fratres, vt nullus
peccati lepras in sua habeat anima, aut conta I
minationes delictorũ in suo detineat corde.
Sed & si habet, instanter adorans dominũ di-
cat ad eum: Domine si vis, potes me mũdare.
Tu illum prius multa delicta cõmittẽtẽ mũ-
dasti Manassen,& innumerabilibus aliis a se-
culo ꝑcantibus misertus es. Tu ergo si vis po
tes me mũdare. Et dñs mox misericordiæ por
rigens manum dicit: Volo mundare. Et Iesus
ait illi mũdato a lepra. Huic cui misertus est
credenti dño, qui confisus est in virtute eius,
huic ergo dixit Iesus. Credidisti, saluus es:
sperasti, mundus effectus es. Noli obliuisci

qualis fueris, qualis fact⁹ sis. Nõ cesses gratias referre, non taceas cõfiteri. Charissimi hoc & nos debem⁹ facere qñ a dño de aliquo pericu lo liberamur, vel ab aliquo dolore saluamur, siue infirmitatis, seu vulneris, siue de qualibet necessitate. Nõ efficiamur ingrati, & relinqua mus liberatorẽ nostrũ, sed alacriter gratiarũ actiones ei reddamus: sed & munera secundũ substãtiã nostrã ad honorificãdũ eũ exhibea mus. Hoc. n. & illi mãdauit dñs: Vade (ait) ad
A sacerdotes, & offer munus tuũ. Dixit ergo ei Iesus: Vade, nemini dixeris. Et quare hoc dñe dicet nemini? Propter meã humilitatẽ, ꝓpter meã dulcedinẽ. Et vos doceamini quando ali quid boni facitis, nõ gloriari, aut extolli vel ĩ aniter placere velle in cõspectu, sicut cõsuetu do est aliquãtis, qui cũ quid boni fecerint seu ieiunauerint, seu in pauperũ eleemosynis, lar gi fuerit, necnõ & ĩ altaris honore, cultuq́ sã ctorũ: Etenĩ ipsi ante hoĩes volunt gloriari, & sibi placere, ante dñm mercedẽ ꝑdentes. Vide nemini dixeris. Te eñ tacẽte, hoc mirabiliter clamabit. Te eñ os nõ aperiẽte, oĩs virtus tui corporis iubilabit. Hesterno immũdus, hodie mũdus, ante pusillũ horribilis, & nũc decor⁹. Vide ergo nemini dixeris, sed vade, ostẽde te sacerdoti. Ambulãte te ad templũ vidẽtes mi rabunt, & sacerdos vidẽs expauescet: qm̃ secũ dum legẽ semel, & bis ab eo inclusus, & osten dẽs teipsum, mundari nõ potuisti. Vade ergo ostende te sacerdoti, vt videns cognoscat ꝙ nõ ꝑ legis cõsuetudinẽ mũdatus es, sed ꝑ gra tię operationẽ: nõ ꝓpter terrenorũ sacerdotũ imaginẽ, sed per cęlestẽ summi sacerdotis splẽ dorẽ. Vade, ostẽde sacerdoti teipm̃. Sacerdo
B ti te ostẽde a summo sacerdote missus, a sum mo sacerdote dei patris mũdatus. Sed non vi dearis in cõspectu dñi inanis, non videaris ad sacerdotẽ manu vacua venire. Non venias in cõspectu sancti tẽpli ifructuosus: sed offer mu nus tuũ. Ad illũ eñ hoc tunc dictũ nos admo net oẽs loquẽs, vt & nos dona, & munera no stra nõ teneamus apud nos, sed reddam⁹ gra tias deo, maxime cũ de aliqua liberamur tri bulatiõe. Offer, inquit, munus tuũ. Quare? vt oẽs q vident portare & offerre, credãt his mi rabilibus, & magnificẽt deũ qui misertus est tui: & infidelibus ꝑ hoc increpatio, & testimo niũ durities cordis ipsoꝝ fiet. Sic & illũ. XXX VIII. annis iacentẽ in infirmitate, erigẽs a lã guore iussit portare grabatũ suũ, & ire in do mũ suã: vt hũc ipsum lectus portatus ab eo ꝑ mediam ciuitatem clamaret saluantẽ se inuo cando, & laudando. Sic & illum cæcum in na tatoria Siloe misit, vt vidẽtes ambulare illuc eundem cæcum, & iterum remeantem mirati & obstupescẽtes crederẽt huic talia mirabilia facienti. Post hęc quæ superius dicta sunt: Cũ
C introisset Caparnaum ciuitatẽ Galilęę. Sic co gnominata est Caparnaũ, in qua sæpius dñs virtutis suæ magnificentiam demõstrauit. In grediente eo Caparnaum. Caparnaũ nãq; in terpretatur ager, vel villa cõsolationis. Cum ager ꝙ in eo aliquid agatur, vel villa a circũ uallatione limitis, hoc est munitiõe custodiæ nomen acceperit: congrue dispensatione car nis illo igressus asserit dñs: quo ꝑ deitatis por tã circũdando attrahens ad credulitatem in credulos, & sanitatis miraculũ erat acturus. Accessit Cẽturio externus gñatione, sed mẽte domesticus, militũ princeps, sed plus angeloꝝ gaudiũ. Accessit ad eum Cẽturio. Increpatio nẽpe illorũ ostenditur ascendentiũ quondam ad Heliã in Carmelo quinquagenorum q ma nẽtes in infidelitate, cęlesti sunt igne consum pti. Iste vero ex infideli particeps fidei fact⁹, ĩ sinũ illico deportat⁹ ẽ Abrahę. Accessit ad eũ Cẽturio rogãs eũ, & dicẽs. Dñe puer, meus ia cet patalytic⁹ in domo, & male torquet. Mul ti illo tẽpore ꝑ diuersis rogabant infirmitati bus, nullus tñ pro seruo nisi iste solus: & hoc ei ad augmentũ beatitudinis, & coronã glorię erat. Quid eñ in mẽtis abdito dignũ voluẽs Cẽturio iste aiebat? Mihi hic seru⁹ est, & ego creatori. Iste me super terrã, & ego magnũ in cælis habeo dñm. Si ergo ei⁹ nõ misereor, quõ mei ille miserebitur? Si ego huic nõ subuenio quomodo mihi ille subueniet? Sic debent oẽs qui famulos & famulas habẽt cogitare: sic mi sereri, & cõdolere eis, supplicare, & curã habe re de seruis, vel de ancillis suis, sicut ille bea tus Cẽturio fecit. Puer, iqt, me⁹ iacet ĩ domo, D
Nõ in vna hac re tãtum miserabilis ꝙ iacet: sed & in alia ꝙ paralyticus, tertia ꝙ male tor quetur. Omnia eñ ista dolorem cognominãt & iacentem, & paralyticum, & dure detentũ. Ideo vt suæ animæ angustias demõstraret, & dñm cõmoueret, quatin⁹ & illi⁹ cruciatus de mõstraret, & dñi beneuolẽtiã inuitaret: Puer meus, inquit, iacet in domo. Et huc quare nõ attulisti eum? Ideo (ait) qa non opus est osten dere illi omnia vidẽti: nõ opus est in cõspectu offerre ei⁹ cuius potentia nõ terminat, nec in cludit, neq; excludit. Iacet in domo paralyti cus, & male torquet. Quid ergo vis vel cupis seu desideras? Non multum loquor ait. Scio eñ ꝙ ad omnia pręscientem respondeo. Ideo ꝙ iste cognoscẽs corda respondens dixit: Ego veniam & curabo eum. Ego ad Abrahã veni E ens senilem Sarę sanaui vterũ, in senectute eis

Iſaac filium donans:ego & nunc veniẽs ad te
curabo eũ.Et quomodo promittis dñe aduẽ-
tũ tuũ huic!nec quçrit,nec petit, ſciẽs ꝙ non
acceptabile ſit ei vt venias in domũ eius. Ob
hoc,vt & vos prçualeatis,& eius fidei ſimiles
ſitis,vel cognoſcatis qd iſte ſit, vel qualis ĩ eo
fidei theſaurus habeaẽ occultus.Iam enim &
primitus Abraham tẽtaui, nõ pro hoc vt co
gnoſcerẽ,quẽ ante ſciebã,ſed vt vos ſimiles ei
in omni tẽtatione fortiſſimi inueniamini. Et
Iob ita probaui:non propter hoc probaui vt
cognoſcerẽ,quẽ iuſtũ teſtificatus ſum: ſed vt
vobis ſpem & fiduciã demonſtrarẽ. Idcirco &
huic dico:Ego veniam,& curabo, vt ipſe ma
gnã fidẽ ſuã pferens dicat:Dñe terruiſti me,
cõturbaſti,interfeciſti fortitudinẽ animç meç
in hoc verbo.Nõ ſum dignus appropinqua-
tione,aſpectu,vel nõ ſum dignus acceſſu, vel
introitu tuo. Dñe non ſum dignus vt intres
F ſub tectũ meũ.Moyſes prim⁹ ille magnus tu⁹
cõfabulator,mirabilis tuorũ narrator operũ,
fidelis in tota domo tua,nimiũ ſe humiliauit
dicẽs:Nõ ſum dignus ante heſternũ & tertiũ
diẽ.Quãto magis ego dicã:Dñe non ſum di-
gnus vt ĩtres ſub tectũ meũ! Alienigena ſum,
gentilis miles gladio accinctus, ſanguinẽ fun
dẽs,ad pliũ exiens,& ob hoc non ſum dignus
vt intres ſub tectũ meũ.Sed tantũ dic verbo,
ſed tãtũ veni verbo: verbũ aſpectus tuus eſt,
opuſq; eſt cõſummatũ.Quamobrẽ dic verbo,
oſtende abſens corpore qđ pſens ſpiritu con-
ſummare potes:vbiq; indeficiẽs pſentia,vbiq;
præſens tuus aſpectus. Idcirco ego acceſſu &
introitu tuo indignus ſum : & iſte infirmus
verbi tui viſitatione indiget. Et hac de cauſa
G dic verbo,& ſanabitur puer meus.Sed & hoc
nullũ noſtrũ pertranſeat tanq̃ puſillum aliqd,
qđ dixit iſte Cẽturio:Nõ ſum dignus vt ſub
tectũ meũ intres. Intrat & nũc dñs ſub tectũ
credentiũ duplici figura vel more. Nunc eñ
quãdo ſancti & deo acceptabiles eccleſiarũ an
tiſtites ſub tectũ tuũ intrãt:tũc ibidẽ per eos
dñs ingreditur. Et tu ſic exiſtimes tãq̃ domi
nũ ſuſcipiẽs.Et aliud: quãdo ſanctũ cibũ illđ
ꝙ incorruptũ accipis epulũ,quãdo vitç pane
& poculo frueris,mãducas & bibis corpus &
ſanguinẽ dñi:tũc dñs ſub tectũ tuũ ingrediẽ.
Et tu ergo humiliãs temetipſum imitare hũc
Centurionẽ:& dicito,Dñe nõ ſum dignus vt
intres ſub tectũ meũ. Vbi eñ indigne ingredi
H tur,ibi ad iudiciũ ingreditur accipienti. Sed
adhuc qđ adiicit ille Centurio in ſequẽtibus!
Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitu
tus,& habeo ſub me milites, & dico huic va
de,& vadit:& alii veni,& venit:& ſeruo meo
fac hoc,& facit. O prudentia intellectus ani-
mæ:O mũditia cordis.Primus omniũ mani-
feſtç veritatis confeſſionem reuelauit,& noui
teſtamẽti myſteriũ declarauit,& eccleſiæ in ſe
ſe monſtrauit imaginẽ,primitiæq; ex gẽtibus
dño credẽtibus factus eſt.Ego,ait, homo ſub
poteſtate regis vel principis, ĩdignus ego ha
beo ſub poteſtate mea milites,& ſeruos: & tu
habes ſanctos ſub poteſtate tua angelos ſicut
milites,& ſanctos oẽs ſeruos.Ego mando vni
cuiq;,& ſecũdum pceptũ meũ facit:& tu mã-
das qđ & ſtatim cõpleẽ.Qđ eñ mandas, & di
cis,fit,& ſine mora perficitur.Omnis eñ crea
tura ſeruit tibi:& ideo dic verbo, & perficieẽ
velociter,& ſaluabiẽ hic puer meus. O fides
viri,O confidẽtia militis,O chariſſime amice
veritatis,te admiratur dominus,& tuã inde-
ficiẽtẽ magnificat fidẽ,quomodo de tenebris
gẽtiũ proceſſit lumẽ tãtũ: qualiter de errore
deum non cognoſcẽtium tãta manifeſtata eſt
iuſtitia:& ex ore ſtultorũ idolis ſeruientiũ tã
lympida effulſit fides. Audiẽs ergo dñs admi I
rabaẽ eum.Et qđ deus vnigenitus miraẽ quã
rum ſit aut quale:inenarrabile & inæſtimabi-
le,percipe ſenſum chariſſime, ꝙ deo nihil eſt
mirabile,nec aurũ,nec diuitiæ,nec regna,nec
principatus:iſta oĩa ſunt in cõſpectu ei⁹ tã-
q̃ vmbra,& ſicut nihil,vel flos decidẽs.Nihil
ergo mirabile in cõſpectu dei magnum vel p-
cioſum,niſi tãtum vna fides: hanc miraẽ ho
norificans, hanc acceptabilem ſibi exiſtimat.
Ideoq; conuertens ſe ad ſequẽtes turbas ait:
Amen dico vobis,hoc eſt,vere dico vobis,nõ
inueni tantam fidem in Iſrael.Nõ in illo prio
re Iſrael beato Iacob tãtam fidem abnegat ſe
dñs inueniſſe.Ille eñ nõ tãtum credidit dño,
ſed & prophetauit de eo, & apertius eius iu-
ſtitiã demõſtrauit,& manifeſtũ aduentũ eius
prçlocutus eſt.Niſi eñ crediſſet ei, quomo
do de eo prophetaſſet!Sic & ei q de Iſrael p-
ceſſerunt,Iſrael eñ & ipſi nominati ſunt pro
phetæ,& iuſti,Dauid,Eſaias,Hieremias:hi o
mnes clare & manifeſte eius aduentum prçnũ
ciauerunt:oẽs nãq; hi habuerunt fidẽ, habe-
bãt enim & prophetiã. Et iſte Cẽturio fidem
habuit,ſed prophetiã nõ habuit.Idcirco dñs
admirãs magnificauit fidẽ eius ſup illum qui
tũc fuit Iſrael,hoc eſt ſup oẽs q tũc fuerũt tri
bus Iacob,& nõ ſup illum q ab initio fuit,nec
ſup eos qui poſtea prophetç iuſti inuẽti ſunt
in Iſrael.Amen dico vobis, quia nec in Iſrael
tãtam fidem inueni,ſicut in gẽtibus barbaris
atq; alienigenis.Gentes filiũ dei me inuocant K
omnipotentẽ,vnigenitũ confitenẽ,dominum
afferunt,diligunt,& ſicut bene oĩa diſpenſan

tẽ adorauit. Et Iſrael me nõ cognouit, & po-
pulus hic me non intellexit. Ideoq́ me Beelze
bub, & Samaritanum appellant, & peccatorẽ
existimãt. Iairus in Iſrael princeps ꝑ filia ſua
me petẽs nõ dicit, dic verbo, ſed veni (ait) ve
lociter anteq̃ moriat̃ hęc filia mea. Nicodemꝰ
doctor ĩ Iſrael de fidei ſacramẽto audiẽs ait,
quomodo poteſt hoc fieri? Maria, & Martha
me nimium diligentes, dicunt: Domine ſi hic
fuiſſes, nõ eſſet mortuus frater meus: tãq̃ du-
bitãtes ꝙ vbiq́ velox nõ poſſit eſſe mea potẽ
tia. Propterea nõ inueni tantã fidẽ in Iſrael ſi
A cut in iſto alienigena. Dico eñ vobis, ꝙ mul-
ti ab oriẽte & occidẽte veniẽt, & recũbent cũ
Abrahã, Iſaac, & Iacob in regno cęlorũ. Dico
vobis, teſtor vobis, annũcio vobis, pręd̄ico vo
bis, qa multi venient: de q̄bus propheta locu-
tus eſt, dicẽs. Venient & gẽtes multę, & dicẽt,
venite aſcendamus in mõtẽ dñi, & ad domũ
dei Iacob ingrediamur, & oſtẽdat nobis viam
ſuã, & ambulemus in ea. Multi venient, illi de
quibꝰ dñs ait: Alias oues habeo quæ nõ ſunt
ex hoc ouili, & illas adducã, & erit vnus grex
& vnus paſtor. Multi venient, illi de quibꝰ di
ctũ eſt, vt & filii dei qui diſperſi ſunt cõgregẽ
tur in vnũ. Iſti ergo oẽs veniẽt. Vnde veniẽt?
Ab oriente, & occidente, hoc eſt ex oĩ gẽte
q̃ eſt ſub ſole ab oriẽte vſq́ ad occidẽtẽ. Sicut
eñ per oẽs gentes habetur hoc euãgeliũ pręd-
icatum, ſic ex oĩbus gentibus vẽturi ſunt ad
regnum cælorum. Vel adhuc, ab oriente hi q
ſtatim illuminati tranſeunt: & ab occidẽte hi
qui paſſiones & perſecutiones vſq́ ad mortẽ
B tolerant ꝑ fide. Multi ergo veniẽt. Et quomo
do ergo alibi dicit: Multi vocati, pauci vero
electi? Multi vocati ait. Omnes eñ tribus ho-
minũ ab initio ſeculi vocatę ſunt. Et pauci ele
cti, de multitudine. Etenĩ per diuerſas genera
tiones, & ſecula diuerſa pauci electi ſunt. *Si-
mul vero* cõuenientes, & cõgregati in tẽpore
viſitationis multi inuenient̃, nimiũq́ innume
rabiles. Multi venient ab oriente, & occidẽte,
& recumbẽt: nõ carnaliter iacẽtes ſed ſpirita-
liter quieſcẽtes: non temporaliter potãtes, ſed
ęterne epulantes, recumbẽt in regno dei: vbi
lux, & ſpes, lætitia, & exultatio, gloria, & bene
dictio, lux oculorum, & longęuitas æternę vi
tæ: vbi oẽs iocundantur, oẽs gaudent: vbi pa
tres illi beati recumbũt, prophetæ requieſcũt
oẽs apoſtoli & euangeliſtę ſuper glorioſos ſe-
dẽt thronos: vbi multitudo martyrũ in æter
na gloriat̃ domini gloria, copioſitas virginũ
in ſecula exultat portans coronã immaculatę
C virginitatis. O chariſſimi fratres iſta ẽ a ſecu
lo bñplacita, & annũciata exultatio, & ab ini-
tio narrata requies: in iſtam feſtinate ire oẽs
dominum diligentes. Ad iſtam colliguntur o
mnes ex gẽtibus ĩ dominum credentes, necnõ
& fidem ſeruantes. In eam & nos omnes per-
gamus dilectiſſimi, ad iſtam omni virtute fe-
ſtinemus: nihil nos reuocet, aut retardet: ni-
hil nos impediat ad hoc deſiderabile propera
re conuiuium: omnem negligentiam a nobis
repellamus, omnemq́ deſidiam ab animo, &
corporis impedimenta proiiciamus: vt huius
beatitudinis & requiei domeſtici efficiamur:
quatenus ſanctæ huius (vt dictum eſt) epula-
tionis digni inueniamur. Vade, ſicut credidi-
ſti fiat tibi. *Sic fiet vere* vnicuiq́ homini ſi-
cut crediderit: ſecundum menſuram fidei re-
metietur ei iſta a domino gratia. Ideoq́ dixit
ad illum dominus. *Sicut credidiſti fiat tibi.*
Credidiſti eñ ꝙ ego omnia poſſum, omnium
q́ dominus ego ſum. *Sicut credidiſti fiat ti-
bi.* Credamus & nos chariſſimi fratres Ieſum
Chriſtum deum ac dominum noſtrũ omnia
poſſe, vbiq́ ꝑ́ſentem eſſe: & nobis remiſſiones
cunctorum peccatorum indulgentia ſua (ſi
tamen eius præcepta ſeruemus) largiri, vt &
vnuſquiſq́ noſtrum cum centurione iſto au-
dire mereatur: Vade, ſicut credidiſti fiat ti-
bi: adiuuãte ipſo domino noſtro, qui cum pa
tre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula
ſeculorum. Amen.

IN ILLO tempore, aſcendẽte ,,
Ieſu nauiculã ſecuti ſunt eũ ,,
diſcipuli eius. Et ecce motus ,,
magnus factꝰ eſt in mari, ita ,,
vt nauicula operiretur flucti ,,
bus. Et reliqua. Matth. VIII. ,,

Homilia Origenis *Sexta.*

INgrediente dño in nauiculã D
ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius,
nõ imbecilles, ſed firmi & ſta
biles in fide: manſueti, & pii,
ſpernentes mundũ: nõ dupli
ci corde, ſed ſimplici. Hi ergo
ſecuti ſunt eum, non tantum greſſus eius ſe-
quentes, ſed magis ſanitatem comitantes, &
iuſtitiam eius conſectantes. Et ecce tempeſtas
magna facta eſt in naui, ita vt nauicula operi
retur fluctibus. Cum enim multa magna &
miranda oſtendiſſet in terra, tranſiit ad mare
vt ibidẽ adhuc excellẽtiora opera demonſtra
ret: quatinus terræ mariſq́ dñm ſe eſſe cũctis
oſtẽderet. Ingreſſus ergo nauiculã fecit turba
ri mare, cõmouit vẽtos, cõcitauit fluctus. Cur B
hoc? ideo vt diſcipulos in timorem mitteret,
& ſuum auxiliũ poſtularent, ſuamq́ potentiã
rogantibus manifeſtaret. Illa tempeſtas non

ex se orta est, sed potestati paruit īpātis ei⁹ Qui educit ventos de thesauris suis, Qui ter minū mari arenā cōstituit. Dixit em̄ ei: Vsq; huc venies, & nō supgredieris, sed ī temetipso cōfringenē fluctus tui. Hui⁹ ergo iussione & pcepto orta est tēpestas in mari ppter occa siones superius memoratas: facta est tempestas magna, & non pusilla, vt magnū opus & non pusillū ostenderet. Quātoq; fluctus nauiculæ magis irruebāt, tāto magis discipulos timor cōturbabat: vt plus desiderarent ad liberādū
F se mirabilia Saluatoris. Dñs vero dormiebat. O res mirabilis, & stupēda. Is qui nūq̄ obdor miuit, dormit. Is qui cælū & terrā gubernat, dormit. Is q nunq̄ dormit, neq; dormitat: dor mire dicitur. Dormiebat quidem corpore, sed diuino nutu cōturbabat mare, erigebatq; flu ctus, & apostolos conterrebat, suā ostensurus potentiā. Dormiebat corpore, sicuti & ad pu teū de itinere fatigatus sedebat: demōstrāsq; vere humanū portabat corpus, qd̄ corrupti bile induerat. Ipse corpore dormiebat, deitate vero concitabat & cōturbabat mare, & iterū cōplacabat. Dormiebat itaq; corpore vt apo stolos suscitaret, faceretq; vigilare: præcipue aūt ne oēs nos vnq̄ animo dormiamus, vel in tellectu, aut prudētia, sed vigilare in omni tē pore & iubilare dño, & salutē ab eo postulare
G studeamus. Nā qa ipse q dormiebat corpore, illud secūdū verbū dicit: Ego dormio, & cor meū vigilat. Ad quē accedētes discipuli, susci tabāt eū: dicētes. Dñe salua nos, perim⁹. Tāto fuerāt metu cōterriti, & pœne aīo alienati: vt irruerent in eū, & non modeste ac leniter sug gererent, sed turbulēter suscitarēt eū, dicētes. Dñe salua nos, pimus. O beati, O veraces dis cipuli, Dñm Saluatorem vobiscū habetis, & periculū timetis! Vita vobiscū est, & de mor te solliciti estis! Maris tumore tremētes crea torē eius p̄sentē ita suscitatis quasi non possit
H dormiēte corpore fluctus sedare, vel mitiga re. Sed qd respōdēt dilectissimi discipuli? Par uuli, inquiūt, sumus, adhuc infirmi, & nondū robusti: ideoq; timemus, ideoq; trepidamus. Necdū vidimus crucē, necdū nos cōfirmauit passio dñi, & resurrectio, nō ascensio in cœlos, nec promissi descensio sancti spiritus paracle ti: propterea fragilitate nutamus: propterea & sępius audiuimus a dño increpatione pusil lę fidei. Supportamus, toleramus libēter, volū tarie sustinemus. Vñ & nūc dicit dñs: Quare turbati estis pusillę fidei? Cur nō habetis for titudinē? Cur nō habetis cōfidētiā, & fiduciā apud me tenetis? Et si mors irrueret, nōne eā debuistis cōstātissime sustinere! Ad omnę em̄ quicqd euenerit fortitudo necessaria est: ad ō mne piculū vel tribulationē vsq; ad exitū aīę. Similiter & circa delicias, & diuitias, & terre nos honores, aī fortitudo tenēda ē: vt neq; ex tollatis o hō, neq; in supbiā erigaris: nō despi cias īimicos, nec humilē spnas: neq; obliuiscæ ris dñm: neq; derelinquas creatorē: nec existas ingratus. Si ergo ī necessitate, & ī piculis for titudo necessaria ē, vt viriliter cū fide toleres vniuersa: multo magis circa delicias, vt dictū est, & luxurias fortitudo necessaria ē: ne ī mus I cipulā incidas diaboli. Quare turbati estis pu sillę fidei? Si potētē me sup terrā cognouistis: A quare nō creditis q & in mari potens sim? Si deū me vere eē, & creatorē omniū suscepistis, quare nō creditis q ea quę a me facta sunt in mea habeā potestate? Quare ergo dubitastis pusillę fidei? Qui pusillū credit, arguet: & qui nihil credit, cōtemnet. Fragiles in fide corri pient, alieni oīno a fide punient. Tales fuerūt Iudęi, & Pagani, ideo ī malis suis euanuerūt: tales hęretici, ideoq; in die iudicii dānabunt. Tūc surgēs imperauit ventis, & mari, & facta est tranqllitas magna. Scriptū fuit: Et exurre xit tāq̄ dormiēs dñs, tāq̄ potens crapulatus a vino: & pcussit inimicos suos ī posteriora. Et nunc surgens imperauit ventis, & mari, & fa cta est tranqllitas magna. Imperauit ventis & mari sicut creator, sicut suis: vt potēs, vt dñs imperauit vētis, & mari. Primitus ante disci pulos vt audiētes firmarenē ī fide, & potētia diuinitatis occulta, impabat & cōminabat ei: magis autē regebat, & placabat illud: secūdū qd quidā ait. Imperauit ergo vētis, & mari, & facta est tranqllitas. De magno vento, & tēp state magna mari cōturbato & tumentī, facta est tranquillitas magna. Decet hūc magnum magna & miranda facere: ideo paulo ante ma gna accinctus potētia magnifice conturbauit profundū maris: & nūc iterū ī eo ipso ostēdēs suę magnificētiā maiestatis, trāquillitatē ma gnā fieri iussit. Hoc ideo, vt nimiū cōturbati Apostoli magnifice exhilarati lętarent. Dedit em̄ per hęc oīa nobis figurā dñs, & doctrinæ K imaginē, vt & nos in om̄i cōturbatione, & cō tumelia patiētiā teneam⁹: stabiles simus, fidē nō deseramus. Et si oīs iste mūdus tanq̄ mare ebulliat, atq; in furorē cōsurgat: & si oēs vētī & vertigines dæmonū vndiq; sęuiāt: & si oēs (vt diximus) tēpestates maris. i. oēs principa tus, & potestates mūdi cōcitētur, & in tumo re iracūdię spument, vt surgāt super sanctos: & si adhuc vsq; ad cęlos sese extollāt, vt tēp states maris, malignitates, & dolos, & fremi tus cōcitent aduersus aliquem vestrū: nolite

timere, nolite turbari, nolite cõtremiscere, cõcitantes aduersus aliquem vestrum nolite deA ficere. Omnes enim quotquot in fidei nauicula cũ domino nauigatis, omnes quotquot in hac nimirũ sanctę ecclesiæ nauicula cũ domino p hũc vndosũm supernatatis mundum: et si ipse dominus pio dormiat somno, vestrã patientiã & tolerantiam expectans, vel impiorũ pœnitentiã & conuersionem sustinens: alacriter accedite ad eũ orationibus instantes, atq̃ cũ propheta dicentes: Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas i finem. Et iterũ. Exurge dñe adiuua nos, & libera nos p pter nomen tuũ. Et ipse surgens imperat ventis, id est aereis dęmonũ spiritib[9]: ipsi em̃ maris tempestates commouẽt, hoc est amaros cõcitant & elatos fluctus, huius principes mundi, ad persecutiones omnibus sanctis immittẽdas, ad contumelias fidelibus ingerendas. Omnibus dominus imperat, omnibus cõminatur, omnia mitigat: facitq̃ trãquillitatem magnã circa corpus & spiritum, pacẽ ecclesię, & serenitatem mundo. Scitis nãq̃ quomodo sæpius consilia infidelium commota sunt aduersus verã & firmã ecclesiã, aliquoties hęreticorum, aliquoties paganorũ: q̃ comminantes & conterentes huius principes mũdi p oĩa pdere se ecclesiæ filios arbitrantur. Sed surgẽs dominus increpauit ventos dæmonũ, & omnes euanescere fecit audaces aduersarios fidei: magnãq̃ pacem & tranquillitatem dedit ecclesię suę. Homines aũt illi in nauicula mirati sunt Qui homines? scilicet hanc habentes nauiculam, & ei intẽdentes nauiculę. Non putes hic Apostolos significatos: nusq̃ em̃ inuenimus p̃ter honorem dictos discipulos, sed semper aut apostoli, aut discipuli nominantur. Mirabant̃ ergo hi homines, hi qui cũ eo nauigabant, hi quorũ erat nauicula, hi qui in eadem nauicula sese trãsferebãt. Hi mirabant̃, & admiratione dignum fuit, mare ac profundũ commotũ mitigari, eiusq̃ elatos deplacari fluctus, vẽtos furentes compesci. Mirabãtur ergo dicentes: Qualis est iste, quia vẽti & mare obœdiũt ei. Nõ interrogãtes dicũt, qualis est iste: sed asserentes q̃ iste talis est cui venti & mare obœdiunt. Qualis est iste, hoc est quantus, q̃ fortis, q̃ potens, q̃ magnus. Qualis est iste, maior Moyse, potentior Helia. Illi em̃ ambo, quorũ vnus ligno mari percusso cũ labore discedir, ali[9] ictu meloręq Iordanẽ trãsiit. Iste vero vno verbo mandat illis qui non habent verba, & obœdiunt ei: his qui nõ habent auditũ, & obtemperant ei: His qui prudentię & intellectus expertes sunt inclinant̃ iubenti. Quibus neq̃ loquela, neq̃ (vt diximus) sermo, obœdiũt. In eadẽ autẽ substantia in qua sunt, & sua natura mouent̃, & eius iussioni deseruiunt, ad con fusionẽ mortaliũ, ad cõdemnationẽ corruptibilium. Iubet mari, & non cõtemnit: dicit vẽtis & tẽpestatibus, & mox cõpescuntur: iubet & omni creaturę, & non supergredit̃ iussionẽ eius: & vnũ hoĩm genus, & vnũ qd̃ secũdum similitudinẽ dei honoratũ est, cui verbum & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tãtũ inobœdiẽtes sunt, hi soli contemnũt. Ideoq̃ & hi in iudicio damnabunt̃, & a iustitia punient̃, velut deteriores mutis aĩalibus, vel iis q̃ sine spiritu & anima sunt in isto mũdo. Mirabant̃ ergo illi quia mare cõpescitur, & vẽti mitigati sunt: admiremur & nos quãdo benignitates & beneuolẽtias ostẽdit circa nos dominus: quãdo nos de periculis saluare dignat̃, quãdo de tumultib[9] nos liberat: quãdo ab inimicis insequentibus eruit nos. Miremur, & mirantes gratias agamus, gratię obœdiamus, obœdientes timeamus, timentes diligamus, vt æternę charitatis ab eodẽ hęredes efficiamur. Mirabant̃ dicentes: Qualis est iste. Sicut homo videtur, & sicut deus potentiam ostendit: sicut vnus carnalium putatur esse, & super omnia carnalia, magna ostẽdit mirabilia. Dormit sicut homo, & imperat mari & ventis sicut deus. In nauicula sedet, & omnẽ creaturã iussione inclinat vbi vult Iesus Christus dñs noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorũ. Amen.

ET Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis. Matthęi. XV.
Homilia Origenis Septima.

MIra res o euangelista. Et ecce B mulier. Caput peccati, arma diaboli, expulsio paradisi, delicti mater, corruptio legis antiquæ. Et ecce mulier veniebat ad dñm Iesum. Mulier Chananęa, mulier alienigena, de gentib[9] nouella plãtatio. Mirum negocium. Iudęi fugiunt: Chananæa sequitur: domestici derelinquunt, alienigena hæret, iungere & proxima re cupit. Et ecce mulier de finib[9] illis egressa clamabat dicens: Miserere mei domine fili Dauid. Mulier hæc euangelista efficitur. Probauit enim diuini consilii sacramentum, quando & diuinam virtutem obsecratur, & carnis naturam confitetur, dicens: Miserere mei domine fili Dauid. Considera pulchram mulieris mentem, vide quid dicat. Non est bonum inquit, in actibus meis, non mihi de conuer-

satione iustitia:ad misericordiam tuã confugio,vbi nõ cedit,nec reqrit locus saluãdi. Et quomodo ausa est mulier legis ignara,tã iniqua,sic abrupte accedere ad fontẽ salutis? Nõ petiit Iacobũ,nõ rogauit Ioãnẽ,nõ accessit ad Petrũ:sed hos intermittens qd dicit? Non est mihi necessarius fideiussor. Suscepit in se poenitẽtię patrociniũ,& sola cucurrit ad dñm,te
C net eũ in voce,& dicit : Miserere mei dñe fili Dauid.Ideo descendisti,ideo carnẽ suscepisti, vt ego loquar ad te,& cũ fiducia petã.Cherubim aspectũ ei⁹ tremũt in cęlo,& in terra mulier nõ formidat. Angeli metuũt in excelsis,& mulier nõ erubescit in terris.Instar opportune,& vocẽ suã exaggerat dicẽs: Miserere mei fili Dauid.Nõ habeo opus spõsore,p me accedo,p me obsecro,miserere mei. Quid tibi op⁹ est? Misericordiã quęro.Quid pateris? Dolorẽ quẽ nõ suffero.Quid habes? Filia me captiua tenet.Quid illi est? Male a daemonio vexat.Et quid nũc? Miserere mei dñe,pignus meũ cõsumit,& ps corporis mei violat. Opinio iniqua exit de filia mea.Noli me vereri peccatricẽ, & miserã, qm̃ tu es de⁹ q secreta cõsideras.Filia mea male a daemonio vexat. Quid desideras? Vt liberet de plaga.Miserabilis luct⁹ cõcludit vterũ meũ,& animã meã pturbat saeua tempestas.Quid faciam,nescio:patit misera,nec sentit tormẽta,nec mortẽ scit timere,nec vitam
D sperare.Miserere mei.Iacet cõfusa, & causam tormenti ignorat.Me aspice dñe,me exaudi: cũ fiducia peto, vide diuturna vulnera mea. Illa patit,& ego deficio:passio ei⁹ pauorẽ cũctis incutit,cũctis sum spectaculũ.Quid faciã, aut quo vadã,nescio.Nõ possum ab illa diuelli,nõ põr sola derelinqui:nõ eñ deforis venit, sed intus est expugnator:in se habet hostẽ inclusum & gladiũ.Nauis est q̃ de se cõcutit tẽ
E pestatẽ:nõ inuenio nomẽ passionis ei⁹.Miserere mei dñe fili Dauid. Vtinã defuncta fuisset filia mea prius q̃ sic viueret.Si eñ mortua fuisset,& sepulta:transacto iã tẽpore oblita fuissem , nec meminissem vulneris , aut doloris. Nũc vero cadauer est semp ĩ domo mea, casa mea sepulcrũ ei⁹:auget quotidie vuln⁹ meũ, augescit & opprobrium:quoniã video oculis meis toruũ aspectũ torqueri,manu crinis vittas dissolui & dilacerari, spumas ex ore diffũdi,dari voces,& mugitum horrendũ, saeuire intus inuisibilẽ inimicũ , & pugnã manifestã. Miserere mei dñe, qm̃ filia mea erat , & facta est daemonis esca.Non audeo illi proximare,
F nõ ausa sum cõtingere,phibet me pauor, expellit ipa passio dura.Miserere mei fili Dauid. Qui ex vobis patres fuerunt,adiuuent verba mea:quę matres,lachrymẽt vna mecũ , qa nõ sufficio exponere dolorẽ quẽ mulier ista sustinet.Miserere mei fili Dauid.O prudentia foeminę:nõ iuit ad hoĩes seductores, non secuta est vates fallaces,non q̃siuit inanes ligaturas, aut ad falsa cõfugit praesidia: sed omnẽ relinquẽs diaboli cultum venit ad dominũ Iesum oĩm Saluatorẽ,& dicit: Miserere mei dñe fili
Dauid, filia mea male vexat. Vidisti sensum G
mulieris,probasti sapiẽtiã eius,sed vide aliud nouũ & inexptũ negociũ:petit, & obsecrat, & lamentum suum produxit in clamorem,& amator omniũ deus non respondit ei verbũ. Tacet fons vitę,& pius medicus cõtinet medicinã,& abnegat curã. Quid est hoc? nescio. Si nõ quęrentes contemnis: quare nõ suscipis pulsantem mulierem? O sapientia medici. Dominus(inquit)non respõdit ei verbum : quapropter nisi vt detegeret sapientiae suae veritatẽ? Propterea dicũt ei discipuli:Dimitte eã, quia clamat post nos.Sed omnipotẽs deus vitam mulieris,virtutẽq pensabat. Et quid ait?
Nõ sum missus nisi ad oues quę perierũt do- H
mus Israel.Nihil pficiũt nec ipsi apostoli suggerẽtes:velox medicus differt magis curam, & exulcerat vulnus, & potestatẽ suã arte qua dã excusat,vt latẽtia panderet sacramẽta.Nõ sum(inqt) missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel.Hic modo cõsiderate sermonẽ, & ad verba mea dirigite intellectũ:qm̃ pfundam volo comparationem exponere.Nõ sum (inqt)missus nisi ad oues pditas Israel.Quid est hoc verbũ? Quę est ista excusatio tua? Nũqd ideo te corpore velasti,vt vnũ tãtũmodo angulũ liberares? & integrũ relinquẽs orbem Pontum,& Asiam,Aegyptum,& Ciliciam,& Cappadociã,& reliquas nationes, & de Israel tãtũmodo curãs relinquis terram desertam, nationes despectas,& solis Iudęis factus es liberator? Non vides iniuriã patris tui in falsis simulacris,& dęmonum cęrimoniis exerceri? An non etiã hoc prophetae vulgarunt? Quid dicit affinis tuus Dauid? Postula a me, & dabo tibi gentes hęreditatẽ tuã,& possessionem terminos &c.Quid Esaias,q oculis suis respexit? Exurget virga de radice Iesse,qui dominabitur omnibus gentibus , & in eũ fines terrae sperabunt.Quid Iacob patriarcha dixit? Non deficiet princeps de Iuda,& dux de femorib⁹ eius, donec veniat dominator omniũ cui destinatum est domini,& hic est expectatio gentiũ.Quid enim Zacharias propheta? Propter nos(inquit)claudentur portae aereae, quoniã ab ortu solis vsq ad occasum gloriabuntur nomen domini in omni loco, & effundentur

libamina ante ipsum. Dauid ipse quid iterũ dixit? Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis: qm̃ deus excelsus terribilis rex magnus super omnẽ terrã.

A Deniq; quãdo natus es ĩ carne, quos vocasti? Nonne Magos? Nunquid venisti vocare prophetas, qui ipsam salutẽ gentibus cecinerũt? Apostolos etiam cum mitteres, quid eis mãdasti? Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spirit⁹ sancti. Et nunc misera hæc mulier acris doloris stimulis coarctata rogat te, & obsecrat pro filia sua, vt eam a funesta passione absoluas: modo dicis, Nõ sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Venit ad te Centurio rogans pro puero, & dixisti: Ego veniens curabo eum. Pendenti latroni paradisum reserasti: Paralytico imperasti, dicens: Surge, tolle lectum tuum, & ambula: Lazarus vocatus de monumento rediuiuus surrexit: varia quoq; languorum genera verbo sanasti: Latronem liberasti: Meretricem virginibus prætulisti: & solam miseram hanc mulierem Chananęam despicis deprecantem. Quid est

B hoc verbum, miraculum inauditum? Nunc intendite, vt sciatis quale compendium incipit reuelare. Quãdo liberatus est Israel a plagis Aegyptiorum, & a Pharaonis exercitu, & transiuit populus per desertũ: pręcepit dominus in lege Iudæis, vt non communicarẽt Chananęis, nec conuenirẽt cum eis: qm̃ sine lege erant idola immunda colentes. Pręcepit etiam dominus in lege Iudæis, vt non mercarentur cum eis nec connubia in semine eorum miscerẽt: ne per hoc a suis legitimis priuarentur, & profanis idolorum cultibus iungerentur. Aspice, & considera, & intẽde quæ dico, quia adhuc in textura est tela. Mulier ista Chananæa, de gente immunda, quibus

C non licebat cõmunicare cum eis. Quid ergo? Sub lege venerat dominus vt adimpleret, nõ vt solueret legem. Igitur si ad momentũ audisset mulierem, dicere haberent Iudæi: Ideo te non audimus, nec sequimur, qm̃ soluis legem. Præcepit omnis lex abstinere a Chananæis: propter hoc tacet dominus, propter hoc non respondit mulieri. Vide quomodo legem cõseruat, vt Iudæos confundat, dicẽs. Quisnam vestrũ arguet me de peccato? Ecce non respicio ad mulierem Chananęam, ecce clamat sine causa, obsecrat, & nõ exauditur. Ecce quomodo teneo legis formam, ne dicatis, qm̃ præteristi legem: ideo non credimus in te. Ergo non ex me, sed ex vobis est error. Obmutescite itaq; propter obseruantiam legis, ecce populus quem nõ cognouimus seruire festinat. Nolite itaq; argumentosis occasionibus vti: Ecce a non cognoscentibus me cognitus sum, & a cognitis ignoratus. Ecce alienigenæ obsecundant, & domestici refugiunt. Hæc est itaq; prima causa, qua distulerit dominus respõdere mulieri. Propterea D

perstitit domino in clamore dicens: Adiuua me deus. Ad hoc tamen ipse respondit. Non licet tollere panem filiorum, & mittere canibus. Qui sunt filii? Iudæi quos confundit, dicens ꝙ fuerunt filii, & facti sunt canes, de quibus Paulus dicit. Videte canes, videte malos operarios, videte interfectores. Nos vero qui velut canes eramus de gentibus, facti sumus filii in eorum radice: quos ita exhortatur Paulus. Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vobis. Excusat ergo Iudæos cum dicit. Non licet tollere panẽ filiorum, & mittere canibus. Sed quid respõdit mulier? Etiã domine potes, si velis. E

O mulier violenta: Dominus dicit, Non licet: & illa dicit: Etiam domine potes si velis. Oblita verecundia, & intermisso pudore conatur vincere dominum. Dominus dicit, Non licet tollere panem filiorum, & mittere canibus: & illa respondet: Etiam domine sum qđ dicis, canem me vocas, canis sum, cognosco nomen meũ, confundis me, sed non recedã a te. Canis sum, sequar te quasi canis, vt porrigas mihi aliquid. Non quęro panem filiorum, da mihi vel micas quas catuli manducant, quæ cadunt de mensa dominorum suorũ. O certamen pietatis. O prudentia fœminæ. Canis sum domine, sum etenim. F

Itaq; nutri me velut canem, qa non possum relinquere mẽsam domini mei. Sed quia canem me appellas, saltẽ porrige mihi micas. Dixisti causam meã, distulisti petitiones meas, & manifestasti conditionem meam: adiuua me nunc, quoniam catelli edunt de mẽsa dominorum suorum. O mulier accepisti subito laudem, & inuẽta es electis electior: idcirco tacet domin⁹. Ideo distulit & protraxit, vt mentem tuam perpẽderet, & viuam de te produceret vocem. Si eñ statim vt cœpisti petere accepisses, recessisses: & nemo fidem tuã probasset, nullusq; mentis tuæ cognouisset arcanum. Nunc autem qa intelligis dei virtutem, & sic te pure cognoscis vt dicas, etiã catelli edunt de mensa dominorum suorum: laudo te, & ego tibi dico: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

Finis Homiliæ. VII.

Homilia de Epiphania Dñi,quã multi putãt esse Adamãtii Origenis,licet nõ plene stylũ eiusdẽ redoleat.Idcirco sicut ĩter eius opera comperta est,ita inter eadem reponere curauimus.Et est Octaua.

G HOdie verus sol ortꝰ est mũdo.Hodie in tenebris seculi lumen exortum est.Deus factus est homo, vt homo fieret deꝰ.Formã dñs serui acceperit:vt seruꝰ verteret ĩ dominũ.Hodie cęlorũ habitator & cõditor habitauit ĩ terris, vt hõ colonꝰ retrę migraret in cęlũ.O dies omĩ sole lucidior.O tempus a cũctis seculis expectatius.Qđ pstolabanẽ angeli,qđ Cherubim & Seraphim & cęlorũ mysteria nesciebãt:hoc in nostro tẽpore reuelatũ est.Qđ illi videbãt p speculũ,& p imaginẽ, nos cernimus in veritate.Qui loquebat ĩ Israelitico populo p Esaiã,Hieremiã, & cæteros pphetas:nũc nobis p filiũ loquit.Videte qđ sit ĩter vetus testamẽtũ & nouũ.In illis loqbat p nubilũ,nobis loquit p serenũ.Ibi deus videbat in rubo, hic de virgine deus nascit. Ibi ignis erat populi pctã cõsumẽs, hic hõ ẽ ppli pctã dimittẽs,immo dñs ignoscẽs seruis suis.Nemo.n.põt pctã dimittere,nisi solꝰ deꝰ.

H Siue hodie natꝰ est dñs Iesus,siue hodie baptizatꝰ,diuersa gpp opinio fert in mũdo, & p traditionũ varietate sentẽtia ẽ nobis:illud cõstat ad liquidũ,ꝙ siue hodie natꝰ ex virgine est,siue renatꝰ ĩ baptismo,& natiuitas carnis & spũs nobis pficit.Vtrũq mysteriũ meũ est,vtrũq vtilitas mea est. Dei filius nõ habebat necessariũ vt nasceret & baptizaret: neq eñ pctm̃ fecerat qđ ei remitteretur in baptismo,sed illiꝰ hũilitas,nostra sublimitas est:illiꝰ crux,nra victoria est:illiꝰ patibulũ,noster triũphꝰ.Gaudẽtes leuemus hoc signũ,in humeris nostris victoriarũ vexilla portemꝰ.Immortale lauacrũ portemus in frõtibꝰ nostris. Cũ dęmones viderint,cõtremiscẽt.Qui aurata capitolia nõ timẽt,crucẽ timent. Qui contẽnunt sceptra regalia,& purpuras Cęsarũ & dapes:Christiani sordes & ieiunia primescũt.

I Deniq in Ezechiele ppheta cũ oẽs q missus fuerat angelus occidisset, & interfectio cõpisset a sãctis,illi tãtũmodo sospites reseruãtur,quos T,tau literę,id est crucis pictura signauerat.Exultemꝰ itaq fratres charissimi, & ad crucis similitudinẽ sanctas in cælũ leuemus manus:cũ sic nos dęmones armatos viderint,opprimenẽ.Qñ Moyses erectas habebat manus,vincebat Amalech.Si paululũ illę cõciderãt,inualescebat.Antennæ nauiũ,velorũ cornua,sub figura nostrę crucis volitant. Aues quoq ipsæ qñ ĩ sublimiora obuoluunt & pẽdẽt p aera extẽsis alis,imitant crucẽ.Sed & tropęa ipsa,& victorię triũphorũ ornatę cruces sunt:Quas nõ solũ in frõtibꝰ,sed & in aĩabꝰ quoq nostris habere debemꝰ, vt cũ sic fuerimꝰ armati,calcemꝰ sup aspidem & basiliscũ in Christo Iesu:cui est gloria cũ deo patre,& spũ sancto in secula seculorum.Amen.

IN illo tẽpore,dixit Iesus discipulis suis.Cũ venerit filiꝰ hoĩs ĩ maiestate sua & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit ĩ sede maiestatis suę.Et reliqua. Matthæi.XXV.

Homilia Origenis.IX.

EVangelicus qdẽ sermo videt esse manifestꝰ,qñ exhortans hoĩes ad dãdũ & largiẽndũ, & auertẽs ab oĩ inhũanitate & parcitate.Videamꝰ tñ qđ qrere in eo oportet ppter il- K los q aliud nihil arbitrant in eo nisi exhortationẽ hũanitatis.Certe scđm gloriosũ Christi aduẽtũ fore credit oĩs ecclesia,qñ & filius dei q assumptꝰ est in gloria,sic cũ gloria huc reuertet in specie sua, & pulchritudine sua, vt corpus eiꝰ sit quale fuit cũ trãsformatꝰ est in mõte discipulis tribꝰ coassistẽtibꝰ ei:vt iã nõ tribꝰ,nec aliis paucis,sed vniuersis gẽtibus cõgregatis ante eũ appareat.Et sedebit sup sedẽ glorię suę,& tunc segregabit bonos & malos.Quantũ ergo ptinet ad simplicẽ textũ,nec q a dextris cõsistũt alia cã laudant,& in pparatũ regnũ vocant,nisi ppter hũanitatẽ solã:nec q sunt a sinistris,alia cã cõfundũtur,& deputant in ignẽ,nisi ppter inhũanitatẽ.Quid ergo si isti q hũani fuerũt,circa virtutes cęteras negligẽtes fuerũt:cõsequent talia hęc pmissa?aut illi q nõ fuerunt hũani,si alias ipleuerũt virtutes:maledicti erũt oĩno, & igne sũt cõdẽnãdi,& hoc cũ ipso diabolo? Vides ergo ꝙ necessariã habet sapiẽtiam sermo.Itẽ tractãdũ est vtrũ ĩ loco futurꝰ est Saluatoris aduẽtꝰ in gloria, an alterã expositionẽ debemus exqrere.Quis eñ locus ille erit, vt accipiat oẽs angelos veniẽtes cũ Christo ĩ vno aspectu,& oẽs gẽtes illic congregatas?Et de sede glorię eiꝰ qđ est dicẽdũ? Putas corpale aliqđ subsellium erit?an etiã hoc opus ĩterpretatione habet subtiliori?Propterea q vult oĩa rationabiliter intelligere, multã sapientiã inueniet & in istis. Et piculosum qdẽ est de huiusmodi rebꝰ exponere:sed ne propter intellectus difficultatẽ penitus tacentes derelinqua

mus eos q mouent̃ i his ad fluctuãdũ:pauca
de multis secũdũ q possibile est exponamus.
A Existimo ergo q erit tẽpus aduẽtus Christi,
quinimmo tãta manifestatio futura est Chri
sti & diuinitatis eius,vt nõ solũ nullus iusto
rũ,sed nec aliqs peccatorũ ignoret Christum
secũdũ qđ est: qñ & peccatores cognoscẽt in
cõspectu suo sua delicta, & iusti manifeste vi
debũt semina iustitię suę ad qualẽ eos pduxe
rũt finẽ:& hoc est qđ dictũ est,Cõgregabunt̃
ante eũ oẽs gẽtes.Cognoscũt Christũ secũdũ
qđ est,nec ipsi qđ vident̃ cognoscere palã eũ
cognoscũt:sed in fide tñ intrãt hoies in con
spectu eius qñ cognitionẽ ei⁹ accipiũt p fidẽ,
sicut scriptũ est,Intrare i cõspectu ei⁹ in exul
tatione.Quin magis recte dicunt̃ oẽs gentes
ante eũ cõgregãdę,& cõstituẽdę, qñ palã oĩ
bus tã bonis q̃ malis, tã fidelib⁹ q̃ infidelib⁹
fuerit factus manifest⁹ ante oculos mẽtis eo
rũ:iã nõ fidei aut diligẽtię alicui⁹ inqsitione
repertus,sed ipsius suę diuinitatis manifesta
B tione pbatus.Nõ eñ i aliquo qdẽ loco appa
rebit filius dei,cũ venerit in gloria sua,& in
altero nõ apparebit:sed sicut ipse secũdũ cõ
parationẽ fulguris exeũtis aduẽtũ suũ voluit
demõstrare,dicens:Si dixerint vobis:Ecce in
deserto est,nolite exire:Ecce in domo,nolite
credere.Sicut eñ fulgur egredit̃ ab oriẽte,&
apparet vsq; in occidẽtẽ: sic cũ venerit filius
hoĩs in gloria sua.Propter qđ vbiq; futurus
est:ipse i cõspectu oĩm erit vbiq;,& oẽs vbiq;
erũt in cõspectu ipsius: & sic cõstituent̃ ante
sedẽ glorię eius:hoc est ante regnũ ei⁹,& po
C testatẽ dñationis eius.Sedes aũt eius,aut cer
te qdã pfectiores dicunt̃ sanctorũ: de qb⁹ scri
ptũ est:Qm̃ illic sederũt sedes in iudicio:aut
quędã virtutes angelicę,de qb⁹ dicit̃,Siue se
des,siue dñationes.Ergo rex seculorũ de⁹ ver
bũ, q & in forma factus est hoĩs, sedebit sup
hmõi sedẽ glorię suæ: & cõgregabunt̃ ad eũ
oẽs gẽtes iã nõ dispersæ i dogmatibus falsis,
& multis de eo:& sic erũt ante eũ:vt nõ loca
liter audim⁹ iustos ea dicturos q̃ sunt dictu
ri.Qđdiu ergo cõfusi sunt iniq, nec se cogno
scẽtes,nec Christũ,sed in erroribus tenebri-
cati tenent̃,& iusti qđiu p speculũ & in ænig
mate vidẽt,& ex pte seipsos cognoscũt, nõ
secũdũ qđ vere sunt:tãdiu nõ sunt segregati
boni a malis.Cũ aũt ppter manifestationẽ fi
lii dei,oẽs ad intellectũ venerint suũ:tũc Sal
D uator segregabit bonos a malis.Oues aũt di
cti sunt q saluant̃ ppter mãsuetudinẽ quã di
dicerunt ab eo q dixit:Discite a me qa mitis
sum & humilis corde. Et ppter hoc vsq; ad
occisionẽ parati fuerũt venire imitãtes Chri
stũ,qa sicut ouis ad occisionem ductus est,&
sicut agn⁹ corã tõdẽte se sine voce:& nõ sim
pliciter sine voce,sed corã tõdẽte,id est corã
auferẽte q̃ sunt ipsius & diripiẽte.Hœdi aũt
dicunt̃ mali,q aspera & dura saxa male ascen
dũt,& p pcipitia eorũ incedũt.Sic itelligi mi
hi videt̃, Et sanctos a dextris,& dextera opa
operati sunt,& plenius sunt cõuersi ad iusti-
tiã,q̃ semp a dextris est dei. Propterea secun
dũ dignitatẽ actuũ suorũ dextrorũ a dextris
cõsistũt, & acceperũt mercedẽ suorũ dextro-
rũ dexterã regis,in qua gloria & requies est.
Qui aũt ob puersitatẽ vitę seipsos separaue-
runt a dextris, ppter opa sua pessima & sini-
stra ceciderũt i sinistrã.i.i tristitiã tormẽtorũ
damnati q a sinistris cõsistũt.Et dicet ad eos E
q sunt a dextris,inuitãs eos ad se,Venite:vt
qcqd min⁹ fuerat eis,cũ pfectius vniti fuerit
Christo cõsequant̃ audiẽtes Venite,& faciẽ-
tes.Tale est & qdẽ qđ dicit apđ Lucã, Aufer
te talẽtũ ab eo,& date ei q habet decẽ.Ei au
tẽ q nõ habet,& hoc qđ videt̃ habere auferet̃
ab eo.Vocat aũt illos addito,Bñdicti patris
mei, vt eminẽtia benedictiõis eorũ manifeste
tur,q benedicti sunt a dño,q fecit cęlũ & ter
rã:& forsitã qa sunt aliq benedicti iferiores,
qui qdẽ benedicti sunt nõ aũt patris.Accipi-
te regnũ qđ vobis paratũ est ab origine mũ-
di.Qđ in latino habet cõstitutionẽ,in greco F
habet dispositionẽ mũdi.Esuriui eñ & dedi
stis mihi mãducare &c.Videt̃ mihi p hęc q
vni⁹ iustitiæ species remunerat̃, sicut existi-
mãt multi.Absurdũ est eñ nihil aliud intel-
ligere virtutis in eo q ita remuneratur, nisi
tñ communicationẽ humanitatis.Non autẽ
hoc dicimus,vt negligẽtius studeam⁹ huma
nitati, cũ sit oĩb⁹ fidelib⁹ pcipue obseruãda,
sed vt oĩbus adiuti supna gratia virtutibus
ęqualiter aut pœne ęqualiter studeamus,vt
propterea ex oĩbus oẽm benedictionẽ pcipia
mus in cęlestibus in Christo Iesu.Necesse est
eñ,vt q studiosus est det cibũ, & potũ,& ve
stimẽtũ Christo esuriẽti,& sitiẽti,& algẽti in
sanctis,vt hoc mõ & peregrinũ colligat,& in
firmũ visitet,& eat ad eũ i carcerẽ. Vere aũt
siue secũdũ simpliciora facta itelligam⁹, siue
secundũ spiritalia : certũ est q siue hoc siue
illo modo quis faciat opus bonũ, & nutriat
aĩas spiritalibus cibis,siue qualẽcũq; speciem
boni opis qs fuerit opat⁹ ppter deũ,Christo
esuriẽti & sitiẽti dat cibũ & potũ,siue q̃ feci-
mus sanctis,q sunt diuites meritis,pauperes
rebus,siue in quibuslibet q meritis pauperes
sunt,etsi fuerint diuites rebus, siue in quali-
buscũq; causis mandatũ Christi quis fecerit

Christũ cibat & potat, q̃ fideliũ iustitiã & ve
G ritatẽ manducat & bibit. Item Christo algen
ti teximus vestimẽtũ, accipiẽtes sapientię te-
xturã a deo, vt p doctrinã aliquos doceamus
& induam⁹ eos viscera misericordię, castita-
tẽ, mãsuetudinẽ, humilitatẽ, cęterasq̧ virtu-
tes. Quę oẽs virtutes spiritalia sunt vestimẽ-
ta eoꝝ q audiũt doctrinã docentiũ eas, secun
dũ eũ q dicit: Induite vos viscera misericor-
dię, benignitatẽ, humilitatẽ, mãsuetudinem
&c. magis aũt & ipsum Christũ, q sup hęc oia
fidelibus est, secũdũ eũ q dicit: Induite domi
num Iesum. Cum ergo huiusmodi vestimen-
tis vestiuerimus vnũ de minimis in Christo
credẽtibus, ipm dominũ videmur vestiuisse,
vt ne quantũ ad nos est, nudũ fit verbũ dei in
mũdo. Sed & peregrinũ dei filiũ cõstitutũ de
bemus inducere, & domesticos corporis eius
peregrinos ĩ mũdo ab oĩbus actibus: sicut &
ipse de se, & de discipulis suis dixit: Et isti nõ
sunt de hoc mũdo sicut & ego nõ sũ de hoc
mũdo. Et q̃rit Christ⁹ cũ suis aiam ĩ quã suc
H cedat. Quãdo ergo pparamus cor nostrũ di-
uersis virtutib⁹ ad receptaculũ ei⁹, vel illorũ
q sũnt ipsius: ipsum peregrinãtẽ suscipim⁹ in
domũ pectoris nostri faciẽtes cœnaculũ ma-
gnũ, mũdatũ & ornatũ ad susceptionẽ Chri-
sti peregrinãtis ĩ mũdo, cęterorũq̧ discipulo
rũ ipsius. Quorũ eñ verbũ suscipimus, ipsos
suscepisse videmur ĩ nobis, & ipsum Christũ
cuius baiulãt verbũ. Itẽ in infirmatis hoĩbus
siue a fide, siue ab aliquo ope bono, aut scãda
lũ patiẽtib⁹, Christ⁹ infirmat, & scãdalũ pati
tur: sicut ipse dixit ad Petrũ q̃ carnis sunt sa
piẽtẽ, Scãdalum mihi es. Sed & oẽs discipuli
ei⁹ dilecti simul cũ talib⁹ infirmãt, & scãdalũ
patiunt, dicẽtes: Quis infirmat, & nos nõ in
firmamur? Quis scãdalizat & nõ vrimur nos?
Et si discipuli coinfirmant infirmis, quãto ma
gis ipse Saluator & creator ipsoꝝ? Nã quem
maior misericordia tenet hoim ĩfirmorum:
grauius constringit ĩfirmitas talis. Cũ ergo
vnũ fratrẽ infirmatoꝝ visitauerimus aut per
doctrinã, aut p increpationẽ, aut p cõsolatio
nẽ, aut p cibos, aut p terrorẽ iudicii, aut opa
aliqua bona faciẽtes, & eũ fecerimus meliora
ri in Christo: ipm Christũ visitauimus infir
mũ, & cęteros discipulos talibus passionibus
coinfirmãtes refrigerauim⁹, sicut Paulus ad
Philemonẽ dicit: Gaudiũ eñ magnũ habui-
mus & cõsolationẽ in charitate tua, qa visce
ra sanctoꝝ requieuerũt p te frater. Et ne putes
blasphemiã infirmũ dicere Christũ. Ipse.n. in
infirmitate est crucifix⁹ ppter misericordiã,
& ipse ĩfirmitates nostras tulit, & oẽs noti

ipsi⁹. Deinde oẽe qd hic est carcer est Chri-
sti, & eoꝝ q sunt ipsius: ppterea eam⁹ ad eos
qui in domo vinculoꝝ istoꝝ habent, quasi in
carcere, & sunt ĩ hoc mũdo degẽtes q̃si ĩ car-
cere naturę necessitate cõstricti. Cũ ergo abie
rim⁹ ad tales, & oẽe opus bonũ fecerimus in
eis: visitauim⁹ eos ĩ carcere, & Christũ in eis.
Videam⁹ aũt nisi gñaliter hęc ĩtellecta, & ad
simplicẽ humilitatẽ exhortant, & ad oia lau I
dabilia facta, vt bñdictionẽ dñi dicẽtis, Veni
te bñdicti pris mei, cõseq valeam⁹ digne. Nõ
aũt iusti obliti eorũ q̃ egerũt, tũc respõdebũt
ei dicẽtes, Dñe q̃ñ te vidim⁹ esuriẽtẽ &c. sed
humilitatis causa laude benefactoꝝ suoꝝ in
dignos se pclamãtes. Ipe aũt volẽs eis ostẽde
re suã passionẽ, in suis eã pnũciat esse, in qb⁹
fuerũt fratres ei⁹, dicẽs: Amen dico vobis, ex
eo q fecistis vni minimoꝝ fratrũ meoꝝ: mi-
hi fecistis. Videam⁹ nũc qd dicit iustis, Veni
te bñdicti patris mei: Iniustis aũt, Discedite a
me. Cũ fuissẽt vtriq̧ fideles, ĩtelligim⁹ ipletũ ĩ
eis qd dictũ est: Oĩ habẽti dabit, & abũdabit:
ab eo aũt q nõ habet, & qd videt habere au-
feret ab eo. Nã ppinq sũt verbo q seruãt Dei
mãdatũ: vocant adhuc vt magis ppinq effici
ant, audiẽtes, Venite bñdicti pris mei. Longe K
aũt ab eo sũt, etsi videant assistere ei, q nõ fa
ciũt mãdata eius: pter hoc tollet ab eis q si
bi videat assistere, audiẽtes: Immo Discedite
a me maledicti in ignẽ ęternũ: vt q modo vel
vident esse ante eũ, postea nõ videantur. Pro
pter qd & nos debemus conseruare ne audia
mus & ipsi quasi elõgãtes nos ipsos a dño, Dis
cedite a me: & oĩa faciamus vt dicat ad nos,
Venite bñdicti pris mei. Cõsiderandũ est aũt
q in sanctis non solũ dictũ est benedicti, sed
cũ additamẽto patris mei, nõ qualẽcũq̧ ho-
norẽ habenti. i. bñdicti nõ alicuius alteri⁹ ni
si dei patris. Ecõtra aũt qbus dicit maledicti,
nõ dicit maledicti patris mei. Nã bñdictiõis
qdẽ minister est: maledictiõis aũt vnusqs-
q sibi est auctor, q maledictiõe digna opatus
est. Qui autem recedunt a Iesu: decidunt in
ignem æternũ, q alterius generis est ab hoc
igne quem habemus in v'u. Nullus eñ ignis
inter hoĩes est æetern⁹, sed nec multi tẽporis:
extinguit eñ cito. Aeternus aũt est ignis de
quo dicit Esaias in fine pphetię suę: Vermis
eoꝝ nõ morit, & ignis nõ extinguit. A pleris
q cõscientia accipit peccatorũ, quę torqueat
in suppliciis cõstituros, qa vitio suo atq̧ pec
cato, tãto caruerũt bono, iuxta illud qd dici
tur, Versatus sum ĩ miseriis dũ infigit mihi
spina. & in Prouerbiis. Tinea os suũ, cor ĩtel
ligẽs. & iterũ. Sicut Tinea vestimentũ, & ver

mis lignũ,sic excruciat mœror cor viri. Ita dũtaxat,vt nõ negẽt præuaricatorũ & deum negantiũ æterna supplicia,dicẽte dño.Ligate ei manus & pedes,& mittite eum in tenebras
A exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Si manus audiuimus & pedes,& tenebras exteriores,quę oculorũ pœna est lumen dei nõ vidẽtiũ,& fletũ q vtiq & ipse ad oculos pertinet,& stridor dẽtiũ: miror quosdã aereum corpus,& paulatim in aures tenues dissoluẽ dũ post resurrectionem introducere, qa dñs potẽtia maiestatis suę ad apostolos ingressus est ianuis clausis, q certe & ante resurrectionẽ pendulo super mare ambulauit incessu, & hoc ipsum apostolo præbuit Petro, vt q fide ambulauit, infidelitate postea mergeretur. Cui dictũ est, quare dubitasti modicæ fidei? Ignis quoq iuxta id accipiendus qd & vermis,qui tãdiu habeat materiam, qua vorax flãma pascatur.Si qs igit habeat in cõsciẽtia sua zizania q̃ inimicus homo dormiẽte patrefamilias supseminauit: hæc ignis exuret, hęc deuorabit incẽdiũ:& oĩm sanctorũ oculis eorũ supplicia mõstrabunt, q pro auro,& argẽto, & lapide precioso ædificauerũt sup fundamẽtum dñi fœnũ,stipulam,lignũ ignis
B pabulũ sempiternũ. Porro q volũt aliquãdo supplicia finiri,& licet post multa tempora, tamẽ terminũ habere tormẽta: his vtuntur testimoniis.Cũ intrauit plenitudo gẽtiũ:tũc oĩs Israel saluus fiet.Et iterũ.Conclusit deus omnia sub peccato,vt oĩbus misereat.Et in alio loco dicit,vel loquit sanctus.Irã dñi sustinebo:qa peccaui ei,donec iustificet causam meã,& auferat iudiciũ meũ,& educat i lucẽ. Et rursum.Benedico te dñe qm̃ iratus es mihi,auertisti faciẽ tuã a me,& miserẽ es mei. Dominus loquit ad peccatorẽ.Cũ ira furoris mei rursum sanabo. Et hoc est qd alio loco dicit.Q̃ grãdis multitudo bonitatis tuę domine,quã abscõdisti timẽtibus te. Quę autẽ replicãt affirmare cupientes post cruciatus atq tormẽta,futura refrigeria,q̃ nõ abscondenda sunt ab his qbus timor est inutilis,vt dũ supplicia formidãt peccare desistant. Qd nos dei solius debemus sciẽtię derelinquere, cuius nõ solũ misericordię,sed & tormẽta in pondere sunt:& nouit quẽ quomodo & quã do debeat iudicare:solũq dicam⁹ qd humanę cõuenit fragilitati, Domine ne in furore tuo arguas me: neq in ira tua corripias me. Et sicut diaboli, & oĩm negatorũ atq impiorũ,q dixerũt in corde suo nõ est deus, credimus æterna tormenta: sic peccatorũ,& tamẽ Christianorũ quorũ probãda sunt atq purganda in igne opa, moderatã arbitramur & mixtã clemẽtię sentẽtiã iudicis. De quo igne dicit i Iob.Deuorabit eũ ignis q nõ succẽdit. Miro valde modo paucis verbis expressus est ignis gehennę. Ignis nãq corporeus,vt esse ignis valeat, corporeis indiget fomẽtis,q cũ necesse est vt seruetur,per congesta ligna nutritur,nec valeret nisi succẽsus esset, nisi refotus subsisteret.At cõtra gehẽnę ignis cum sit corporeus,& in se missos reprobos corporaliter exurit, nec studio humano succẽdit, nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis, & succẽsione non indiget,& ardore nõ caret. Omnipotẽtis ergo dei iustitia futurorũ præscia ab ipsa mũdi origine gehennę ignem creauit,qui in pœna reproborũ esse semel inciperet, sed ardorẽ suũ etiã sine lignis nũq̃ finiret.Sciendũ vero est q omnes reprobi, q anima simul & carne peccauerũt, illic in anima pariter & carne crucientur. Cũq hoc ita sit,considerãdum est qm̃ regnũ quidẽ nõ aliis præparatũ dicit a cõstitutione mundi,nisi iustis:& ideo reddet eis illud rex eorum Christus. Ignem autem æternum nõ aliis nisi quibus dicitur,Discedite a me maligni,paratum ostendit,sicut regnũ iustis,scilicet diabolo, & angelis eius:quia quãtum ad se,homines non ad perditionem creauit,sed ad vitam & gaudium.

HANC HOMILIAM supradictam super addere voluimus,vt cõstaret quãta esset exẽplariorũ varietas,quæ non minor est q̃ inter homines facierum diuersitas.

Maria stabat ad monumentũ foris plorans.Et reliqua. Ioannis.XX.

Homilia Origenis de Maria Magdalena.

IN præsenti solennitate locuturi auribus vestrę charitatis dilectissimi: adducimur ad memoriã,quomodo beata Maria Magdalene dominũ nostrũ super omnia diligendo,discipulis fugientibus,eum ad mortẽ eunte sequebatur,ac veri amoris igni succẽsa, nimio ardens desiderio indesinenter plorans a monumento non recedebat.Maria enĩ (vt ait Euangelista) stabat ad monumẽtum foris plorãs. Audiuimus fratres Mariam ad monumẽtum foris stantẽ,audiuimus & plorãtẽ: videamus si possumus cur staret, videamus & cur ploraret.Profit nobis & illius stare,profit & illius plorare. Amor faciebat eã C

ftate, & dolor cogebat eam plorare. Stabat, & circunspiciebat, si forte videret quem diligebat. Plorabat vero, quia sublatū existimabat quem quærebat. Dolor renouatus erat, quia pri⁹ doluerat defunctū, & nūc dolebat sublatum. Et iste dolor maior erat, quia nullā consolationē habebat. Prima fuit causa doloris quia viuum perdiderat: sed de hoc dolore aliquantulam consolationem habebat, qa mortuum se retinere credebat: Nunc aūt de isto dolore cōsolari nō poterat, quia corpus defuncti nō inueniebat. Metuebat ne amor magistri sui in pectore suo frigesceret, si corpus ei⁹ nō inueniret, quo viso recalesceret. Venerat autem Maria ad monumētū, deferens secum aromata & vnguenta quę parauerat: vt sicut antea pedes viuētis vnguento precioso vnxerat, sic & nūc totum corpus defuncti, & vnguento vngeret, & aromatibus condiret: & sicut prius ad pedes eius lachrymas fuderat, fleuerat pri⁹, & lachrymis suis pedes ei⁹ rigauerat p morte animę suę, veniebat nunc ad monumentum lachrymis rigare p morte magistri sui. Cum autem nō inuenisset corpus i monumēto: labor vngēdi periit, sed dolor lugēdi creuit, defuit obsequio, qui nō defuit dolori, defuit quē condiret, sed nō defuit quē ploraret, eoq magis plorabat quo magis

E

F ille deerat. Plorabat enim vehementer Maria qm̄ addit⁹ erat dolor super dolorē eius, duos qꝫ dolores eximios vno gestabat in corde: quos mitigare lachrymis volebat, sed nō valebat. Et ideo tota posita in dolore, mente & corpore deficiebat, & quid ageret ignorabat. Quid enim mulier ista poterat agere nisi plorare, quę & intolerabilē habebat dolorem, &

G nullum inueniebat cōsolatorē? Petrus quidē & Ioannes venerant cū ea ad monumētum, sed nō inuēto corpore abierūt ad semetipos: Maria aūt stabat ad monumētum foris plorans, & quasi desperando sperans, & sperādo perseuerans. Petrus & Ioannes timuerunt, & ideo nō steterūt: Maria aūt nō timebat, qa nihil suspicabat sibi superesse, quod timere deberet. Perdiderat enim magistrū suū, quē ita singulariter diligebat, vt præter ipsum nihil posset diligere, nihil posset sperare. Perdiderat vitā animę suę, & iam sibi melius arbitrabatur fore mori q̄ viuere: quia forsitan inueniret moriēs, quem inuenire non poterat viuēs, sine quo tñ viuere nō valebat. Fortis est vt mors dilectio. Quid.n. aliud faceret mors in Maria? Facta erat exanimis, facta insensibilis: sentiens non sentiebat, vidēs nō videbat, audiēs nō audiebat: sed neqꝫ ibi erat vbi erat: qa tota ibi erat vbi magister erat, de quo tamen vbi esset nesciebat. Quærebat eū & non inueniebat, & ideo stabat ad monumentum, & plorabat, tota lachrymabilis, tota miserabilis. O Maria qd spei, quid consilii, aut quid H cordis erat tibi, vt sola stares ad monumentum discipulis abeuntibus? Tu ante illos venisti, & cum illis rediisti, & post illos remansisti. Cur hoc fecisti? Sapiebas pl⁹ illis, aut diligebas plus q̄ illi, quia nō timebas vt illi? Certe nihil modo sapiebat Maria nisi diligere, & pro dilecto dolere. Oblita erat timere, oblita erat gaudere: oblita erat seipsam, oblita erat deniqꝫ oīa, præter illum quem diligebat super oīa: & quod mirabile est, sic erat oblita vt etiam ipsum nō cognosceret. Credite mihi, si ipsum cognosceret, in monumēto eum non quæreret: & si verba illius corde retineret, nō de mortuo doleret, sed de viuēte gauderet: nec de sublato ploraret, sed de resurgēte exultaret. Dixerat eīm Iesus qꝫ sic moreretur, & qꝫ die tertia resurgeret: sed ph dolor nimius dolor cor illius repleuerat, & memoriam horum verborum deleuerat: sensus nullus in ea remanserat, omne cōsilium in ea perierat, spes omnis defecerat: solummodo flere super erat. Flebat ergo quia flere poterat, & dū fleret inclinauit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis sedentes, I vnum ad pedes, & vnum ad caput, qui dicūt ei. Mulier quid ploras? O Maria, ecce magnā consolationem inuenisti, & forsitan melius tibi contigit q̄ sperasti. Nam tu quærebas vnum, & duos inuenisti. Quærebas mortuum, & viuētes reperisti. Reperisti eos qui de te curam videntur habere, & qui volunt dolorem tuum lenire: ille vero quem quęris, dolorem tuum videtur negligere, lachrymas tuas non videtur respicere. Vocas eū, & non audit: oras, & non exaudit: quæris illum, & non inuenis: pulsas, & non aperit: tu sequeris illum, & fugit. Heu quid est hoc! Heu q̄ magna mutatio! Heu quomodo mutatū est in contrarium! Iste enim est Iesus qui modo recessit a te. Et quomodo? Forte nescis an diligat te. Olim te diligebat, olim a pharisęo te defendebat, & a sorore tua diligenter excusabat. Olim laudabat te, quando vnguento pedes ipsius vngebas, lachrymis rigabas, & capillis tegebas, dolorem tuum mulcebat, peccata dimittebat. Olim quærebat te cum non adesses, vocabat te cum abesses: mandabat tibi per sororem tuam, vt ad se venires. Magister adest, & vocat te. O q̄ cito surrexit Maria vt audiuit! q̄ sollicite venit, & solito more

cecidit ad pedes tuos.O boue Iesu.Tu quoq; cũ vidisti eã lachrymãtem, lachrymatus es. O q̃ pie consolando eam,dixisti: Vbi posui-

A stis eum!Deniq; pro dilectione eius quę multum dilexit te:fratrem eius Lazarum suscitasti, & planctum huius dilectricis tui in gaudiũ cõuertisti: & o dulcissime magister,quid post hęc peccauit in te hęc discipula tua,aut in quo postea offendit dulcedinẽ cordis tui hæc amatrix tui,quia sic recedis ab ea! Nos post hæc nullum aliud peccatum de ea audiuimus,nisi quia quando sepultus fuisti, ante omnes valde mane venit ad monumẽtũ tuũ ferens vnguẽta quibus vngeret corpus tuũ: & cum non inuenisset te in monumento, cucurrit,& nũciauit hæc discipulis tuis.Illi venerũt,viderũt,& abierunt: hæc autem stat & plorat.Si hoc peccatũ est,negare nõ possumus quin ipsa hoc faciat:si autem peccatum nõ est,sed est amor tui,& desideriũ qd habet de te:quare sic recedis ab ea,& abscondis te, tu qui diligis omnes diligentes te,& qui inueniris ab omnibus quęrẽtibus te!Tu enĩ dicis,Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerit ad me iueniet me.Ergo mulier ista quę valde mane vigilat a te,cur non inuenit te!Quare non cõsolaris lachrymas quas fundit pro te domino suo , sicut consolatus es lachrymas quas fudit pro fratre suo ! Si enĩ solito more eam diligis,cur desiderium eius tãdiu protrahis!O verax magister/& fidelis,

B recordare testimonii quod olim reddidisti Marthæ sorori eius.Dixisti enĩ:Maria optimam partem elegit,quæ nõ auferetur ab ea. Vere optimã partẽ elegit Maria, quia elegit stare ad pedes tuos,& audire sermones tuos. Vere optimam partem elegit,quia te elegit. Sed quomodo verum est,Quæ nõ auferetur ab ea, si tu es ablatus ab ea ! Q; si ab ea non est ablata optima pars quam elegit: vt quid plorat! aut quid quærit ! Certe Maria nihil aliud quęrit nisi qd elegit: & ꝓpter hoc solũ plorare non desinit,quia qd elegit nunc perdidit.Ergo o custos hominũ,aut tu partem quã elegit, custodi in ea, aut ego nescio quo modo verum est,Quæ non auferetur ab ea. Nisi & hoc ita intelligatur,ꝙ licet tu sis ablatus ab oculis eius,tamẽ nõ es ablatus a corde eius.

C Sed o Maria qd iã amplius moraris! Quid turbaris!quid ploras!Ecce habes angelos,sufficiat tibi angelorum visio: quia forsitan ille quem quęris,quem ploras,sentit aliquid in te propter quod nõ vult videri a te. Pone iam finẽ dolori tuo,sit modus lachrymis tuis. Recordare quid ipse dixerit tibi & aliis mulieribus,Nolite flere super me.Ergo quid est hoc qd facis! Ipse prohibuit flere, & tamẽ tu nõ desinis flere. Timeo ne plorando ipm̃ offendas,ꝑ quo sic icessanter ploras. Nam si ipse amaret lachrymas tuas:nõ posset forsitan, vt olim,tenere lachrymas suas. Nunc audi consilium meum . Sufficiat tibi angelorum consolatio,mane cum illis,interroga illos, & forte scient quid factum sit de eo quem quęris,& quẽ ploras. Ego certe credo ꝙ ipsi ad hoc venerunt , vt testimonium de ipso perhiberent: & credo ꝙ ille quẽ ploras,misit eos pro se,& pro te,vt annuncient resurrectionem suã,& consolentur deplorationem tuã.Dicunt enim ei.Mulier quid plo D
ras!quæ est causa tanti doloris tui!Nõ abscondas a nobis lachrymas tuas : aperi nobis animũ tuum, & nos indicabimus tibi dessiderium tuũ.Maria nimio dolore confecta,tota in excessu mentis posita,nullam recipit consolationem, & ad nullum tendit cõsolatorẽ; sed intra se cogitat dicẽs:Proh dolor qualis est ista cõsolatio!qualis est ista visitatio!Onerosi sunt mihi oẽs consolatores, grauãt me, & non consolantur. Ego autem quęro creatorem: & ideo mihi grauis est ad videndum oĩs creatura . Nolo angelos videre: nolo cũ angelis manere: quia possunt dolorem augere:& nõ possunt penitus delere . Si cœperint mihi multa narrare,& si voluero illis ad oĩa respõdere: timeo ne amorem meũ magis impediant q̃ expediant. Deniq; ego non quæro angelos,sed eum qui fecit me & angelos.Nõ quęro angelos:sed meum & angelorum dominũ. Tulerunt dominum meum:ipsum solum quæram: ipse solus me potest consolari. Sed nescio vbi posuerunt eum . Circũspicio E
si viderẽ illũ,& nõ video:vellẽ inuenire locũ in quo positus est,& nõ inuenio. Heu me miserã,qd agam!quo ibo!quo enĩ abiit dilectus meus!Quęsiui eũ in monumento,& nõ inueni:vocaui eũ,& nõ respondit mihi . Heu me vbi eũ quęrã!vbi eũ inueniã! Surgã certe,& circuibo oĩa loca q̃ potero:non dabo somnũ oculis meis,nõ dabo requiẽ pedibꝰ meis,donec iueniã illũ quẽ diligit anima mea. Effundite lachrymas oculi mei , plorate & nolite deficere . Ambulate pedes mei: discurrite,& nolite quiescere. Heu heu quo abiit gaudiũ meum!vbi latet amor meus! vbi est dulcedo mea!Cur dereliqsti me salus mea!O dolores, F
o angustię intolerabiles.Angustię sunt mihi vndiq;:& qd eligã ignoro.Si iuxta monumẽtũ maneo:ego illũ nõ inuenio:si a monumẽto recessero:nescio infelix quo vadam,nescio

vbi eum quæram. Discedere a monumento, mors mihi est: stare ad monumentum, irremediabilis dolor est. Melius est autẽ mihi sepulcrum domini mei custodire, q̃ ab eo longius ire. Si enim lõgius abiero: forte cum rediero ipsum sublatum inueniam, & sepulcrum destructũ. Stabo igitur, & hic moriar, vt saltem iuxta sepulcrũ domini mei sepeliar. O q̃ beatum corpus meum, si fuerit sepultum prope magistrum meum. O q̃ felix anima mea, quæ egrediẽs de vase fragili corporis mei, mox poterit ingredi in gloriosum sepulcrum domi-
G ni mei. Corpus meum semper fuit animę meę labor & dolor, sepulcrũ domini mei erit mihi requies, & honor. Hoc ergo sepulcrũ non deseram, quia ita mori, erit cõsolatio mea, & in morte mea erit requies mea. Viuens iuxta illud manebo, moriens illi adhærebo: nec viua, nec mortua ab illo separabor. Heu me infelicem. Quare hęc tũc ego non prospexi, quando dominum meum sepeliri conspexi? quare cum eo non steti? quare monumentum tunc perseuerauter non custodiui? Nunc certe nõ plorarem sublatum, q̃m aut prohibuissem, aut sublatores subsecuta fuissem. Sed proh dolor ego volui obseruare legẽ, & dimisi dominũ legis. Legi obœdiui, & eũ cui lex obœdit non custodiui, q̃uis cum Christo manere non fuisset legem transgredi, sed adimplere. Pascha enim ab isto defuncto non cõtaminatur, sed renouatur. Mortuus iste non polluit mundos, sed mundat immũdos. Sanat omẽs tangentes se, & illuminat ad se accedẽtes. Sed
H quid recolo dolorem meum? Abii, redii, monumentum apertum inueni: ipsum autẽ quẽ quærebam non inueni. Stabo itaq; & expectabo, si forte alicubi appareat. Sed quomõ stabo sola? Abierunt discipuli, & me solam plorantem reliquerunt. Nusq̃ apparet q mecum doleat, nusq̃ apparet qui mecum magistrum requirat. Apparuerunt angeli, sed nescio pro qua causa apparuerunt. Si me cõsolari deberent, causam pro qua ploro nõ ignorarẽt: si eñ cãm nõ ignorant pro qua ploro, cur dicunt mihi, quid ploras? An ideo interrogant vt me plorare prohibeant? Quęso nõ hoc mihi suadeant, nõ hoc moneant, alioquin interficiant. Quid plura? Ego illis nõ obœdiam: & dũ viuo, plorare non desinam, donec dominum meum inueniam. Sed quid faciam vt illum inueniã? Quo me vertam? ad quem ibo, a quo consiliũ petã? Quem percunctabor? Quis mei miserebitur? Quis me cõsolabitur? Quis indicabit mihi quem diligit anima mea, vbi positus sit, vbi cubet in meridie, vbi quiescat?

Quæso nunciate illi quia amore langueo, & dolore deficio, nec est dolor sicut dolor meꝰ. Reuertere dilecte mi, reuertere dilecte votorum meoꝝ. O amabilis, o desiderabilis, redde mihi lętitiam salutaris præsentiæ tuæ. Ostẽde mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. O spes mea, ne confundas me ab expectatione mea. Demonstra mihi faciem tuam, & sufficit animę meæ. Dũ Maria sic doleret, I
& sic fleret, cum hæc dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus est. Dixit ei Iesus: Mulier quid ploras? & quem quæris? O desiderium animę eiꝰ cur interrogas eam quid ploras, & quẽ quæris? Ipsa paulo ante corã oculis suis cum magno dolore cordis sui viderat spem suã suspẽdi in ligno: & tu nunc dicis, Quid ploras? Ipsa die tertia viderat manus tuas quibꝰ sępe benedicta fuerat, pedes tuos quos deosculata fuerat, & quos lachrymis rigauerat, cruce clauis affigi: & tu dolor eius nunc dicis, quid ploras? Viderat te expirãtem spiritum suum, videlicet spiritum tuum: & tu dicis, quid ploras? Nunc insuper corpus tuũ sublatum existimat, ad qd vngendum, vt sese quo quo modo consolaretur, veniebat: & tu dicis, quid ploras? quem quæris? Tu scis quia te solum quęrit, te solum diligit, pro te oĩa contẽnit: & tu dicis, quid quęris? Dulcis magister, ad quid quęso prouocas spiritum huius mulieris? ad quid commoues animã eius?
Tota pendet in te, tota manet in te, tota spe K
rat de te, & tota desperat de se. Ita quærit te, vt quærens nihil quærat, nihil cogitet pręter te. Ideoq; forsitã nõ cognoscit te, qa non est in sese, sed propter te est extra se. Cur ergo dicis qd ploras? quem quęris? An putas ꝙ ipsa dicat, te ploro, te quæro, nisi tu prius in spiraueris, & dixeris in corde eius, ego sum quem ploras, & quem quæris? An putas ꝙ ipsa cognoscat te q̃diu volueris cęlare te? Ar ,,
illa existimãs quia hortulanus esset, dixit ad ,,
eũ. Domine, si tu sustulisti eum dicito mihi ,,
vbi posuisti eum, & ego eum tollã. O dolor ,,
miserabilis, amor inenarrabilis. Mulier ista, quia densa nube doloris obtecta non videbat solem, qui mane surgens radiabat per fenestras eius, & per aures corporis eiꝰ, iam intrabat domũ cordis eiꝰ: sed q̃m amore lãguebat, isto languore sic oculi cordis eius caligabant, vt non videret quem videbat. Videbat eñ Iesum, sed nesciebat an esset Iesus. O Maria si q̃ris Iesum, cur nõ cognoscis Iesum? Et si cognoscis Iesum, qd q̃ris Iesum? Ecce Iesus

venit ad te,& quē quæris quęrit a te,Mulier quid ploras? Et tu eū hortulanū existimas,
A vt ipm nō cognoscas.Eteni Iesus est & hortulanus:qa ipse seminat omne semen bonum in horto animę tuę,& in cordib⁹ fideliū suo rū.Ipse omne holus plantat bonū,& rigat in animab⁹ sanctorum:& ipse est Iesus q tecū loquitur.Sed forsitā eū ideo nō cognoscis:qa tecū loquitur:mortuū tu quęris: & ideo viuentē non agnoscis.Nonne in veritate cōperi hanc esse causam ꝑ qua a te recedebat, & pro qua tibi nō apparebat?Cur eū tibi appareret quē nō quęrebas?Tu certe quærebas qd nō erat, & non quęrebas qd erat.Tu quęrebas Iesum & nō quęrebas Iesum. Ideoq vidēdo Iesum, nesciebas Iesum.O pie,& dulcis magister,nō possum omnino excusare hāc discipulā tuā, nō possum libere defendere hūc errorē eius: & tū errabat:qa talē te requirebat qualem te viderat, & qualē ī monumēto positū relique rat. Viderat quippe defunctū corpus tuū de cruce deponi,& in monumento reponi:tantusq dolor inuaserat eā de morte tua,vt nō posset sperare de vita tua: & tantus dolor in uaserat eam de sepultura tua,vt nihil posset
B cogitare de resurrectione tua.Deniq Ioseph posuit in monumēto corpus tuū,Maria sepe liuit ibi pariter spiritū suū, & ita indissolubi liter iunxit, & quodāmodo vniuit eū cū cor pore tuo:vt facilius posset separare animā se viuificārē a viuificato corpore suo,q̄ spiritū suū te diligētē a defuncto corpore tuo.Spiri tus eū Marię magis erat ī corpore tuo q̄ in corpore suo:cūq requirebat corpus tuū,req rebat pariter spiritū suū:& vbi perdidit corpus tuū,pdidit cū eo spiritū suū . Quid igit mirū si sensum nō habebat, quę spiritū ami-
C serat?Quid mirum si te nesciebat,quę nō ha bebat spiritū quo scire debebat? Redde ei ita ꝙ spiritū suū, quem habet in se corpus tuū, & mox recuperabit sensum suū, & relinquet errorē suū.Sed quomodo errabat,quę sic pro te dolebat,& sic te amabat?Certe si errabat, indubitāter dico ꝙ ipsa errare se ignorabat, & sic error non procedebat ab errore, sed ab amore & dolore . Igit misericors & iuste iudex,amor quē habebat in te,& dolor quē ha bebat pro te,excuset eā apud te,si forte erret de te: nec attēdas ad mulieris errorē, sed ad discipulę amorē:quę nō ꝑ errore,sed pro do lore & amore plorabat,& dixit tibi:Domine si tu sustulisti eū,dicito mihi,vbi posuisti eū: & ego eū tollā. O q̄ sciēter nescit,& q̄ docte errat . Angelis dixit tulerunt,& posuerunt: & non dixit tulistis, & posuistis: qm angeli nec de monumento te tulerūt,neq te in ali quo loco posuerūt.Tibi vero dixit: Si sustulisti eū,& vbi posuisti:qa tu reuera teipm de monumēto sustulisti,& ī loco vbi es,posuisti. Angelis non dixit,dicite mihi:qm angeli nō poterāt ex toto dicere qd de te factū fuerat, & vt factū fuerat.Tibi vero dicit,dicito mihi:qa nō est impossibile tibi dicere,qd possibile tibi fuit facere.Tu eū virtute tua surre xeras,& qd de te factū fuerat tu ipse feceras: Quid est autē hoc dñe, ꝙ Maria tam crebro D dicit & repetit verbū istud,vbi posuisti eum? Dixerat autē apostolis primo vbi posuerunt eū:hoc idem postmodū dixit angelis, vbi po suerūt eū: & nūc tibi dixit de te,vbi posuisti eū. Multū dulcescit verbū hoc in corde eius qd sic abundat in ore eius . Certe dulce magis hoc facit dulcedo tua,facit & hoc ipsa ꝑ amore tuo , qm meminit te dixisse de fratre suo,vbi posuistis eum? Ex quo enim audiuit verbū hoc ab ore tuo,cōseruauit illud diligē ter in corde suo, & delectata est vti eo in ser mone suo.O quātū diligit psonā tuā,quę sic diligit vocē tuā . O quantū desiderat videre vultum tuū,quæ tam desiderāter pronūciat verbum tuū:& q̄ libenter oscularetur pedes tuos,quę tā libēter loquitur sermones tuos? Quid est hoc etiā o bone Iesu qd dicit ad te de te,& ego eū tollam?Ioseph timuit,& non fuit ausus tollere corpus tuū de cruce , nisi de nocte, & nisi hoc peteret a Pilato : Maria vero noctē nō ꝑstolat,nec Pilatū reueret,sed audacter ꝓmittit dicēs:& ego eū tollā. O Ma ria si corpus Iesu forte positū est ī atrio prin cipis sacerdotū, in quo princeps apostolorū calefaciebat se ad ignē:qd factura es? Ego eū tollā.O mirabilis mulieris audacia.O mulier nō mulier.Et si ancilla ostiaria interrogaue- E rit te quid factura es?Ego eū tollam.O ineffabilis huius mulieris amor, o mirabilis mu lieris audacia, o mulier non mulier:nullum locū excipit,nullū anteponit,sine timore dicit,absolute promittit,dicito mihi vbi posui sti eū,& ego eū tollam . O mulier magna est fides tua,magna est constantia tua.Tu ergo bone domine cur oblitus es dicere: Fiat tibi sicut vis,& cōfide,qa fides tua te saluā fecit? Nunquid oblitus es misereri?Cur igitur nō dicis ei vbi posuisti te,vt ipsa tollat te super cor suū,& portet in corpore suo,& annūciet te discipulis tuis?Noli qso dulcis magister il lius vltra ptrahere desideriū qa ecce iā triduo sustinet te, nec habet qd māducet, neq habet vnde satiet animā suā esurientē, nisi te manifestādo, porrigas illi panē corporis tui

& de fragmentis tuis repleas cophinum cordis sui. Si ergo non vis vt deficiat in via: refrigera & conforta viscera animæ eius dulcedine saporis tui. Tu es enim panis viuus, qui habes in te delectamentum, & omnem saporem suauitatis. Non enim diu poterit retineri vita corporis eius, nisi tu cito manifestes te
F vitam animæ eius. Dicit ei Iesus. Maria. Cõuersa dixit ei, Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere. O mutatio dexteræ excelsi. Conuersus est dolor magnus in gaudium magnum: mutatæ sunt lachrymæ doloris in lachrymas amoris. Vbi Maria audiuit, Maria: (Sic enim consueuerat eã vocare magister suus) præsensit in nomine quandam singularem vocationis dulcedinem, & per eam cognouit ipsum a quo vocabatur esse magistrum suum. Tunc reuixit spiritus eius, & reuersus est sensus eius. Cũque Iesus vellet adhuc adiungere, non potuit hæc Maria patienter expectare: sed pre nimio gaudio Interrupit ea dicẽs, Rabboni. Non enim arbitrabatur se indigere verbo quæ inuenerat verbũ, & longe vtilius arbitrabatur tangere verbũ, quam audire quælibet verba. O amor fortis, & impatiens. Non sufficiebat illi videre Iesum, & loqui cum Iesu, nisi etiã tangeret Iesum. Sciebat enim quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. O piissime domine, & dulcissime magister quam bonus es his qui recto sunt corde, & quam suauis es his qui recto sunt corde, & humi
G les sunt spiritu. O quam beati qui in simplicitate cordis quærunt te, & quam felices qui sperant in te. Verum certe est, & indubitanter verũ, quod tu diligis omnes diligentes te, & nunquam derelinquis sperantes in te. Ecce enim dilectrix tui simpliciter querebat te, & veraciter inuenit te: Sperabat in te, & non est derelicta a te: sed plus est cõsecuta per te, quam expectauerat a te. Sequamur igitur fratres huius mulieris affectum, vt perueniamus ad effectũ. Ploret vnusquisque ad Iesum, & quærat fideliter Iesum, quia non celauit se querenti peccatrici. Disce peccator homo a peccatrice muliere, cui tamen dimissa sunt peccata sua: disce plorare dei absentiam, & desiderare eius presentiam. Disce a Maria Iesum amare, & in Iesum sperare, & quærendo Iesum inuestigare, nulla aduersa formidare, nullam cõsolationem extra Iesum accipere, omnia propter Iesum cõtẽnere. Disce a Maria quærere Iesum in monumẽto cordis tui. Reuolue lapidem ab ostio monumenti dei, amoue omnem duritiem, & repelle omne obstaculum a fide tua. Tolle oẽm concupiscentiam mundi a corde tuo, & diligenter perscrutare si sit Iesus in eo. Si autem non inueneris in eo Iesum, sta foris & plora, permane in fide, & respice foris ad alios si forte in aliquo videris eum, & plorando ora Iesum vt dignetur intrare ad te, & inhabitet in
te. Et ne forte erecta ceruice repellas eũ a te, H
humiliãdo inclina te. Et iterũ respice in monumentum dei quod est in te: & si videris ibi angelos, vnum ad caput, & vnum ad pedes, id est si cognoueris in corde tuo quasi cælestia desideria, tam ad actiuam, quam ad contẽplatiuam pertinentia, per quæ tamen adhuc nõ possis videre & habere Iesum, noli his contẽtus esse, noli adhuc deficiendo quiescere, sed plora, & quære Iesum in te donec inuenias. Et si forte aliquando tibi apparuerit, & desiderio tuo se repræsentauerit, noli a te præsumere tanquam tu eum cognoscas, sed interroga illum, & ora vt indicet tibi seipsum. Audeo tibi confidenter promittere, si in fide ad monumentũ cordis tui steteris, si plorando Iesum quæsieris, & quærendo perseueraueris, si te cum humilitate inclinaueris, si exemplo Mariæ nullam consolationem de Iesu nisi Iesum recipere volueris: ipso reuelante ipsum inuenies, & ipsum cognosces: ita vt non sit necesse ab aliis quærere vbi est Iesus, sed tu magis indicabis eum, nuncians aliis, Quia vidi dominum, & hæc dixit mihi: Cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

FINIS.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI Præfatio in explanationē Origenis sup Epistolam Pauli ad Romanos,ad Heraclium.

A

OLENTEM me paruo subuectum nauigio orā trāquilli littoris stringere,& minutos de græcorum stagnis pisciculos legere: in altū frater Heracli laxare vela cōpellis, relictoq; ope qđ ī trāsferēdis Homiliis senis Adamantii habebā,suades vt nostra voce qndecim ei⁹ volumina,qbus Epistolā Pauli ad Romanos disseruit,explicem⁹: in qbus ille dū sectať apli sensum,in tā pfundū pelagus efferť, vt metus ingēs sit illuc eū seq,ne magnitudine sensuū, velut imanitate opprimar vndarū. Deide nec illud aspicis,φ tenuis mihi est spūs ad iplēdā eius tā magnificā dicēdi tubā. Sup oēs aūt difficultates est φ interpolati sunt ipsi libri. Desunt enī fere apd oīm bibliothecas (icertū sane quo casu) aliquāta ex ipso corpore volumina:& hęc adimplere in latino ope, & integrā cōsequētiā dare,nō est mei ingenii: sed vt tu credis qui hęc exigis,muneris fortasse diuini. Addis autē ne qd laborib⁹ meis desit:vt oē hoc qndecim voluminū corpus, qđ græcus sermo ad quadraginta fere aut eo ampli⁹ milia versuū pduxit:abbreuiē, & ad media si fieri pōt spatia coarctē. Dura satis impāria,& tāq̄ ab eo q pondus opis hui⁹ scire nolit iposita. Aggrediar tñ,si forte oratiōib⁹ tuis,q̄ mihi tāq̄ homini ipossibilia videnť,aspirāte dño possibilia fiāt. Sed ipm iā,si videť,Origenē,qualiter pręfationē suscepti opis dirigat,audiamus.

ORIGENIS

ADAMANTII Presbyteri Præfatio in explanationem Epistolę sancti Pauli ad Romanos diuo Hieronymo translatore.

B

VOD CAETEris apostoli Pauli epistolis difficilior putať ad intelligendū hęc q̄ ad Romanos scripta est: duabus mihi videť fieri ex causis. Vna,φ elocutionibus interdū cōfusis & min⁹ explicitis vtiť. Altera,φ q̄stiōes in ea plurimas mouet,& eas pcipue,qbus innitētes hęretici astruere solent,φ vniuscuiusq; gestoꝝ causa nō ad ppositū debeat,sed ad naturę diuersitatē referri: & ex paucis hui⁹ epłę sermonibus toti⁹ scripturę sensum,q arbitrii libertatē cōcessam a deo hoī docet,conanť euertere. Propter qđ depcātes pri⁹ deū,q docet hoiem sciētiā,& q dat p spiritū verbū sapiētię, qφ illuminat oēm hoiem veniētē ī hūc mūdū, vt dignos nos facere digneť itelligere pabolas, & obscuros sermōes dictaq; sapiētiū & ęnigmata: ita demū explanatiōis Pauli ad Romanos cōrigem⁹ exordiū,pmittētes hęc q̄ ab studiosis obseruari solēt, φ videť apostolus in hac Epistola pfectior fuisse q̄ ī cæteris. Etenim cū primā ad Corinthios scriberet: erat qdē ī magnis pfectib⁹,aliqd tñ de seculo vt nutabūd⁹ eloqť,cū dicit: Sed macero corp⁹ meū,& seruituti subiicio,ne forte cū aliis pdicauerī,ipe reprob⁹ efficiar. Sed & ad Philippēses scribēs qddā,in se min⁹ adhuc esse illius quā postea assecut⁹ est pfectionis ostēdit,cū dicit cōformari se morti Christi,si quo mō occurrat in resurrectionē q̄ est a mortuis. Nō enī diceret C si quo mō,si ea iā res indubitata videreť. Sed & ī cōsequētib⁹ eiusdē epistolę hęc eadē ostēdit cū dicit: Nō quo iā cōsecut⁹ sim,aut iā pfect⁹ sim: sequor aūt vt cōphēdā,in quo & cōphēsus sum a Christo. Fratres,ego me ipe nō arbitror apphēdisse. Qđ si qs putat p humilitatē dictū,videat ī cōsequētibus q̄ magna de pfectib⁹ suis memoret cū dicit: Vnū aūt ea q dē q̄ retro sunt obliuiscens,& ad ea q̄ iuante sunt me extēdēs,secūdū propositū sequor ad palmā supnę vocatiōis dei ī Christo Iesu. & post hoc dicit: Quicūq; ergo pfecti sum⁹ hoc sentiam⁹. In quo ostēdit duplicē eē pfectionē: vnā q̄ est ī expletione virtutū, secūdū quā dicit φ nō sit pfect⁹:& alterā cū ita qs pficit vt decidere nō possit,neq; retrorsum aspicere: secūdū quā dicebat: Quicūq; ergo pfecti sum⁹ hoc sentiamus. Quō ergo docebiť pfectior iā secūdā ad Corinthios scripsisse q̄ primā? Ex his sine dubio q̄ ī ea scripta referūť,cū dicit. Tribulationē patimur,sed nō angustiamur: aporiamur,sed nō exaporiamur: persecutionē patimur,sed nō derelinquimur: deiicimur, sed nō perim⁹. Semp mors Iesu ī corpore nostro manifestať. Qui ergo mortē Iesu ī corpore suo circūferebat,nūq̄ ī eo cōcupiscebat caro aduersus spiritū: sed erat ei subiecta,vtpote mortificata ad similitudinē mortis Christi. Qz si dicat nobis aliqs hęc verisimilia nō D videri,qa nō multū tēporis inter primā epi-

stolā fuerit ac secūdā·pōt ex eo euidētius no scere,ꝙ in prima epistola eiectū eū q fuerat ī cesti scelere pollut⁹,& traditū Sathanę ī inter itū carnis vt spūs saluus fieret:in secunda iā reuocat,& ecclesię mēbris associat.Qd vtiq̄ nō faceret,nisi pcessu tpis dignos ī eo fruct⁹ pœnitētię puidisset,& ꝙ iā caro interitū quē designarat apl's suscepisset, pctō scilicet & vitiis mortua,vt ita demū viueret deo.Cū ergo tātū spatii fuerit quo peccator incest⁹ salutē spūs laudabili carnis iteritu recepit:quō nō putādū est multo velociore cursu aposto lū q̄ pfecta sunt assecutū? Sed in illis qdē iste ei⁹ fuerit pfecto:quātū aūt sublimior & emi nētior fit ad Romanos scribēs,ex ipsi⁹ episto lę sermonib⁹ colligam⁹,ī qua dicit.Quis nos sepabit a charitate Christi? Tribulatio,an an gustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an piculū? an gladi⁹? Sicut scriptū ē:Quia ppter te morte afficimur tota die: existimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed ī his oīb⁹ supuinci mus ppter eū q dilexit nos.Certus sū eīn,qa neq̄ mors,neq̄ vita,neq̄ angustia, neq̄ prin cipat⁹,neq̄ potestates,neq̄ pñtia, neq̄ futura,neq̄ virt⁹,neq̄ altitudo, neq̄ pfūdū,neq̄ alia vlla creatura: poterit nos sepāre a charitate dei,q̄ est ī Christo Iesu dño nr̄o. Verita tē dico ī Christo,vsq̄ ī spū sctō.Nunqd vide tur eadem sublimitate mētis dixisse,Macero corpus meū & seruituti subiicio: ne forte cū aliis pdicauerim,ipe reprob⁹ efficiar: qua & hic dicit,qa ī his oīb⁹ supam⁹: & Cert⁹ sum quia neq̄ mors,neq̄ vita,neq̄ angustia,neq̄ principat⁹ & cętera q̄ scripsit,poterit nos sepa
E rare a charitate dei? His igiť nobis put poruimus de sensu ei⁹ ī hac epl'a iā pfectiore cōcepti,ēt illd haud absurde admonebim⁹: ꝙ videť hāc epl'am de Coritho scribere,& aliis q dē plurib⁹ indiciis,euidēti⁹ ī ex eo qd dicit: Cōmēdo aūt vobis Phœbē sororē nostrā mi nistrā ecclesię q̄ est Cēchris.Cēchris eīn dr lo cus Corintho vicinus,immo port⁹ ipsi⁹ Corinthi. Et ex hoc ergo apparet de Corintho scripta,& ex eo qd dicit: Salutat vos Caius hospes me⁹. De quo Caio scribēs Corinthiis cōmemorat dicēs.Gratias ago deo meo ꝙ ne minē vestrū baptizaui nisi Crispum & Caiū. Simile & deinde dať indiciū vbi dicit: Salutat vos Erast⁹ arcari⁹ ciuitatis.De quo Erasto ad Timotheū secūdā scribēs dixit: Erast⁹ remāsit Corinthi.Ex qbus omib⁹ colligi certissima vidēť indicia,ꝙ de Coritho scripta sit.Illud sane nō parū cedit ad ītelligētię difficultatē,ꝙ multa de lege Moysi in hac eadē cōnectunť epistola,de vocatione gētiū,de Israel secūdū carnē,& de Israel qui nō est secūdū carnē,de circūcisione carnis & cordis, de lege spiritali,& lege literæ,de lege carnis, & lege mēbroꝶ,de lege mētis,& lege peccati,de interiore & exteriore homine:q fingula prędixisse sufficiat:ī his eīn cōtinētia haberi videť epistolæ.Nūc iā put viā nobis dñs apire dignať,ad explanationē ipsius quātocyus pperemus. Prima nobis quæstio de noie ipsi⁹ F
Pauli videť exurgere,cur is q Saul⁹ dict⁹ est in actibus apostolorū,nunc Paulus dicať. In uenimus in scripturis diuinis qbusdā veterū cōmutata vocabula,vt ex Abram vocat⁹ fit Abraham,ex Sarai Sara,& ex Iacob Israel.In euāgeliis quoq̄ ex Simone Petrus,& filii Ze bedęi filii tonitrui nuncupati sunt. Sed hęc ex pręcepto dei legimus facta: nusq̄ vero erga Paulū inuenimus tale quid gestū.De qua re qbusdā visum est, ꝙ Pauli pcōsulis quem apud Cyprum Christi fidei subiecerat, voca bulum sibi apostolus sumpserit: vt sicut reges solēt deuictis (verbi gratia) Parthis Parthici, & Gotthis Gotthici noiari,ita & apo stolus subiugato Paulo Paulus fuerit appellatus.Qd ne nos quidē vsquequaq̄ euacuan dū putamus. Tamen quia nulla talis in scripturis diuinis cōsuetudo deprehēditur:magis ex his quæ in exēplo nostris sunt, absolu tionē queram⁹.Inuenimus igitur in scripturis aliquantos binis, alios etiā ternis vsos eē noibus,vt Salomonē,eūdēq̄ Idida dici,Sede chiam eūdemq̄ Ioachim,Oziam eūdēq̄ Azariam.Aliosq̄ plurimos in Regum,vel Iudicū libris, binis nominibus inueníes vocitatos. Sed nec euāgelia qdē hūc eūdē renuūt morē. Nā & Matthęus ipe refert de se ꝙ cum trāsiret Iesus inuenit quendam sedētem ad Theloniū nomine Matthęum:Lucas vero de eodem dicit,quia cum transiret Iesus, quēdam vidit publicanū nomine Leui,& dixit ei,sequere me.Sed & idē Matthæus in catalogo apo stolorum dicit post multos,Matthęus publicanus,& Iacob⁹ Alphęi,& Lebbęus,& Simō Chananęus.Marcus vero ita refert.Matthę⁹ publican⁹,& Thomas,& Iacobus Alphæi,& Thaddęus.Hūc eūdē quē Matthæ⁹ Lebbæū, Marcus Thaddęū posuit.Lucas vero ita posuit:Matthę⁹,Thomas,Iacob⁹,& Iudas Iaco bi.Igiť eūdē quē Matthęus Lebbęū,& Marc⁹ Thaddęū dixit:Lucas Iudam Iacobi scripsit. Certū est aūt euāgelistas nō errasse in noib⁹ apostoloꝶ:sed qa moris erat binis vel ternis nominib⁹ vti hebręos,vnius eiusdēq̄ viri di uersa singuli noīm vocabula posuere. Secun dū ergo hanc cōsuetudinē videť nobis Pau-

lus duplici vsus esse vocabulo: & donec gdẽ genti pprię ministrabat Saulus esse vocatus, qd magis appellationi patrię vernaculũ vide batur: Paulum autẽ appellatum esse cum gręcis & gentibus leges ac præcepta conscribit. Nã & hoc ipsum qd scriptura dicit, Saulus autẽ qui & Paulus, euidẽter nõ ei tũc primũ Pauli nomẽ ostẽdit impositũ, sed veteris appellationis id fuisse designat. Hæc ab ipso auctore operis omissa, nos qa id disertionis initiũ videbat exposcere, puto φ nõ incõueniẽter pmisimus. Cętera iã de explanationũ corpore, qbus poterimus cõpẽdiis exequemur.

INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLAnationum Origenis in Epistolam Pauli Apostoli ad Romanos, secũdũ Hieronymi orthodoxi egregiiq̃ doctoris translationẽ ex gręco in latinum. CAP.I.

A PAVLVS SERuus Iesu Christi. ¶De Paulo iã diximus, regramus nũc cur seruus dicat is qui alibi scribit: Nõ ẽm accepistis spiritũ seruituris iterũ in timore: sed spiritũ adoptionis in quo clamamus abba pater. Et iterũ. Quia autem estis filii, misit deus spiritũ filii sui in corda vestra clamantem abba pater. Itaq iam non est seruus sed filius. Quomodo ergo cũ etiã his quibus prædicabat, dicat φ iam non est seruus sed filius, ipse se seruum profitetur? Siue id secũdũ illã humilitatẽ dictũ puremus, quã dñs docuit dicẽs, Discite a me, qa mitis sum, & humilis corde non errabimus. Neq ẽm per hoc lędet veritas libertatis in Paulo. Dicit enim & ipse: Nã cũ liber sim ab omnibus hominibus, me seruum feci. Seruit ergo Christo nõ in spiritu seruitutis, sed i spiritu adoptionis, qa omi libertate nobilior est seruitus Christi. Siue qua imitator eius pnunciet q dixerat, Ecce ego sum in medio vestrũ nõ sicut discũbẽs, sed sicut ministrãs: & eius qui semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, vt sicut iis q in lege sunt fit & ipse sub lege, & iis q sine lege sunt: efficitur etiã ipse sine lege: ita & ipse p iis q adhuc serui sunt, & nõdum per spiritũ adoptionis in libertatẽ perducti filiorum, seruus efficiatur: cõtrariũ non videbitur. Ad hoc potest etiã illud addi φ ad Corinthios scribẽs idem Apostolus, & de nuptiis vel castitate pręcipiẽs, tãq̃ alieno nomine qdã de libertate ac seruitute interserit dicẽs: Seruus vocatus es, nihil cures, sed si potes liber fieri magis vtere. Qui ẽm i dño vocatus est seruus, libertus est dñi. Similiter & qui liber vocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite serui fieri hominũ. Quę vtiq nõnullis cõtra rõnẽ vident inserta.

Quid ẽm ad nuptiarũ vel castitatis pręcepta cõmemoratio seruitutis ac libertatis assumitur? Sed nos sensum Pauli ita intelligimus, φ seruũ dicat eum qui iugali conditione cõstrictus est: qa mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir eius: & vir nõ habet potestatẽ corporis sui, sed eius mulier. Propter qd & in aliis dicit de eis: qa non est seruituti subiectus frater vel soror, in talibus scilicet, φ in aliis eos seruituti sciret esse subiectos. Est ergo seruus vocatus q in cõiugio positus venit ad Christũ, cui dicit: Seruus vocatus es, nihil ad te attineat: sed & si potes liber fieri magis vtere: qđ in cõiugibus alteri cõtinẽtię libertas, alteri generat periculũ castitatis. Nõ ẽm debẽt nisi ex cõsensu ad tẽpus vacare orationi, & iterum in idipsum esse reuertendũ, ne eos tentet Satanas propter incõtinentiã suã. Is ergo qui pro nexu cõiugii seruus vocatus est, libertus est dñi. Libertus ẽm neq ex integro liber, neq ex integro seruus est appellatus: sed si in cęteris virtutibus liber fuerit, i. fidei, patiẽtię, misericordię, iustitię, tenuerit libertatẽ, libertus dñi appellat, vtpote qui pro actione virtutis liber fit, & pro cõiugali necessitate fit seruus. Liber vero est qui sine vxore per puritatẽ continentiæ venit ad Christũ, qui tamen seruus Christi efficitur

C dũ ex integro virtutibus seruit. Paulus ergo (sicut qdã tradũt) cũ vxore vocatus est: de qua dicit ad Philippenses scribens: Rogo te etiã germane compar, adiuua illas q̃ cũ ipsa sunt. Ex consensu igitur liber effectus seruũ se nominat Christi. Si vero (vt aliis videt) sine vxore, nihilominus q liber vocatus est, seruus est Christi. Quid est autem seruũ esse Christi? qd est seruũ esse verbi dei? Sapiẽtiæ, iustitiæ, veritatis, & oĩm oĩno virtutũ, quæ Christus est. Sed & illud (si videt) in hoc loco addim, φ sicut sciẽtia q̃ nũc dat sanctis, est p speculũ in ænigmate, & pphetia, & vt cętera dona spiritus sanctitita & libertas quæ nũc sanctis pstat, nõ iã plena libertas est, sed velut p speculũ, & in ænigmate: & ideo sancti seruos se esse dicũt ad cõparationẽ illius libertatis quę facie ad faciẽ tribuit. Quomodo etenim potest in carne qs positus adipisci integrã libertatem, vt i nullo iam seruiat car-

ni! Sicut nec adoptionẽ filioꝝ qs in corpore positus habere ex integro potest. Atq͂ vtinã hoc saltem obtineri possit in vita mortaliũ, vt seruus quis Christi ex integro fiat, non carni, non sanguini, non vanæ glorię, nõ cupiditati, non auaritiæ, non iracundiæ, nõ inuidiæ, sed qui soli Christo, id est omnibus simul virtutibus seruiat. Hæc de eo quod scriptum est, Paulus seruus Iesu Christi.

" VOcatus Apostolus.

D ¶ Hoc nomẽ, id est vocatus, qa ad oẽs ptinet q in Christo credũt, generale põt videri: sed vnusquisq͂ secũdũ id qd in eo prẹuidet & eligit de⁹, aut apostolus vocaṫ, aut ꝓpheta, aut magister, aut liber ab vxore, aut seruus in cõiuge, & ꝑ diuersitate gratiæ cõpleṫ illud qd scriptum est, Multi vocati, pauci electi. Sciendũ tñ est q͂ possibile est aliquẽ esse vocatum apostolũ, aut vocatũ prophetã, aut vocatũ magistrũ, & si neglexerit vocationis suę gratiã, decidere ex ea: sicut & Iudas q etiam apostolus vocat⁹ est, & negligens vocatiõis suæ gratiã, ex aplo fact⁹ ẽ ꝓdo & ꝓditor. Et fuit qdem vocat⁹ apostolus, sed nõ fuit elect⁹ apostolus. Sed & ille ꝓpheta q in tertio Regnoꝝ libro referṫ ꝓphetasse de Hieroboã, vocatus ꝓpheta fuit: si autẽ electus fuerit, ipsi discutite, qm̃ quidem prohibitus panem mãducare in Israel, mãducauit, & reuertẽdo raptus est a leone. Sũt & multi vocati magistri ꝑ oẽs ecclesias dei, & vocati ministri: sed nescio q in his magistri electi sint, & ministri electi. Sic & quosdã puto vocatos qdẽ vt puteṫ pati ꝑ Christo, non tñ electos, id est vocatos martyres: vt sunt illi q post tormentorũ agones & carcerũ, nõ vsq͂ ad finem in confessionis tolerantia ꝑdurarũt. Est & vocata virgo, sed nõ electa, quę scilicet virgo sancta nõ fuerit corpore & spiritu. Et est vocatus pastor, sed non electus, q prẹest gregi qdem, & lacte eius vtitur, & lanis eius operiṫ: sed infirmũ nõ requirit, & claudũ nõ colligit, & fortẽ circũscribit in laborẽ. Ita est & vocat⁹ abstinẽs, sed nõ electus: scilicet q ieiunat tristis, & exterminat faciẽ suã vt hominibus placeat. Sed & ꝑ singulos gratiarũ grad⁹ similiter inuenies multos quidem vocatos, paucos autem electos.

" SEgregatus in euangelium Dei.

E ¶ In Paulo nõ sola generalis vocatio ad apostolatum designaṫ, sed electio ꝓtinus secũdũ dei præsciẽtiã subsecuta ꝑ hoc q͂ segregatus dicitur in euangeliũ dei: sicut & alibi ipse de se dicit. Cũ autẽ cõplacuit deo qui me segregauit ex vtero matris meę, & vocauit ꝑ gratiã suam, vt reuelaret filiũ suum in me. Qd tamẽ hæretici ad calumniã vocant, dicentes eum segregatum esse ab vtero matris suę ob hoc q͂ in eo naturę bonitas inerat: sicut ecõtratio de his qui malę naturę sunt, dicitur in psalmis, qa segregati sunt peccatores ex vtero. Nos autem dicimus q͂ neq͂ Paulus fortuitu, aut naturali differẽtia elect⁹ ẽ: sed electionis suę causas in semetipo dedit ei, q scit oĩa anteq̃ fiant: neq͂ peccatores qui separantur a ventre, iudicii iiquitate separanṫ. Deniq͂ statim in consequentibus vide quid de eis dicat sermo diuinus. Scriptũ est em̃. Segregati sũt peccatores ab vtero, errauerunt a ventre, locuti sunt falsa. Si intelligamus quomodo statim: vt sit, de vẽtre matris ꝓcedũt peccatores errauerũt vel locuti sunt falsa: pariter intelligimus q͂ iusti separantur a ventre. Ergo & Paulus q͂ segregatus in euangelium dicitur, & segregatus a vẽtre matris suę, causas in eo & merita qbus in hoc segregari debuerit, vidit ille quẽ nõ latet mens. Prẹuidit em̃ q͂ abũdãtius q̃ cẹteri oẽs laboraturus esset in euangelio: q͂ i fame, & siti, in frigore, & nuditate, ꝑiculis lattonũ, ꝑiculis fluminũ, ꝑiculis matis, prẹdicaturus esset euangeliũ Christi: sciẽs q͂ væh esset sibi si nõ euãgelizaret: & q͂ maceratur⁹ esset corpus suũ, & seruituti subiectutus, ne forte cũ aliis p̃dicaret, ipse reprobus efficereṫ. Hæc ergo & his similia & alia multa in eo de ventre matris præuidẽs Iesus pro his segregauit eum in euãgeliũ. Si enim (vt hẹretici putãt) vel sortis incerto, vel naturę melioris p̃rogatiua fuisset elect⁹, nunq̃ vtiq͂ timuisset, ne si min⁹ corporis sui fræna tenuisset, euenire posset vt reprobus fieret, vel vẹh sibi esset futurũ si euangelizare cessaret. Deniq͂ & ipse in cõsequẽtib⁹ latius disserens ait: Quia quos præsciuit, & p̃destinauit cõformes fieri imaginis filii sui: euidẽter ostẽdens q͂ eos quos præsciuit de⁹ tales futuros vt Christo se in passionib⁹ cõformarẽt, ipsos etiã conformes ac similes imaginis eius prædestinauit & gloriæ. Præcedit ergo p̃scientia dei, ꝑ quã noscunṫ qui in se labores & virtutes habituri sint, & ita p̃destinatio sequitur: nec tamen rursus p̃destinationis causa putabitur p̃scientia. Quod em̃ apud hoĩes vniuscuiusq͂ meritũ pensaṫ ex p̃teritis gestis, hoc apud deũ iudicaṫ ex futuris: & valde impius est qui in hoc nõ credit deo, vt qd nos ĩ prẹteritis videm⁹, hoc ille videat in futuris. Segregat⁹ in euãgeliũ dei, inquit. In aliis locis scripturę euangeliũ Christi esse dicunṫ, sicut & Marcus euangelista scribit: Initium euangelii Iesu Christi, sicut scriptũ est in Esaia ꝑ F

pheta. Verũ quĩ Christus verbum est, & in principio erat apud deũ, & deus erat verbũ: vnũ atq; idem dicit euangelium dei & euangelium Christi: vel quia ipse dominus dicit, Ego & pater vnũ sumus. Et iterũ dicit ad patrẽ. Oĩa mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum ĩ his. Ergo & euãgeliũ patris euãgeliũ filii est. Sed & Paulus dicit: Euãgelium meũ qđ pđico ĩter gẽtes. Qđ fortassis vt hæres Christi dicit, & tãq̃ in euãgelio cohęres, qa & alibi etiã plurimoꝝ dicit esse euãgeliũ, sicut ad Galatas: Sed & si velatũ est euangelium nostrũ, id est omniũ q cohæredes sum⁹ Christi. Verũ & secũdũ hoc ꝙ ipse pđicator eius est, recte suũ dicit esse Paulus euãgeliũ.

» QVOD ante pmiserat p prophetas suos
» in scripturis sanctis de filio suo.

A ℭVerum simpliciter accipi debeat euãgeliũ per scripturas propheticas a deo repromissum ad distinctionẽ alterius euãgelii qđ ęternũ dicit Ioãnes in Apocalypsi, qđ tũc reuelãdũ est cũ vmbra trãsierit, & veritas venerit, & cũ mors fuerit absorpta, & æternitas restituta: considerato etiã tu q legis. Cui æterno euangelio cõuenire videbunt etiã illi æterni anni, de qb⁹ ppheta dicit: Et annos æternos in mẽte habui. Eiq; adiũgi põt & ille liber vitę, in quo sanctoꝝ noĩa scripta dicunt. Sed & illi libri q apud Danielẽ cũ iudiciũ cõsedisset aperti sunt, vel q apud Ezechielẽ pphetã deintus & deforis dicũtur inscripti: oĩa quæq; nõ attramẽto sed spiritu dei viui scripta memorant. De qbus quis periculosum videatur chartulis cõmittere: tamẽ nõ ociose pteteũda sunt dicta sapiẽtiũ & ęnigmata: sed subtili admodũ mẽtis acie (inquãtũ res patit) velut per quoddã speculũ cõtẽplanda: ne forte is q verbũ caro factum apparuit positis in carne, sicut Apostolus dicit, qa manifestatus est in carne, iustificatus in spiritu, apparuit angelis: hoc qđ apparuit angelis, nõ eis absq; euãgelio apparuit: sicut nec nobis qdem hoĩbus ad quos missum se dicit euãgelizare pauperibus dimittere captiuos ĩ remissionẽ, & annũciare annũ dñi acceptũ. Si ergo cũ apparuit nobis omnibus hominibus nõ sine euãgelio apparuit: cõsequẽtia videt ostẽdere ꝙ etiã angelico ordini nõ sine euãgelio apparuerit: illo fortassis qđ æternũ euãgeliũ a Ioanne memoratũ supra edocuimus. Si vero etiã in reliqs cęlestibus ordinibus tale aliqd gestũ esse ab eo suspicãdũ sit: in ea qua singuli qq; sunt forma apparuit eis, annũciãs pacem: quoniã quidẽ per sanguinẽ crucis suę pacificauit nõ solũ quę in terra, sed quę in cęlis sunt: etiam tu apud temetipsum discutito. Qđ promisit per prophetas suos in scripturis sanctis. Quę de Christo pdicta sunt p pphetas, hæc etiã de euãgelio pdicta esse sentiẽdũ est, quis Marcus euãgelista distinctionẽ facere videat Christi & euãgelii, cũ dicit. Qui dimiserit patrẽ & matrẽ &c. pter me vl pter euãgeliũ. Qꝫ & si pprie euãgelii pmissiones reqrendæ sunt, in pphetis abũdãter inuenies: vt est illđ. Dominus dabit verbũ euangelizantibus virtute multa: & Qꝫ speciosi pedes euangelizantium bona. Ad hoc respicit & Ad oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ: & in fines orbis terrę verba eoꝝ: & Velociter currit sermo ei⁹. Sed & Ecce ego mitto pastores multos, & venatores multos, & capiẽt eos sup oẽm mõtẽ, & super oẽm collẽ. Per Hieremiã pmittit, qđ nũc Paulus dicit de euãgelio, qa pmisit deus p prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo.

QVOD filius secundũ carnem ex semine »
Dauid factus. »

ℭFactus est autẽ sine dubio id qđ prius non B erat secũdũ carnẽ. Secundũ vero spiritũ erat prius: & nõ erat prius, quãdo nõ erat. Obseruãdũ est eẽ ꝙ nõ dicit, q pdestinatus est filius dei ĩ virtute secũdũ spiritũ sanctificationis, sed q destinatus est filius dei in virtute. Et nemo putet nos de hoc sermone curiosi⁹ q̃ res patit pscrutari. Quis eẽ in latinis cõdicibus & exẽplarib⁹ pdestinatus soleat inueniri. tamẽ qđ interpretationis veritas habet, destinatus scriptũ est nõ pdestinatus. Destinatur eẽ ille q est: pdestinat vero ille q nõdũ est. Sicut de his qbus dicit Apostolus: Quos aũt pręsciit illos & pdestinauit. Pręsciri ergo & pdestinari possunt illi q nõdũ sunt. Ille aũt q est, & semp est, nõ pdestinat, sed destinat. Hęc dicta sunt a nobis pter eos q in vnigenitũ filiũ dei impietatẽ loquunt, & ignorantes differẽtiã destinari & pdestinari: putãt eũ inter eos q cũ ante non fuerint prædestinati sunt, esse numerandũ: qui nũq̃ pdestinatus est vt esset filius, sed semp fuit sicut & pater. Qui ergo semp est, destinat vt diximus, non pdestinat. Qui aũt pdestinatur, nõdũ erat tũc cũ pdestinaretur, sed cœpit ex tẽpore. Necessaria igit distinctione Apostolus vtit, eũ q ex semine Dauid secũdũ carnẽ est factus pdestinatũ dicẽs: eũ vero quẽ filiũ dei in virtute secũdũ spiritũ sanctificatiõis nominat, destinatũ. Etenim cũ dixisset filiũ dei, nõ suo addidit ĩ virtute, indicãs p hoc ꝙ substãtia filius sit secundũ spiritũ sanctificationis. Christus eẽ dei virtus & dei sapiẽtia dicit, qui & vapor virtutis dei, & manatio glo-

rię omnipotentis puriſſima,& ſplendor lucis æternæ,& imago bonitatis dei appellat̃. Sed requiritur ſi id qđ de ſemine Dauid,ſecundū carnem eſt,qđ vero in virtute deſtinat̃ ſecundum ſpiritū ſanctificationis,filiꝰ dei & ĩ ſubſtantia Dei eſt:quomodo accipiendum eſt de anima Ieſu quę hic nequaꝗ cum carne & ſpiritu ſanctificationis vel diuinæ virtutis ſubſtantia nominatur? De qua alibi ipſe ſaluator dicit,quia triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem:& nūc,Anima mea turbata eſt: quā & a ſemetipſo poſuit, immo qua vſq; ad infernū deſcendit,de qua & dicitur: Non dereliques animam meam in inferno. Certum eſt eñ ꝙ hęc non de ſemine Dauid generata ſit. Dicit enim,quia qđ factum eſt ex ſemine Dauid,ſecundum carnem eſt. Quia ergo neq; in eo qđ ſecundū carnē eſt videtur annumerari,neq; ĩ eo vbi deſcendit,de qua & dicitur: Non derelinques animam meam in inferno.

,, DESTInatur filius dei in virtute ſecundū
,, ſpiritum ſanctificationis.

C ¶Puto ꝙ cōſuetudine ſua apoſtolus vtatur etiā in hoc loco,ſciens mediā ſemper eſſe animam inter ſpiritū & carnē, & aut iungere ſe carni & effici vnū cū carne:aut ſociare ſe ſpiritui,& eſſe vnū cū ſpiritu:ex quo ſi quidem cum carne ſit,carnales homines ſiāt: ſi vero cū ſpiritu,ſpiritales:& idcirco extrinſecus eā nō nominat,ſed carnē tātum vel ſpiritū: ſcit eñ alteri hoꝝ neceſſario animā cohęrere: ſicut & in his ad quos dicit. Vos aūt in carne nō eſtis,ſed in ſpū:& Qui ſe iungit meretrici vnum corpus eſt. Meretricem hic carnem vel corpus vocans: Qui autē iungit ſe dn̄o,vnꝰ ſpiritus eſt. Ita ergo etiā nunc ſciēs de anima Ieſu,ꝙ ſociata dn̄o, & cohærēs ei,vnus cum ipſo factus ſit ſpiritus ſanctificationis: nō eā nominauit extrinſecꝰ,ne ſolueret Ieſum. Qđ deus cōiunxit homo nō ſeparet. Sāctificationis vero ſpiritus dicit̃ ſecundum hoc ꝙ prębet omībꝰ ſanctitatē,ſicut & alibi de eo ſcriptum eſt: Qui factus eſt ſapiētia nobis a deo,
D & iuſtitia,& ſanctificatio,& redēptio. Verū occurrunt nobis quędā quęſtiones acerbiſſime cōmouētes,quomodo videatur Chriſtus deſcendere ex ſemine Dauid,quē conſtat nō eſſe ex Ioſeph natum, in quem Ioſeph ſeries ex Dauid deſcēdētis generatiōis adducitur. Quibus occurrere q̄uis moleſtū ſit ſecūdum literę ratiōnē,tamē reſpōdet̃ a noſtris ꝙ Maria deſpōſata erat Ioſeph, & anteꝗ conuenirent,inuēta eſt in vtero habēs de ſpiritu ſancto. Secundū legē ſine dubio cōtribuli ſuo & cognato coniūcta eſt. Et q̄uis dicatur ad eam ab angelo, quia & Elizabet cognata tua ipſa etiam pariet filium in ſenectute ſua: Elizabet autem ex filiabus Aaron eſſe dicit̃:tamē affirmabitur a noſtris ꝙ cognatiōis nomē nō ſolum ad cōtribules,ſed ad omēs q ſunt ex genere Iſrael,inter ſe īuicē poſſit aptari cōpetēter,ſicut & idem apoſtolus de omibus ſimul dicit: Qui ſunt cognati mei ſecundū carnem. Hęc quidē & alia ſimiliter reſpōdent̃: verum q̄ ſint valida aduerſum aſſertiones eorum,q nos de ſcripturarum teſtimoniis perurgent: probato qui legis. Nobis tamen hęc intelligēda ſecundū ſpiritalē vel allegoricā rationem magis vident̃,ſecūdū quā nihil obeſt ēt ꝙ Ioſeph pater Chriſti dicit̃,cū omino non ſit pater eius. Quia & in generationibꝰ a Matthęo refert̃ ꝙ Ioſaphat genuerit Iorā,& Ioram genuerit Oziā. In quarto aūt regnoꝝ libro ſcriptū eſt,ꝙ Iorā genuerit Ochoziam,& Ochozias genuerit Ioas, & Ioas genuerit Amaſiā Amaſias vero genuerit Azariam, ipſum qui interdum Ozias nominatur,& Azarias Ioatham. Hic ergo Ozias,q & Azarias,cū in tertio regnorū libro dicatur Amaſię eſſe filꝰ, a Matthęo filꝰ Iorę ſcribit̃,tribꝰ in medio generationibus pretermiſſis. Cuius rei diſſertio, certum eſt ꝙ nō ſecundū hiſtoriā,ſed ſecundum ſpiritalē intelligentiā cōſtet, quæ nō eſt nobis nunc in trāſitu pulſanda: in ſuo eñ loco iungetur. Interim ſufficit nobis ad eos q aduerſant̃ reſpondere,ꝙ ſicut Ieſus Ioſeph filius eſſe dicitur,ex quo non eſt generatus,& Ozias genitus ex Iorā,ex quo nō eſt genitꝰ, ita ex ſemine Dauid ſecundū carnē Chriſtus poteſt accipi, vt quicqđ rationis vel aſſertionis in Ioram protulerūt,& in Ioſeph: hoc & in Dauid ſuſcipiendum dicamus.

EX reſurrectione mortuorum,Ieſu Chri- ,,
ſti domini noſtri. ,,

E ¶Quomodo quidem is qui ſecundum carnē factus eſſe dicitur ex ſemine Dauid,filius dei ſit in reſurrectione mortuorū,difficile nō eſt aduertere ei qui legerit illud quod ſcriptum eſt: Decebat eñ eū per quē omnia, & in quo omnia,multos filios in gloriā adducentē, auctorē ſalutis eoꝝ per paſſiones conſummare: Finis aūt paſſionū Chriſti,reſurrectio. Et q̄a poſt reſurrectionē vltra iam non moritur,& mors illi vltra non dominabit̃: & iterū dicit̃, Quia etſi agnouimus Chriſtū ſecūdū carnē ſed nūc iam nō nouimus: ideo omē quod eſt in Chriſto,iam nūc filius dei eſt. Quomodo aūt & ad eum qui filius dei eſt deſtinatus in virtute hoc referat̃,coarctat intelligētiā noſtrā,niſi ꝙ per indiſſolubilē vnitatē verbi, &

carnis,omnia quæ carnis sunt ascribuntur & verbo,quomodo & quæ verbi sunt prædicantur in carne.Iesum vero & Christũ, & dominũ inuenimus sæpe ad vtrãq; naturã referri, vt est illud.Vnus dñs noster Iesus Christus, per quem omnia.Et iterum.Si cognouissent, nunq̃ dominum gloriç crucifixissent.Primitiuus ergo vel primogenitus ex mortuis dicitur Christus. Sed requirendũ nobis est,si solus primogenit⁹ vel primitiuus ex mortuis, & nõ habet aliquos secum etiam in primatu participes:de quib⁹ dicit Apostolus:qa suscitauit nos cum Christo,simulq; fecit sedere in cælestibus. Ne forte ergo & isti quos dicit ex citatos esse cum Christo,& cum eo sedere in cęlestibus,& ipsi primogeniti sunt,vel primitiui ex mortuis:sicut & illi fuerunt, qui cum illo suscitati esse dicuntur: cum monumenta aperta sunt, & multa sanctorum corpora qui dormierant surrexerũt,& ingressi sunt in sanctam ciuitatẽ.Et de his talibus fortassis dicit Apostolus esse ecclesiam illam primitiuorũ, quam ascriptam memorat in cælis.

›› PER quem accepimus gratiam & apostolatum ad obœdiendum fidei in omnibus gẽtibus pro nomine eius.

A ¶Per Christũ se dicit accepisse gratiã & apostolatũ,vtpote mediatorẽ dei & hominũ.Gratiam & apostolatũ.Gratia ad laborũ patiẽtiã referẽda est:Apostolatus ad prędicationis auctoritatem:quia & ipse Christus Apostolus dicitur,id est missus a patre:quippe qui ad euãgelizandũ pauperib⁹ missum se dicit. Omnia ergo q̃ sua sunt,dat etiã discipulis suis. Gratia dicit diffusa in labiis eius : dat & apostolis suam gratiam, cum qua laborantes dicãt: Abũdantius vero q̃ oẽs illi laboraui:Nõ aũt ego,sed gratia dei mecum.Et quia de ipso dictum est:Habentes igit pontificẽ & apostolũ confessionis nostræ Christum:dat discipulis suis apostolatus dignationẽ,vt & ipsi efficiãtur Apostoli dei. Nõ eñ gẽtes quæ erãt alienç a testamẽto dei,& cõuersatione Israel,credere poterãt euãgelio,nisi per gratiã quç apostolis fuerat data:per quã prędicantibus apostolis in fidẽ obœdire dicit,& in oẽm terrã de nomine Christi sonus gratiæ eorũ cõmemoratur exisse:ita vt ad eos qui Romç sunt perueniret,ad quos ait Apostolus.

›› IN quibus estis & vos vocati Iesu Christi.

¶Paulus vocatus Apostolus dicit,& Romani vocati,nõ tamẽ Apostoli,sed vocati sancti in obœdiẽtiam fidei.De diuersitate autẽ vocatorum iam superius diximus.

›› OMNIbus q̃ sunt Romç dilectis dei,gfa vobis & pax a deo pře nr̃o,& dño Iesu Christo. ››

B ¶Benedictio hęc pacis & gratię quę datur dilectis dei ad quos scribit Apl̃us Paulus,puto q̃ nõ sit minor q̃ fuit bñdictio Noe i Sem & Iapheth,quę p spiritũ impleta est erga eos,q fuerãt benedicti.Similiter & ea in qua benedictus est Abrahã a Melchisedec,& Iacob a patre suo Isaac,& duodecim patriarchę qua benedicuntur a patre suo Israel, vel benedictio Moysi qui benedixit trib⁹ Israel.Nõ ergo his oĩbus iferiorẽ duco hãc Apostoli benedictionem,qua benedixit ecclesias Christi. Ait eñ & ipse de se:Puto eñ quia & ego spiritũ Dei habeo. In spiritu ergo dei scribit Apostolus, & in spũ benedixit. Per ipm ergo spũm benedictiões capiẽt hi q benedicunt ab Apostolos si tamen digni inueniãtur super quos veniat bñdictio ei⁹.Alioquin fiet illud in eo qd scriptũ est:Si fuerit ibi filius pacis,pax vestra ve

D niet super eũ:Sin aũt,pax vestra ad vos reuertet. Qd scriptum est ergo de pace, hoc & de gratia fiet:quia gratiã simul cõiũgit cũ pace. Sciẽdũ vero est, q̃ hæc Apostoli consuetudo scribẽdi nõ erga oẽs ab eo seruatur ecclesias. Nã ad Corinthios qdẽ in prima & secũda,& ad Galatas,& ad Ephesios, & ad Philippẽses similiter scribit. Ad Colossenses vero,Gratia vobis & pax a deo patre nostro,dicit:& non addidit,& dño nostro Iesu Christo.Ad Thessalonicenses vero prima ita habet:Gratia vobis & pax,& nihil vltra.In secũda vero:Gratia vobis,& pax a deo patre nostro, & dño Iesu Christo.Ad Timotheũ prima & scda,Gratia,misericordia,& pax a deo patre, & Christo Iesu dño nostro. Ad Titũ vero,Gratia & pax a deo patre & Iesu Christo Saluatore nostro.Et q̃uis curiosior videatur huiuscemodi obseruatio, tamen qui nihil ociosum credit in scripturis esse diuinis,etiam horũ differentias & diuersitates nõ inanes putabit. ››

PRImum quidem gratias ago deo meo per ›› Iesum Christũ pro omnib⁹ vobis : quoniã fi- ›› des vestra annunciatur in vniuerso mundo.

C ¶Quoniã ad quosdã scribẽs Apl's,dicit p oĩbus semper gratias agere,sicut & nũc ad Romanos:ad alios vero scribẽs gratias qdẽ agere,sed nõ addidit p oĩbus: obseruãs inuenies q̃ vbi dicit p omnib⁹ se gratias agere,culpas aliquas graues,aut pbra non exaggerat : vbi aũt aliquos vel arguit,vel notat,non addidit gratiarũ actionẽ,q̃ p omnib⁹ gratias agat,sicut ad Corithios,& ad Colossenses.Ad Galatas vero omnino nõ ponit gratiarũ actionẽ, q̃ eos mirat tã cito transferri ab eo q vocauit eos in aliud euãgeliũ.Prima ergo vox incipit

ad gratiarũ actionẽ. Agere autẽ deo gr̃as, hoc
est sacrificium laudis offerre: & ideo addidit,
Per Iesum Christũ, velut per põtificẽ magnũ.
Oportet em̃ scire eũ q vult offerre sacrificiũ
deo, ꝙ per manus põtificis debet offerre. Sed
& hoc q̃d dixit, Deo meo, nõ est ociose acci-
piẽdũ. Nõ em̃ vox ista potest esse nisi sanctoꝝ,
quorũ deus dicit̃, sicut deꝰ Abrahã, vel Isaac,
vel Iacob. Non põt dominũ deũ suũ dicere is
cui deus venter est, aut cui auaritia deus est,
aut cui gloria seculi, & põpa mũdi, aut potẽ-
tia rerũ caducarũ deus est. Quicq̃d em̃ vnus-
quisq̃ supra cętera colit, hoc illi deus est. Sed
videamus q̃d est pro quo Apl̃us gratias agit
D deo suo. Q̃m (inq̃t) fides vestra annũciatur in
vniuerso mũdo. Si ĩ vniuerso mũdo simplici-
ter accipiamꝰ, hoc videt̃ designare q̃d dicimꝰ
in multis locis mũdi, hoc est terrę huiꝰ, eorũ
q Romę sunt fides & religio p̃dicat̃. Si vero ĩ
hoc loco vt etiã in nõnullis mũdus designat̃
qui e cęlo cõstat & terra, atq̃ oĩbus quę in eis
sunt: põt etiã illud ĩtelligi, ꝙ virtutes de qui-
bus dicit ꝙ gaudiũ habeãt sup vno peccato-
re pœnitẽtiã agẽte, multo magis de cõuersio
ne quoq̃ & fide Romanoꝝ lętẽtur, nũciãtibꝰ
sibi angelis illis q ascẽdũt & descẽdũt ad filiũ
hominis. Et ipsę em̃ mirant̃ de cõuersione gẽ
tiũ, & ꝙ in oẽm terrã exiuit sonus Apostolo
rũ Christi Iesu. Deniq̃ & agones ipsoꝝ spectã
tes in hoc mundo lętãtur, sicut & Apostolus
dicit: Quia spectaculũ facti sumus huic mũdo
& angelis & hominibus. Potest tamen & ita
intelligi, ꝙ fides ista quã Romani habẽt, ipsa
eadẽq̃ sit & nõ alia, quę in vniuerso mũdo an
nũciatur & creditur, quę nõ solũ in terra, sed
etiam in cęlis prędicatur: quia Iesus pacifica-
uit per sanguinẽ suũ nõ solũ q̃ in terris sunt,
sed & quę in cęlis, & in noĩe eius genu flectũt
nõ solũ terrestria, sed & cęlestia & inferna. Et
hoc est in vniuerso mundo fidẽ prędicari, per
quã omnis mũdus sit subditus deo. Obseruã-
dũ est sane ꝙ ad hoc q̃d dixit, Primũ quidẽ,
nõ reddidit verbi gratia vt diceret secũdo au
tem, sed est vt p̃diximus de loquutionibꝰ mi
nus finitis: nisi forte videatur in eo reddi cũ
dicit: Nolo autem vos ignorare fratres.

" TESTIS enim mihi est deus, cui seruio in
" spiritu meo, in euangelio filii eius.

E ❡Deus testis est sanctis suis, quia & ipsi testes
sunt dei, secundũ ꝙ dicit Propheta: Eritis mi
hi testes, & ego testis, dicit dominus. Sed &
Saluator ad discip̃los dicit: Eritis mihi testes
in Hierusalem, & in Samaria, & in omnibꝰ fi-
nibus terræ: secundum illud q̃d scriptum est:
Qui cõfessus fuerit me, & ego cõfitebor eum
coram patre meo. Videamus aũt quid est q̃d
dicit: Cui seruio ĩ spiritu meo. Seruire ĩ spiri
tu simile mihi videt̃ eẽ, imo & amplius aliq̃d
q̃ adorare in spiritu: sicut & ipse dñs dicebat
ad Samaritanã mulierem: Venit hora, & nũc
est q̃ũ veri adoratores adorabũt patrẽ in spi-
ritu & veritate. Sed & Paulus nõ solũ adorat
in spiritu, verũ & deseruit in spũ. Nã adorare
q̃s põt & sine affectu: deseruire vero eius est,
quẽ cõstringit affectus. Deseruit ergo Apo-
stolus dño, nõ in corpore, neq̃ in aĩa, sed ĩ me
liore sui parte, in spũ. Hęc em̃ tria esse ĩ hoĩe
designat ad Thessalonicẽses scribẽs, cũ ait: Vt
integrũ corpus nostrũ & aĩa & spiritꝰ in die
dñi nostri Iesu Christi seruet̃. Et Daniel di-
cit: Laudate spũs & aĩę iustoꝝ dominũ. Apo- F
stolus ergo vbiq̃ spiritũ præfert, & repudiat
carnẽ, vel q̃ carnis sunt. Deniq̃ & legis ipsius
spiritũ laudat: Literã vero tanq̃ carnẽ spernit
cum dicit: Litera occidit, spũs vero viuificat.
Sed & cũ dicit: Etenĩ ĩ quo infirmabatur lex
per carnẽ, deus filium suũ mittẽs in similitu-
dine carnis peccati. Carnem legis, sine dubio
literã legis dicit. Per literã nãq̃ infirmabatur
lex, vt nõ posset impleri. Quis enim impleret
vel de sabbato q̃d scriptũ est, Nõ te mouebis
de loco tuo in die sabbatoꝝ? Quomodo enim
fieri poterat vt se aliq̃s penitꝰ non moueret
de loco suo in die sabbatoꝝ? Vel de legibꝰ le-
prę in stamine, vel in pariete, vel in pellicula
exortę? & multa alia in quibus secundũ literã
tanq̃ secundum carnem infirmata est lex. Pro
pterea ergo Apostolus dicit, ꝙ lex spiritalis
est. Qui igitur legem ĩtelligit spiritalem, hic
spiritu seruit deo. Vnde & ad alios dicit: Si
em̃ secũdũ carnem vixeritis, moriemini: hoc
est secundũ literam quę occidit. Si aũt spiritu
actus carnis mortificaueritis, viuetis. Requi-
rendũ sane est, si & patres antiqui & patriar-
chę vel prophetę, qui etiam ipsi fuerũt perfe
cti in spiritu, deo seruiuisse credẽdi sunt: quia
& Abraham desiderauit vt videret diem dñi,
& vidit & gauisus est: & Moyses & Helias ap
paruerunt in gloria cum Iesu colloquẽtes in
monte. In quo ostẽditur legem & prophetas
cum euangeliis consonare, & in eadem gloria
spiritalis aspectus atq̃ intelligentiæ refulgere.

QVOmodo sine intermissione memoriam "
vestri facio semper in orationibus meis, obse- "
crans si quo modo tandẽ aliquãdo p̃sperũ iter "
habeam in voluntate dei veniendi ad vos. "

❡Q̃d sine intermissione pro his quibus scri- G
bit orare se dicit: mãdati sui memor complet
opere q̃d sermone præcipit. Q̃d autem dicit
obsecrare se si quo modo tandẽ aliquãdo pro

sperum iter habeat, vt volũtate dei veniat ad Romanos. Considerãdũ ꝙ Apostolus ad dei opus sanctum, & opus euangelii proficiscẽs, expectat donec obsecrationibꝰ impetraret nõ solũ prosperũ sibi iter fieri, sed & in volũtate dei ꝓsperũ fieri. Vnde & multo magis nobis quibus non est vel operis tanta, vel meriti cõscientia, cum aliquid agere disponimꝰ, a Deo itineris prosperitas postulãda est. Puto tamen ꝙ etiam hoc voluit intelligi Apostolus, ꝙ nõ semper prosperitas itineris dei voluntate perficitur. Deniqꝫ & Balaam iter habuit prosperum eundi ad Balach, vt malediceret populo Israel, sed nõ fuit illa ex volũtate diuina prosperitas. Et multi in rebꝰ seculi prosperis vtũtur successibꝰ, & exultant in prosperitatibus suis: sed non est talis prosperitas ex volũtate dei, nisi cum tale est opus itineris nostri, quale hic designat Apostolus.

¶ DEsidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritalis ad confirmandos vos, id est simul cõsolari in vobis per eam quę inuicem est fidem vestram atqꝫ meam.

A ¶ Primo omnium discere debemus opus esse apostolicũ, desiderare fratres, sed nõ aliam ob causam nisi vt vel conferamus eis aliquid donũ spiritalis si possumꝰ: vel si nõ possumꝰ ipsi, vt capiamus ab eis. Sine hoc eñ nõn est probabile desiderium circũeundi fratres. Qđ autem dicit: Vt aliquod tradam vobis donũ spiritale: videt indicare esse aliquid qđ donum quidem sit, non tamen spiritale. Nam donum fidei sine dubio spiritale est, & donũ sapientię & scientię, & virginitatis similiter. Vbi aũt dicit de nuptiis & de virginitate loquens, Sed vnusquisqꝫ propriũ donũ habet a deo, alius sic, alius autẽ sic: Donũ quidem dicit esse nuptias: quoniã sicut scriptum est, A deo aptatur mulier viro: sed nõ istud donum spiritale. Possunt & alia multa donũ dei dici, vt diuitię & fortitudo corporis, vt formæ decor, vt regnũ terrestre. A deo enim etiam hęc donant: sicut & Daniel dicit: Quia ipse facit reges & cõmutat: sed nõ sunt hęc dona spiritalia. Beati sunt ergo illi quibus spiritale gratiã tradere vult Apostolus ad cõfirmationem fidei, vt vltra iam non sint paruuli, neqꝫ circũferantur omni vento doctrinæ. Qđ cum fit a Paulo, & ipse consolationẽ capit, opus suum firmũ & stabile vidẽs, & illi consolãtur, quia apostolicę gratię participes fiunt.

NOLO autem vos ignorare fratres, quia sępe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsqꝫ adhuc, vt aliquem fructũ habeam in vobis, sicut & in cęteris gentibus: gręcis ac barbaris, sapiẽtibus & insipiẽtibus: debitor sum. Ita qđ in me est, promptũ est vobis qui Romæ estis, euangelizare.

B ¶ Est quidẽ & hyperbaton in hoc loco, & locutionis defectio: sed hyperbaton modo hoc possumꝰ reddere. Nolo aũt vos ignorare fratres, quia sępe proposui venire ad vos, vt aliquẽ fructũ haberẽ in vobis, sicut & in cæteris gẽtibꝰ græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus, & prohibitus sum vsqꝫ adhuc. Defectio vero elocutionis hoc modo adimplebitur. In eo vbi dicit, Et in cęteris gentibꝰ græcis ac barbaris, sapiẽtibꝰ & insipiẽtibus, videtur deesse qbus, vt ea quę subsequũtur sic legantur, quibus debitor sum, & sit talia consequentia. Sicut fructum habeo in cæteris gentibus græcis ac barbaris, sapientibus & insipiẽtibus, quibus debitor sum: ita qđ in me est promptus sum etiam vobis qui Romæ estis euangelizare. Nunq̃ enim apud vllam gẽtem erubui euãgelium meum prędicare, quia virtus dei est in eo ad salutem omni credẽti, Iudęo primum & græco: quia in euangelio Dei iustitia reuelatur, quæ obtecta prius velabat in lege. Reuelatur autẽ in his qui ex fide veteris testamẽti ad fidem nouam euangelii veniũt, sicut & in Propheta dictum est: quia iustus etiã si in lege adhuc sit, deo credẽs, & famulo eius Moysi, ex fide viuit: & cũ dę euangelio venit, ex fide legis in fidẽ Christi dirigitur: ita ex fide in fidem proficit. Hæc quantũ ad cõsequẽtiam verborũ ipsius Apostoli pertinet: dicta sint. Hoc autem qđ spectat ad intelligẽtiã requiramus. C Qđ ait, Quia sępe proposui venire ad vos: charitatem suam quam erga Romanos habebat, indicauit. Qđ vero addidit, Et prohibitus sum vsqꝫ adhuc: si quidẽ putetur a deo prohibitus, ostenditur per hoc etiã id curę esse deo, quo vnusquisqꝫ Apostolorũ vel debeat ire vel non debeat, & ꝙ dispẽsatione quadam aliis prohibeat quidem, aliis sinat prædicare verbum dei: sicut & alibi dicit: Et cũ tentaremus ire in Bithyniam, prohibuit nos spiritus Iesu. In euãgelis a Saluatore dicitur: Vobis datũ est nosse mysterium regni dei, cęteris autem in parabolis, vt vidẽtes non videant, & audientes nõ audiant. Si vero, Prohibitus sum vsqꝫ adhuc, ad illum referatur de quo alibi ipse dicit: Quia ĩpediuit nos Satanas: competenter ostendit se in orationibus sine intermissiõe certare, vt deuictis Satanæ impedimẽtis, prosperum iter suũ fiat in voluntate dei eos videre qui Romę sunt. Desiderat eñ, & in orationibus obsecrare nõ cessat, fructum aliquem capere ex ipsis, sicut ex

cæteris gentibus. Vnde velut multarum diuitiarum cupidus Paulus, ex multis rationabilibus possessionibus redditus desiderat congregare: cōgregat fructus ex græcis, congregat ex barbaris, congregat ex sapientibus, aliquid etiam ex insipiētibus colligit: dum aliis tanq̄ perfectis sapientiam loquitur, aliis tanq̄ insipiētib9 nihil aliud se scire dicit, nisi Christum Iesum & hūc crucifixum: dum alios ex lege & pphetis docet, alios signis & virtutibus suadet. Verum hos omnes fructus affert Paulus, quia tanq̄ palmes bonus permanet in vite vera quæ Christus est: quem frequentius pater purgat agricola: & ideo fructum plurimum affert. Purgat autem eum in laborib9,
D in tribulationibus, in persecutionibus. Sunt enim alii palmites, qui in vite quidem permanēt, fructum vero non ferunt, sed sunt aridi: Ex quibus sunt illi, qui nomine quidem permanēt in Christo, operibus autem & actibus infructuosi inueniūtur & aridi, qui dicuntur excidi, & in ignem mitti. Sicut enim primus Adam quędam vitis fuit, & radix humani generis, quæ attulit quosdam quidem palmites fructuosos, vt Seth, Enos, & reliquos vsq; ad Noe: alios autem infructuosos & inutiles, vt Cain, & omnem quę ex ipso procreata est stirpem: Ita & in Christo, qui est nouissim9 Adā, sunt quidam palmites fructuosi, velut in vite vera fructificātes: quidam vero aridi & a patre agricola excidendi. Sed & illud obseruandū est, ꝙ singulari numero Apostolus bonorum nominat fructum, sicut & alibi: Fructus aūt spiritus, gaudium, charitas, & pax: Ope-
E ra autē quę exprobrat, pluraliter profert. Quod si quis obiiciat illud qd̄ in psalmo scriptū est: Labores fructuum tuorum manducabis, pro bono & pluraliter dictum: sciendum est ꝙ sicut is qui margaritas negociaī plures, inueniens vnā preciosam, vendidit omnes & emit illam vnam: ita quis a plurib9 fructibus incipiens, ad vnū perfectionis tendere debet fructum. Requirēdum nunc est, quomodo Apostolus græcis ac barbaris, sapientibus & insipiētibus debitor est. Quid enim ab ipsis acceperat, vnde eis debitor fieret? Arbitror quidē diuersis gētibus inde eum effectum esse debitorem, ꝙ omniū gentium linguis eloquia accepit per gratiam spiritus sancti, sicut & ipse dicit: Omnium vestrū magis linguis loquor: Quia ergo linguarū notitiam non pro se, sed pro his quibus prędicandum est, accepit: debitor omnibus illis efficitur, quorum accepit a deo linguę notitiam. Sapientibus autem efficitur debitor per hoc ꝙ accepit sapiētiā in mysterio absconditam, quā perfectis & sapientibus loqueretur. Quomodo aūt & insipientibus? In quo patientiæ gratiam & lōganimitatis accepit. Summę etenim patientiæ est ferre insipientium motus. Gratissime autem addidit in cōsequētibus: Ita qd̄ in me est promptus sum & vobis euangelizare. Promptum se esse testaī: quod & alibi dicit: Si volens hoc ago, mercedem habeo. Promptus eīn quis est prudētibus loqui. De insipiētibus vero sciendū est illud, qd̄ dicit: Si autem inuito dispensatio ista credita est mihi, & væh mihi est si non euangelizauero.

NON enim erubesco euangelium. Virtus »
enim Dei est in salutem omni credenti. »
¶Multa quidē probra aduersus Euangelium F
in initio prædicationis exorta sunt: sed Paulus patientiam didicerat a prophetis dicentibus: Nolite vinci opprobriis eorum, neq; cedatis persecutionibus eorū: & sciebat ꝙ euangelium prædicaret non in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute spiritus. Definiens ergo quid sit euangelium pronunciat. Virtus enim (inquit) dei est in salutem omni credenti, Iudęo primum & græco. Quod dixit, Virtus dei est in salutē, videtur ostendere quasi sit aliqua virtus dei, quæ nō sit ad salutem, sed ad perditionē. Scit quippe & in propheta scriptū esse: Et erit hæc virtus mea magna. Et iterūm in psalmis dicit. In virtute tua dispdedē illos. Et ideo hic dicit. Virt9 dei in salutē. Vidēdum est ergo ne forte propter istas virtutum Dei differētias dextra & sinistra in Deo appelletur, vt virtus in salutem dextra eius: & virtus in qua disperdit, sinistra dicaī. Sed & illud aduertendum est, ne forte quia Christus virtus dei dicatur, & euāgeliū virtus Dei Christ9, sicut & alia multa, ita etiam euāgelium intelligi debeat, & forte qd̄ æternum dicitur euāgelium, de ipso dici sentien-
dum sit. Omni (inquit) credenti, Iudæo primum & græco. Græci eīn duabus appellationibus omne hominum censuerant genus, id est vel græcum dicentes esse vnumquēq;, vel barbarum: & distinctio eorum talis fuerat, vt omnis qui græcus non esset, barbarus haberetur. Sed multo veriore distinctione vtitur Paulus Iudæos primum dicens, & postmodum græcos, postremum vero barbaros. Cū enim Græci, quia ipsi legibus vtebantur, oēs reliquos tanq̄ sine legibus viuentes barbaros appellauerint: merito Iudæi etiam ipsis Græcis ab Apostolo preferunt, quia & ante ipsos legibus viuere cœperunt, & leges eorum a Deo, & non ab hominibus promulgatę sunt.

Iuſtitia enim dei in euãgelio renelatur ex fi‑ de iu fidem. Iuſtitia enĩ dei iu enãgelio reue‑ latur per id ꝙ a ſalute nullus excipiť, ſiue Iu‑ dęus, ſiue gręcus, ſiue barbarus veniat. Omni bus enim æque Saluator dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.

,, IVSTItia enim dei in eo reuelatur ex fide
,, in fidem: ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus autem ex
,, fide viuit.

A Clam ſuperius diximus, ꝙ & prior populus in fide erat, quia crediderat deo & Moyſi fa‑ mulo eius: ex qua fide nunc ad fidẽ euangelii tranſiit. Qđ autẽ dicit ex teſtimonio Abacuc prophetę, ꝗa iuſtus ex fide in ea viuit, ſiue is qui in lege eſt, vt etiam in euangeliis credat, ſiue is qui in euangeliis eſt, vt etiam legi cre‑ dat & prophetis: alterum enim ſine altero in tegritatem non habet vitæ.

,, REVELAtur enim ira Dei de cælo ſuper
,, omnem impietatem & iniuſtitiam hominum
,, eorum, qui veritatem Dei in iniquitate deti‑
,, nent: quia qđ notum eſt Dei, manifeſtum eſt
,, in illis. Deus enim illis manifeſtauit.

B De ira Dei plenius a nobis in aliis locis di‑ ctũ eſt: paucis tñ etiam in præſenti diceť. Igi‑ tur ira Dei nũc reuelari diciť nõ in pace ali‑ qua, ſed iu omnẽ impietatẽ & iniqnitatẽ: nec tamen in omnes homĩes, ſed in illos ſolos qui veritatẽ Dei in iniquitate detinẽt: quibus etiã dicit manifeſtũ eſſe id qñ notũ eſt Dei, oſten‑ dẽs eſſe aliqd Dei qđ notũ ſit, & aliqd eius qđ ignotũ ſit. Dicit ergo reuelari irã Dei his qui veritatẽ iu iniquitate detinẽt. Quę reuelãtur, de obſcuris & recõditis ad notitiam proferũ tur. Quia ergo & hic nõ ignorãtibus verita‑ tem, ſed tenentibꝰ eam, licet male tenentibus, ira Dei de cælo diciť reuelari: videť ꝙ ratio‑ ne & ſciẽtia iram Dei manifeſtatam dicat eſſe his quibꝰ veritas nota eſt, licet eam in iniqui

C tate detineãt. Qđ quidem, vt ex conſequenti‑ bus declarať, de ſapientibus huius mundi, & eruditis, vel philoſophis dici intelligitur: qui cũ veritatẽ Dei & iuſtitiã cognouiſſent, non ſicut deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt, ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis cõuerſi ad idola: & dicẽtes ſe eſſe ſapientes, ſtulti fa‑ cti ſunt, ꝗa commutauerũt gloriam incorru‑ ptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis homi‑ nis, & volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpẽtiũ. In quibꝰ etiã oſtẽdit Apoſtolus, ꝙ ea quidẽ quæ ad ſapientes ſeculi de veritatis ſcientia perue nerũt, deo reuelante peruenerunt: ſed dũ aut vanæ gloriæ ſtudent, aut adulãtur erroribus vetuſtis, aut metu principũ refręnanť: damna tionis ſuę ipſi iudices fiunt. A quibus veritas quam deo reuelãte cognouerãt, aut excluſa libertate cõtegitur, aut geſtorum iniquitate denegatur. Ita ergo dei ira videtur interdum virtus ipſa quę pręeſt pœnarum miniſtris, & quę ſupplicia infert peccatoribꝰ, dici: ſicut ſi‑ gnificari exiſtimo in eo qđ referť, quia ira Dei cõmonerat Dauid vt iuberet Ioab numerare populum. Sed & miniſtri eius ſignificãtur ac ſocii, in eo quod diciť: Immiſit in eos iram fu roris ſui, tribulationẽ & iram per angelos ma los. Interdũ etiam ipſius cõſcientiæ cum de‑ linquimus vltores vindices ſtimuli iræ appel lanť: ſicut idem Apoſtolus dicit, Recondis ti bi iram ipſe in die irę. Et alibi. Inter ſe inuicẽ cogitationibꝰ accuſantibus, aut etiam defen‑ dentibus, in die cũ iudicabit deus occulta ho minum. Sed & tribulationis, vel tentationis afflictio, ira dei nomiatur: ſicut Iob dicit, Ira autem domini eſt in corpore meo. Cur autẽ D de cælo nunc ira reuelari dicitur? fortaſſis ad diſtinctionem alterius irę quæ non eſt de cæ‑ lo, vt eſt illud: Furor draconum vinum eorũ, & venenum aſpidum inſanabile. Aut forte ꝙ ipſi aduerſum quos ſermo dirigiť, nõ in igno rantia, ſed in ſcientia veritatis peccare dicun tur: ideo in eos pœna de cælo dirigitur: inde enim pœnarum magiſter accipit poteſtatem. Vel certe quia ſpiritales nequitiæ aduerſum quas nobis certamen eſt, in cæleſtibus eſſe di cuntur, conſequenter in eos qui ab his ſupe‑ rantur, ira dei de cælo dicitur iaculari: velut ſi dicamus ꝙ ignita in eos tela inde vibran‑ tur, & vulnera q in peccato currũt inde ſuſci piunt: hi vero qui totius veritatis expertes ſunt, vel qui nihil habent commune cum cę‑ lo & luce, iram vel vitiorum ſuorum, paſſio‑ num, vel dæmonũ, quibus ſe ſponte ſubdide‑ runt, perferũt. In omnem impietatem homi‑ num, & iniquitatem, qui veritatem dei in ini quitate detinent. Impietas in deũ peccare eſt, iniquitas in homines. In deum ergo & homi nes peccant, qui veritatem in iniquitate deti‑ nẽt. Quã veritatem agnouiſſe credendi ſunt homines naturalibꝰ, & a deo animę inſitis ra tionibꝰ. Quibus tamen id prudentiæ conceſ‑ ſum eſt, vt qđ notũ eſt Dei, id eſt qđ agnoſci de deo poteſt per cõiecturam creaturę, ex his quę videri poſſunt inuiſibilia eiꝰ agnoſcerẽt. Hoc ex pacto iuſtum erit iudiciũ Dei etiam erga eos qui ante aduentum Chriſti, cum po tuerint Deũ agnoſcere, ab eius cultu declinã tes ad imagines hominum adorandas & ani‑ malium diuerterũt. Vt enim breuiter & omĩ E in vnum collecta definitione dicamus: adora re aliũ quempiam pręter patrem & filium &

spiritum sanctũ, impietatis est crimen. Quia
qđ notũ est Dei, manifestum est in illis: Deus
enim illis manifestauit. Iam & vt superius di-
ximus, qa notũ est dei hoc qđ ex huius mun-
di cõsequẽtiis vel rationibus assequi possunt:
sicut & ipse Apostolus ex cõsequẽtibus indi-
cat, dicẽs inuisibilia eius per ea quæ facta sunt
contemplari: ignotum autem Dei intelligen-
dum est ratio substantiæ eius, vel naturæ: cu
iusq; sit proprietas, puto ꝙ non solũ nos ho-
mines, sed & omnem lateat creaturam: aut si
aliquãdo tantus erit naturę rationabilis pro-
fectus, vt in hanc quoq; possit peruenire noti
tiam, dei est nosse. Tale enim aliquid mihi spe
randũ videtur ex his quæ a Saluatore dicun
tur: qa nemo nouit filium nisi pater, neq; pa-
trem quis nouit nisi fili9, & cui voluerit fili9
reuelare. Nõ enim adderet, Et cui voluerit fi
lius reuelare: nisi sciret aliquos esse quibus re
uelari vellet.

INuisibilia eñ ipsius a creatura mũdi per
ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: &
sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita
vt sint inexcusabiles: quia cum cognouissent
deum, non sicut deũ glorificauerũt, aut gra-
tias egerũt, sed euanuerũt in cogitationibus
suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ. Di
centes eñ se esse sapientes stulti facti sunt: &
mutauerũt gloriam incorruptibilis dei in si-
militudinẽ imaginis hominis corruptibilis,
& volucrũ, & quadrupedum, & serpentium.

F ¶Pœne iã in superiorib9 de his omnibus di-
ctũ est. Dixim9 eñ hæc q̃uis ad omnes hoĩes
quib9 inest ratio naturalis, maxime tamẽ spe-
ctare ad sapientes huius mũdi, & eos q philo
sophi nominanť: quib9 p̃cipue creaturas mũ-
di, & oĩa quę in eo facta sunt, discutere disci-
plina est: & per hęc quę videntur, ea quæ non
videntur ratione colligere. Sciendum tamen
est ꝙ hic inuisibilia quę nomiat, de creaturis
dicit: de quibus & in alio loco idẽ Apostolus
dicit, ꝙ omnia p ipsum, id est p Iesum Chri-
stum facta sunt, siue quæ in cælo, siue quæ in
terra, visibilia & inuisibilia. Et ideo p̃ter ea quę
inuisibilia dixit, addit: Et sempiterna eius vir
tus ac diuinitas. Virtus ergo dei quæ sempi-
terna est: ac diuinitas quę nihilominus sempi
terna est, ex coniecturis agnoscitur creaturę.
Virtus est qua regit omnia, diuinitas qua re
plet vniuersa. Ex hoc ergo ĩexcusabiles fiũt:
quia cũ manifestante deo cognouerũt deum:
non vt dignum est coluerunt deum, aut gra
tias egerunt: sed per cogitationũ suarum va-
nitatem dũ formas & imagines requirunt in
deo, in semetipsis imaginem dei perdiderũt: &
qui iactare se in luce sapientię videbantur, in
profundas stultitiæ tenebras deuoluti sunt.
Quid eñ tam tetrum, tam obscurũ, tamq; te
nebrosum, q̃ gloriã dei ad corporalem & cor
ruptibilem humanæ formę effigiem vertere:
vt moris est iis qui simulacra venerantur: &
diuinę maiestatis eminentiam volucribus, &
quadrupedibus, & serpentibus exęquare?

PROpter qđ tradidit illos deus in desideria
cordis eoꝝ, in immunditiam, vt contumeliis
afficiãt corpora sua in semetipsis: quia cõmu
tauerunt veritatem dei in mendacium, & co
luerunt & seruierunt creaturę potius q̃ crea
tori, qui est benedictus in secula. Amen.

¶Quę singula q̃uis iuxta ecclesiæ fidem con G
sequenter explanari videãtur, ꝙ præcedenti-
bus causis culparũ iure & merito deserãtur
a deo hi qui veritatẽ quã deo reuelãte cogno
scunt in iniquitate detentãt: & per hoc ꝙ de
seruntur, traduntur in desideriis cordis sui:
quorũ desideria cordis hęc erant, vt immun-
ditia & cõtumeliis afficerent corpora sua in
semetipsis: & q̃li iudicio erga diuinitatis vsi
sunt rationem, dũ Dei incorruptibilis gloriã
ad fœdas & indignas deducunt hominũ vel
animaliũ formas: tali etiam erga semetipsos
vtantur vice, vt rationabiles homines viuãt
more irrationabilium beluarũ. Requiramus
tamen ab his qui deum bonum negãt etiam
iustum esse iudicem: quid respondeant de his
quę dicit Apostolus, ꝙ tradidit eos de9 in de
sideria cordis eorum, in immũditiam, vt con
tumeliis afficiant corpora sua. Videbitur eñ
in hoc nõ solum ipsorum ratio, quæ penitus
excluditur: sed & nostra responsio coarctari.
Quomodo enim iustũ erit eum qui traditur,
q̃uis pro peccatis tradatur, tamen ad concu-
piscentias tradi: & ad hoc tradi, vt immundi
tiis & concupiscentiis afficiat corpus suum?
Sicut eñ huic qui (verbi causa) tenebris tra-
ditur ad pœnam, imputari non potest ꝙ in
obscuro sit, & qui igni traditur culpari pro
hoc ipso nõ potest cur vratur: ita iis qui de-
sideriis & immunditiis traduntur vt contu-
meliis afficiant corpora sua, non digne vide-
bitur imputari, si in desideriis & immundi-
tiis positi, corpora sua contumeliis maculẽt.
Marcion ergo, & oẽs qui de schola eius ve
lut serpẽtium genimina pullularunt, horum
absolutiones ne extremo quidẽ digito attin-
gere audebunt: quippe qui propter huiusce-
modi quæstiones vetus instrumentum sicubi
forte in eo tale aliquid legerant, abiecerunt.
Sed quid eis profuit cum similibus nihilo-
minus noui instrumenti quæstionibus præ-

ferãtur? Nos tamen qui vnũ bonum deum &
iustũ legis, & prophetarũ, & euangeliorũ pa-
trẽ Christi fatemur: eisdẽ explanationibus &
in nouo & in veteri vtimur testamẽto, inuo-
cãtes eũ q posuit in Sion lapidẽ offensionis, &
petrã scandali, vt ipse nobis per spiritũ sanctũ
suũ offensionẽ & scandalũ lectiõis apostolicæ
per quam dubię mentes offendi videtur, ape-
A riat. Frequẽter in scripturis inuenimꝰ, & a nobis sępe dissertũ est, φ homo spũs & corpus &
aĩa esse dicat: verum cũ dicitur, φ caro cõcu-
piscit aduersus spiritũ, spiritus aũt aduersus
carnẽ: media proculdubio ponitur anima quæ
vel desideriis spiritus acquiescat, vel ad car-
nis cõcupiscẽtias inclinet. Et si quidẽ se iunxe
rit carni, vnũ cum ea corpus in libidine & cõ
cupiscẽtiis eius efficitur: si vero se sociauerit
spiritui, vnus cum ea spiritus erit. Idcirco de
niq; de his quoq; se animæ ex ĩtegro cũ carne
iunxerãt, dicit dñs in scripturis: Iam nõ pma
nebit spiritus meus in hoibus istis, quia caro
sunt. De his autẽ quorum anima fuerat spiri
tui sociata, Apostolus dicit: Vos autem non
estis in carne, sed in spiritu. Sunt pręterea (si-
cut in multis scripturę locis inuenimus) etiã
vtriusq; partis vel vtriusq; vię fautores qui-
dam & adiutores angeli. Nam carnis concu-
piscẽtię aduersus spũm fauet diabolus, & an-
geli eius, & oẽs spiritales nequitię in cęlestibꝰ
cunctiq; aduersus quos hominibus luctamen
est, principatus & potestates, & mundi huius
rectores tenebrarum. Ecõtrario vero spiritui
aduersus carnem decertanti, animãq; huma-
nam quæ media est ad se reuocare conanti: fa
uent angeli hominũ omnes illi, de quibus ait
dominus: Quia angeli eorum semper vidẽt fa
ciem patris mei q in cælis est: & de qbus Apo
stolus ad Hebręos ait: Nonne omnes sunt mi
nistri spiritus ad ministeriũ missi propter eos
qui hęreditatẽ capiũt salutis? Fauet & ipse do
minus, qui etiã animã suã ponit pro ouibus
suis. Sed ĩ vtraq; pte fauoris disciplina serua-
B tur. Non enĩ vi res agitur, neq; necessitate in
alteram partem aĩa declinatur: alioquin nec
culpa eiꝰ, nec virtꝰ posset ascribi, nec boni ele
ctio premiũ, nec declinatio mali suppliciũ me
reretur: sed seruatur ei in omnibꝰ libertas ar-
bitrii, vt in quodcũq; voluerit ipsa declinet:
sicut scriptũ est: Ecce posui ante faciẽ tuã vi-
tã & mortẽ, & ignẽ, & aquã. Vita ergo Chri-
stus est, & mors nouissimus inimicꝰ, q est dia
bolꝰ. Habet ergo ĩ arbitrio suo aĩa si velit eli-
gere vitã Christũ, aut ĩ mortẽ ad diabolũ de-
clinare. Qz si agnoscẽs anima deũ Christũ vi-
tam suã amplexata nõ fuerit, nec sicut deum

magnificauerit, aut grãs egerit: sed euanue-
rit in cogitationibꝰ suis, & mutauerit gloriã
incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis
corruptibilis hois, & volucrũ, & quadrupedũ
& serpẽtiũ, & his oibꝰ declinauerit ad carnẽ,
atq; eos qui carnis desideriis fauent: dereli-
quetur sine dubio & deseret ab eis qui eã fa-
uore suo vt spiritui iungeretur animabãt, &
concedẽt eã, vel tradent desideriis cordis sui,
quibꝰ carni sociatur & adhæret. Neq; enĩ ob-
sistentem eã ac reluctãtem, ad ea quæ refugit
ac respuit reuocabunt. Cuius rei imaginem si C
adhuc videtur obscura, tali quadã specie ma
nifestiorẽ planiorẽq; reddemus. Ponamus esse
aliquod domiciliũ, in quo cũ corpore & spiri
tu velut cum duobus cõsiliariis habitet ani-
ma: pro foribꝰ vero huiꝰ domicilii astare pie
tatem, omnesq; cum ea virtutes: ex alia vero
parte impietatẽ, omnesq; luxuriarũ ac libidi-
nũ formas expectare animę nutũ, quẽ ex duo-
bus pro foribus obseruãtibus introduci ad se
desideret, quẽ repelli: Nõne si spiritui obtem-
perãs, & meliori vsa cõsiliario pietatis & pu-
dicitię ad se reuocauerit chorũ: ille aliꝰ spũs
repudiatus discedet? Si vero carnis vsa consi
liariis impietatis ad se & libidinis introduxe
rit turmã: oĩs illa sanctitatis & pietatis coro-
na cui maloꝝ aĩa cõciliũ prępositit, ista cũ in
dignatione recedet: & membrũ Christi, & tẽ-
plũ spũs sancti relinquẽs, eã in desideriis cor-
dis sui permittet, vt ignominia & cõtumeliis
afficiat corpus suũ in semetipsa, q cõmutauit
veritatẽ dei in mendaciũ, & introducẽs ad se
impietatis & ĩfidelitatis principẽ, colit & ser
uit creaturæ potiꝰ q̄ creatori, qui est benedi-
ctus in secula. Quibꝰ sane ex causis aĩa huma
na tãti discriminis tã ancipitem subeat statũ,
non est pręsentis loci discutere. Eorũ ergo est
cõtumeliis afficere corpora sua, q deseruiunt
simulacris: & eorum colere creaturã, q dereli
querint creatorẽ. Nos aũt qui nullã creaturã
sed patrem & filiũ & spũm sanctum colimus
& adoramꝰ: sicut nõ erramꝰ in cultu, ita nec
in actibus qdem & in cõuersatiõe peccemus:
neq; imitemur eos q contumeliis afficiũt cor
pora sua in semetipsis: sed aspiciẽtes qd dicit
Aplus: An nescitis, φ corpora vestra membra
sunt Christi? Et iterũ: Quia corpus vestrũ tẽ-
plũ ẽ spũs sci: vt mẽbra Christi & tẽplũ spũs
sancti corpora nra in oi sanctitate & puritate
seruemus: quo nõ solum angelorũ digna in-
gressibus fiant, verũ etiã inhabitatione spũs
sancti, & mansione patris ac filii: q dicit de eo
q in mãdatis suis pmanet: Ego & pater ad eũ
veniemus, & mansionem apud eũ faciemus.

" PROpterea tradidit illos deus in passiões " ignominiæ. Nam fœminę eorum immutaue" runt naturalem vsum in eũ vsum qui est con" tra naturam. Similiter autem & masculi reli" cto naturali vsu fœminę, exarserunt in desiderijs suis inuicem in masculos turpi" tudinē operantes: & mercedem quā oportuit " erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut " nō probauerũt deum habere in notitia, tradi" dit illos deus in reprobũ sensum (vt faciāt ea " quę nō cōueniũt, repleti omni iniquitate, ma" litia, fornicatiōe, auaritia, nequitia) plenos in" uidia, homicidijs, cōtētione, dolo, malignita" te, susurrones, detractores, Deo odibiles, con" tumeliosos, superbos, elatos, inuentores malo" rum, parētibus non obedientes, insipientes, " incompositos, sine affectione, absq; fœdere, si" ne misericordia. Qui cũ iustitiam dei cogno" uissent, non intellexerunt qm̄ qui talia agũt, " digni sunt morte: non solum qui faciunt illa, " sed etiam qui consentiunt facientibus. Pro" pterea inexcusabilis es o homo omnis qui iu" dicas: in quo em̄ alterum iudicas, teipsum cō" demnas. Eadem enim agis quæ iudicas.

D ¶Ter inuenimus ab Apostolo positũ, Tradidit illos deus: & primę quidē traditionis causas dedit, quia cũ cognouissent deum, non sicut deum magnificauerunt, aut gratias egerunt, vsq; Et serpētiũ. Propterea (inquit) tradidit illos deus, vsq; Corpora sua. Secūdę traditionis causam videtur pręmittere cũ dicit: quia cōmutauerunt veritatem dei in mendaciũ, vsq; Creatori. Propter hoc (ait) tradidit illos deus in passiōes ignominię. Quę tamen secunda traditio, grauioribus flagitiis videtur obnoxia. Etēm fœminę eorũ (inquit) immutauerũt, vsq; Qui est cōtra naturā. Similiter & masculi. Tertię quoq; traditionis causas videtur dare cum dicit: Et sicut nō probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobũ sensum, vt faciant ea quę nō conueniunt, repleti omni iniquitate, malicia, cęterisq; sceleribus: quæ consequenter enumerat. Verum distinctiones istæ causarum non mihi videntur satis congruere ad ea quę singulis quibusq; obiecta sunt crimina. Quomodo enim turpioribus flagitiis traditur is qui creaturę seruit, magis q̄ ille qui gloriā incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium mutauit? Aut quomodo supra vtrũq; horum, vel examini cuidam traditur maiorum hi qui nō probauerunt Deũ habere in notitia? Vnde magis mihi videntur omnes hę causę quę traditionibus singulis prçferũtur, in vnum coaceruandæ, & rursum traditiōis species ĩ vnũ: vt (verbi causa) dicamus ita. Quoniā quidem homines mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis hominum, & volucrum, & quadrupedũ, & serpētium: & quia cōmutauerũt veritatem dei in mendacium, & coluerũt, & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori: nec probauerũt deum habere in notitia: propter hęc oīa tradidit illos deus in desideria cordis eorum, & in immũditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua, & tradidit eos in passiones ignominiæ, vt fœminæ eorũ immutarent naturalem vsum in eum qui contra naturam est, similiter aũt & masculi. Sed & tradidit illos deus in reprobũ sensum, vt faciant ea quę non conueniunt: quia erāt repleti omni iniquitate, malitia, nequitia, & auaritia, plenique erant inuidia, homicidiis, contentione, dolo, & cæteris quæ scripta sunt malis: quiq; cum cognouissent iustitiam dei hāc esse, vt qui talia agunt digni fint morte, non solum qui faciunt illa, sed & qui cōsentiunt facientibus. Et ideo pro his oībus malis inexcusabiles erunt dum alios in his quæ ipsi agunt sceleribus & iudicant, & condemnant. De se em̄ pronūciat quis, cũ de his quę ipse committit alium punit. Arbitror aũt sufficere ea quæ de traditionis specie supra dicta sũt, quomodo deus tradere dicatur eos, quorum actus & animũ a se declinantē, & indulgentem vitiis, abhorrescit & deserit: & eadem repetere superfluũ puto. Duo sunt sane quę in hoc loco indicari reor, E quorum alterum designari videtur ex altero. Certum nāq; est, q̄ si quē tradiderit Deus vel in desideria cordis sui, vel in passiones ignominię, vel in reprobũ sensum, continuo tanq̄ in terra pessima & reproba, vt omnis illa ĩ eo qui traditur seges criminũ surgat: & rursum si quis cognouerit deũ, & nō sicut deum magnificet, aut gratias agat, sed sit talis qualem per singula apostolicus sermo descripsit: dubium non est huiuscemodi animam derelictam esse a deo, & traditam. Neq; enim possibile est cum his malis habitaculum esse deo, aut hęc mala inde procedere vbi habitat deus. Verũ quia in his trib⁹ vniuersas impietatis species enumerasse videtur Apostolus, vel eorũ qui idola colũt, vel eorũ qui creaturę deseruiunt potius q̄ creatori, sed & eorũ qui non pbauerunt deũ habere in notitia: in quoꝝ primo titulo pmiscue pagani, in alio sapientes eoꝝ & philosophi designant: puto q̄ ĩ hoc tertio in dicenẽ hæretici, vel creatorē deũ negātes, vel diuersas blasphemias in excelsum loquentes,

Igitur singuli quiq; horũ quos supra diximꝰ
in cultu diuinitatis errare, talibus malorũ ti
tulis designãtur. Nos qui videmur in ecclesia
fidẽ rectã tenere: cõsideremus nosmetipsos, &
omni circunspectione pensemus, ne forte solo
ab his veri cultus nomine separati, rebus eis
atq; actibus sociemur. Certum est enim, ꝙ
(verbi causa) repletus iniquitate, malitia, ne-
quitia, auaritia, non probatur deũ habere in
notitia: & est de numero eorũ quos tradidit
deus in reprobũ sensum. Et iterũ quoq; fœmi
A næ vel masculi relicto naturali vsu accendun
tur in eum vsum qui contra naturã est, certũ
est ꝙ ex illorum numero sunt qui seruiunt
creaturæ potius q̃ creatori: & quos tradidit
deus in passiones ignominiæ: sed & siqui im-
mũditia & cõtumeliis afficiãt corpora sua, ex
illis qui commutauerunt gloriam incorrupti
bilis dei: nisi ꝙ grauiore sacrilegio is qui iam
fidelis est, Christi templum, q̃ profanus ad-
huc templum contaminat idolorum. Non est
sane prætereundum, istum quidem apostoli-
cum sermonem in quo dicitur: Qm̃ commu-
tauerũt gloriã incorruptibilis dei in similitu
dinẽ imaginis hominis: nõ solũ eos qui idola
colũt arguere: sed inter Anthropomorphitas
intelligere atq; computare, qui in ecclesia po-
siti imaginem corporeã hominis, dei esse ima
ginem dicũt: ignorãtes illud quod in Genesi
scriptum est, ad imaginem dei factum esse ho
minẽ, de quo homine sentiendũ sit, & ab Apo
stolo interpretari cũ dicit: Deponentes vete-
rẽ hominẽ cũ actibus suis, & induentes nouũ
hominem qui secundũ deũ creatus est. Audis
ꝙ nouum hominẽ dicit secundũ deũ creatũ.
Hunc autem eũdem nouũ hominem, alibi in
teriorem vocat hominem. Corruptibilẽ vero
hũc, cuius hic imaginẽ respuit, exteriorẽ no-
minat cũ dicit: Nã etsi is qui foris est homo
noster corrumpatur, sed is qui intus est reno
uaẽ. Et vt planius adhuc eius sententiã sciant
isti qui de imagine dei errant: audiant quem
dicat esse apostolus hominẽ, qui ad imaginem
dei creatus est, cũ ad Colossenses hoc modo
scribit: Nolite mentiri (inquit) spoliãtes vos
veterẽ hominem cũ actibus suis, & induẽtes
nouũ, qui renouatur in agnitione secundum
imaginẽ eius q creauit eũ. Ex q̃bus euidenter
ostendit, ꝙ interior homo q per agnitionem
renouatur, ipse ad imaginem dei creatus est.
Qui autem exteriorem hominẽ, id est corpo-
reũ & corruptibilẽ ad imaginẽ dei esse dicũt:
cũ his ab apostolo sociantẽ qui cõmutauerunt
gloriã dei in similitudinẽ imaginis corrupti-
bilis hominis. Verũ oportuit ne hęc quidẽ in
explanatione apostolici sermonis omitti, vt
& in hoc capitulo Apostoli sicut & in cæte-
ris plurimis Anthropomorphitæ, id est qui
corporei hominis imaginem, dei esse imagi-
nem dicunt, conuictos se, & cõfutatos esse co
gnoscerent. Sed nos iam in his continentiam
primi voluminis concludamus.

LIBER SECVNDVS. CAP. II.

CIMVS AVTEM QVO- ”
niam iudicium Dei est secũ- ”
dum veritatem in eos qui ta ”
lia agunt. ”
¶ Iudicium quidem dei secũ B
dum veritatem, nõ solum in
eos qui hæc agunt quæ superius enumerata
sunt, verum in omnes quicunq; modo boni
quiddam malive gesserunt: expectandum est
& credẽdũ. Sed illud quid est, quod in hoc lo-
co videtur ostendi, quia solius dei sit secun-
dum veritatem iudicium? Sunt enim quędam
quæ committuntur opere quidem malo, ani-
mo autem non malo: vt si quis, verbi causa,
homicidium non voluntate commiserit. Et
alia fiunt opere quidem bono, sed animo non
bono: vt si quis misericordiam non pro man-
dato dei in bono, sed vt laudetur ab homini-
bus faciat. Alia vero sunt in quibus siue in bo
no siue in malo animus cum corpore concor
dat. Et quia corda hominum noscere solius
dei est, & mẽtis secreta dignoscere: idcirco ip
se solus est qui secundum veritatẽ potest ha-
bere iudiciũ. Sed requiritur, si ergo eis quo-
rum remissæ sunt iniquitates p baptismi gra
tiam, vel quorum tecta sunt per pœnitẽtiam
peccata, vel quibus imputandum non est pec-
catum per martyrii gloriam, videatur secun-
dum veritatem deus seruare iudicium: Veri
tas quippe iudicii hoc postulat, vt malus ma
la, & bonus recipiat bona & q̃uis dona & lar
gitio dei nequaq̃ curiositatem discutiẽtis ad-
mittant, tamen etiam in hoc quanta sit iudi-
cii eius veritas ostendamus. Communis pro- C
fessio est bonum non debere puniri, nec malũ
consequi bona. Si quis ergo sit, verbi gratia,
qui egerit aliquando mala certum est ꝙ ma-
lus erat tunc cum agebat mala. Is vero si præ-
teritorum pœnitens mentem suam corrigat
ad bona, & agat bene, loquaẽ bene, beneq; co-
gitet, bene velit: qui hęc agit, nõne tibi videẽ
bonus, & merito recipere bona? Similiter & si
ex bono quis conuertatur ad malum, non iã
bonus quod fuit, & non est: sed malus iudica
bitur quod est. Actus enim siue boni siue ma
li prætereunt, sed secundum sui qualitatẽ agẽ
tis mentem imaginantur & formant, eamq;

vel bonam relinquunt vel malam, seu pœnæ,
seu præmiis destinandã. Erit ergo iniquũ vel
bonũ mentẽ pro malis gestis puniri, vel malã
pro bonis actibus munerari. Verũ vt adhuc
planius fiat quod dicim⁹, addamus etiã hęc:
Ponamus esse animam in qua habitet impie-
tas, iniustitia, stultitia, luxuria, & multitudo
omnis malorũ, qbus scilicet ministrã se famu
lamq; subdiderit. Q; si in semetipsam regres-
sa hęc anima, pietati rursus & virtutibus mẽ
tis suę ianuam pandat: nonne ingressa pietas
impietatem cõtinuo depellet? similiter & iusti
tia iniustitiam trudet, & sapiẽtia stultitiam,
& sobrietas luxuriam fugabit? atq; ita depul-
sis habitatoribus barbaris ex semetipsa, ciuile
& legitimũ virtutibus præbebit hospitium?
Quomodo ergo iã plenã virtutibus animam
iustum erit de his arguere quæ gesserit cum
nondum esset amica virtutum: & de impieta
te piam, de iniustitia iustã, de luxuria sobriã
condemnare? Hoc ergo modo in his quorum
etiam remissæ sunt iniquitates, & quorum te
cta sunt peccata, credendus est deus secundũ
veritatem seruare iudicium.

„ EXIstimas autem hoc o homo omnis qui
„ iudicas eos qui talia agunt, & facis illa: q;
„ tu effugies iudicium dei?

D ❡Si omnia quæ lex loquit̃ his q in lege sunt
loquitur: & quæ euangelium, vel nũc Aposto
lus loquitur, non principibus seculi, nec regi
bus mundi: sed ecclesiarũ rectoribus & princi
pibus loquitur, his videlicet qui iudicant eos
qui intus sunt, id est episcopis, vel presbyte-
ris, & diaconibus: his ergo dicit ne existimẽt
se effugere iudicium dei, si ea committãt ipsi
de qbus alios iudicant, & condẽnant. Et ideo
oportet vnũquẽq; de sua prius conscientia iu
dicare, & tũc eius quẽ iudicat gesta discutere.
Quod si fieret: omnis penitus adeundi hono
ris ecclesiastici abscinderet̃ ambitio: si se iudi-
candos potius q̃ iudicaturos hi q præesse vo
lũt populis, cogitarent. Nemo ergo existimet
q; possit effugere iudiciũ dei, sicut & prophe
ta dicit: Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua
quo fugiam? Et quia hęc ad eos maxime dicũ
tur qui præsunt iudiciis populorum: idcirco
& alibi dicit, q; de domo domini incipiet iu-
dicium: & item alibi domin⁹ dicit: In his qui
approximant mihi sanctificabor: Sicut in Na
dab, & Abiuth gestum est, cũ alienum ignem
id est non sacrũ diuinis altaribus obtulerũt.
Incipit ergo iudicium a filiis prius. Flagellat
enim deus omnem quem in numerum reci-
pit filiorũ. Verum vt ego existimo, nec si pos
set quis, deberet velle effugere iudicium dei.
Non venire enim ad iudicium dei, hoc est ad
emendationem, vel sanitatem, & remedium
non peruenire.

AVT diuitias bonitatis eius & patientiæ „
& longanimitatis contemnis? Ignoras quo „
niam benignitas Dei ad pœnitentiam te „
adducit? „

❡Diuitias bonitatis dei ille agnoscere potest E
qui considerat quanta in terris mala quotidie
homines gerant, & quomodo pœne om̃es de
clinantes & simul inutiles facti, latam & spa-
tiosam perditionis ambulãt viam: angusto vi
tę itinere neglecto, & his omnibus deum pro
ducentem solem suũ quotidie, & pluuias mi-
nistrantem: si quis consideret quanti in deum
quotidie blasphemant, & in cælum extendũt
linguas suas. Iam quid de fraudib⁹, de vitiis,
de scelere, de sacrilegiis, & piaculis dicã? Qui-
bus tamen omnibus in hoc loco illi videntur
in scelere pręferri, qui alios iudicãtes ipsi con
mittunt quæ in cæteris puniunt. Si quis er-
go hãc bonitatem dei & sustentationem eius
& patientiam contemnit: ignorat q; per hæc
ad pœnitentiam prouocatur. Sustentatio ve-
ro a patientia hoc videt̃ differre, q; qui infir-
mitate magis q̃ proposito delinquunt, susten
tari dicuntur: qui vero pertinaci mente ve-
lut exultant in delictis suis, ferri patienter di
cendi sunt. Sed sicut omnia in mensura fecit
deus, & pondere, & numero, ita etiam patien
tiæ eius certa mensura est: quam mẽsurã cre-
dendum est esse consumptam vel ab his qui
diluuio periere, vel ab his qui in Sodomis cæ
lesti igne vastati sunt. Vnde & de Amorrhęis
dicitur: Nondum enim repleta sunt peccata
Amorrhæorum vsq; nũc. Fert ergo deus pa-
tienter, & expectat vniuscuiusq; pœnitentiã.
Sed non nos dissoluat hoc, & tardos ad con-
uersionem faciat: quia rursus patientiæ eius
& sustentationis certa mensura est.

SEcundum duritiam autem tuã & cor im „
pœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ „
& reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet „
vnicuiq; secundum opera eius. „

❡Cor durum in scripturis dici videtur, cum F
mens humana velut cæra frigore iniquitatis
obstricta, signaculum imaginis diuinæ non
recipit. Hoc idem alibi Cor crassum appella-
tur, sicut cum dicit: Incrassatum est cor popu
li huius. Contrarium vero est duro molle, qđ
in scripturis cor carneum nominatur, & sub
tile, vel tenue: quod Apostolus spiritalem ho
minem vocat, eum qui examinat omnia. Igi-
tur cum scit quæ bona sunt, & non agit bo-
na, per duritiam cordis contemptum omniũ

bonorũ habere credendus est. Crassitudo vero cordis est, vbi subtilis & spiritalis intelligẽtiæ non recipitur sensus: & ita cor impœnitens effectum thesaurizat sibiipsi iram in die iræ & reuelatiõis iusti iudicii dei, dum opus bonum non agitur per duritiam: intellectus vero bonus per crassitudinem cordis excludi tur. De ira autem dei & superius quantũ res pati potuit, & in aliis locis sæpe disertum est. A Quod vero dicit: Thesaurizas tibiipsi iram in die iræ, considerandum est. Thesaurus appellatur quo diuersi generis opes & diuitiæ congregantur. Huius in scripturis significantiam triplicem legimus. Dicit enim in euangelio, thesaurus esse quidem in terris, in quo prohibet dominus thesaurizari: & alius thesaurus in cælo, in quo iubet fideles quosq̃ opes suas recondere: & hic nũc Apostolus dicit iræ thesauros. Omnes ergo homines per hęc quæ agunt in hoc mundo, in vno aliquo ex istis tribus congregant thesauros. Aut enĩ infidelis est quis & iniquus, & per duritiam cordis & cor impœnitẽs ĩ thesauro iræ actus suos recondit. Aut terrenus est, & de terra sapit, ac de terra loquitur, & cum ei attulerit ager fruct⁹ vberes, destruit horrea sua, & maiora ædificat, & thesaurizat in terra. Et ille q dem durus, hic autem stultus appellatur. Dicitur enim ad eum. Stulte hac nocte repetent abs te animam tuam: & ea quæ parasti, cuius erunt? Aut sapiens est in Deum diues, & in terris ambulans conuersationem habet in cælis, atq̃ omnia quæ agit digna sunt regno cælorum. Iste talis diuitiarum suarum thesauros condit in cælis. Ita ergo vniuscuiusq̃ thesauri possessor & conditor potest alius q dem carnalis, alius vero animalis homo, ali⁹ autem spiritalis appellari. Nunc autem videamus qui est dies iræ, quem hic Apostolus no B minat, qui tamen facilius dignoscitur, si de eo quid etiam reliquæ scripturæ indicent requiramus. Quæ ergo ad præsens exempla occurrere poterunt, aptabimus: & ex his qui sit dies iræ monstrabitur. Scriptum est enim in Amos propheta, Væh his qui desiderant diem domini. Vt quid vobis dies domini? & hæc est tenebræ, & non lux. Quemadmodum si effugiat homo a facie leonis, & occurrat ei vrsus, & intret in domum suam, & extendat manus suas ad parietem, & mordeat eum serpens. Nonne tenebrę, & non lux sunt dies domini, & caligo quæ non resplendet? Sed & Iohel dicit ad sacerdotes, & eos qui altari deseruiunt. Clamate ad dominum sine cessariõne, Heu me heu me in diem, quia prope est dies domini, & sicut miseria ex miseria veniet. & post pauca. Tuba canite in Sion, prædicate in monte sancto meo, & confundãtur omnes qui habitant super terram, quia adest dies domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ. Sicut matutinum effundet super montes populus multus & fortis. Similis ei nõ fuit a seculo, & post ipsum non erit vsq̃ in annos seculi seculorũ. Ante ipsum ignis consumens, & post ipsum flamma accensa. Sicut paradisus deliciarum erit terra ante faciem eius, & post tergũ eius caput exterminii: & nullus est qui euadat eũ. Sicut aspect⁹ equorum facies eorum, & sicut equites ita sequentur. Sicut vox curruum super vertices montium insilient. Sed & omnia in cõsequentibus de eadem scribit vsq̃ ad eũ locum vbi dicit: Et dominus dabit vocem suam ante faciem virtutis suæ, quia ingens est valde multitudo castrorũ eius, & valida opera verborum eius. Propter quod magna est dies domini, magna & nobilis valde, & quis erit idoneus ei? Sophonias vero ita dicit. Reuertimini a facie domini dei, quoniam prope est dies domini, & præparauit dominus victimam suam, sanctificauit vocatos suos. Et post pauca: Prope est dies domini magna, prope est, & velox nimis. Vox diei domini amara, & dura posita est & valida. Dies iræ, dies illa, dies angustiæ & necessitatis, dies acerbitatis & perditionis, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ, dies tubę & clangoris super ciuitates munitas, & super muros excelsos. Et affliciam homines, & ambulabunt sicut cæci, quoniam domino peccauerunt: & effundam sanguinem eorum sicut puluerem, & carnes eorum sicut stercora. Aurum eorũ & argentum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne æmulationis consumetur omnis terra, quoniam consummationem & festinationem faciet super omnes qui habitant terram. Esaias quoq̃ similiter memorat. Ecce enim dies domini veniet insanabilis furoris & iræ: ponere orbem terræ desertum, & peccatores perdere ex eo. Et post pauca. Cælũ enim furore accendetur, & terra mouebitur a fundamentis suis propter furorem iræ domini Sabaoth in die qua superuenerit furor eius. His tot & talibus de die iræ testimoniis congregatis, puto ꝙ vltra locus hic expositione non egeat. Evidenter enim in his C omnibus dies iræ & vindictæ, dies iudicii designatur. Inde deniq̃ ad diem iræ addit Apostolus, Et reuelationis. Sic enim dicit: In die iræ & reuelationis iusti iudicii dei. Reuelãda

namque esse omnia, etiam in euangelio designatur cũ dicit: Nihil occultũ quod non manifestet, nec opertũ quod nõ reuelet. Sed & Apostolus in consequẽtibus huius epistolæ dicit: Cogitationibus accusantib⁹ aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominũ. In quo vtique ostendit occulta hominum reuelanda non nisi in die qua iudicaturus est Deus: sicut ad Corinthios euidentius dicit, Nolite ante tempus iudicare vsquequo veniat dominus, qui illuminabit occulta tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ. Quæ vtique omnia de hac eadem die dici intelliguntur, in qua tenebræ, & mœror, & tristitia futura dicit propter eos qui multis peccatorũ vulnerib⁹ confossi, ignis remediis indigebũt. Quo in tempore dicet ad sanctos: Perge populus meus, intra in promptuaria tua, claude ostiũ tuũ: occultare paulisper, donec transeat furor iræ meæ. In qbus sermonibus quantæ diuitiæ bonitatis dei occultentur propter eos qui patientiam eius bonitatemque contemnunt: manifestare non opus est. Requirit sane a quibusdam, cur dies hic de quo superius bibliothecas propheticas mouimus, in fine mũdi statutus sit: vt omnes q ab initio seculi vsque ad finem ipsi⁹ defuncti sunt, ad hũc vltimũ diem iudicandi reseruentur. Cuius rei interiores causas certũ est secretioribus mysteriis contegi: Mysteriũ vero regis abscondere bonum est. Tamen explanationis gratia dicemus inquantũ possibile est paginis verba committere. Multi sunt qui ex hac vita abeuntes vel bonorũ, vel malorũ post se quædam semina reliquerũt, ex qb⁹ qui supersunt homines occasiones vel salutis vel perditiõis accipiũt: Verbi gratia dixerim, vt sunt omnes qui prauas sectas & alienas a deo inter philosophos condiderũt, vel q magica sacrilegia, aut q errores astrorum, & decreta finxerunt: certe q apud nos auctores hæreticorum & prauorũ dogmatum libris editis extitere, vel etiam q schismata in ecclesiis, scandala, ac dissensiones operati sunt: econtrario apostolicarum literarum opus, profectusque per has vniuersæ ecclesiæ, & conuersio ad deum, atque emendatio totius mundi: quorũ omnium causæ non nisi cũ ipsius mũdi fine claudent: & ideo non esset iustum iudiciũ dei, donec de his singulis vel profectus, vel impedimenta penderent. Quod & Apostolus significare videt cum dicit: Quorũdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudiciũ, quorũdam autẽ & subsequuntur. Iam vero si etiam extra corpus positi vel sancti q cũ Christo sunt, agunt aliqd, & laborant pro nobis ad similitudinem angelorum, qui salutis nostræ ministeria procurant: vel rursum peccatores etiam ipsi extra corpus positi agũt aliqd secundũ propositũ mentis suæ, angelorũ nihilomin⁹ ad similitudinem sinistrorũ, cũ qbus & in æternũ ignẽ mittendi dicunt a Christo: habeat hoc quoque inter occulta dei, nec chartulæ committenda mysteria. Sufficiãt ista de die iræ & reuelationis. Nũc requiramus de iusto iudicio dei, in quo reddet vnicuique secundũ opera sua. Et primo qdem excludant hæretici, q dicũt animarũ naturas bonas vel malas: & audiant quod non pro natura vnicuique deus, sed pro operibus suis reddit. Secũdo in hoc ædificent fideles, ne putent sibi hoc solum sufficere posse quod credunt: sed sciant iustũ iudiciũ Dei reddere vnicuique secũdũ opera sua. Videbunt nequaquam pro hoc sermone excludi posse gentiles: si forte & ipsi boni aliqd operentur, & emendatius agãt. Sed & illud qđ in Ezechiele scriptũ est, huic sententię videtur aduersari. dicit enim. Cum auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem secũdũ omnes iniqtates quas facit iniquus, omẽs iustitię eius quas fecit, nõ commemorabuntur: in lapsu eius quo lapsus est, & in peccatis suis q̃ peccauit, in ipsis morietur. Dicent enim: Si nihil ex iustitia iusti cũ lapsus fuerit memorabitur: quomodo vnicuique reddet Deus secundum opera sua? Sed videamus ne forte absolutionem sui in se, ipse sermo diuinus inueniat, si obseruemus quomodo scriptũ est qđ dicit: Cũ auersus fuerit iustus a iustitia sua: & non suffecit cum diceret, cum auersus fuerit a iustitia sua, sed addidit: Et fecerit omnem impietatem secundum omnes iniquitates quas facit iniquus. In quo videtur latenter huiusmodi inseruisse intellectũ, vt si forte non secũdũ omnes iniquitates quas facit iniquus fecerit iustus: non omnes iustitiæ ei⁹ de memoria auferant. Si vero oẽs iniquitates fecerit quas iniquus agit: tunc demũ omnes iustitiæ in lapsu eius de memoria subtrahuntur. Hæc q̃uis occultauerit in scripturis spiritus sanctus propter hos qui diuitias bonitatis & patiẽtiæ eius contemnũt, nõ tamen penitus abstulit: quia & thesaurus in agro abscõditus non qdem ab omnibus inuenitur, ne facile diripiat & pereat: inuenitur tamen a prudentibus, qui possunt ire & vẽdere omnia q̃ habent, & emere agrũ illũ. Et hæc ergo q̃uis abscõdita sunt i scripturis, sicut scriptũ est: Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timẽtibus te: tamẽ inueniunt ad his qui non solum iustum, sed

etiam bonū esse deū legis & prophetarū testimoniis ex his quæ in scripturarum mysterio sunt occultata, defendūt. Ex qb⁹ necessitas exigit pauca patefacere gratia exponendi Apostolicū sermonem, quo ait: Iusti iudicii dei q reddet vnicuiq secundum opera sua.

» HIS qdem q secūdū patientiam boni ope
» ris, gloriam & honorem & incorruptionem
» quærentibus, vitam æternam: his aūt q ex cō
» tentione, & q non acquiescūt veritati, obtem
» perant aūt iniquitati, ira, & indignatio, & tri
» bulatio, & angustia in omnem animam homi
» nis operantis malū, Iudæi primum & Græci.
» Gloria autem & honor & pax omni operan
» ti bonum, Iudæo primū & Græco. Non enim
» personarum acceptio est apud deum.

A ¶Quærentibus, inquit, gloriam & honorem & incorruptionem pro boni operis patiētia, vita æterna dabit: non solū Iudæis, qbus credita videntur eloquia dei, sed etiam Græcis, quia iustum est iudicium dei, & non tantum Iudæorum deus est, sed & gentium. His vero qui per contentionem mentis, & animi prauitatem veritati non credunt, sed iniquitatem sequuntur, redditur ira, & indignatio, tribulatio, & angustia, nō solū gentili, sed & Iudęo quia non est personarum acceptio apud deū. Hęc quidē quantū ad sermonū ordinem spectat. Sed nūc quæ ad interiorem sensum pertinent requiramus. His, inquit, q per patiētiam boni operis. Quod dicit patientiam boni operis, ostendit laborem quendam & agones imminere his q bonū opus facere volunt. Luctamen est enim, sicut & idem Apostolus dicit, non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatū & potestatem, & mūdi huius rectorem, quę oīa bono operi aduersantur: & ideo patientia necessaria est, qa scriptū est: In vestra patientia acquiretis animas vestras. Videamus aūt qd dicit opus bonū. B Dominus in euangelio de ea muliere quæ alabastrū vnguenti preciosi effudit sup caput eius pronūciat, φ bonū opus operata est in me: designās φ q verbo dei vnguentū superfuderit, id est q opera cū verbo sociauerit, ille opus bonū operet. Odoratus nāq efficit oīs vnguētorū suauitate repletus sermo, cum fuerit vt oportet actibus exornatus. Nūc qdē gloriā & incorruptionē requiram⁹. Multis in locis scripturæ sanctę de gloria scribit. Nam in exodo de Moyse dicit, quia cū descenderet de monte glorificatus sit vultus eius. Hoc retexens Apostolus ad Corinthios dicit. Q: si ministeriū mortis in literis formatū in lapidibus factū est in gloria, ita vt non possent filii Israel intendere in faciē Moysi propter gloriā vultus eius q abolet: quāto magis ministeriū spiritus erit in gloria! Si eīn in ministerio dānationis gloria est: quāto magis abūdabit ministeriū iustitiæ in gloria! Et post pauca addit, Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eādem imaginem trāsformamur a gloria in gloriam tāq a domini spiritu. Est ergo quædam gloria secundum apostolū quæ non glorificatur, vt illa quę in vultu Moysi fuit, quæ dicitur esse destructa, quæ C legis litera intelligi potest, habens qdem gloriā pręceptorū, sed quę glorificari nō posset. Est & alia gloria, quæ permanet & glorificat in Christo. Cū enim ascendisset in mōtem, cū Petro, & Iacobo, & Ioāne, trāsformat⁹ in gloria esse scribitur. Et tunc apparuerūt, inquit, Moyses & Helias loquentes cū eo. Per quod ostendit, quiā legis & prophetarū gloria tūc apparuit, cum Christus fuisset transformatus in gloria: vt illius gloria illuminata prophetia & lex amoto velamine literæ intelligat in spiritu. Verum quia & in Exodo dicitur gloria dei replesse tabernaculū testimonii, & iterū in dedicatione templi nihilominus descendisse gloriam dei, & replesse domū fumo, caligine, & nube, in quo vtiq ipsa adesse dei præsentia designatur: illa in his putanda est Dei gloria, de qua Apostolus scribēs ad Hebręos dicit de filio, quia sit splendor gloriæ, & imago expressa substātię eius. Per quę hoc declaratur, ipsum fontem glorię patrē dici, ex quo splendor glorię filius generat, cuius participatione omnes creaturę gloriam habere dicūtur: sicut de his qui ex resurrectione sunt, scribit: Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum: Stella a stella differt in gloria. Hanc ergo gloriam quæ ex resurrectione est qui requirūt, & honorem, & incorruptionē: illud sine dubio inuenient quod scriptum est, Seminat corpus in ignominia, surget in gloria: seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Et ideo inquisitor huius gloriæ & honoris & incorruptionis per patientiam boni operis vitam cōsequitur æternam. D Verum quia de gloria (vt potuimus) discussimus: videamus quid & honor indicet, quia qui ad æternam vitam festinant, non solū gloriā, sed & honorē quęrunt: Scriptū est, φ homo cū in honore esset nō intellexit, cōparat⁹ est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quęrit ergo illum honorem anteq comparet iumentis insipientibus, id est illū quem habebat in paradiso anteq peccaret: honorē quo dei vocem merebatur audire, honorem

quo paradisi fructibus a ligno vitae fruebat. Sed & illud qd dicit Apostolus: Reddite omibus debita, cui honorem, honorē: ad hoc mihi respicere videtur. Ego enim sic intelligo, honorem debitum reddi, si quod debetur iustitiae reddatur, & nihil ex eius parte iniustitiae concedatur: similiter & veritati, si quae sua sunt ita reddantur, vt nihil ex eius partibus mendacio relinquatur: Sapientiae quoq; & innocentię bonitatiq;, si ita reddamus quae sua sunt, vt nihil ex eorum bonis, vel stultitię vel calliditati, vel malitiae permittamus. Cum enim (verbi gratia) in iudicando vel personā potentis acceperis, vel pro amici gratia quae sunt vera suppresseris: non reddidisti honorem debitum iustitiae, nec veritati, sed dehonorasti iustitiam, & fecisti contumeliam veritati: & cum Christus sit iustitia, & sanctificatio, & veritas, eris similis illis qui Christū colaphis ceciderunt, & qui in faciem eius conspuerunt, & qui in calamo caput eius percutientes, vertici eius imposuerunt spineam coronam. Quia autem honorem qui his omnibus virtutibus ab homine debetur, in euangeliis edocemur, dicente domino, vt omnes honorificent filiū sicut honorificāt patrem: honorificat ergo patrem & filium, qui honorem dignum & studium defert sapientiae, & iustitiae, & veritati: omnibusq; his quae esse dicuntur Christo. Hoc ergo modo quaerūt gloriam & honorem & incorruptionem, qui festinant ad ęternam vitam. Sed & incorruptio quid indicet, cito sciemus, si quod ei contrarium est discutiamus. Incorruptio contrariū habet corruptionem. Corruptio duobus modis accidere dicitur, corporaliter & spiritaliter. Corporaliter accidit, cum euenerit illud quod scriptum est: Si quis templum dei corruperit, corrumpet illum Deus. Spiritaliter, cum illud acciderit, quod nihilominus Apostolus dicit: Vereor autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: corrumpantur sensus vestri a simplicitate fidei, quę est in Christo Iesu. Si quis ergo ab his quae supra diximus, māserit corpore & spiritu incorruptus: iste incorruptionem quaerere dicitur, quo scilicet per hanc obseruantiae incorruptionem, illam quae ex resurrectione est incorruptionem consequi mereatur. Quid autem datur haec requirentibus, videamus. Vita (inquit) aeterna. Illa de qua Saluator docet, cum dicitur: Haec est autem vita ęterna, vt cognoscāt te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Per quod ostēdit in agnitione dei & Christi Iesu, vitae aeternae manere substantiam. Agnitio vero dei quomodo haberi possit docemur in psalmis, cum dicit: Vacate & agnoscite quoniam ego sum Deus. His autē qui ex contentione, & qui diffidunt quidem veritati, credunt autem iniquitati: ira, & indignatio, tribulatio, & angustia. Qui simpliciter haec accipit, sufficere credit ad intellectū, secundum ea quę supra dicta sunt reddere deum vnicuiq; secundū opera sua: id est sicut illis qui per patientiam boni operis credūt, vel quaerunt gloriam, & incorruptionem, vitam reddit aeternam: ita & istis qui ex contentione diffidūt quidem veritati, obtemperant autem iniquitati, iram, & indignationem, tribulationem, & angustiā reddat. Sed qui in Apostolicis literis, per quas Christus loquitur, iota vnum, aut vnum apicem non credit ociosum: asseuerabit non per errorem Apostolo contigisse, vt tali locutione vteretur dicens: Qui reddet his quidem qui per patientiam boni operis gloriam, & honorem quaerunt, vitam aeternam: his vero q ex contētione obtemperant iniquitati: & non dixit iram & indignationem, vt & hoc referatur ad reddet quod superius dixerat: sed ait, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia. Vnde qui spiritalis est, & intelligit quid spiritus loquatur in Paulo: dicit non haec Apostolum imperitia, sed per diuinam peritiam conscripsisse: scilicet vt per haec ostenderet ea quidem quae secundum patientiam boni operis quaerentibus gloriam & incorruptionē reddēda sunt, per deum reddi, id est vitam aeternam: Ea vero quę consequuntur eos qui per contentionem diffidunt quidem veritati, obtemperant vero iniquitati, nō a deo dari, cuius dona vti q permanentia, & ipso digna sunt: sed ex consequentia gestorum suorum in his qui operantur malum, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia erit: secundum ea quae thesaurizauerunt sibiipsi. Nam vtiq; sicut ibi vitam aeternam casu accusatiuo protulerat: ita & hic iram, & indignationem, tribulationemq; & angustiam casu accusatiuo protulisset, si id ad reddentis dei personam referre voluisset. Quod & in aliis scripturę locis similiter intelligitur designari, sicut in primo libro Regnorum, vbi dicit dominus: Glorificātes me glorificabo, spernentes me spernentur. In quo euidenter ostenditur dicere dominus eos qui glorificandi sunt, per se glorificandos: de his vero qui spernendi sunt non retulisse ad se, sed absolute dixisse, quia spernentur. Si enim vt bona per semetipsum praestat, ita & mala per semetipsum retribueret deus: consequens

erat,vt quomõ dixit:Glorificantesme glori-
ficabo,ita diceret:Et spernẽtes me spernã.Sed
& in alio loco per prophetã simile quid vide-
tur ostendi in eo,ꝙ hi qui eunt in ignem, nõ
a deo,sed a semetipsis eũ inueniãt accensum,
sicut dicit Esaias:Ite in lumine ignis vestri,&
in flamma quam accendistis. Et vt adhuc pla
nior horũ fiat dissertio,addentur etiam hęc.
Si quis cõtra pręceptum medici sumptis ma-
lorũ ciborũ succis,& corporis turbata tempe
rie,vel febres,vel quoslibet huiuscemodi in-
currerit morbos:certũ est ꝙ nõ per medicum
sed per intemperantiã suam pestem languoris
acceperit.Si vero medici præcepta custodiẽs
in sospitate perduret:vtiꝗ per medicum dice
tur habere gratiã sanitatis . Hoc ergo modo
consequẽter videbitur deus ipse per se redde
re vnicuiꝗ secũdũ opera sua quæ bona sunt,
mala autem venire intelligentur non a deo,
sed ex pessimis intemperantię succis,& cruda
A prauitate gestorum.Verum & hoc ipsum qđ
dixit:Qui ex contentione diffidunt quidẽ ve
ritati,obtemperant autem iniquitati : indis-
cussum nõ omittamus.In his enim singuli lã
guores quidam animi ab Apostolo designan
tur, quorum medellam nullus inueniet , nisi
prius morborum cognouerit causas: & ideo
in scripturis diuinis ægritudines animæ nu-
merantur,& remedia describuntur,vt hi qui
se apostolicis subdiderint discipulis, ex his q̃
scripta sunt,agnitis lãguorib⁹ suis,curati pos
sint dicere.Lauda anima mea dominũ,qui sa-
nat omnes languores tuos.Vnus ergo ex cę-
teris animę lãguor,& quidem pessimus, cõtẽ
tio intelligenda est,per quam omne opus pra
uum geritur.Per hãc hęreses nascuntur, per
hanc schismata & oĩa scãdala in ecclesiis ge
nerantur:dũ hi qui apud semetipsos pruden
tes sunt,& in conspectu suo sapientes , quic-
quid libuerit pro lege defendunt : & inde fit
vt diffidatur quidem veritati, obtemperetur
autem iniquitati. Diffidere porro pro nõ cre
dere,vel non obtemperare,solet in scripturis
sanctis inueniri,sicut & in hoc loco. qđ forte
aptius latin⁹ iterpretari potuisset, si dixisset:
qui non obœdiũt veritati,sed obœdiunt ini-
quitati . Omnis ergo qui alienum a veritate
iter ingreditur, nec sequitur eum qui dixit,
Ego sum veritas:diffidit veritati,& inobœdi
ens est ei.Si q nõ solũ in actibus, sed & in sen-
sibus,& in fide errant, quod maxime ex con-
tentione contingit,sed & qui sapientiæ obsi-
stunt,& iustitię,& sanctificationi,Christo dif
fidunt:quia sicut veritas est, ita & sapientia,
ita & sanctificatio est . Non obtemperare au-
tem Christo qui iustitia est:hoc est obtempe-
rate iniquitati,& his actibus quos sine dubio
consequuntur illa quæ scripta sunt,ira,& in-
dignatio,tribulatio,& angustia . De ira sæpe B
iam diximus,ꝙ interdum ipse qui ex peccati
conscientia animę incutitur cruciatus,ira ap
pelletur.Indignatio autem ipsius iræ tumor,
qui dictis significatur,& per singula quæꝗ cõ
motio.Vt si(verbi gratia)vulnus aliqđ pessi
mum iram ponamus:huius autem tumor &
distentio,indignatio vulneris appelletur. Tri
bulatio vero quam subsequitur angustia, nõ
est similis putanda illi tribulationi,de qua di-
cit Apostolus: quia tribulatio patiẽtiam ope
ratur . Illa enim talis tribulatio angustiam
non habet subsequentem , sicut & ipse Apo-
stolus dicit: Tribulationem patimur , sed
non angustiamur . Immo vero non solum
nullam angustiam tribulatio illa sanctorum,
sed latitudinem habet. Deniꝗ sic dicit iust⁹:
In tribulatione dilatasti me . Huius latitudi-
nis & Apostolus conscius sibi ad Corinthios
scribit : Non angustiamini in me , sed an-
gustiamini in visceribus vestris . Et addidit,
Dilatamini & vos . Idcirco ergo deus de san
ctis suis quos dilatari nouit , & habere intra
cordis sui domicilium spatiosa longe lateꝗ
diffusa,dicit: Habitabo in eis , & inambula-
bo . Hoc munus a deo inter cætera sapientiæ
munera accepit & Salomon , sicut scriptum C
est . Et dedit (inquit) dominus Salomoni
prudentiam multam valde , & latitudinem
cordis. In hac ergo sanctorum cordis latitu-
dine non solum habitat, sed & inambulat de-
us . In peccatorum vero cordibus vbi angu-
stiæ sunt , quia locum dedere diabolo ingre-
diendi, ingreditur quidem diabolus,sed non
vt habitet , neꝗ vt inambulet:angustię enim
sunt , sed vt lateat tanq̃ in cauerna: est enim
serpens . Sic ergo in se infelix anima quã pes-
simus hic anguis obsederit , serpentino frigo
re rigens attrahitur , & coarctatur , atꝗ in
omnes angustias cogitur : illa vero quæ ob-
temperat veritati , instar cæli dilatatur , at-
ꝗ diffunditur, & solis iustitiæ illustratur ra-
diis : & aula sapientiæ ac veritatis efficitur.
Cur tamen ira & indignatio Iudæo primum
& Græco ? Quia gloria & honor ipsis pri-
mum . Prius enim illis credita sunt eloquia
dei , & ipsi dicunt : Beati sumus Israel, quia
quæ placent deo,nobis nota sunt . Et ideo se
cundum euangelii sententiam , Seruus qui
cognouit voluntatem domini sui, & non fe-
cit digne : plagis vapulabit multis . hic est
Iudæus . Qui autem non cognouit, Græ-

eus,id est gentilis,vapulabit paucis. Intreest enim cognouisse deum,& cognouisse voluntatem dei:quia cognosci deus a creatura mũdi per ea quæ facta sunt etiam gentilibus potuit, & sempiterna eius virtus ac diuinitas: voluntas vero eius non nisi ex lege cognosci
D tur & ꝓphetis. Verum ꝙ & ad pœnam & ad præmium Iudæos præfert,& Græcos postponit Apostolus,requirẽdum est,quos hic Græcos,quos Iudæos velit intelligi. Si illos dicit Iudæos qui adhuc sub lege sunt, & ad Christum non veniunt,& Christianos græcos, id est qui ex gentibus credũt: videtur contra totius mysterii venire sententiam. Quomodo enim illi primi dicentur,de quibus dictum est Ecce erunt primi nouissimi: & ad quos iterũ dicit:Ecce relinquetur vobis dom⁹ vestra deserta:& iterum, cum accessisset ad ficulneam Saluator,in qua non inuenit fructum, dixit: Quia nunq̃ ex te fructus nascetur:& duo populi in vtero Rebeccæ designabantur, ex quibus dicitur,quia maior seruiet minori,& minor accepit benedictionem primatus? Sed & alia secundum hoc innumera in scripturis inuenies.Si vero Iudæos nos,id est Christianos appellat & eos qui ex omni genere crediderunt: quos ipse dicit in occulto Iudæos,testat vt Græcos gentiles illos dicat, qui nondum credidere. Sed quomodo Apostolus tantam spem gentibus nondum credẽtibus ponit, cũ ecclesiastica regula videatur obsistere: quę sta tu. vt nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,non possit introire in regnum cælorum!Et iterum Petrus in Actibus apostolo tum de Christo pronunciat dicẽs.Neq; enim est aliud vllum nomen sub cælo in quo oportet nos saluos fieri.Quomodo ergo hic gentes gloriæ & honoris & pacis secundo post
E Iudæos loco participes facit? Sed videamus ne forte illa quæ solet bonitas & dulcedo dei abscondi in scripturis sanctis, aliquid etiam hic moliatur occultum. Tres mihi hoc in loco ordines fecisse videtur Apostolus. Primo enim dicit de his qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt,ꝙ ipsis reddidit deus vitam æternam:Patientiam autem boni operis in illis esse certum est,qui agones, & certamina perferunt pietatis. Quod supra diximus & exposuimus euidenter de Christianis dici, apud quos martyres fuerint. Probatur autem etiam per hoc qđ dominus dicit ad apostolos,q̃a tribulationem habebitis in hoc mũdo,& mundus gratulabitur,vos autem lugebitis.Et addidit post pauca: In patientia vestra acquiretis animas vestras. Christianorũ ergo est pressuram pati in hoc seculo, & lugere,quorum est vita æterna. Et vis scire ꝙ nullius est vita æterna,nisi eius qui credat in Christum? Audi saluatoris ipsius vocem eui denter in euangeliis designantem:Hæc est autem vita æterna,vt cognoscant te solum verum deum,& quem misisti Iesum Christum. Omnis enim qui non agnouit patrem solum verum deum,& filium eius Iesum Christum, alienus est ab æternitate vitæ:Hæc enim ipsa agnitio & fides designatur vita esse æterna. Est igitur primus hic Christianorum locus, F
quibus per patientiam boni operis gloriam & honorem incorruptionem quærentibus, vita æterna reddetur:illa sine dubio quæ dicit:Ego sum via, veritas,& vita. In Christo autem qui vita æterna est, bonorum omnis plenitudo.Secundo in loco ponuntur hi qui ex contentione,& qui diffidunt quidem veritati,obtemperant autem iniquitati: quib⁹ ira & indignatio,tribulatio & angustia imminet id est omni animæ operanti malum: Iudæo primum & Græco. His autem eisdem etiam bonorum retributio. Tertio in loco pari cũ distinctione ponuntur cum dicit: Gloria, & honor,& pax omni operanti bonum: Iudæo primum & Græco.Quod vt ego capere possum,de Iudæis & gentibus dicit vtrisq; nondum credentibus.Potest enim fieri, vt vel ex his qui in lege sunt,si quis persuasione quidẽ commonitus Christo non credit,operetur tamen quod bonum est,iustitiam teneat,misericordiam diligat,castitatem & continentiam seruet,modestiam lenitatemq; custodiat, atq; omne bonum operetur.Hic etiam si vitã non habet ęternam,quia credens soli vero deo nõ credidit,& filio ei⁹ Iesu Christo quem misit, tamẽ gloria operum eius & pax & honor po terit non perire.Sed & Græcus,id est gẽtilis, qui cum legem non habeat, ipse sibi est lex, ostendens opus legis in corde suo, & natura li ratione immotus,(sicut videmus nõnullos in gentibus)vel iustitiam teneat, vel castitatem seruet, vel prudentiam, temperantiam, modestiamq; custodiat: iste licet alienus a vita videatur æterna, quia non credit Christo,& intrare non possit in regnum cęlorum, quia renatus non est ex aqua & spiritu: videtur ꝙ per hæc quæ dicuntur ab apostolo,bonorum operum gloriam & honorem, & pacem perdere penitus non possit. Si enim secundum ea quæ in superioribus disseruimus G
videtur Apostolus condemnare gentiles ex eo ꝙ naturali intelligentia cum cognouissent

deū,non sicut deū magnificauerūt: quomodo nō putamus ꝙ etiā collaudare eos possit, & debeat,si qui in his cognoscētes deū,sicut deū magnificēt? Dubitari igitur nō puto qn is qui pro malo opere cōdemnari meruisset, idem si operatur bonū remuneratione boni opis dignus haberetur. Vide dicēte Apostolo,ꝙ omnes nos stare oportet ante tribunal Christi,vt reportet vnusquisqꝫ ꝓpria corporis prout gessit,siue bonū,siue malū.Inde deniqꝫ est qd & in hoc loco subiūgit: Nō enim personarū acceptio est apud deū. Qd si tibi adhuc dubiū videtur: audi & Petrū quid in actibus apostolorū pronūciet, cū ad gētilem Corneliū fuisset ingressus:Cōpertū (inquit) habeo ꝙ deus personarū acceptor nō est, sed in omni loco,& in omni gente qui facit voluntatem eius,acceptus est ei.Sed obiici nobis potest illud quod deus in euāgelio dicit: Omnis qui credit in me,nō iudicatur.Qui autē nō credit,iam iudicatus est: qa non cre-
A dit in nomine vnigeniti filii dei. Sed videamus quomodo nō iudicamur q credimus in Christo, vt sciamus quomodo & ille iā iudicatus sit q nō credit. Nūquidnā putamus q crediderit in Christo:& post hoc homicidiū vel adulteriū cōmiserit,aut falsum testimoniū dixerit, aut aliquid huiusmodi gesserit, quæ nōnūq̄ videmus admittere etiā fideles: ꝙ pro his iā nō iudicabitur qui credidit in Christo? Certum est hęc omnia venire ad iudicium: & ideo sic intelligendus est domini sermo quē dicit,Qui credit in me nō iudicabitur:quia secūdū hoc ꝙ credit nō iudicabitur: quasi incredulus,& infidelis:de actibus vero suis sine dubio iudicabitur. Ita ergo & ille iam iudicatus est qui non credidit,secūdum hoc ꝙ non credidit: & sicut credenti si extrinsecus peccati aliquid commiserit salua fide iudiciū manet:ita & nō credēti si qd boni operis gesserit excepta infidelitate, remuneratio nō peribit. Nisi forte quis aliqd graue & intolerabile velit obiicere, vt dicat eū qui peccat cōputandū non esse inter credentes,quia si credat quis nō peccet: si vero peccat,ex hoc ipso arguat̄ ꝙ nō credat. Sed hęc q̄ dura sit sentētia,nulli ambiguū puto.Quotus em̄ quisqꝫ inuenietur in terris,qui ita vitā suā libret, vt in nullo penitus delinquat? Sed & Ioannes apostolus in epistola sua euidēter etiā opinionē huiusmodi notat cū dicit. Si quis dicit quia peccatū non habet,hic mendax est,& veritas in eo nō est. Si autē cōfiteamur peccata nostra:habemus aduocatū apud patrē Iesum iustū, qui exorat pro peccatis nostris. Hæc ergo a nobis in hoc loco prout potuimus discussa sunt cōsiderātibus etiā illud qd dicit Apostolus:An Iudæorum deus tantū? Nonne & gentiū?Immo & gentium: vt per hæc euidentior fiat explanatio quomodo Iudæi primo,deinde Grçci ponūtur ab Apostolo. Sed tamē i arbitrio legētis sit probare quæ dicta sunt.Nos autem plura adduximus in tractatū, ne quid de Apostoli sensu indiscussum relinquere videremur.

QVicunqꝫ enim sine lege peccauerunt,sine lege peribunt: & quicūqꝫ in lege peccauerunt,per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum,sed factores legis iustificabuntur.

¶Cū dicat Apostolus eos qui sine lege pecca- B
uerūt sine lege perituros:requiritur vtrū de sola Moysi lege intelligendū sit,an & de lege Christi,vel etiam de quacunqꝫ humana lege sub qua vnūquēqꝫ mortaliū viuere cōtingit, ꝙ secundū ipsam iudicari possit, q in ea peccat: an q extra Moysi legē est,etiā si sub aliqua lege viuat,velut extra legē positus cum peccauerit pereat. Nam & ipse Paulus Apostolus cū dixit se iis qui sine lege sunt quasi sine lege esse.& addidit,Cū vtiqꝫ sine lege nō essem,sed in lege essem Christi:ostendit se in lege Moysi quidē nō esse, tamē esse sub lege. Sed & humanę (vt diximus) leges,si ad hoc ipsum reputari debeant,nō video. Naturalis vero lex quæ cōmuniter omnib⁹ hominibus inest, cōsiderādū est si nō oēs pœne faciat in lege peccare,sicut in consequētibus dicit.Cū em̄ gētes quę legē nō habēt naturaliter quæ legis sunt faciunt,hi legem non habētes ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis. Nisi eos forte dicam⁹ extra legē positos:q neqꝫ scriptis legibus, neqꝫ conscientię,& cogitationibus propriis reprehēdētibus se,& arguētibus parēt.Qui autē dicis, Quotquot in lege peccauerūt ꝑ legē iudicabūtur? Vtiqꝫ qui in lege Christi est,per legē Christi: & qui in lege Moysi,per legē Moysi iudicabit̄: neqꝫ qui sub lege Christi est q̄uis etiā legi Moysi subditus videat̄:iudicari tamen secūdū eā putandus est,cur nō sit circūcisus,vl' cur sabbatū nō seruet. Qꝫ & si iuxta legem Moysi putandus est iudicari,secundū hoc ꝙ lex spiritalis est,iudicabit̄.Hoc est em̄ non auditorem legis, sed factorē iustificari. Qꝫ vero grauiori sentētia percuti videtur is qui sine lege peccauerit: qm̄ periturus pronunciatur, cum vtiqꝫ & miseratione aliqua dignus videatur,qui adiutorio non vsus est legis:videamus ne quid iterum (vt in cæte-

C rís docuímus) diuínæ bonitatis hic lateat,
quā semper abscondit timētibus se. Fortassis
enim ob hoc propensiorē curam pro his qui
pereunt inesse ipse dn̄s in euangelio ostēdit,
cum dicit, quia venit filius hominis quære-
re, & saluare quod perierat: & iterum dicit,
Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt
dom⁹ Israel. & Dauid dicit: Erraui sicut ouis
perdita, require seruum tuum. Sed & in euā-
gelio mna quæ perierat mundata domo inue
nitur a muliere: & gaudet pater sup filio iu-
niore pœnitente, qui mortuus fuerat, & reui
xit: perierat, & inuentus est. Qui iunior filius
(vt ego arbitror) etiam ipsam naturalem le-
gem iam fregerat: hoc enim videtur indicari
in eo, ꝙ consumpserit partem paternę substā
tiæ quæ ei contingebat, viuendo luxuriose.
Sed & in Ezechiele propheta pastoribus im-
putatur, ꝙ infirmum non colligauerint, &
qđ perierat non quęsierint: & post pauca ipse
dominus dicit: Et quod periit (inquit) ego re
D quirā. Verūtamen obseruandum est ꝙ in his
omnib⁹ nusq̄ deus aliquē dicitur perdidisse,
sed vnusq̄sq; ex se pati hoc ꝙ perit. Et ī hoc
ipso ait, Sine lege peribūt, & Venit filius ho
minis quęrere quod perierat: non quod per-
diderat: & ad oues perditas domus Israel, nō
quas perdiderat. Et cū ipse dn̄s dixit: Omnes
(inquit) quos dedisti mihi seruaui, & nullus
ex eis periit: nō dixit nullū ex eis perdidi. Sa
ne sicubi deus perdere dicit̄, pro bono magis
inuenies dictū, sicut cum dicit: Perdā sapien-
tiā sapiētium, & intellectum prudentium re-
probabo. Qđ autem dicit, quia quotquot in
lege peccauerūt per legem iudicabuntur, in-
tuere ne forte secundū vindictas has quæ in
lege scriptę sunt, quibus agebantur iudicia,
vbi lapidari, vel in ignē tradi, vel ciuitatem
refugii adire, vel alia huiusmodi pati iubebā
tur, ita sit & iudicium futurum: qm̄ quidem
typo, & vmbræ cælestium deseruire dicūtur
hi qui sub lege sunt: ne forte simili quadā ra
tione agatur etiam futurum iudiciū in eos
qui pręuaricati fuerint legem. Cum ergo di-
uersas ī scripturis dici claruerit leges, si quis
in tantū omnes has refugerit, vt etiam natu
ralis illa lex, quæ nulli fere desert, vel per du
ritiam, vel per crassitudinē cordis obliterata
in eo videatur & abolita, de isto potest vide-
ri dictū ꝙ sine lege pereat: Iudicand⁹ vero p
legem dicatur is qui sub lege viuit, quia &
Apostolus cōtestatur oēm circūcidentem se
debitorem esse vniuersæ legi faciendæ.
» CVM enim gentes quæ legem non habent
» naturaliter quæ legis sunt faciunt, eiusmodi
legem non habētes, ipsi sibi sunt lex, qui ostē- »
dūt opus legis scriptū in cordibus suis, testi »
moniū reddēte eis consciētia ipsorum: & in- »
ter se inuicē cogitationum accusantium, aut »
etiam defendētium in die cū iudicabit Deus »
occulta hominum secūdum euāgelium meū »
per Iesum Christum. »
¶ Certū est ꝙ gētes quę legē nō habēt, natu- E
raliter quæ legis sunt facere nō pro sabbatis
vel neomeniis dicantur, vel sacrificiis quę in
lege scripta sunt. Nō em̄ hæc lex in cordib⁹
gētiū dicit̄ scripta: sed hoc est qđ sentire na-
turaliter possunt: verbi gratia, ne homicidi-
um, ne adulteriū faciāt, ne furent̄, ne falsum
testimoniū dicāt: vt honorēt patrē & matrē,
& hoꝝ similia: fortassis & ꝙ de⁹ vn⁹ creator
sit oīm, scriptū est in cordib⁹ gētiū. Magis tn̄
mihi vident̄ hęc quæ in corde scripta dicun
tur cū euangelicis legibus cōuenire, vbi cun
cta ad naturalē referunt̄ æquitatē. Quid em̄
ita naturalibus sensibus proximū, q̄ vt q̄ no-
lunt sibi fieri homines, hęc ne faciāt aliis? Le
gi vero Moysi concordare lex naturalis secū
dū spiritū, non secundū literā potest. Nā quę
erit in hoc intelligētia naturalis, verbi gra-
tia, vt octaua die quis circūcidat infantē, aut
cū lino simul ne lana texat, vel ne quis ī die
nouorū fermētatū aliquid edat? Quæ cū ali-
quoties obiecissemus Iudęis, & ingereremus
vt si quid in his vtilitatis esse ostenderēt, sci
mus eos hoc solum respondere solitos: ꝙ
ita visum sit legislatori. Nos vero qui hęc o-
mnia spiritaliter intelligenda sentimus, idcir
co & non auditores, sed factores legis iustifi
candos credimus: nō legis secūdū literā, quæ
vtiq; pro sui impossibilitate nō potest habe-
re factorē: sed secundū spiritū, p quē solū lex
impleri poterit. Hoc est ergo opus legis, qđ
etiā gētes Apostolus dicit īplere naturaliter
posse. Cū em̄ agūt quæ legis sunt, scripta vi- F
det̄ lex in cordibus eorū a deo: nō atramēto,
sed spiritu dei viui. Quod aūt dicit in cordi
bus, nō est putandum ꝙ in mēbro corporis
quod cor appellat̄ lex scripta dicat̄. Vnde em̄
caro aut tātos prudētiæ sensus possit emit-
tere, aut tanta memoriæ receptacula cōtine
re? Sed sciendū est rationalem animæ virtu-
tē cor solere nominari. Testimonio sane con
scientiæ vti Apostolus dicit eos, qui descri-
ptam continent in cordibus legē. Vnde ne-
cessariū videtur discutere, quid istud sit qđ
consciētiam Apostolus vocat: vtrum ne alia
sit aliqua substātia, q̄ cor, vel anima. Hęc em̄
& alibi dicitur ꝙ reprehendat non repre-
hendatur, & iudicet hominem non ipsa iu-

dicetur,sicut ait Ioannes.Si cõsciẽtia (inqt) nõ reprehẽdat,nos fiduciã habemus ad deũ. Et iterũ ipse Paulus alibi dicit.Quia gloriatio nostra hęc est,testimoniũ consciẽtiæ nostrę.
A Quia ergo tantã eius video libertatem ꝙ in bonis quidem gestis gaudeat semper, & exultet:in malis vero non arguat,sed ipsam animam cui cohæret reprehẽdat, & arguat: arbitror ꝙ ipse sit spiritus q ab apostolo esse cum anima dicitur,secũdum ꝙ in superioribus edocuimus,velut pędagogus ei quidam sociatus,& rector, vt eã de melioribus moneat,vel de culpis castiget,& arguat: de qua etiam dicit Apostolus,qa nemo scit hominũ quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: & ipse scit consciẽtię spiritus, de quo dicit: Ille spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro.Et forte hic ipse spiritus est,qui cohęret animabus iustorũ, qui sibi in omnibus obœdiẽtes fuerint: & ideo scriptum est. Laudate spiritus, & animæ iustorũ dominũ. Si vero inobœdiẽs ei anima & cõtumax fuerit,diuidet ab ea post excessum,& separabit. Et propter hoc puto dictũ esse in euangelio de malo iudice , ꝙ diuidet eum dominus,& partem eius cum infidelibus ponet.Ipse fortassis est spiritus: de quo scriptũ est,ꝙ incorruptibilis est spiritus in hominibus.Et secũdũ ea quæ superius diximus:qa diuidetur ac separabitur ab anima peccatrice, vt illa cum infidelib⁹ accipiat partẽ: potest similiter his aptari & illud qđ dictũ est:Erũt duo ĩ agro: vnus assumetur,& vnus relinquetur: & duę ad molam:vna assumet, & vna relinquetur.
B Hæc de eo qđ scriptũ est, Testimoniũ reddẽte conscientia.Nunc videamus qđ sequitur, Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus , aut etiam defendentibus in die cũ iudicabit deus occulta hominũ secundũ euangelium meum per Iesum Christum. Rectum iudiciũ dei quis dubitet esse,vbi accusatores & defensores adhibentur,& testes? Et quidẽ de hoc iusto iudicio dei nos homines exemplum capiamus, nec putemus vnꝗ sine accusante,& defendẽte,& testibus:iustum haberi posse iudicium. Deinde videndũ est,quomodo in illa die cum iudicabit deus occulta hominũ,cogitationes vel accusabunt animam, vel defendẽt:non vtiꝗ illę cogitationes quæ tunc erunt, sed istę quæ nunc sunt in nobis. Cum enĩ siue bona,siue mala cogitamus, velut in cæteris ita in corde nostro tã bonarũ ꝙ malarũ cogitationũ notæ quędã & signacula relinquuntur: quæ in occulto nunc pectoris posita ĩ illa die reuelari dicunt,a nullo alio nisi ab eo qui solus potest occulta hominũ scire: quorum signorum, vel quarum notarum causas non latere deum etiam nostra conscientia contestabitur. Quod tamen iudicium secũdũ euangelium Pauli (hoc est qđ Paulus annũciat)per Iesum Christũ fiet. Pater enim neminem iudicat,sed omne iudiciũ dedit filio.Marcion tamen & omnes qui diuersis figmentis varias introducũt animarũ naturas,hoc ex loco apertissime confutãtur, cũ a Paulo dicitur deus occulta hominũ iudicare per Iesum Christum, & ostendit vnũquẽꝙ nõ naturę priuilegio, sed propriis cogitationibus accusatum,vel excusatũ,con scientiæ suæ testimonio iudicandum.

SI AVtem tu Iudęus cognominaris,& re »
quiescis in lege,& gloriaris in deo,& cogno »
scis volũtatẽ eius, & probas vtiliora instru- »
ctus per legẽ,& cõfidis teipsum ducẽ esse cæ- »
corũ,lumen eorũ qui in tenebris sunt,erudi »
torem insipientiũ,magistrum infantium, ha »
bentem formam sciẽtiæ ꝭ& veritatis in lege. »
Qui ergo aliũ doces,teipsum non doces:qui »
prędicas non furandũ,furaris:qui dicis non »
mœchãdũ,mœcharis:qui abominaris idola, »
sacrilegium cõmittis : qui in lege gloriaris, »
per præuaricationem legis deũ dehonoras . »
Nomẽ enim dei per vos blasphematur inter »
gentes,sicut scriptum est. »

C ¶Quemadmodum in scripturis propheticis obseruauimus, non solum dicẽtis personam latẽter,& subito cõmutari,verum & eorum ad quos sermo,vel de quib⁹ sermo fit: verbi gratia,vt nunc ex patris persona,nũc ex filii vel spiritus sancti,nũc etiam ex persona prophetę,aut aliorũ quorũlibet aliqua dicãtur: & nũc quidem sermo ad Israeliticam gentẽ, nunc ad exteras nationes,aut ad reges,& ad mille alios dirigatur:ita mihi videt etiã hoc modo ad Romanos scripta esse epistola , vt interdum & dicentis persona mutetur, & aliquando quidem Paulus spiritalis loquatur, sicut in multis epistolę locis: aliquãdo vero Paulus carnalis,sicut (verbi gratia) cũ dicit Ego autẽ carnalis sum venũdatus sub peccato, vt ostendemus cũ ad ipsum locum domino dirigente venerimus. Interdũ vero fit & eorum personæ ad quos sermo est commutatio:ita vt nunc ad omnẽ Romanorũ dicatur ecclesiam . Gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnib⁹ vobis: qa fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.In aliis vero non ad omnem ecclesiam, sed ad oẽm qui iudicat alium,& ipse facit ea quę in aliis cõdemnat,& est inexcusabilis. Nũc aũt neꝗ ad

ecclesiā, neq; ad eū qui iudicat fit sermo hic in quo dicit: Si autē tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege. & cætera, vsq; ad eū locū, Et iudicabit quod ex natura est præputium legē perficiens te, qui per literā & circūcisionē præuaricator es legis. Sicut I scripturis propheticis vigilanter oportet intendere eū qui vult intelligētiam eorum quæ scripta sunt capere, vel dicētium vel ad quos, vel de quibus sermo fit personis: ita nunc in epistola ad Romanos agendū mihi videtur. Sed videamus iā quæ sunt quæ dicit Apostolus ad eū qui cognominatus est Iudęus. Primo nāq; hoc obseruandū est, ꝙ non dixit de eo, si autē tu Iudęus es, sed si Iudęus cognominaris: quia nō idem est, esse Iudęum, & cognominari Iudæum. Ipse etenim Paulus docet in cōsequētibus, q̄ vere Iudæus sit ille qui in occulto circūcisus est circūcisione cordis, qui spiritu, nō litera legē custodit: cuius laus nō ex hominibus, sed ex deo est. Qui aūt in manifesto in carne circumcisus est, legem ad hoc obseruās vt videatur ab hominibus: iste nō est vere, sed cognominatur Iudęus. De his enim & ipse Apostolus dicit: Videte circūcisionē: nos eñ sumus circūcisio, q̄ spiritu deo seruimus. Sed & Ioannes in Apocalypsi de quibus dā ita dicit: Qui dicūt se Iudæos & nō sunt: quos etiā de synagoga Satanæ esse pronun-
D ciat. Sciēdum tamen est, ꝙ iste qui in occulto & vere Iudæus est, ab illo Iuda vocabulū trahat, de quo scriptū est: Iuda te laudabūt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicoꝝ tuorū. Catulus leonis Iuda, & cætera quæ in Saluatorē dominū prophetata sunt. Igitur si claruit de differentiis personarū, & quis vere Iudæus sit, quis autē solo nomine cognomineť: videamus quæ ad hunc qui se iactat esse Iudæum & non est, sermo apostolicus dicat. Tu inquit q̄ Iudæus cognominaris, & omnē tibi requiē in legis litera collocas, & gloriaris in deo tanq̄ qui portio eius sis, & cui cōcessum sit scire voluntatē dei, & velut probādi gnarus iactas te scire posse & discernere q̄ sint vtiliora, & differētia: ita vt nō solū quæ sint bona scias, verūetiam quę sint meliora & vtiliora discernas: confidis quoq; ꝙ dux possis esse cæcorum: nimirum ex illis es ducibus de quibus dicebat dominus, Cęci sunt duces cęcorū. Si cæcus autem cęco ducatū præstet, ambo in foueam cadunt. Confidit ergo ducē se esse cæcorum, lumen eorū quoq; qui in tenebris sunt. Sed & ad istos nihilominus dñs dicit. Si autē lux quæ in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantę sunt! Confidunt tamen ꝙ eruditores sint insipientiū, & magistri infantium, tanq̄ qui ex legis litera formā scientiæ & veritatis acceperint. Et quia hæc profitētur quidem, non tamen vere tenent: dicit ad eos apostolus. Qui ergo doces alium, te- E
ipsum non doces: & qui ꝑdicas non furandū, tu aduentū & præsentiā Christi quæ in vniuerso mundo effulsit furaris: qui dicis non mœchandū, in synagogam populi dei adulteriū cōmittis, sermonē doctrinæ prauum & adulterinū ei superducēs: & collocas eā cū legis litera quę foris est, cū scriptū de ea legas, quia oīs gloria filiæ regis ab intrinsecus: & ad quā legis per prophetā nihilominus dictū Nisi occulte audieritis plorabit anima vſa. Qui ergo negas mœchādum, tā graue adulteriū cōmittis, vt adulterinū sensum introducas ad eā de qua dictū legis a deo: Ego te mihi desponsabo in fide & misericordia. Qui abominaris idola, sacrilegium cōmittis, verū templum dei quod est Christus Iesus violās: Soluisti eñ templum dei quod in tribus diebus resuscitatū est iis qui credunt. Sed & qui ex lege & prophetis sermonē Christum pronūciantē furatur & occultat ne populus audiat & credat: sacrilegium cōmittit, & vere dei tēplū violat. Idem quoq; hic qui cognominať Iudæus, & gloriať in litera legis Moysi, præuaricator legis arguiť cum non credit Christo. Si eñ crederet Moysi, crederet vtiq; huic, de quo Moyses scripsit. Propter istos ergo tales qui dicunť Iudæi & nō sunt: nomen dei blasphemať inter gentes, non solum pro operibus eoꝝ pessimis, sed & propter humilem & deiectā intelligētiam, quā habēt in lege & prophetis. Ridicula nāq; etiā gentibus ipsis, legis literā sequentes dicunt: Ne tetigeris, ne gustaueris, ne contaminaueris: q̄ sunt omnia in corruptionē secūdum mandata & doctrinas hominū. Verū hæc apostolus qui- F
dem ad eū qui nomine nō opere Iudæus est, dicit: pertinere tamen etiam ad omnem hominem possunt, in quo nomen tantum religionis & pietatis est, opera autē & scientia & fides deest: & ideo maiori cura hæc in nobis ipsis q̄ in his q̄ ad fidē Christi nō veniūt, discutere debemus: ne quis nostrū qui p fidem Christi & circūcisionē in baptismo datā verus Iudæus effectus est, & in lege Christi requiescit, gloriatur quoq; se idolorum errore depulso agnouisse deū, & eius sibi innotuisse voluntatē: scit eñ probare qd bonū, & bene placitū est, & perfectum: & eousq; peruenit, vt esset dux & doctor ecclesiæ ad illuminandos eos qui in scientia cęci sunt, & instruen-

dos paruulos in Christo: ne is inquam talis alios quidē velit docere districtius: & de his quos instruit summā disciplinam castitatis exigere:ipse vero intēperantiæ vitio & cupiditatis vrgeatur,nonnūq̄ etiam flammis occultæ libidinis æstuet. Ad huiusmodi ergo hominem apostolicus hic sermo competēter aptatur dicēs ei: Tu qui doces aliū,teipsum nō doces:qui pdicas nō furandū,furaris:qui dicis nō mœchandū,mœcharis.Q2 si etiam, vt nonnūq̄ fieri solet, munera oblata deo & stipem in vsus pauperū datam ad propria lucra conuerterit,recte ei dicit:Qui abominaris idola,sacrilegiū facis. Si vero etiā aperta incurrat opprobria, & de auaritia eius, atq; iniquis iudiciis,& temulentia publicam iam teneat notam, dehonoratur deus in actibus eius: & cum doctor ecclesię talis esse populis innotuerit,nomē dei blasphematur in gētibus: Certi sunt em̄ magistris similes esse discipu-

A los.Possunt tamē hęc eadē tertio loco etiam hæreticis aptari: & ipsi em̄ coguominantur Christiani,& nōnulli eoꝝ etiā lege tenus per q̄ instructi,doctores se esse cęcorum, & magistros infantiū profiteutur,probātes vtiliora quę latere ab ecclesiasticis dicūt. Sed isti qm̄ furātur verba dei, & intellectū eoꝝ peruersa expositione surripiunt,& adulterinum fidei sensum ad sponsam Christi ecclesiam in tegios thalamos inducūt,recte de his dicitur: Qui prędicas non furandū,furaris:qui dicis nō mœchandū,mœcharis: & q abominarur idola,sacrilegium committūt, preciosa vasa de templo dei,id est verę fidei margaritas de scripturis sanctis furantes: p quos nomē dei blasphematur inter gētes, dū casta & honesta ecclesiæ dogmata corruptis ac turpibus maculantur hæreticæ prauitatis erroribus. Ex illis em̄ & infanticidii, & incesti,cęterorū q; similiū scelerū probra ad inuidiam sanctæ religionis exorta sunt. Sciendum tamen est, hæc apostolum per ironiā dicere ad Iudæos. Neq; enim qui vere requiescit in lege,& gloriatur i deo,& probat vtiliora:hęc quę enumerata sunt facere credendus est. Testimonium sane qd posuit,id est,Nomen dei enim per vos blasphematur inter gentes: de Esaia sumptum est.

» CIRcūcisio quidē prodest si legem custo-
» dias. Si autē pręuaricator legis sis,circūcisio
» tua præputium facta est. Si igitur præputiū
» iustitias legis custodiat:nonne præputium il
» lius in circūcisionē reputabitur, & iudicabit
» id qd ex natura est pręputiū legē cōsummās,
» te qui per literā & circūcisionem præuarica-
» tor es legis? Non enim qui in manifesto Iu-
» dæus est, neq; quæ in manifesto est in carne
» circūcisio: sed qui in abscondito Iudæus est,
» & circūcisio cordis in spiritu non litera,cu-
» ius laus non ex hominibus est,sed ex deo.

CQuę sit circūcisio quā pdesse dicit Aposto B lus,vel quæ lex prosit si custodiatur, diligentius requirendū videt:vt cū hęc intellexerimus,possimus & nos circūcidi. Quippe si prodest circūcisio,secūdū verbū apostoli dicētis: Quia circuncisio prodest si legem custodias, ipse apostolus in cōsequētibus docet q; non illa quæ in manifesto est in carne circūcisio, sed circūcisio cordis per spiritū nō p literam facta, laudem habet nō ab hominibus,sed ex deo:& alibi dicit. Videte circūcisionem:nos enim sumus circūcisio,q in spiritu dei seruimus,& nō in carne cōfidimus. Hæc vt opinor,est circūcisio quā prodesse dicit Apostolus,si legē custodias:nō legē literę, cuius vti q; circūcisionē iu carne nō recipis,sed legem spiritus secūdū quā circūcideris corde. Litera em̄ occidit,spiritus autem viuificat:qa & lex dei nō refert attamēto scripta,sed digito dei,q est spiritus eius:& non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis. Verū potest nobis C obiici, q; si Apostolus circūcisionē prodesse dicit,quę vtiq; alia nō intelligit esse q̄ animę purgatio,& abiectio vitioꝝ:quomodo addit adhuc, ita demū prodesse huiusmodi circūcisionē si legē custodias:cū hęc ipsa circūcisio nō nisi ex legis obseruātia fieri videatur.Sed intuere ne forte abscindere vitia, & cessare a malis,circūcisionē significet:agere autē quæ bona sunt,& efficere quę perfecta sunt,custodire sit legē. Neq; em̄ in eo perfectio est si cessetur a malis,sed in eo si agantur bona:sicut in psalmo euidētius perdocemur,cum dicit: Declina a malo: & nō hic sterit,sed addidit: Et fac bonū. Similiter ergo & Apostolus,vt pote in his imbutus:ita demū dicit prodesse circūcisionē & abiectionē malorum,si custodias legem bonorum.Neq; enim perfectus qs esse potest si nihil egerit mali: sed si aliquid egerit boni. Vnde & ipsa circūcisio quæ flebat in carne, non absq; huius intelligentiæ quā nūc exponimus significabatur imagine. Deniq; octaua die paruulis dabatur, q nihil vtiq; adhuc operis egerint. Q2 si quis nobis obiiciat quod in principio libri Iob de laude eius positum est,vbi dicit:Et erat Iob homo verax sine querela,iustus dei cultor,abstinēs se ab omni re mala:cur pcedente boni operis laude, in vltimo mali cōtinētia numeretur: Illud quoq; arbitror indicari quod sępe fieri

solet,quia plurimi hominũ agant quidẽ quę
bona sunt,misceatur tñ aliquid & operis ma
li:pauci vero sicut Iob, qui ita & veraces &
irreprehẽsibiles,ita iusti sint & cultores dei,
vt hęc oĩa agẽtes abstineãt se ab omni re ma
D la.Si ergo(inquit)ꝑuaricator sis legis , sicut
supra exposuimus,nõ agẽdo quę bona sunt,
circũcisio tua ꝓpuriũ facta est:dũ & hoc tibi
ꝙ abstinere a malo visus es,opera fidei & iu-
stitiæ nõ agẽti ad infidelitatẽ reputat̃ . Neq̃
eñ possibile est alicui carnalẽ circũcisionem
rursum in ꝓputiũ verti,cũ vtiq̃ abscissa præ
putii caro vltra redire nõ possit. Dignius er
go & euidẽtius intelligit̃,ꝙ cõtinẽtia a malo
opere, quæ per circũcisionẽ significat̃,si ope-
ra fidei nõ habeat,ad immũditiã reputatur.
Sed & si in ecclesia per baptismi grariã circũ
cidirur,si post hæc ꝑuaricator sit legis Chri
sti:circũcisio baptismi ad infidelitatis ei præ
putiũ repurabit̃:qa & fides sine operibꝰ mor
tua dicit̃,& mali villici pars cũ infidelibꝰ po
nit̃.Si aũt prępuriũ iustitias legis custodiat:
nõne iudicabit id qđ ex natura est ꝓputiũ le
gẽ perficiẽs,te qui ꝑ literã & circũcisionẽ prę
uaricator es legis?Superius diximus ꝙ duos
Iudæos,& duas circũcisiones discuriat Apo
stolus,& nũc cõmemoret:videt̃ ergo in prę-
senti loco ꝓputiũ dicere gẽtes,quę in ꝓputio
carnis ad fidẽ Christi venerũt: quas legẽ spi
ritalẽ seruantes cõponit & cõparat Iudęis,q
per literã & circũcisionẽ carnis pręuaricato-
res sunt legis:quos & iudicãdos ab his dicit
inq̃bus non carnis circũcisio,sed legis obser-
uatio est.Possumꝰ aũt ex cõparatiõe etiã no
stros in ecclesia cõmonere:verbi causa, si di-
camus in ꝓputio adhuc esse catechuminos,
aut etiã gentiles,& circũcisos esse fideles per
gratiã baptismi. Si ergo catechuminꝰ q nõ-
dũ ꝑ gratiã lauacri circũcisus est,legẽ Chri-
sti seruet,iustitias & mãdata custodiat:nõne
ex cõparatione iudicat eũ,qui fidelis dicit̃ &
ꝓcepta nõ seruat,ac legẽ Christi,& mandata
contẽnit?Deniq̃ & ipse dñs dicebat: Regina
austri surget in iudicio cũ viris generatiõis
huius,& cõdemnabit eos,qa venit a finibus
E terrę audire sapientiã Salomonis. Hęc q̃dem
ad instruendã ecclesiam nobis dicta sint. Ve-
rũ considera si possit in hoc loco & ille intel
lectus admitti,vt dicat̃ etiam post aduẽtum
Christi carnalis circũcisio quę ex lege obser-
uabat̃,prodesse aliquid custodiẽtibus legẽ,se
cũdũ hoc quod in initio fidei nostræ adhuc
a credẽtibus obseruabat̃: vt in actibus Apo-
stolorũ docetur,vel Petrus in discretione ci-
borũ, vel Paulus in sacrificiis purificationis

fecisse,si forte etiã hic huiusmodi circũcisio
nẽ proposuisse videatur Apostolus: quã pro
desse dicit ita si etiã lex seruet̃:si minus, cir-
cũcisionem hanc in præputiũ vertẽdam:hoc
est nihil profururã:immo etiã in aliis habe-
re iudiciũ eũ qui per circũcisionem carnis vi
deatur legis obseruãtiam profiteri,& pręua
ricando legẽ iudicari ab eo qui nõ susceperit
quidẽ circũcisionem carnis,iustitias ramẽ ser
uauerit legis.Si ergo & hic sensus recipi de-
beat,vide etiã tu qui legis : qm̃ quidem ipse
Apostolus profitetur se Iudæis fieri Iudæũ,
& his qui sine lege sunt quasi sine lege fit, &
omnibus omnia fit,vt omnes lucrifaciat: ne
forte proprerea hic videatur indulgere Iu-
dæis ea,quæ ad Galatas scribens his qui ex
gentibus crediderũt non indulget.dicit eñ:
quia si circuncidamini, Christus vobis nihil
proderit.Nihil ergo prodest circũcisio his q
ex ea putant aliquid iustificationis assumi:
prodest autẽ his , qui purant sibi ad Christũ
nõ esse veniendũ,si eis circũcidere filios veta
retur.Erant eñ nõnulli in initiis qui circũci
sionẽ veluti insigne vernaculum gẽtis suę ni
mio amore seruarẽt,& ĩpediri videbant̃ a fi-
de si eis vetaretur quo carere nõ poterãt. Er
go videtur Apostolus ad huiusmodi homi-
nes dicere,ne eis fidei ianuã claudat, qa cir-
cũcisio prodest si legẽ custodias:Si aũt pręua
ricator legis sis,circuncisio tua præputiũ fa
cta est.Econtrario autẽ si credẽres ex gẽtibus F
ad circũcisionẽ cogerẽtur,fidei Christi & ꝑ-
dicationi verbi fieri videret̃ iniuria. Sed & il
lud obseruandũ est,ꝙ cũ dixerit Circuncisio
quidẽ prodest si legem custodias: nõ addidit
si autem nõ custodias,sicut consequẽs vide-
batur,sed ait:Si autẽ præuaricaror sis legis.
In quo ostendit aliud esse nõ custodire legẽ,
aliud præuaricare legẽ . Nam & Paulus ipse
nõ semper legem custodit,nunq̃ tamen præ-
uaricator est legis.Propterea in cõsequentibꝰ
dicit.Si autẽ præputiũ iustitiam legis custo-
diat,nõne iudicabit quod ex natura est præ-
putiũ legem perficiens,te qui per literam &
circũcisionẽ præuaricator es legis? Custodit
ergo legem is,qui eã secundũ literam obser-
uat:& is præuaricat̃ eam qui spiritalem eius
nõ tenet sensum.Iustitiæ vero legis, moralis
est locus.Lex eñ generale vocabulũ est:iusti-
tia vero pars legis est.Continet eñ lex iusti-
tias,& iudicia,& mãdata, & iustificationes,
aliasq̃ q̃plurimas species.Si ergo prępucium
nõ ait ipsam legẽ, sed si iustitias legis custo-
diat,intantũ præfertur circũcisioni præuari
cãti legem,vt etiam iudicet eam,& bene ad-

dídit legē perfíciens.Ille enim qui secūdū lite
rā viuit,custodire dicitur legē: iste vero qui
secūdū spiritū,perficere.perfectio aūt legis in
Christo est,q dixit:Nō veni soluere legē,sed
adimplere.Adimplere aūt legē,est pficere le
gē.Custodit ergo legē carnalis Iudęus: perfi
cit aūt spiritalis, & q in occulto Iudæus est.
In quo ille qdē puaricator legis:hic autē iu
dex puaricatoris efficit.Preuaricator autem
carnalis Iudęus,qa lex ipsa infirmat p carnē.
Nisi em̄ infirma fuisset secūdū carnē, nō vti
q diceretur: Nā qd impossibile erat legis,in
quo infirmabat p carnē. Per spiritū aūt infir
mari legē nunq̄ inuenies scriptū:& ideo q in
carne sunt deo placere nō possunt:Qui autē
per spiritū actus carnis mortificauerint : nō
solū viuēt,sed iudices erūt nō tātū hominū,
sed angelorum:qa illius laus ab hominibus est,
huius a deo.Hæc quidē dicta sint a nobis ad
explanationē sermonis apostolici,quē dissere
re proposuimus.Non tamē importunū vide
bitur etiā circūcisionis ipsius generalē discu
tere rationē,quādoquidē de ea locus ipse cō
A monuit.Repetamus igitur,& in mediū profe
ramus,siqua in lege de ea,vel i scripturis cę
teris cōtinētur.Inuenimus in Genesi scriptū
primo de circūcisione mandatū, cū responsa
darentur ad Abraham hoc modo : Et dixit
deus ad Abraham:Tu autē testamentū meū
seruabis, & omne semen tuū post te in gene
rationes suas. Et hoc testamētū qd disposui
inter me,& vos: & inter me, & inter semen
tuū post te in generatione sanctorū.Circūci
detur omne masculinū vestrū , & circūcide
tis carnē preputii vestri:& erit in signū testa
menti inter me & vos:& puer octaua die cir
cūcidetur in vobis:omnis masculus in gene
rationibus vestris,vernaculus & pecunia em
ptus ab oībus filiis alienigenarū,qui non est
ex semine tuo,circūcisione circūcidet verna
culus domus tuę,& pecunia cōparatus a te,
& erit testamētū meum super carnem vestrā
testamentū æternū:& incircūcisus masculus
qui nō fuerit circūcisus i carne præputii sui
die octaua,exterminabitur anima illa de ge
nere suo, qa testamentum meum dissipauit.
Non nos tamē latere debet, q in aliis exem
plaribus nō habet positū octaua die: in hoc
dūtaxat loco. Item in Leuitico scriptum est:
Et locutus est dn̄s ad Moysen dicēs:Loquere
filiis Israel & dices ad eos: Mulier quęcūq susce
perit semen & pepererit masculum, immūda
erit septē diebus, secundū diem purgationis
immūda erit , & die octaua circūcidet carnē
preputii ei⁹:& triginta trib⁹ dieb⁹ sedebit in
sanguine suo immūda.Hęc qdē de lege Moy
si testimonia posuimus:Saluator vero i euā
gelio ait:circūcisionē accipere hoiem in sab
bato,& nō solui legē Moysi,& dicit eā ex pa
tribus esse,& ante Moysen datā.Cuius sentē B
tię auctoritate simul & regalis pcepti graui
tate permoti:etiā post aduētū Iesu suasi sunt
quidā circūcidi,cū essent ex gētibus.Alii ve
ro horrescētes pondus præcepti,refugerunt
penitus etiā ab ipsis legibus in qbus hęc scri
pta videbātur,ita vt putarēt hęc nō esse bo
ni dei mādata,nec eius quæ dominus & Sal
uator noster pdicare venisset . Et ideo mihi
videt diligentior in talibus locis adhibenda
discussio, si sit aliqd in huiusmodi mandato
vtilitatis etiā secūdū literā:& si sit, qbus vti
le sit,vel quē ad finē tendat eius vtilitas:aut
si aliqd vtilius figuraliter indicet. Igit repe
tētes ea quę ex lege protulimus testimonia,
discutiamus attentius vtrū ne soli Iudæorū
genti videatur huiusmodi imminere māda
tū,an & omnes qui ex gentibus crediderūt,
æqua forte cōstringat.Intueamur ergo illud
qd ad Abrahā defertur oraculū , quo iussus
est circūcisionis testamēta seruare. Tu,inqt,
& semen tuum post te per generationes suas
inter me & temetipsos, vt circūcidatur omē
masculinū eorū,& circūcidāt carnē prępuții
sui,vt sit signū testamenti inter me,& ipsos,
& omnis masculus octaua die circūcidatur.
Qz sane etiā ex alienigenis, id est q minime
ex Abraham stirpe ducunt, circūcidi velit,
manifeste pronunciat.Ait nāq: Vernaculus
tuus,& pecunia emptus ab oībus filiis alieni
genis qui nō est ex semine tuo,circuncisione
circūcidatur. Nusq̄ fecit proselyti,id est ad
uenæ mētionē:sed vernaculū seruū profecto
gētis illius dominatū, vel etiā precio merca
tū circūcidi iubet,nō liberū,nō hospitē con
stringit,nō aduenam.Perscrutemur nūc etiā C
Leuitici legē,quā etiam Moysi pcipiat deus:
Loquere filiis Israel,& dices ad eos.Mulier si
susceperit semē,& pepererit masculū . & post
aliquāta.Octaua (inqt) die circūcidet carnē
prępuții eius. Intuere & hic queadmodū de
lege circūcisionis tātū ad filios Israel Moy
ses loqui videt, vt alienigenarū nulla sit mē
tio. Si em̄ credimus p diuinū spiritū scripta
esse quę inferunt in lege,vtiq nō frustra aut
addi aliqd putādū est,aut sileri:& ideo cū in
qbusdā mādatis dicit,Loquere ad filios Israel
& dices ad eos:in qbusdā vero addit,vt non
solū filiis Israel,sed & proselytis,id est aduę
nis loquatur: necessario vtiq obseruāda di
stinctio est. Quia sicut in his locis vbi dicit,

loquere ad Aaron, & alibi, ad filios Aaron, & alibi, loquere ad Leuitas, & dices ad eos: certũ est non subiacere reliquos filios Israel his legib⁹, quę vel filiis Aarõ, vel Leuitis, vel ipsi Aaron pmulgatæ sunt: ita etiã quę filiis Israel iubenẽ, nec alienigenę mẽoria vlla fit, nõ est putãdum cõmune in his esse mãdatũ, vel cõmunẽ fieri legẽ, vbi appellatiõis habeẽ
D exceptio. Pauca tñ ad hoꝝ pbationẽ testimonia adhibeamus ex plurib⁹, per qđ necessariã esse vel adiectionẽ vł exceptionẽ huiusmodi nominũ cõprobemus. In primis Leuitici partibus ad solos filios Israel fertur huiusmodi lex. Loquere (inquit dñs) filiis Israel, & dices ad eos. Homo ex vobis si offerat dona deo ex pecoribus &c. & iterũ. Et locutus est dñs ad Moysen dicẽs. Loqre filiis Israel. Aia si peccauerit nõ volũtate &c. Hæc & huiusmodi qs dubitet ꝙ ad solos filios Israel mãdanẽ? Alia vero nõ ipsis, sed Aaron, vel filiis ei⁹, vt dicit in cõsequẽtib⁹. Et locutus est dñs ad Moysen dicẽs. Pręcipe Aaron & filiis ei⁹ dicẽs. Hęc est lex holocaustorũ, &c. & rursum. Locutus est dñs ad Moysen dicẽs. Loquere Aarõ & filiis eius dicẽs. Hęc est lex peccati, in loco quo iugulauerint holocaustum, ibi iugulabunt pro peccato in conspectu dñi. Et iterũ ad Aaron. Vinũ (inquit) & siceram non biberis tu & filii tui tecũ cũ introieritis in tabernaculũ testimonii. Alia aũt neq; Aaron, neq; filiis Israel mãdanẽ, sed seniorib⁹ Israel hoc mõ. Loquere (inquit) ad seniores Israel dicens. Accipite (inquit) hircũ ex capris pro peccato &c. Nũquid dubitaẽ ꝙ hæc lex solis seniorib⁹ filiorũ Israel pcipit? Sed & de mũdis & immũdis aĩalibus, specialis nihilominus lex filiis Israel dari videẽ. Ita nãq; scriptũ est. Et locutus est dñs ad Moysen, & Aaron dicẽs. Loquimini filiis Israel dicens ad eos. Hæc sunt animalia quę mãducabitis, & reliqua. Sic ergo etiã de
E circũcisione, vel in his quę ad Abrahã respõsa sunt, vel in his quę in Leuitico cõtinẽtur, nõ alius quisq; circũcisionis lege constringiẽ, nisi sit vel ex Abrahã originẽ trahẽs, vel vernaculus eorũ, aut precio emptus. Vis aũt videre, quia sicubi vult etiã alienigenas vna eadẽq; lege cõnecti, significãter ostẽdit? audi qđ scriptũ sit. Et locutus est (inquit) domin⁹ ad Moysen dicẽs. Loquere ad Aaron, & ad filios ei⁹, & ad oẽs filios Israel, & dices ad eos: Homo ex filiis Israel, vel ex aduenis q fuerint in vobis, quicũq; mãducauerit omnẽ sanguinẽ, statuam animã meã super animã illã quę mãducauerit sanguinẽ, & disperdã eã de populo suo, quia anima omnis carnis sanguis illi⁹ est: & ego dedi vobis illũ, vt ex ipso supra altare propitieẽ pro animab⁹ vestris, quia sanguis pro anima expiabit. Propterea dixi filiis Israel. Omnis aia ex vobis nõ mãducabit sanguinẽ, & aduena quicunq; fuerit ex vobis nõ manducabit sanguinẽ. Vides ergo hãc de obseruatione sanguinis legẽ quæ cõmuniter & filiis Israel, & aduenis data est, obseruatã etiã a nobis qui ex gẽtib⁹ per Iesum Christũ credim⁹ deo. Nos eñ proselytos & aduenas scriptura nominare cõsueuit, cũ dicit. Aduena quidẽ in te ascendet sup te sursum, tu autẽ descendes deorsum. Ipse erit tibi caput: tu autẽ eris eius cauda. Ideo ergo legẽ de obseruatiõe sanguinis cõmunem cum filiis Israel etiã gentiũ suscipit ecclesia. Hæc nãq; intelligẽs in lege scripta, tunc beatũ illud apostolorũ concilium decernebat, dogmata & decreta gẽtibus scribens: vt abstinerẽt se nõ solum ab his quæ idolis immolantur, & a fornicatione, sed & a sanguine, & a suffocato. Verũ fortasse requires si vt de sanguinis obseruantia claruit, ita etiã de suffocato doceaẽ: vtrũ cõmunis filiis Israel cũ aduenis data sit lex: quia etiam de hoc obseruare gẽtes apostolorum statuta decernunt. Audi q̃ obseruanter etiã sup hoc ĩ dei legib⁹ cautũ sit. Homo homo (inquit) ex filiis Israel, & ex aduenis qui sunt in vobis, quicũq; venatus fuerit feram aut auẽ quæ manducatur, effundat sanguinẽ eius, & cooperiat terra, quia anima oĩs carnis sanguis ipsius est. Vide ergo q̃ obseruãter legislator in quo mãdatum commune vult esse, cõiũgit aduenas filiis Israel: in quo specialia dat pcepta, a qbus ea velit obseruari distinguit. Verum qm̃ inter illa quæ de Leuitico superius ptulimus, etiã hoc scriptum referẽ, Homo homo ex filiis Israel, vel ex aduenis q sunt ĩ eis, quicũq; fecerit holocaustũ aut sacrificiũ, & ad ostiũ tabernaculi testimonii nõ adduxerit facere illud dño, exterminabitur homo ille de populo suo: & per hoc videtur etiam aduenę de sacrificiis iniungi, & ecclesia ex gẽtibus offerẽdis holocaustis obnoxia fieri: etiã hęc diligẽti⁹ verba, & syllabę (vt ita dicã) obseruãdę sunt legis. Ait eñ, si fuerit holocaustũ vł sacrificiũ, vt adhibeat illud ad ostiũ tabernaculi testimonii. Lex non vt faciat iubet, sed si forte fecerit, quõ facere debeat docet. Certũ ẽ. n. nec dubitari põt, ꝙ dũ Hierosolymis tẽplũ cõstaret, & religio priꝰ tradita vigeret, plurimi ẽt gẽtiũ veniebãt adorare, & offerre sacrificia. Sed hoc qm̃ ĩ loco vno tm̃mõ fieri pceptũ ẽ, de quo etiã hic mãdat, vt ad ostiũ tabernacli ingulãda victĩ

ma deducat: tádiu potuit legitime fieri q̄diu
A status loci permásit incolumis. Deniq̃ & Saluator ad illos decem leprosos quos mūdauerat, Ite, inquit, & ostendite vos sacerdoti: & offerte p vobis hostias sicut p̄cepit Moyses. Ex q̄bus cū vnus regressus fuisset ad Saluatorē gratias agens, ait dn̄s: Nonne decē purgati sunt? vbi sunt illi noue? Nō est inuentus q̄ rediret, & gratias ageret deo, nisi hic alienigena. Ita ergo cōstāte tēpli statu, etiā alienigenis offerendi sacrificia moris fuit: nunc vero qd exposcitur ab aduenis, qd exhibere ne ppriis quidē cultoribus licet? Hęc autem oīa dicta sunt a nobis, vt ostēderemus quāta sit in lege distinctio mandatoꝝ, & p̄cipue vt de circūcisionis p̄cepto doceremꝰ, ꝙ nō aliis q̄ his qui ex Abraham genus ducūt, vernaculisq̃ eorū vel precio emptis esset iniunctū: liberos vero esse ab huiuscemodi legibꝰ eos, qui per Christum deo ex gentibus credunt. Qđ tamē idcirco interim absq̃ vllius allegoriç adiectione discussimus, nequa (vt solet) his q ex circūcisione sunt, obstrepēdi aduersum veritatē resideret occasio. Sed adhuc va lidum aduersum nos leuare poterūt telū, cōfirmātes etiā proselytos per legē circūcisioni obnoxios fieri, ex his quæ in Exodo scripta sunt hoc modo: Si vero qs accesserit ad vos proselytus, & fecerit pascha dn̄o: circuncides ei omne masculinū, & tunc accedet facere illud, & erit sicut indigena. Oīs incircuncisus nō ędet ex eo. Lex vna erit indigenę & aduenę qui aduenerit ad vos. Quæ q̄uis arguta videatur obiectio: tū admiranda legislatoris
B vbiq̃ cautela succurrit. Cōsidera eñ ꝙ & hic non dixit: ꝙ aduena q venerit ad vos faciat pascha dn̄o & circūcidatur: sed obseruātissima moderatione decernit dicēs: Si accesserit ad vos, & fecerit pascha. Nec dubitari eñ de hoc potest, ꝙ si qs cū Iudæis Iudaicū pascha fecerit, & circūcidi debeat: vnū hoc interim quo retūdātur cōtradicētes legislatoris cautela prospexit. Est & illud preterea ad qđ mutire nō poterunt. Pascha qđ lex fieri p̄cipit in loco illo quē elegit dn̄s deus, id est Hierosolymis celebrādū est. In illo etenim tēplo tātū offerri sacrificia decernunť. Recuperēt ergo prius statū tēpli: & tūc de circūcisione cōtēdāt: Si vero ibi secūdū sentētiā Saluatoris nō remāsit lapis sup lapidem, q nō sit destructus: superflua est de circūcisione causatio. In tātū autē circūcisio vernaculū ipsius & nullius alterius gētis insigne est, vt nusq̃ aliꝰ qs in historiis veterū p hac referať correptus, nisi filius Moysi: cuius mater Sephora vim angeli cōminātis exitiū filii circūcisione cōpescuit. Ex his ergo omnibus ostendiť Israel ille qui secūdū carnem, vt solus circūcisione carnis obnoxius: liber aūt & alienꝰ ab ea populus proselytus q aduenit ad eā: q ascendit & factus est sursum: ille aūt descēdit, & factꝰ est deorsum: & p misericordiā Christi factus est iste populus in capite, & ille i cauda. Facti sunt eñ nouissimi primi, & primi nouissimi. Et ob hoc indicat id qđ ex natura est p̄putiū legem perficiens: illos qui per literā & circūcisionē pręuaricatores sunt legis. Non enim purificat animā hęc q̄ in manifesto fit in carne circūcisio: sed illa quę in occulto est circūcisio cordis, ipsa purificat mētē, & vicioꝝ maculas abscindit. Hactenus nobis de circūcisione carnali pro viribus dictū sit. Age iā secū- C dū eū qui dixit ꝙ lex spiritalis est: & qui de his quæ referūtur in lege, dicit ꝙ per allegoriā dicta sint: quid etiā allegoricis legibus de ea sentiēdum sit, videamus. Scio multorū de hoc ferri dicta vel scripta: sed & nos quę dn̄s dederit ad ea quę ab aliis cōmode composita videntur, addemus. Circuncidere est ex genitali membro, per qđ successio humani generis & carnalis propago ministratur: amputare aliquā partē. Per hoc ergo indicari figuraliter reor amputandā esse ab anima siqua illi ex cōsortio carnis adhęret impuritas, si quis eā libidinis malesuadę sęsus obtexit. Idcirco igiť nō aliis ista defectio, sed genitalibus mēbris infligitur, vt clareat ꝙ huiusmodi vitia animę nō ex ppria substātia, sed ex genuino motu, & incentiuo carnis adueniūt. Qꝺ antē octaua die circūcisio dať, illud designari arbitror, ꝙ p̄senti quidē seculo septimana deputata est: octauus aūt dies futuri seculi mysterium tenet. Illorū ergo est circūcisio spiritalis, qui futuro seculo militāt: in quo neq̃ nubēt, neq̃ nubētur: sed erūt sicut angeli dei, & eoꝝ q seipsos castrauerunt ppter regnū dei, & quoꝝ in terris ambulātiū in cælis est conuersatio, quiq̃ p̄spiciūt nō ea q̄ vidētur: sed quę nō videntur, & sciunt ꝙ quæ videntur tēporalia sunt, quæ antē nō videnť, æterna. Verū (vt supius memorauimus) dictū est & ab aliis ꝙ circūcisio spiritalis sit, oēm immūdā cogitationē, atq̃ impuros sensus abscindere a corde & abiicere. Sed occurriť huiuscemodi editionibus ex his q̄ apud Ezechielē scripta referunť, vbi dicit dn̄s: Oīs filiꝰ alienigena incircūcisus corde, & icircūcisus carne, nō introibit i sancta mea: ex oībꝰ filiis alienigenarū qui sunt in medio domus Israel. Cui dētes etenim duas circūcisiones hoc in loco

ostendit sermo propheticus dicēs, Incircūci-
D sus corde & incircūcisus carne. Vnde cogi
mur secūdū allegoricas leges vtriusq͡ circū-
cisionis formas ac species assignare, q̄uis hoc
possit nobis etiā in illis quas supra exposui-
mus rōnib⁹ obiici. Sed interim videam⁹ nūc
quę possit duarū circūcisionū secūdū allego-
riā figura seruari: & videam⁹ ne forte referri
ri queat ad duo generalia peccata, in quibus
incircūcisum esse nō expedit, id est in fide, &
in operib⁹: vt sit circūcisus corde q habet fi-
dē, & incircūcisus carne qui opera nō habet.
Alterū nāq͡ sine altero reprobat, qa & fides
sine operib⁹ mortua dicit: & ex operibus sine
fide nemo apd deū iustificat. Sic ergo vt ego
arbitror, dictū ꝓpheticū cōueniēter aptabit
fideliū populo, quib⁹ dicit: Oīs alienigena q
est in vobis in medio domus Israel incircūci
sus corde, & īcircūcisus carne: nō introibit ī
sancta mea. Hoc est nimirū qd & dñs ī euāge
lio dicit: Qui credit ī me mādata mea custo-
dit. & iterū. Qui audit verba mea & facit ea.
& iterū. Quid autē dicitis mihi dñe dñe, &
nō facitis q̄ dico? Vides ergo vbiq͡ fidē cum
operib⁹ iungi, & opera sociari cū fide. Cordis
ista est circūcisio: nihil sordidū, nihil indignū
sentire de fide. Carnis circūcisio est, nihil im
mūdū, nihil cōtaminatū in opere gestisq͡ cō-
mittere. Qui em̄ in altero hoꝝ incircūcisus
fuerit & immūdus: dei vocib⁹ ingredi ꝓhibe
tur in sancta. Ingredit tñ & alienigena in san
cta, quo nō liceat ingredi secundū legē literę
nisi solis sacerdotib⁹. Datur vero nūc & alie
nigenis vt ingrediātur, vt sint fidei & actuū
E circūcisione purgati. Si qs autē ad nos supio
res quęstiones reuocare cōtēdat, & iterū no-
bis replicet hoc qd scriptū est de alienigena,
q͡ ab eo volēte ingredi in sancta, nō solū cor
dis circūcisio, sed & carnis exigitur: huic ita
moleste ꝑsistēti, obuertim⁹ & nos illud quod
Hieremias ꝓpheta dicit: Ecce incircūcisę sūt
aures vestrę. Ostēdat nobis iste carnalis circū
cisionis exactor auriū circūcisionē sensibilē &
corpalē si potest: sed certū est q͡ nullo pacto
hoc facere queat. Reuertetur ergo ad allego
rias necessitate compulsus, & dicet circūcidi
aures, cū secūdū Salomonis monita nō reci-
piūt auditionē vanā: & cū oppilāt ne audiāt
iudiciū sanguinis: & cū sepiunt spinis ne au-
diāt obtrectationē: sed vt soli verbo dei pa-
teāt, & his q̄ ad ędificationē dicunt. Sit ergo
talis & illa cordis, qualis & hęc auriū circū-
cisio, q̄ cōiter videt exposita. Hoc aūt modo
& incircūcisus labiis dicit, q nō circūciderit
blasphemiā, scurrilitatē, turpiloquiū de ore
suo: q non posuerit custodiā ori suo, & ostiū
circūstātię labiis suis, qui non etiam a verbo
ocioso circumciderit os suū. Deniq͡ vbi dicit F
Moyses ad dñm, Prouide dñe aliū quē mit-
tas, ego aūt tardę linguę, & gracili voce ego
sum: ipsi ī hebręis exēplarib⁹ habere se dicūt,
Ego autē incircumcisus sum labiis. Q͡ꝫ si hoc
modo, qd supri⁹ dixim⁹, potest qs incircūci
sus videri auribus, & incircūcisus labiis: cur
nō & simili forma incircūcisus ꝑputio carnis
suę dicat is q erga naturalē coitus motū im-
moderati⁹ & intēperātius effluit? Circūcisus
vero habeat, si qui in huiuscemodi negotio
legitimis, & quātū posteritati sufficit vtatur
officiis? Verū qm̄ de circūcisiōis rōne tracta-
mus, etiā illud his adiūgere nō absurdū vide
tur: q͡ Iesus filius Naue ex ꝑcepto dñi filios
Israel secundo circūcidisse cultris saxeis me-
morat: qd vtiq͡ quātū ad literā spectat īpossi
bile factū videt. Semel ī carne ꝑputii circūci
sis, qd inuenire possit secūda circūcisio qd au
ferat? Iesus vero noster q vere post Moysen fi
lios Israel in terrā sanctā fluētē lac & mel, ter
rā repromissiōis īducit: euidēs est quō nō se-
mel sed secūdo circūcidat credētiū ppl̄m. Pri
ma nāq͡ est ei⁹ circūcisio, qua ab eis vel ido-
loꝝ cultū, vel cōmēta philosophicę ꝑsuasiōis
excecuit. Secūda vero vtit circūcisione, cū ab
eis veteris hoīs cōsuetudinē, & passiōes, ac vi
tia carnis abscidit: & tūc cōpletur qd in Iesu
Naue scriptū ē, Hodie abstuli a vobis oppro
bria Aegypti. Opprobria nāq͡ Aegypti secū G
circūfert, si qs ī ecclesia posit⁹, & sub Iesu du
ce militās, ęgyptios mores & mot⁹ animi bar
baros seruet. Marcion sane cui per allegoriā
placet nihil itelligi, quō exponat quod dicit
Apl̄us, circūcisionē ꝓdesse, oīno nō inueniet.
Sed de singulis qdē q̄ inferunt nullatē⁹ red
dere poterit rōnē: aduersari & cū quadā irri
sione notare deū legis q circūcisionē dederit
solet nō solū ipe, sed & oēs hęretici q vet⁹ te
stamētū repudiāt, vna cū gētilibus, q oēs ad-
uersum deū legis talia quędā, vel fœda obtre
ctatiōe cōgeminant. Stoici aiūt: indicet aliqd
mysticū circūcisio, & figurā teneat allegorię,
ita ne oportuit vt cū pœna & periculo par-
uulorū, cū cruciatib⁹ tenerę & adhuc innocē
tis ętis, ī facie figurarū spēs, & legis ęnigma
ta cōderet? Sic nō habebat legislator vbi for-
mas mysticas poneret, nisi ī decurtatiōe vere
cūdoꝝ locoꝝ? & dei oīpotētis lex ęternię te
stamēti signaculum nō potuit nisi obscœnis
mēbroꝝ partib⁹ collocati? Ita ne bon⁹ est de⁹
iste q natū hoīem statim ī primis nouę lucis
auspiciis ꝑcepit vulnerari? Et sicut vobis vi-

detur,ipſe eſt & animę creator, & corporis: aut ſupfluo ſe plaſmaſſe ptē illā corporis no tat quā poſtmodū mādat abſcindi, vt p miſe rorꝝ ſupplicia ppriū emendet errorē: aut qđ neceſſario & vtiliter fecit:nō recte mādat au ferri. Tū ꝑterea ſi cura eſt deo plurimos ad cultū ſanę religionis adduci: maximū ex cir cūciſione obſtaculū naſcit. Cū eo em̄ ꝙ ſup plicijī vnuſqſqꝫ declinat:tū etiā irriſionē tur pitudinis refugit: vnde magis īpedimētū hoc religionis q̄ inſigne dicēdū eſt. Hęc & multa his ſimilia vel gētiles aduerſum legiſlatorē, vel heretici ꝑſtrepūt: qbus reſpondere ne

A ceſſariū puto,ſed primo gētib⁹. Nemo ſapiēs ea ī alijs notat,quę apud ſe honeſta ducit,& magna:etenim circūciſio apud vos o gētiles ita magni ęſtimaꝛ,vt nō paſſim vulgo igno bili,ſed ſolis ſacerdotib⁹,& his q inter ipſos electioribus ſtudijs mācipari fuerint,credaꝛ. Nā apud Aegyptios q in ſupſtitiōib⁹ veſtris & vetuſtiſſimi habētur,& erudítiſſimi:a qui bus propę oēs reliqui ritū ſacrorꝝ & cęrimo niarū mutuati ſunt: apud quos,iquā,nullus aut geometrię ſtudebat, aut aſtronomię,q̄ apud illos pcipua ducit: nullus certe aſtrolo gię,& Geneſeos,qua nihil diuinius putāt,ſe creta rimabaꝛ,niſi circūciſione ſuſcepta. Sa cerdos apud eos,aruſpex, aut quorūlibet ſa crorꝝ miniſter:vel vt illi appellāt ppheta,oīs circūciſus eſt. Literas quoqꝫ ſacerdotales ve terū Aegyptiorꝝ quas Hieroglyphicas appel lāt nemo diſcebat niſi circūciſus. Oēs hiero phātes,oēs vates,oīs cęli(vt putāt) īferniqꝫ myſtes,& cōſcius apud eos eſſe nō credit,niſi fuerit circūciſus. Hoc igiꝛ apud nos turpe & obſcœnū iudicatis,qđ apud vos ita honeſtū habeꝛ & magnū,vt cęleſtiū infernorūqꝫ ſecre ta nō niſi p huiuſcemodi inſignia enunciari vobis poſſe credatis? Q3 ſi apud vos p tot & in tantis ſecretorꝝ veſtrorū cauſis q̄ miniſtra circūciſione peragunt:neceſſariū erit rationē queri,& talē q̄ cōtēni nō debeat,ne cū ea cū cta pariter ſubruanꝛ,cur nō id etiā apud nos

B fieri poſſe ſpretis? Verū ſi replicetis hiſtori as veſtras,īuenietis nō ſolū Aegyptiorꝝ ſacer dotes & hierophātes vſos eē circūciſiōe: ſed & Arabes,& Aethiopes,& Phœnices,alioſqꝫ quorꝝ ſtudia gratia huiuſcemodi ſupſtitiōis nobili⁹ vigēt. Hęc ſufficiēter dicta ſint aduer ſum gētiles, quibus de legis noſtrę myſterijs loquēdū aptius nō erat. Nūc iā nobis ad eos ſermo dirigaꝛ,q Chriſto qdē credūt,ſed legē nō recipiūt & pphetas. Fatemini ſine dubio verum eſſe qđ ſcriptum eſt in epiſtola Petri: Quia redēpti ſum⁹ nō corruptibili pcio ar genti & auri,ſed pcioſo ſanguine vnigeniti. Si ergo pcio empti ſum⁹,vt etiā Paulus aſti pulaꝛ,ab aliquo ſine dubio empti ſum⁹,cui⁹ eramus ſerui: qui & preciū popoſcit qđ vo luit vt de poteſtate dimittat quos tenebat. Tenebat aūt nos diabolus,cui diſtracti fuera mus peccatis noſtris. Popoſcit ergo pciū no ſtrū ſanguinē Chriſti. Verū donec Ieſu ſan guis daret, q tā pcioſus fuit vt ſolus p oīm redēptiōe ſufficeret:neceſſariū fuit eos q in ſtruebanꝛ in lege:vnūquēqꝫ p ſe velut ad imi tationē quādā futurę redēptionis,ſanguinē ſuū dare: & ppterea nos pro qbus cōpletū eſt pciū ſanguinis Chriſti, nō neceſſe habem⁹ p nobis ipſis pciū id eſt ſanguinē circūciſionis offerre. Si vero culpabile vobis videꝛ ꝙ deus C legis inferri iubet infantibus vulnera,& ſan guinē fundi: hoc etiā in Chriſto factū culpa tis,q & octaua die circūciſus eſt, & vulnera paſſiōis excepit, & cū crucis pœna ſanguinē ſuū fudit. Q3 vero circūciſiouis horrore dif ficilis vobis ad religionē videꝛ aſcēſus: diffi cilior multo videꝛ ingreſſus ad euāgeliū vo bis, ī quo nō ptē exiguā corpis,ſed ipſam qs aīam ponere iubeꝛ. Sed exēpla martyrū ſecū dū vos phibebāt hoīes accedere ad fidē. An eo magis crediꝛ firma religio,ꝙ nihil remiſ ſum,nihil delicatū pollice̅ꝛ aut molle? Q3 & ſi nihil aliud ſacramēti figuraliter circūciſio teneret,qđ eēt abſurdi,ſi ad diſcretionē cęte rarū gentiū populus q ſub lege dei inſtitue baꝛ:ppriū aliqđ geſtaret inſigne? & ſi neceſſa ria viſa eſt ptis alicui⁹ amputatio,qđ tā cōue niēs fuit q̄ eā inuenire q̄ videbaꝛ obſcœna,& illa auferre quorꝝ diminutio nihil ad officiū corporis impediret? Q3 vero dicūt:qa neceſ ſaria nō erat illa pars mēbri, fieri a creatore nō debuit:ſi neceſſario facta eſt,nō debet au ferri:interrogemus eos & nos,ſi neceſſariam dicāt filiorū pcreationē? Neceſſariā ſine du bio reſpōdebūt. Erūt ergo culpabiles, q cōti nētię & virginitatis obtentu, neceſſarijs na turę officijs nō miniſtrāt: & erunt cogēdi ad nuptias,q ſecūdū euāgelij leges ſemetipſos ca ſtrauerūt ppter regnū dei,habētes exēplū hu ius auctorē cū multos alios ſanctorꝝ: tū etiā ipſum dominū Ieſum. In ſumma vero dicēdū D eſt, ꝙ ſicut multa neceſſaria erāt baptiſmata ante baptiſmū Chriſti,& multę purificatio nes anteq̄ purificatio p ſpiritū ſanctū fleret, & multę hoſtię anteq̄ vna hoſtia agnus im maculatus ſemetipſum patri offerret hoſtiā Chriſtus:ita etiā multis circūciſionib⁹ opus fuit vſquequo vna ī Chriſto circūciſio in oī bus traderet: & multorꝝ ſanguinis effuſio p

cessit, vsque quo per vni⁹ sanguinē oīm redē-
ptio fieret. Hęc quidē nobis ad pręsens occur
rere de circūcisionis rōne potuerunt: quæ tñ
ea lege dicta sint a nobis, vt si quis melius &
rōnabilius dixerit, illa magis q̄ hæc nostra te
neātur. Verū post excessum iusto fortitan lar
giorē, ad Apl'i cōclusionem capituli reuerta-
E mur. Igit' qm̄ frequēs est Apl'o iste tractatus,
quo p singula quęq; binos hoīes eē designat:
quo℞ alterū exteriorē nominare, alterū inte-
riorē solet: eorūq; alterum secūdum carnem
esse, alterum secundū spiritum dicit: opinor
ex illis institutis q̄ in Genesi scripta sunt, vbi
alius ad imaginē dei fact⁹, alius de limo terrę
fact⁹ refert': & hos ipsos nūc aliū ī manifesto,
aliū in occulto Iudęū vocat: Sciēdū est q̄ ho
rū vterq; in qbusdā dissonis, in nonnullis ve
ro cōmunib⁹ vtit' institutis. Nā sunt quædā
q̄ ab interiore hoīe initium sumūt, & vsq; ad
exteriorē pueniūt. Alia vero ab exteriore ho
mine īchoata puenīūt vsq; ad interiorē. Qd
aūt dico tale est. Si castitas ab interiore hoīe
sumat exordiū, puenit vsq; ad exteriorē. Ne
q; eñ fieri pōt, vt si ante qs nō mœchetur in
corde, mœchari possit in corpe. Sed nō conti
nuo si qs ab exterioris hoīs īcipiat castitate,
puenit etiā ad interiorē cōtinentiā. Secundū
hęc ergo circūcisio interioris hoīs allegori-
cis legib⁹ intelligat', cū iam neq; interior ille
cōcupiscit in corde, neq; exterior iste cōcupi
scentiā ministrat in corpe: vt circūcisus dica
tur in carne ille, quē Apl'us dicit, iam nō esse
in carne, sed ī spiritu, & qui actus carnis per
spiritū mortificat. Verum qm̄ qui circunci-
sus est aliquā carnē pditā dedit: aliquā ser-
uauit incolumē: in eo q̄ pditā dedit, illā car-
nē significari puto de qua scriptū est: Omnis
caro fœnū, & oīs gloria eius quasi flos fœni.
Caro aūt quę seruat', & incolumis permanet,
puto q̄ formā teneat illi⁹ carnis de qua dici
F tur: quia oīs caro videbit salutorē Dei. Sed
opus est aurib⁹ q̄ audire possint q̄ sit caro q̄
pereat, & quæ sit caro quæ videbit salutorē
dei: quę post depositionē carnis pputii salua
permaneat, cū illa vt flos fœni deciderit. Qd
qui intellexerit, inueniet ingētiū mysteriorū
formas circūcisionis ratiōe pręmissa: & inue
niet eū qui in occulto Iudęus est, & q̄ in inte
riore homine circūcisus, tantum præstare &
eminētiorē esse illo qui secūdū carnē Iudæus
est, quātū pstat & eminet Iudas ille quē col-
laudāt fratres sui, & q̄ dormiuit vt leo, & vt
catulus leonis suscitat⁹ est, illo Iuda q̄ ex fe-
moribus Iacob secundum carnem natus est.

CAPVT. III.

QVID ergo amplius Iudæo? aut q̄ vtili
tas circūcisionis? Multū p oēm modū.
Primū quidē qa credita sunt illis elo-
quia dei. Quid eñ si quidā illo℞ nō credide-
rūt? nunqd īcredulitas eo℞ fidē dei euacua-
bit? Absit. Est autē deus verax, oīs autem ho
mo mendax: sicut scriptū est: Vt iustificeris
in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
¶In hac epistola Paulus velut arbiter qui- G
dā īter Iudęos residēs, & Gręcos, id est eos q̄
ex gētibus credūt: vtrosq; ad fidē Christi ita
euocat & inuitat, vt neq; Iudęos offendat p̄
nit⁹ destruēdo Iudaicos ritus, neq; gentibus
iniiciat desperationē cōfirmādo obseruantiā
legis & literę: & siue de repromissionibus me
moret, siue de pœnis, ad vtrūq; populū diui
dit verbū. Vt, verbi gratia, cū dicit: His autē
q̄ ex cōtētione sunt, & q̄ diffidūt qdē verita-
ti, credūt autē iniquitati, ira & indignatio,
tribulatio, & angustia in oēm aīam hoīs ope
rātis malū, Iudęo primū & Gręco. Ista de pœ
nis. De pmissionib⁹ vero subiūgit. Gloria au
tē & honor & pax omni operāti bonū, Iudęo
primū & Gręco. Rursum de gētib⁹ dicere vi
detur. Quicūq; eñ sine lege peccauerūt, sine
lege peribūt. Et iterū de circuncisis. Et quot- H
quot in lege peccauerūt, per legē iudicabun-
tur. Rursum vero gētes subleuās dicit. Cum
eñ gētes q̄ legē nō habēt, naturaliter quę le-
gis sunt faciunt: hi legē nō habentes, ipsi sibi
sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in
cordib⁹ suis &c. Et iterum sermonem cōuer
tit ad Iudęos dicēs. Si aūt tu Iudęus cogno-
minaris, & requiescis ī lege. & reliqua vsq; ad
eum locum vbi dicit. Nomen eñ dei per vos
blasphematur inter gentes. Et ne videret' ni
mius esse in increpationibus Iudæorū, dicit:
Circūcisio prodest si legem custodias. Sed ite
rum ne erigeret eos qui nimiam in circunci-
sione ponunt gloriā, addidit: Si aūt pręuari-
cator sis legis, circuncisio tua pręputiū facta
est. Vt autē paululum & eo℞ qui ex gentib⁹
credūt animos alleuaret, subiūgit: Si autem
pręputiū legis iustitias custodiat, nonne præ
putium illius in circūcisionē reputabit'? Atq;
vt validius erigeret animos gentiū, & sciret
posse se si legē perfectius obseruarēt, etiā me
liores effici Iudæis, dicit: Et iudicabit id qd
ex natura est pputiū legē perficiēs, te qui per
literā & circuncisionē pręuaricator es legis.
Verum qm̄ sciebat multas in lege & prophe
tis esse repromissiones ad Iudæos, ne possent
desperare gētes tāq; quę nihil societatis ī cō-
scriptis repromissionib⁹ habeāt: docet eos q̄
secūdū mysticā rationē etiā ipsi Iudæi fiant,

& habeāt circūcisionē. Propterea dicit: Non eñ qui in manifesto Iudęus est, neq; quę manifeste in carne est circūcisio, sed q ī occulto Iudęus est circūcisione cordis in spiritu non litera: cuius laus nō ex hoib⁹, sed ex deo est. Verū qm̄ in his oibus supiorē quodāmodo causam gētiū fecerat: rursum velut querelis eoꝝ q ex circūcisione sunt occurrēs, ꝓponēs sibi ipse q̄ in p̄senti capitulo continenē, dicit. Quid ergo amplius est Iudęo? aut quæ vtilitas circūcisionis? Multū per omnē modum. Si ergo, inqt, is q ī manifesto Iudęus est, & q̄ manifeste in carne est circūcisio nō reputaē, sed q in occulto Iudęus est, & circūcisio cordis q̄ fit in spiritu, ipsa est vera circūcisio: di ces mihi: Quid ampli⁹ est Iudęis q hac appel latione cēsenē? vel q̄ in corporali circūcisione habeē vtilitas? Ad hęc videē in vtroq; popu lo minus iustus arbiter resedisse ꝓnūciās qd amplius habeat Iudęus & ea q̄ ī carne est cir cūcisio, & dicit eos habere amplius multū p oēm modū.

A Quid aūt multo sit amplius, sub iūgit. Primo inquit, qa credita sunt illis eloquia dei. Quis eñ & gētibus nūc credantur eloquia dei, sed illis ait primo sunt credita. Requiro tñ qd est qd̄ dicē primis eis credita esse eloquia dei, vtrū ne de literis hoc dicat & libris, an de sensu & itelligētia legis? Vide mus eñ plurimos Iudæorū ab infantia vsq; ad senectutē semp discētes & nūq̄ ad scientiā veritatis peruenientes: & quō videbitur verū esse qd̄ dicitur, qa amplius aliquid habeāt in eo ꝙ primis eis eloquia dei credita sunt: in q bus nō intelligunt neq; quæ loquūtur, neq; de qbus affirmāt? Si vero sapiēs ille dicē qui intelligit secūdū Salomonem quę ex proprio ore sunt, & qui in labiis portat intellectū: de Moyse & ꝓphetis cęterisq; hoꝝ similib⁹ hęc intelligēda sunt dici, qbus credita sunt eloquia dei: qa & ipsos Iudęos fuisse, & habuisse circūcisionē, nō potest dubitari. Sed & si quis apud eos sapiēs & intelligēs auditor & mira bilis cōsiliari⁹ fuit, quos auferre dicē dñs ab Hierusalē offensus impietatib⁹ populi. Sic.n. dicit Esaias: Ecce dñator dñs Sabaoth auferet ab Hierusalē & a Iuda. & post aliquanta: Et prophetā inqt, & ęstimatorē, & seniorē, & quinquagenariū, & mirabilē cōsiliariū, & sapientē architectum, & prudentē auditorem. His ergo talibus existimādū est primis credita esse diuina: & his fatēdū est fuisse amplius multū p oēm modū: sed & si qui alii his simi les fuerunt, sicut in Regnorū libris scriptum Apostolus memorauit: Reliqui mihi septem milia viroꝝ q nō curuauerūt genua sua ante Baal. Sed & ipsi Apl̄i Christi & ipse vas electionis Paulus ex Iudęis & ex circūcisione ve niēs, amplius habebat his quos docebat ex gē ribus per omnē modū. Credita nāq; eis sunt eloquia dei. Sed & hoc ipm̄ qd̄ dicit, qa cre- B dita sunt illis eloquia dei, cōsiderandū est, qa nō dixerit literas esse creditas, sed eloqa dei. Vnde via nobis datur intelligēdi, ꝙ his qui legūt & nō intelligūt, & q legūt & nō credūt litera sola sit credita, illa de qua dicit Apl̄us, qa litera occidit: Eloquia aūt dei illis sint cre dita, qui intelligentes & credentes his quæ Moyses scripsit credunt & Christo: sicut & dñs dicit: ꝙ si credidissetis & ipsi Moysi, crederetis vtiq; & mihi: de me eñ ille scripsit: Sed si istud habeat āplius Iudæus in literis, habeat aliqd & in eloquiis dei: Nunqd penitus relinquūtur ii qui ex gētibus veniunt ad Christū? an & ipsis est vbi habeāt aliqd amplius? Audi dñm dicētē ad Centurionē ex gē tibus credētē. Amen dico vobis, nec in Israel rātā fidē inueni. Vide ergo vbi venië ad fidē quanto amplius habeant gentes: de qbus in alio loco dñs dicit: Quia venient ab oriente & occidente, & quatuor ventis terræ, & recumbēt cū Abraham Isaac & Iacob in regno dei: filii autē regni eiiciētur in tenebras exteriores. Vbi ergo ad leges venië & literas, habēt Iudęi amplius multū per omnē modū: Vbi vero venitur ad fidē (vt ex cōparatione dixerim) habēt gētes multū per oēm modū. Requirendū sane est si etiā Samaritis dicēdū C est primis credita esse eloquia dei: qm̄ quidē etiam apud ipsos lex Moysi seruari videtur. Sed illis ego ne ipsam quidem literā quę occidere dicitur, creditam dixerim. Dicit enim de eis Propheta: Vęh his qui spernūt montē Sion, & cōfidūt in mōtē Samarię: ipsi quippe se alienos a literis dei faciūt repudiātes Prophetas. Sed & hæreticis qui iniquitatem loquūtur in excelsum, & qui impietate sua diuidūt vnitatem deitatis, & qui legē ab euan geliis separāt: nō dixerim credita eē eloquia dei p eo ꝙ diuina apud eos volumina telegi vidētur: sed qa nihil ī his sentiūt spiritale, ni hil deo dignū: solā apud eos quę occidit haberi literā dixerim. Verū si forte Iudęi nollēt recipere Apostoli nostri sententiā quæ dicit qa litera legis occidit: & iniuriam putēt legi fieri, si secūdū literā sperni videatur: reuertamur ad ipsum Moysen, & videam⁹ q̄ magnificauerit literam legis: qui cum accepisset ta bulas lapideas inscriptas digito dei, tātū honoris detulit literę legis, vt pijceret de mani bus suis tabulas, & cōminueret quidē digito

dei scriptas, nec tñ pro hoc impietatis culpa
D notatus sit. Vides ergo φ non solum Paulus spernit literã legis, sed multo ante eum Moyses spreuit, & abiecit, & cõtriuit literas legis: hoc sine dubio iam tunc designans, φ honor & virtus legis non esset in literis, sed in spiritu. Sed & dñs in euangelio cum dicit, ad Iudęos loquẽs: Auferetur a vobis regnũ dei, & dabitur genti faciẽti fructũ eius: puto φ sensum legis dixerit, qui ablatus est a Iudęis, manẽtibus apud illos solis literis legis: & datus est gentibus quę possint per fidẽ fructũ spiritus facere. Quę cum ita sint, cur tã ignaui & desides sumus, vt nõ tãdẽ abiecta oĩ malitia, cũ simplicitate & puritate cordis ad suscipiẽda dei eloquia pperemus, & ad capiẽdum de eis sensum Christi: quippe cũ audiamus ĩ his esse regnũ dei. Certe vnusquisφ p viribus capiat eloquia dei, quę sunt sapiẽtia quã loquitur Apl's iter pfectos. Qui vero ad hãc idoneus nondũ est: suscipiat eloquia dei in quibus agnoscat nihil ampli⁹ q̃ Christũ Iesum, & hũc crucifixum. Qui nec hoc potest, in eo suscipiat eloquia dei, vt lacte vtatur & nõ cibo forti. Si vero adhuc infirmat̃ in fide, eloquia dei in holerib⁹ sumat. Tãtum est vt oẽs cõmuniter nouerimus eloquia dei esse eloqa casta, & argẽtum igne examinatũ, terrę purgatũ septuplũ: id est vt in castitate & sanctite cordis & corporis diuina seruemus eloqa. Credita sunt ergo primis illis quib⁹ supra diximus eloquia dei, sed quidã (vt dicit) nõ crediderunt siue deo siue eloquiis Dei. Vides φ qui non credunt, ipsi sunt secũdum carnẽ, de quib⁹ & alibi dixit: Animalis homo nõ percipit quę sunt spirit⁹ dei: Stultitia est enim illi. Sed horũ incredulitas non euacuat fidẽ dei. Fidem dei vel eã intelligimus quã fidem habet deus cũ his quib⁹ credit eloquia sua, vel eã fidẽ qua credunt deo ii qui ab eo eloquia diuina suscipiũt. Cõmonemur ergo vt incredulitas eorũ qui vel nõ accedunt ad fidẽ, vel decidũt ex ea, si forte irrideant nos opa fidei agẽtes, vel cũ ieiunam⁹, vel cũ misericordias facim⁹, vel cũ studiis & legi dei operã damus, vel etiã cũ p martyrio Christi tormẽta sufferimus: meminerimus semp quia infidelitas eorũ fidem dei quæ in nobis est nõ euacuat.

E Post hęc quod sequit̃, minus quidem cõposite videt̃ adiunctũ: dicit ẽm. Fiat autem Deus verax, omnis autẽ homo mendax, sicut scriptũ est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Tñ tali quadã circunflexione supiorib⁹ id aptare tẽtabim⁹. Licet, inquit, nõ crediderit quidã Iudęorum, de infidelitate tñ eorũ dicẽdum est, φ deus quidẽ solus sit verax, oĩs autẽ homo sit mendax: qui etiã si quid iustum est, necesse est tñ vt in aliquo a veritate decidat: quã in oĩbus seruare humanę naturę pœne impossibile ẽ. Quia ergo oĩs homo mẽdax est, ppterea Iudęorum qdã vt hoĩes mẽdaces nõ crediderũt. Nã qa oĩs homo mẽdax est, necessario ĩ die illa cũ ad iudiciũ venerit dñs cũ hoĩbus, solus ipse iustificabitur in verbis suis. Ipsius ẽm verba in oĩbus vera: qa verba sunt veritatis. Quod aũt dñs ad iudiciũ veniat cũ hoĩbus, Propheta dicit: Venite & diiudicemur dicit dñs: & ipse dñs ad iudiciũ veniet cũ seniorib⁹ populi. & iterũ. Memẽto tu & iudicem⁹, dicit dñs. Hęc autẽ introduxit Apl's obseruãs illã obiectionẽ quã sibi ĩ alio loco pponit ibidẽ: Si autẽ iniustitia nostra iustitiã Dei cõmẽdat. De qua cũ ad locũ eius vẽtũ fuerit requiremus. Nũc ergo videam⁹ qd est qd dicit: Fiat aũt deus verax, oĩs aũt homo mẽdax. Ita ẽm ĩ gręcis exẽplarib⁹ habet̃. Nã Latini fit p fiat legũt. Primo ergo hoc sciẽdũ est, qa qd dixit fiat, non imperatiuo modo dicit. Stultũ est ẽm si putetur imperãdũ eẽ Deo vt verax fiat. Sed vt cũ dicimus, Fiat volũtas tua sicut in cælo & in terra: vel vt iterũ dicim⁹: Fiat pax in virtute tua: nõ imperãtes sed optãtes, ĩmo potius pnũciantes &c. quia non potest pax fieri nisi ĩ virtute dei: ita & hic velut pnũciãtis sermo accipiẽdus est: Fiat aũt de⁹ verax, oĩs aũt homo mẽdax. Sed & hoc sciendum est, φ sermo iste, id est oĩs homo mendax, de Psalmo. cxv. assumpt⁹ est vbi dicit. Ego aũt dixi in excessu meo, oĩs homo mẽdax. Verũ ad euidẽti⁹ illuminãdũ Apl'i sensum, ne videat̃ legẽtib⁹ onerosum: Psalmi ipsi⁹ cõtinẽtiã, vnde assumit testimoniũ, breuiter exponamus. Videt̃ ergo mihi talẽ quẽdã Prophetę nunciare sensum. Cũ multa sint, inqt, apud hoĩes dogmata, & multi de veritatis inquisitiõe philosophent̃: cũφ oporteret in his oĩbus q̃stionib⁹ prędecedere filiũ dei: alii quidẽ q nõ prius credẽtes quę sierũt nõ inuenerũt: ego autẽ q credidi anteq̃ quęrerẽ, idcirco qd quærebã inueni, & nõ solũ inueni, sed & locut⁹ sum, & annũciaui populis quã inueneram veritatem. Nec tñ inuẽta veritate elatus sum in sapientia, neφ inflatus in scientia mea: sed eo magis humiliatus sum, cum agnoui & intellexi dominum esse qui docet omnem scientiam. Deinde confide- G
rans quę homines & quãta vel inter philosophos, vel ĩter cęteros barbaros de veritate locuti sũt, & qa multo labore multa dicẽtes, nihil inuenerint, qa nõ crediderũt anteq̃ quęre

rent,cōsiderās oīa eorꝫ vel dicta,vel scripta, & in excessu mētis effectus,id est stupore cor dis attonitus, ꝙ oīa illa philosophorū volu mina quę splendida & prefulgida videbātur oratione cōposita,ꝑcul a veritate cōsisterēt. In excessu & in stupore mentis effectus dixi: Oīs homo mēdax. Ego vero cui hęc ostēde rat deus,īgratus nō fui,sed cogitaui & q̄siui apud memetipsum : quid ꝑ hoc ꝙ mihi dn̄s prestat scientiā veritatis,dn̄o repēderē mu neris: ītellexi tn̄ ꝙ natura illa æterna,& oīm domina,nullius indiget. Vnum ergo inueni solum,qd̄ me offerre oporteret deo,id est vt crederē de eo ꝙ nunq̄ possit ab homine ali quid accipere sed semper dare , & ideo dixi: Calicē salutaris accipiā: velut si responderet dicēti:Potes calicē bibere,quē ego bibiturus sum? & diceret:Possum dn̄e.Sic ergo ait: Ca licē passionis tuę libēter & tota volūtate sus cipiā: & vt calicis tui,id est passionis gratiā ad finē vsqꝫ cōseruem , nō meis viribus agā, sed nomen domini inuocabo.Preciosa est em̄ apud te mors,quę ꝑ deitate & veritate susci pitur. Secūdū hoc igitur etiā in Apostolicis dictis accipiendū est,Omnis homo mendax, siue qui in legis litera fine fide confidūt,siue is q in quibuslibet dogmaribus & literis glo A riatur.Sed obiicitur nobis:Si oīs homo mē dax est,ipse Paulus homo est:erit ergo men dax .Sed & Dauid q hæc dixit,homo fuit:si oīs homo mēdax est,erit & ipse mēdax: hoc ipsum falsum qd̄ dicit:oīs homo mendax:qa mendacē se necessario cū cęteris hoībus ipse pronūciat: & si mēdax est,vtiqꝫ nō erit verū qd̄ a mēdace dicit: ꝙ oīs homo sit mendax. Videt ergo sermo ei⁹ icurrisse ī syllogismū q dr̄ ἄπορος apotrus,id est dubius,q & falsus appellatur. Sed si redeamus ad interiorē scri pturę intellectū,inueniem⁹ ꝙ oēs prophetæ vel Apl̄i ex illis fint ad quos sermo fit, sicut scriptū est , Et factū est verbū dn̄i ad illū vel illū Prophetā . Illos ergo ad quos sermo dei fit, dn̄s in euāgelio nō hoīes pnūciat eē,sed deos.Sic.n.dicit, Ego dixi dii estis:& filii ex celsi oēs.Qꝫ si illos dicit deos ad quos sermo dei fit,& nō pōt solui scriptura : qa ergo & ad Dauid tāq̄ ꝑphetā,& ad Paulū tāq̄ Apo stolū sermo dei factus est, sine dubio nō erāt hoīes sed dii ad quos sermo dei fact⁹ est.Igit̄ qa nō erāt hoīes sed dii : verū est qd̄ de cæte ris hoīb⁹ pronūciat,ad quos sermo dei nō fa ct⁹ est:ꝙ oīs homo mēdax sit. Sed & qd̄ seqt̄ nihilominus de Psalmo.l.assumptū est,id est Vt iustificeris ī sermonib⁹ tuis,& vincas cū iudicaris. Est autē in Psalmo integer sensus hoc modo positus.Tibi soli peccaui & malū corā te feci, vt iustificeris in sermonib⁹ tuis & vincas cū iudicaris.Et qm̄ grādis excessus est vt ab initio Psalmi repetamus, breuitatis causa hūc tantūmodo quē in medio posui mus,discutiamus sermonē : in quo statim in primo hæc difficilis videt̄ explanatio. Si em̄ B historiā sequamur q̄ in ꝑtitulatione psalmi scripta est,vbi refert̄ peccato Vria Cetheo vxorē eius accepisse Dauid , quomodo ergo dicit: Tibi soli peccaui : cū vtiqꝫ & in ipsum Vriam peccauerit,& in propinquos eius:sed & in ipsam Bersabee atqꝫ omnē domū eius, cui intulisse maculam videtur adulterii?Sed est sciendum , ꝙ non semper prætitulationis historiam Psalmi continentia sequitur,vt in plurimis Psalmis q obseruat inueniet. Et vt exempli causa dixerim.xvii.Psalmi pretitula tioꝫ. In finem inquit puero domini Dauid,q locutus est verba Cantici huius in die qua liberauit eū dominus de manu omniū inimi corum suorū & de manu Saul,& dixit. Con tinentia vero Psalmi longe aliud q̄ prætitu latio cōtinet.Quę enim fundamēta mōtium cōmota sunt,aut quando tremefacta est ter ra, cū pugnaret Dauid aduersum inimicos suos ? Aut vbi refert̄ caligo sub pedibus do mini fuisse?vel vbi indicatur ascendisse super Cherubim & volasse:vel super pennas vento rum,& cętera pœne omnia,quę a prętitula tionis historia omnimode discrepāt?Hoc er gomodo & in quinquagesimo Psalmo,ꝙ se cundū historiā nō conueniūt,videndū est ne forte mulieris in prętitulatione per figuram idcirco facta sit mentio , vt sub hac appella tione intelligat̄ aliqua talis mulier, vel qua lis describitur illa fortis quæ duplices chla mydes fecit viro suo: vel certe his cōtraria, vt fuerunt illæ quæ dicuntur declinasse cor Salomonis vt ædificaret aras gētiū & idola. Quę vtiqꝫ in allegoriā sumptę, nō sunt ex di uina sapiētia,sed ex illis q̄ sunt ei contrarię, id ē alienę a deo sectę.Talis ergo & hęc Vrię vxor Cethei viri alieni ab Israel intelligi po test,quā positus ī supioribus Dauid inspexit lauātem immūditias suas in aquis, & sordes suas diluere volentem, eāqꝫ desiderauerit,& acceperit . Sed qa non fuit voluntas domini alienas a veritate dei sectas introducere ī do mū Dauid , prima eius natiuitas & primus fructus extinguitur, vt secūda progenie rex de alienigena sapiens nasceretur. Sed longū est horū figuras & ænigmata persequi.Illud C tamē qd̄ ad rem pertinet,breuiter prosequa mur.Cum,inquit,multa subtilitas sit in ya

rietate sectarum, & qui sensus secũdum Deũ sit, qui vero alienus a deo in tractatib⁹ & disputationibus sapientium, nullius sit scire vel iudicare, nisi solius dei: qui solus potest comprehendere sapientes in astutia sua: ideo tibi soli peccaui, & malũ coram te feci: quia cęteri omnes, vtpote animales homines, me q spiritalis sum, etiam si erraui diiudicare non possunt: quia spiritalis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur. Sed quia addit Paulus spiritalis, & dicit, Qui autem iudicat me dominus est: hoc sciens & Dauid φ solus dominus est qui spiritalẽ diiudicat, idcirco dicit: Tibi soli peccaui, a quo solum possum diiudicari. Nã humana dies diiudicare non potest spiritalem. Sed & quod sequitur ad hũc respicit sensum: Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & vincas cum iudicaris. Iudicatur nãq deus in disputationibus sapiẽtiũ dũ alii hoc modo, alii alio, & diuerse singuli de deo sentiunt: Ipse vero vincit eos qui de se iudicant, cum errantibus cunctis sciant de se quomodo vel qualiter credẽdus ac venerãdus sit reuelat ipse sentẽtiã. Sed sufficiat hucusq spatia secũdi voluminis esse pducta. Nescio quo pacto dum piget omittere siqua explanatiõi necessaria suggerũtur, euoluimur a breuitate, quã si res pateretur, lectoris fastidium vitantes, magnopere seruare cuperemus.

LIBER TERTIVS.

» SI AVTEM iniqtas nostra
» dei iustitiam cõmẽdat, quid
» dicemus? Nunquid iniquus
» deus qui infert iram? Secun
» dũ hominẽ dico. Absit. Alio
» quin quomõ iudicabit deus
» mũdũ? Si em̃ veritas dei in meo mẽdacio abũ
» dauit in gl ria eius: quid adhuc & ego tanq̃
» peccator iudicor? & nõ sicut blasphemamur,
» & sicut dicũt nos quidã dicere, Faciam⁹ ma
» la vt veniant bona? Quoṛ dãnatio iusta est.

D ¶Multum fortassis inconsequens videbiť ordo dicendi, per omnem pœne textum huius epistolæ ab Apostolo Paulo digestus, dũ eius sermo nunc aduersum gentes dirigitur, nũc pro gentibus temperatur: & rursum aduersum Iudæos, & iterum de Iudæis, aut etiam pro Iudæis poniť: & ex ipsis alios quidẽ laude dicit dignos, alios vituperat. Qui rursum sensuum varietates extra lineas ꝓpositę actionis putabitur abduxisse, veluti cum exclamatione vtitur cum ait: Sit autem deus verax, omnis autem homo mendax. Vel etiam eam quam consequenter adiungit cũ dicit: Si aũt iniquitas nostra dei iustitiã cõmẽdat, & reliqua, vt per hoc de excessu in excessum videatur elapsus. Sed q credimus ei dicẽti, φ idoneos nos fecit ministros noui testamẽti nõ litera sed spiritu: sensum ei⁹ multo celsiorẽ q̃ humanę artis ratio habere crediť, inuenim⁹. Per omnẽ nãq huius epistolę textum docere vult q̃ fuerit vel ante aduentũ Christi salus secũdum legẽ viuentibus, vel quomodo per saluatoris aduentũ rursum ex incredulitate Israel salus gẽtib⁹ cõferať: & rursum φ neq ex integro gẽtes, nisi q̃ crediderint, veniãt ad salutẽ: neq ex integro abiiciať Israel, sed reliquię credẽtiũ saluæ fiant. Et ideo cõfusus videť ordo dicẽdi, dũ diuersitates credẽtium & nõ credentiũ partis vtriusq ꝑsequitur. In quib⁹ necessario sermonẽ cõuertit ad deũ, vt in his omnib⁹ assumptionũ repulsionũq differẽtiis, vera qdẽ & iusta doceat esse iudicia dei, multũ autẽ in hominibus abũdare mẽdacii: & ideo dicit, Sit autẽ deus verax, omnis aũt homo mendax. Sicut scriptũ est, Vt iustificeris ĩ sermonib⁹ tuis, & vincas cũ iudicaris. de quib⁹ prout potuim⁹ in supioribus diximus. Ad hoc ergo nunc vidẽs pos se sibi cõtrariũ verisimiliť obiici: qa si vt de⁹ verax sit, mendacẽ esse omnẽ hominẽ necesse est, & si iustitia dei p hoim iniustitiã cõmendatur, iniustus videbitur deus, qui irã hominib⁹ inferat, cũ per hominũ iniustitiã suã iustitiã videat approbari: Si em̃ nostra hoc est hominũ iniustitia dei iustitiã cõmendat: non vtiq pœna digni hoies videbunť, p quos iustitia dei ꝓbabilior habeť & clarior: Sed absit inquit, vt hoc ita recipiam⁹, iniquũ Deũ videri qui inducat iram aduersum homines. Quõ em̃ iniustus putabitur qui iudicat mũdũ: cum in ipõ noïe iudicii ostendatur, nihil sine iudicio facere? Vbi autẽ iudicium est, cõstat esse iustitiã. A iustitia nãq & iudex & iudiciũ nominať. Si ergo vt isti, inquit, nos affirmare cõfingũt, veritas dei in meo mendacio abũdauit, sufluo ego tãq peccator iudicor. Sed illud magis videbiť in quo blasphemãt nos, q quasi hoc videamur dicere, vt sit veritas dei in hominũ mẽdacio magis ostẽditur, & iustitia eius per hominũ iniustitiã cõprobatur: Faciam⁹ ergo nos mala, vt ex malis eueniãt bona: & mentiamur nos, vt ex nostro mendacio dei veritas clarescat. Sed hæc quidẽ de nobis cõfingũt blasphemãtes nos, φ quasi ex ipsi⁹ assertionis cõsequẽtia hęc dici vel consequi videanť. Qd ratio dogmatis nostri oĩno nõ recipit, q iustũ & verũ intelligimus iudicẽ deũ. Sciendũ sane est, φ in quibusdã etiã græcis exemplarib⁹ sic inuenitur, E

Nunqd iniquus deus, q infert irã aduersum hoïes? Et magis scdm hunc sensum videbun-
A tur, q̃ couenire diximus. Scdm hoc vero qd in latinis exẽplarib⁹, & nõnullis grecoꝝ inuenimus, Nunqd iniquus de⁹ q infert irã? Scdm hoiem dico: Absit: ita intelligendũ videt̃ hoc qd dicit̃, iniquus de⁹ q infert irã, p eo ꝙ Iniustitia nostra iustitiã dei cõmendat: nõ secũdũ deũ, neq; scdm sapiẽtiã dei dicit̃, sed scdm hominẽ: & scdm hoc qd dicit̃: Ois homo mẽdax. Hęc aũt diximus ipm adhuc ordinẽ sermonũ & dictoꝝ cõsequentiã pertractãtes, vt diuisio ipsa verboꝝ apertiorẽ nobis faceret intelligẽdi viã. Nũc vero iã qualis in his sermonibus habeat̃ sensus scdm dignationẽ apostolicam requiram⁹. Ois disciplina ex ppriis, & ex aduersis, vel cõtrariis constat. Verbi gra. Medicinę scia nõ solũ sanitatis, sed & languoris pfert̃ cognitionẽ: & q̃uis sanitatis studiũ gerat, nõ potest tñ nescire q̃ lãguoris sunt. Similiter & prudẽtia p boni & mali sciẽtiã cõstat. Tẽperãtia q̃ eligẽda & q̃ cauenda sint nouit: & fortitudo nõ ignorat q̃ ad formidinẽ spectãt. Ira & iustitia. Si scire volum⁹ qd est iustitia, necesse est nos scire & qd est iniustitia. Cũ autẽ plenã scientiã iniustitię ceperimus, ex ipsa q̃ sit etiã iustitia cognoscemus. Cũ.n. claruerit qd sit iniustũ: cõsequenter qd etiã iustũ sit apparebit. Et qm̃ in deo est iustitia, cuius natura humano sensui inaccessa est: iniustitia vero ĩ nobis hoibus, vel etiã in vnaquaq; rationabili creatura habet̃: ex hac nostra iĩustitia q̃ nobis nota est, illa q̃ nobis vel inaccessa est, & incõprehẽsibilis dei iustitia cognoscit̃, & cõmedat̃: &
B velut ex cõtrario cõtrariũ, prodit̃. Norat igr̃ Apostolus Paulus iĩuriã eoꝝ, q incõsequẽter obiiciũt questionẽ, putantes iniquũ esse deũ q irã in hoĩb⁹ inducat, p eo ꝙ iustitia ei⁹ ex nostra iĩustitia cõmendet̃: ignorãtes aũt nõ peccatorũ nostrorũ beneficio, sed ipsius rationis fieri cõsequentiã, vt cõtraria ex contrariis approbent̃. Ideo ergo sicut dicit Aplus, Si autẽ iniustitia nostra dei iustitiã cõmẽdat, quid dicemus? Nunqd iniquus deus qui infert irã? Secũdũ hoiem dico. Absit. Alioqn quomodo iudicabit deus mũdũ? Nõ ergo in hoc iniquus approbat̃ deus, si disciplinę ratiõe cõtraria ex cõtrariis approbat, & ex iniustitia iustitiã cõmẽdat: sed cũ omni cõsequẽtia digne merito, qa inimica est q̃ aduersat̃ iniustitia iustitię, sicut iĩmica & aduersa est vita morti, & lux tenebris. Et ideo dicit̃ de⁹ in quo est iustitia, inferre irã hoĩb⁹ in qbus habitat iniustitia. Istę eñ sibi naturaliter aduersantur. Et quomodo etiã ex hoc ipo iniust⁹ videbit̃ deus, q aduersatur iniustitię? Et idcirco fortassis non dixit Apostolus, ꝙ nos hoies iniusti cõmẽdam⁹ iustitiã dei: sed ait, Si iniustitia nostra dei iustitiã cõmẽdat: vt ostẽderet nõ deũ hoibus, sed iustitiã iniustitię esse cõtrariã: induci aũt hominibus irã p eo ꝙ in semetipsis locũ iniusti B
tię dederint. Nõ ergo iniustus videbit̃ deus q est iustitia, cũ irascit̃ aduersum iniustitiã, cui eũ nõ decet esse ppitiũ: sed puenit ira hęc etiã in hoies, q se ministros iniustitię, cui de⁹ irascit̃, pbuerũt. Neq;.n. in vllo põt subsistere iniustitia & iustitia: sed sicut iustitię effectus est iusti rectiq; operis, q primo ĩ deo, tũ etiam in his q imitant̃ eũ inuenit̃: ita & iniustitię effectus est iniusti prauiq; operis, q primo in diabolo, tũ etiã in his q eũ volũt imitari dephẽdit̃. Et ideo digne eis ira memorat̃ inferri, q̃uis ex iniustitia eoꝝ velut ex cõtrario videat̃ dei claruisse iustitia. Poterãt nãq; sicut receperũt in se effectũ iniusti prauiq; operis, multo magis iusti rectiq; recipere. Iuste igit̃ a deo ira super oẽs hoies induci dicit̃. Illi.n. in quibus ira nõ habet locũ, iam nõ hoies, sed supra hoies appellãdi sunt. Et ppterea fortassis idẽ Apo- C
stolus Paulus de oib⁹ hoib⁹ pronũciat dicẽs: Quia eramus natura filii iræ sicut & cæteri. Non.n. dixit eramus filii irę, sed addidit, Eramus natura filii irę sicut & cęteri. Oẽs.n. homines natura filii irę effecti sunt ex eo ꝙ erãt dii, & filii excelsi, & p hoc homines appellati sunt. Attẽde.n. diligẽti⁹ quomodo dicit, Ego dixi dei estis, & filii excelsi oẽs: & addidit oẽs vos. Quę adiectio omne simul sub hoc titulo humanũ significat gen⁹ cõnexũ. Deniq; in cõsequẽtib⁹ dicit, Vos aũt vt hoies moriemini. Vnde & illud qd scriptũ est: Et recogitauit deus ꝙ fecit hoiem sup terrã, & pœnituit in corde suo, & dixit de⁹: Deleã hoiem quẽ feci a facie terrę, non solũ p excidio diluuii dictũ puto: sed aliquid ex hoc etiã sub mysterio de futuris prędictũ: vt eo modo sentiat̃ qd dictũ est: Deleã hoiem, quo & p pphetã dicit de⁹: Ecce eñ deleo sicut nubẽ iniquitates tuas: vt videat̃ delẽs eũ secũdũ hoc ꝙ homo est: post hęc facere eũ deũ tũc cũ erit de⁹ oĩa in omnibus. Ad hunc aũt sensum etiã illud applicari potest, qd in Genesi dicit̃: Tẽpus ois hois venit in cõspectu meo: vt nõ solũ de illo tũc diluuii tpe dictũ putet̃, sed & mysterio baptismi quẽadmodũ dicit Apl's Petr⁹, qa sicut tũc ex diluuio salu⁹ factus est Noe, ita & nũc simili forma per baptismũ salui fiãt credẽtes. Et ita p̃t hoc qd dicit, tps ois hois aduenisse, intelligi ad salutẽ, vt p gratiã baptismi credẽtes intelligant̃ ex hoibus in superiorẽ ordinẽ com-

mutãdi, cũ dies resurrectionis aduenerit, vbi
sancti quiq; erũt sicut angeli dei. Hęc de eo qđ
dictũ est: Nunqd iniquus deus q infert irã, vel
aduersum hoies, vt in qbusdã exẽplaribus le-
gi⁹dimus, vel vt nos habem⁹, secũdũ homi-
D nẽ dico: absit. Hęc prout occurrere nobis po-
tuit, dicta sint. Qđ aũt ait: Alioqn quõ iudica
bit deus mũdũ, in hoc loco mũdũ hoies q in
hoc mũdo sunt dicit: sicut & alibi legimus, ꝙ
oĩs mũdus in maligno positus est: quod vtiq;
hoies q ĩ hoc mũdo habitãt, in malitia eẽ po-
sitos ostẽdit. Post hoc iã videamus quõ dictũ
sit: Si eñi veritas dei ĩ meo mẽdacio abũdauit
in gloriã ipsius. Multę sunt in hoc mũdo reli-
gionũ species, multę philosophoꝝ sectę, mul-
ta dogmata falsis assertionibus tradita, & ar-
gumẽtis cõscripta mendacib⁹: quoꝝ auctores
falso licet sapiẽtię noĩe, nõ tñ exiguę aut cõtẽ
ptę auctoritatis viri habenť: ex quoꝝ proga-
tiua falsa ꝑ veris recepta sunt, vt vniuersum
pœne mũdũ mẽdacib⁹ cõtra religionẽ opinio
nibus occuparint: ita vt in errorẽ inducerenť
si dici põt etiã electi. Quia ergo veritas dei &
sapiẽtia eius & verbũ eius adueniẽs, arguit &
cõfutauit oẽ mẽdaciũ, atq; oẽs falsoꝝ dogma
tũ assertiões fide veritatis execuit: ꝑ vnũqđq;
mẽdaciũ qđ prius ab hoĩbus fuerat assertum
abũdauit veritas dei, surreptitias verisimili-
tudines arguẽdo, & in singulis qbusq; dogma
tibus tradendo simplicẽ fidei veritatẽ: & hoc
modo Apostolus dicit veritatẽ dei ĩ hominũ
E mẽdacio abũdasse. Verũ & vt adhuc manife-
stius fiat qđ dicimus, aliqua exẽpli causa ꝓfe-
ramus. Erat ĩ hoib⁹ dogma, qđ summũ bonũ
prõnciaret esse voluptatẽ: in quo & illud cõ
sequẽter asserit, nõ esse ꝓuidẽtiã, quippe si nõ
ex legibus, sed ex voluptate viuẽdũ sit: & hęc
lauto satis ornatoq; sermõe, & argumẽtis va-
lidissimis ĩ innumera volumina digerunt. Sed
intuere nũcquomodo is q veritatẽ dei defen
dit, & q secũdũ Christũ, qui est dei veritas, &
dei sapiẽtia, philosophus est, docet hoies sum
mũ bonũ esse ęternã vitã: hãc aũt esse æternã
vitã, vt cognoscant hoies vnũ solũ verũ deũ,
& filiũ eius Iesum Christũ: & quõ cũ omni fi-
ducia ꝓuidẽtiã dei asserat, q̃ dicit: Nõne duo
passeres asse vẽneũt: & vnus ex ipsis nõ cadit
in terra sine patris volũtate? & ꝙ ipse Solem
suũ oriri iubet super bonos & malos, & pluit
sup iustos & iniustos. Per hæc aũt singula dũ
illa falsę sciẽtię dogmata cõfutanť: in hominũ
mẽdacio abũdat veritas dei. Sũt item alii q di
cãt tres esse species boni: vnam erga animam,
alterã erga corpora, tertiã extrinsec⁹: Quę sin
gula si cõducibiliter habeanť, ex ipsis summũ
bonũ constare cõfirmant. Isti etiã dei prouidẽ
tiã resecãtes, vsq; ad Lunæ eã globũ supueni-
re cõtẽdũt: infra vero hoc est ad hoĩes eã non
descẽdere. Sũt itẽ alii, q inuisibile, & incorpo-
reũ nihil dicãt esse: sed oĩa q̃ sunt, corporib⁹
assignãt: vnde & patrẽ omniũ deũ corpus esse
dixerũt. Verũ qa vrgebat eos rationis suę cõ-
sequẽtia, qua cõstat oẽ corpus esse corruptibi
le: vt si etiã deũ corpus esse asserãt, sine dubio
& corruptibilẽ fateanť: verterũt strophã ver-
bi, & dixerũt natura qdẽ eũ esse corruptibilẽ,
nec tñ corrũpi ꝑ eo ꝙ nõ sit aliqd ipso supe-
rius, a quo corrũpi possit aut solui. Sũt & alia E
innumera hoim figmenta dialecticis argutiis
& sophismatũ fraude cõposita. Quę cũ singu
la ꝑ ecclesiasticos viros, & diuina sapiẽtia eru
ditos veritas dei cõuincit, & argumẽtoꝝ de-
cipulas redarguit, in hoim mẽdacio dei veri-
tas dicit abũdare: & nõ solũ abũdare, sed abũ-
dare ad gloriã eius. Qđ hoc modo itelligẽdũ
puto: Si doctor ecclesię simplices quosq; audi
tores doceat, & nõdũ falsis dogmatibus occu
patos, atq; his de singulis qbusq; rationẽ diuĩ
nę veritatis aperiat: in huiuscemodi doctrina
dei veritas videbitur abũdare. Si vero ad eos
sermo sit, quí obsistũt veritati, q sanę doctrinę
sermonibus cõtradicũt, & cõtradicẽtes cõfu-
tẽtur & cõuincanť, ita vt erroꝝ tenebris dere
lictis, ad lucẽ veritatis accedãt: tũc nõ solum
abũdabit veritas dei, sed & ad gloriã eius abũ
dabit. Glorificať eñ deus ꝑ eũ qui de errore
mẽdacii ereptus, lumen veritatis aspexit. Hęc
ergo q ita intellexerit, nõ vtiq; dicet illud qđ
in consequẽtibus stulta obiectione profertur:
Quid adhuc & ego tãq̃ peccator iudicor? sed
aduertet merito se iudicandũ, si permanear in
mendacio hoim: & q secũdũ ea q̃ supra expo-
suimus ex dei veritate cõuictus errasse se sen
tit: ab errore cõuersus deũ verũ agnita veri-
tate glorificat, nec blasphemar vltra eos qui
nõ ꝑdicãt veritatẽ, tãq̃ dicẽtes: Faciamus ma-
la vt veniant bona, sciens in hoc verbo iustã
esse blasphemãtis damnationẽ. Obseruãdum
quoq; est, ꝙ eos qui veritatem dei prędicant:
non tã maledici, qđ ad homines, sed blasphe-
mari, qđ ad deum ꝑtinet, posuit.

QVID ergo? ꝑcellimus eos? nequaq̃. Causa ,,
ti enim sumus Iudęos & Gręcos oẽs sub pec- ,,
cato esse: sicut scriptũ est, Quia non est iustus ,,
quisq̃, nõ est intelligens, non est requirẽs deũ. ,,
Oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt: ,,
non est qui faciat bonũ, nõ est vsq; ad vnũ. Se ,,
pulcrũ patens est guttur eorũ, & linguis suis ,,
dolose agebãt: venenũ aspidũ sub labiis eorũ. ,,
Quoꝝ os maledictione & amaritudine plenũ ,,

,, est, veloces pedes eorum ad effundēdum san-
,, guinem. Contritio & infelicitas in viis eorū,
,, & viam pacis non cognouerunt, nō est timor
,, dei ante oculos eorum.
A ¶Prędiximꝰ iā ꝙ in hac epistola Paulus velut
arbiter qdā iter eos q ex circūcisione credide
rūt, & eos qui ex gētibꝰ, cēperet sermonē semp
& libret, vt nūc hos, nūc illos ī qbusdā videat
arguere: & rursum singulas ptes certa spe ꝓ-
missiōis aiet. Quia ergo visus fuerat in supio-
ribus dicere, ꝙ si pputiū iustitias legis custo-
diat, iudicabit eū qui in circūcisione puarica-
tor est legis: vt rursum eos quos humiliauera
ra allevaret, addidit: Quid ergo amplius est
Iudęo? aut q̄ vtilitas circūcisionis? Multū per
oēm modū. Primo quidem, qa credita sunt il-
lis eloquia dei. Post hęc cū his cōsequēter qua
si quędā fuisset psecutus, addidit nūc & dicit:
Quid ergo tenemus amplius? Causati.n.sumꝰ
Iudęos & Graecos oēs sub peccato esse. Qꝫ si
oēs sub peccato sunt, ergo nō erit elatiōis cau
sa vni aduersum aliū: cū vterq̄ nō ex sua iusti
tia, sed ex dei misericordia veniat ad salutem.
Probauit ergo Gręcos quidē.i.gētiles esse sub
peccato cū ait. Dicētes.n.se esse sapiētes stulti
facti sunt: & mutauerūt gloriā incorruptibi-
lis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis
hoīs, & volucrū, & quadrupedū, & serpentiū,
ppter qd tradidit eos deus ī reprobū sensum:
& reliqua. Iudęos vero cum dicit: Si aūt tu Iu
deus cognominaris, & reqescis in lege, & reli-
B qua. Quibus addidit, Qui ergo doces aliū, te-
ipm nō doces: q pdicas nō furādū, furaris &c.
Post hęc ergo dicit: Quia causati sumꝰ Iudęos
& Gręcos oēs sub peccato esse. Post hęc vero,
vt ei moris est, de scripturis sanctis vult affir-
mare qd dixerat: simul & doctorib ecclesię ꝓ-
bet exēplū, vt ea q̄ loquunt ad populū nō pro
priis psumpta sentētiis, sed diuinis munita te
stimoniis pferant. Si.n. ipse tātus ac talis Apo
stolus auctoritatē dictoꝝ suoꝝ sufficere pos-
se nō credit, nisi doceat ī lege & pphetis scri
pta esse q̄ dicit: quāto magis nos minimi hoc
obseruare debemꝰ, vt nō nostras cū docemꝰ,
sed sancti spūs sententias pferamus? Illud etiā
necessario ducimus admonēdū, ꝙ in nōnullis
exēplaribus latinorū ea q̄ subsequunt testimo
nia in tredecimo Psalmo cōsequenter ex inte-
gro posita inueniunt: In Gręcis aut poene oibꝰ
nō amplius in tredecimo Psalmo, q̄ vsq ad il-
lum versiculū scriptū est: Nō est q faciat bonū
nō est vsq ad vnū. Sed & qd dixit Apostolus,
Sicut scriptū est, qa nō est iustus quisq̄, nō est
H intelligēs, nō est requirēs deū: nō eisdē sermo-
nibus inuenit in Psalmo: sed alii permutātur,
alii assumunt, alii relinquunt. Qd a studiosis
qbusq̄ si obseruet diligētiꝰ, puto dari in hoc
apostolicā auctoritatē: vt cū scripturę testimo
niis vtēdū fuerit, sensum magis ex ea q̄ verba
capiamꝰ. Hoc.n. i euāgeliis factū frequēter in-
uenies. In tredecimo igit Psalmo ita scriptum C
est. Dñs de cęlo respexit sup filios hoim, vt vi
deret si est intelligēs, aut requirēs deū. Sed in
quinquagesimosecūdo Psalmo ita dicit. Deus
de caelo respexit sup filios hoim, vt videret si
est itelligēs, aut reqrēs deū. Et videt idē serua
ri sensus etiā in eo qd Apl'us posuit: Non est
intelligēs, nō est requirēs deū. Et qd dixit, nō
est iustꝰ qsq̄: puto ex eo sumpserit qd scriptū
est: Nō est q faciat bonitatē, nō ē vsq ad vnū
qui faciat. In quo etiā si sermo cōuerti videt,
sensus tñ vnus idēq̄ seruat. Qd vero in cōse-
quētibꝰ dicit: Sepulcrū patēs est guttur eoꝝ,
liguis suis dolose agebāt: in secūdo Psalmo re
peries. Post hoc: Venenū aspidū sub labiis eo-
rū, qd & ipm ex quodā Psalmo assumptū im-
mutatis, vt supra diximꝰ, sermōibꝰ puto. Qd
aūt sequit: Quoꝝ os maledictiōe, & amaritu-
dine plenū est, ex nono Psalmo videt acceptū.
Tū deinde, Veloces pedes eorū ad effundēdū
sanguinē: vel in Esaia inuenies, vel in Prouer
biis. Sed & Cōtritio & īfelicitas ī viis eoꝝ, &
viā pacis nō cognouerūt: nō quidē ad ītegrū
recordor vbi scriptū sit, suspicor tñ in vno ꝓ-
phetarū inueniri posse. In psalmis tñ scriptū
est: Nō est timor dei ante ocl'os eoꝝ. Hęc aūt
oia testimonia videtur cōgregare voluisse ob
hoc, vt ostēderet, qa ꝙ causat Iudaeos & Gre
cos oēs sub pctō esse, nō tā suā q̄ sanctae scri-
pturę sentētiā pnūciat. Sed relinquamus qdē D
hoc ipm sub peccato esse: sine exceptiōe.n.ser-
mo eius oēs, siue Iudęi sint, siue gētiles, videt
inuoluere. Sed occurrit nobis alia ipsiꝰ sentē-
tia, qua dicit: Vbi autē nō est lex, nec pręuari
catio. Apud Iudęos quidē legē Moysi esse ma
nifestum est: apud Gentiles vero legē naturae
esse confirmat, quo testimonio cōscientiae ar-
guat delinquentē. Vbi ergo quęrimus homi-
nem in quo nō sit lex, & qui per hoc nō videa
tur esse in pręuaricatione peccati? Quia & ipse
Paulus de semetipso dicit: Ego autē viuebam
sine lege aliquādo. Qñ Paulus sine lege vixit,
qui rursum de semetipso dicit: Circuncisionē
accepi octaui diei, hebraeus ex hebraeis? Quo-
modo ergo verū erit eū aliquādo sine lege vi
xisse, qui octaua natiuitatis suae signū circū-
cisionis ex lege suscepit? Vnde cōstat tunc fie
ri hominem sub lege, quando ad id aetatis ve
nerit, vt eligere possit, & discernere qd sit lex:
nec prius legis illius extrinsecus iugū susci-

pertet,q̃ interne,& naturalis legis habere inci
E peret firmitatē.Deniq; ī eo vbi dixit:Ego aūt
viuebā sine lege aliquādo,addidit:Sed vbi ve
nit mādatū,peccatū reuixit.In quo hoc est qđ
ostendit,ꝙ in pueritia prius q̃ discretionē qs
habeat boni & mali,sine lege eē dicit.Quietiā
si peccat,qa lex ī eo nō est,peccatū ei nō impu-
tabitur.Cū vero discretionē boni maliq; acce
perit:venisse ei dicitur lex, & dedisse mādata.
Vbi autē inest vis mādati, hoc est consciētia
redarguēs:peccatū qđ prius ī eo mortuū erat
dicit̄ reuixisse.Ex hoc ergo iā tpe si qs subdat
se legi Moysi,vt eā secūdū literā obseruet,effi
cit̄ in manifesto Iudæus. Si vero scđm spiritū
eā sequat̄,efficit̄ in occulto Iudęus. Hęc ꝑ eo
qđ dictū est:Causati em̄ sum⁹ Iudęos,& Grę-
cos oēs sub peccato esse. Scilicet oēs ītelligat̄
de illis dictū,quos vel naturali, vel scripta le-
ge ne peccēt cōstat edoceri. Nā & de gētibus
sub peccato factis eodē modo ītelligim⁹ quo
supra diximus:cū cœperint naturaliter quę le
gis sūt facere,& ipsi sibi esse lex, tū redarguū
tur a cōsciētia in his q̃ cōtra legē facere vidē
tur. Propter qđ & consequēter mihi vidētur
sensisse ii,q legē naturæ,legē dei dicūt:legem
autē scriptam,positione legem esse appellant.
Si ergo Paulus de lege scripta,hoc est de lege
Moysi diceret,peccatū aūt non imputabat̄ cū
lex nō esse videbatur:nec Cain reputatū esset
peccatū,nec illis q diluuio perierunt,nec illis,
F quos in Sodomis ignis absumpsit. Sed q̄m vi
demus illis nō solū reputata esse peccata, sed
& vltionē in eos datā:ostendit̄ ex his de natu
rali lege Paulū dicere,quę excepta prima æta
te pueritię,in oībus hoībus inest:& ꝑ hoc re-
ctissime dicit:Causati enim sumus Iudæos &
Græcos oēs sub peccato esse. Vnde non mihi
videt̄ quędā ex sapiētibus cōtra rationē defi-
nisse,ꝙ in omni mortaliū genere,cū ad id ęta
tis vētū fuerit vbi discretionē recti prauiq; in
gressus naturalis legis excipiat,primo omniū
malitiā suscitari:post hæc iā eruditionib⁹,in-
stitutis,monitis,paulatim eā depelli,& ad vir
tutē trāsiri.Cōsona nāq; his etiā Paulus mihi
sensisse videtur in eo qđ dicit: Sed vbi venit
mādatum:peccatum reuixit. Sed & Saluator
cū dicit in Euangeliis:Nisi venissem,& locu-
tus eis nō fuissem, peccatū nō haberēt: nunc
autē excusationē non habent de peccato suo:
videbit̄ secūdū hanc dixisse rationē,ꝙ virtus
ea quę replere dicitur mundum,ad vnūquēq;
hominē veniat, & loquatur in corde eius, ac
mali boniq; iudiciū doceat.Ideo ergo Paulus
scriptum esse dicit,ꝙ non est iustus quisq̃,nō
est intelligēs,nō est requirens deū: omnes de-
clinauerunt,simul inutiles facti sunt.Sicut &
alibi Propheta dicit:Quia non iustificabit̄ in
cōspectu tuo oīs viuens. Qđ fortassis cōtra G
riū videat̄ aliis scripturis,q̃ nōnullis testimo
niū perhibēt quasi iustis:intantū,vt etiam ad
Hierusalē de Sodomis dicat̄, ꝙ iustificata est
Sodoma ex te. Sed intuere diligētius cautelā
scripturę diuinę,quomodo nō dixit:Iustifica-
ta est Sodoma: sed vt q̄m tu scelera multa cō
mittis, & talia sunt q̃ agis, vt oēs supgredia-
ris in magnitudine peccatoꝝ,ad cōparationē
scelerum tuoꝝ iam Sodoma iustificata est.Et
hic ergo qđ dixit:Nō iustificabitur in cōspe-
ctu tuo oīs viuens, non hoc sentire voluit,ꝙ
nō iustificabitur oīs viuens: sed in conspectu
tuo,hoc est dei,nō iustificabitur. Quis enim
quis iustus,quis sanctus sit,nō solū inter ho-
mines, sed & in supernis atq; eminentioribus
creaturis: ad cōparationē dei certū est eū iu-
stificari nō posse.Deniq; & in Apocalypsi Ioā
nis,vbi liber signatus offertur in cōspectu ve
tusti dierū,& q̃ritur ex omni tribu,lingua,&
populis,q eum possit aperire, nullus inuētus
est nisi solus agnus de tribu Iuda,q iustifica-
tus est in cōspectu dei: & ipse solus librū me-
ruit aperire,qa solus ipse est qui aperit,& ne-
mo claudet:claudit,& nemo aperit.Solus er-
go Saluator noster dn̄s Iesus Christus iustifi
catur in cōspectu patris:qa quæcūq; facit pa-
ter,hęc & filius facit similiter.Oīs aūt creatu
ra ex cōparatiōe inferioꝝ iustificat̄. Vt si ver
bi causa dicam⁹, ad cōparationē reliq populi
iusta fuit Maria soror Moysi : & rursum ad
cōparationē Mariæ iustus erat Aaron:& ite-
rū ad cōparationē Aaron,iustus erat Moyses.
Beatus tñ est q ex cōparatione melioꝝ iustus
appellat̄,& nō ex cōparatione pessimoꝝ: sicut
Sodoma,quę ex cōparatione Hierusalē iustifi
cata memorat̄. Vñ & ego vereor ne ex nobis
qui videmur esse ī ecclesia dei,& legi eius ope
rā dare,ac ꝑceptis Euāgelicis deseruire,inue-
niant̄ aliq infideliū iustificādi. Vt verbi causa
dicā, si nos libidini,& impudicitię seruiam⁹,
& gētilis q alien⁹ est a fide Christi, custodiat
castitatē:ille gētilis iustificat̄ ex nobis. Simili
ter & si nos auaritia,rapacitate,supbia, & cæ
teris huiusmodi malis inuoluamur,abstineat
aūt ab his oīb⁹ gētilis,& ii q legē dei nesciūt:
illi iustificabūtur ex nobis, & nos ex illoꝝ cō
paratione damnabimur.Quin potius operam
demus,vt sicut fide ꝑcedimus gētes, ita acti-
bus & opibus ꝑcellamus,ne mala nostra fiant
aliena bona,& illoꝝ tēperātia nostrā redargu
at intēperātiā.Potest adhuc & alio modo ex- H
planari qđ dixit: Nō est iustus q̃sq̃,vel qđ ait

Nõ iustificabif in cõspectu tuo oĩs viuẽs: q̃ donec qs viuit ĩ corpore, iustificari nõ potest nec pnũciari iustus, sed cũ exierit de corpore & de vitę hui⁹ agone discesserit: sicut & scriptura dicit, Ne beatificaueris hoĩem ante mortẽ, q̃ nescis q̃ erũt ei⁹ nouissima. Et iterũ dicit Ecclesiastes. Et laudaui hoĩes defunctos q iã mortui sũt, magis q̃ viuos q adhuc viuũt: sed melior sup vtrosq; q nõdũ natus est. Habes adhuc & aliã scripturę sentẽtiã quę dicit, ꝙ qcũq; ille minim⁹ est ĩ regno dei, maior sit eo q in corpe est: etiã si Ioãnes ille sit, quo maior iter natos mulierũ nõ fuit. Nõ est ergo iustus quisq;: & addidit, Nõ est itelligẽs. Et reuera cũ Apl's ipse ex parte se dicat agnoscere, & ex parte intelligere, qs erit q dicat intelligẽs? Quãtũcũq;.n. qs intellexerit, in speculo & ęnigmate videbit itelligere: qa post depositionẽ terreni corpis reuelabit facie ad faciẽ intelligere: nũc vero vt ait scriptura, corruptibile corpus aggrauat animã, & demergit terrena habitatio sensum mlta cogitãtẽ. Vnde fit vt nõ sit itelligẽs qs nec reqrẽs deũ. Dũ.n. corporis sollicitudinib⁹ occupamur, & q̃ hoim sũt querim⁹, deũ querere, vel q̃ dei sunt cogitare nõ possumus. Oẽs declinauerũt, simul iutiles facti sunt. Mihi videt ꝙ nõ dicit declinasse nisi is q aliqñ in via recta stetit. Vnde apparet primũ illud naturæ rõnabilis opus, qđ a deo factũ est fuisse rectũ, & in via recta creatoris
A ipsi⁹ munere collocatũ. Sed qa ab hac ad lęuũ peccati iter detorsit, merito nunc dicit declinasse: sicut exẽplũ est prim⁹ homo Adã, q de paradisi via recta male suasus fraude serpẽtis ad prauas & tortuosas mortalis vitę semitas declinauit. Cõsequẽter ergo oẽs qui ex ipsius successiõe in hũc mũdũ veniũt declinauerũt: & simul cũ ipo iutiles facti sunt. Propter hoc puto & dñm in euãgeliis dare mãdatũ, vt cũ oĩa pcepta fecerim⁹, meminerim⁹ tñ qđ sim⁹ & dicamus: Serui iutiles sumus, qđ debuim⁹ facere fecimus. Donec.n. quis hoc facit tantũ qđ debet. i. ea quę pcepta sunt: inutilis seruus est. Si aũt addas aliquid pceptis, tunc nõ iam inutilis seru⁹ eris, sed dicet ad te: Euge serue bone & fidelis. Quid aũt est qđ addat pceptis, & supra debitũ fiat, Paulus Apostolus dicit: De virginib⁹ aũt preceptũ dñi nõ habeo, cõsilium autẽ do tanq̃ misericordiã cõsecutus a deo. Hoc opus sup preceptũ est. Qui ergo cõpletis pceptis addiderit etiã hoc, vt virginitatem custodiat: nõ iam inutilis seruus, sed seruus bonus & fidelis vocabit. Et iterũ præceptum est, vt qui euãgeliũ annũciant, de euangelio viuãt: Paulus tñ dicit, ꝙ nullo horum vsus sum: & ideo non inutilis erat seruus, sed fidelis & prudens. Oẽs ergo declinauerũt, simul inutiles facti sunt. Quibus addidit, Non est qui faciat bonitatẽ, non est vsq; ad vnum. Grauis sentẽtia, & quæ difficile astrui possit. Quomodo.n. videt fieri posse, nullũ omnino, nullũ vsq; ad vnũ, vel in Iudęis, vel in Gręcis inuenire potuisse, q faceret bonitatẽ? Si in eis credimus ꝙ nullus fuerit q vel hospitẽ aliqñ receperit, vel esurienti panẽ dederit, vel nudũ texerit, vel innocentem de manibus potentis eripuerit, vel tale aliquid boni operis egerit: non mihi videt tam incredibilẽ sermonẽ voluisse asserere Paulus Apostolus. Sed hoc modo intelligẽdũ puto ꝙ neget quẽq; fecisse bonitatẽ. Verbi gratia, velut si quis fundamẽta faciat dom⁹, & vnũ aut duos parietes extruat aliquid etiã materiæ cõuehat: nunquid dicet fecisse domũ, q̃uis operatus videat in domo? Sed ille dicit domũ fecisse, qui totius ędificii ad perfectũ singula quæq; mẽbra produxerit. Ita arbitror & hic apostolũ dicere nemiñe fecisse bonitatẽ, hoc est a nullo eã ad perfectum & ad integrũ cõsummatã. Si aũt requiramus qui sit vere bonus, & qui perfectã fecerit bonitatẽ, illũ inueniemus solũ qui dicit: Ego sum pastor bonus. Et iterũ: Pastor bon⁹ aĩam suã ponit pro ouib⁹ suis. Posthęc de quito vt supra diximus Psalmo dicit. Sepulcrũ patẽs est guttur eorũ. Diuersa in his (vt mihi videt) humani generis peccata describit. Oẽ sepulcrũ immunditiã defuncti cadaueris contegit: vnde & dñs dicebat in euãgelio de Scribis, & Phariseis, ꝙ essent sepulcra dealbata: quæ foris quidẽ speciosa vident hoib⁹, intus aũt plena sunt omni immũditia. Videt autẽ Paulus in hoc loco maius aliqđ in istis de qb⁹ sermo est, ostẽdere criminis: cũ eos sepulcrũ nõ tectũ neq; coopertũ, sed patens appellat. Clausa eñ sepulcra dicunt, quos aliquãtulũ pudor cohibet palam delinquere, & proferre ad publicũ crimina sua. Patens vero sepulcrũ dicunt ii q immũditias suas & impuritates in propatulo habẽt: quib⁹ assiduitas & vsus scelerũ, qđ est in malis vltimũ, etiã cõmissorũ verecundiam sustulit: vt iam nõ aperiãt os suũ, & proferãt verbũ dei viuũ, sed aperiãt guttur suũ, & proferãt verbũ mortuũ, verbũ diaboli, nõ de corde, sed de sepulcro. Siquãdo videris ergo hominẽ lasciuo ore impudica verba iactantem, aut tumido & furibũdo contumelias & maledicta pferentem, nõ dubitas de hoc dicere, ꝙ sepulcrũ patẽs est guttur eius. De abundãtia eñ cordis os loquit. Ad hęc additur. Linguis suis dolose agebãt. Dolus est, cũ aliud qs lin-

gua loquit, & aliud volutat in corde. Qd cri men nescio si vel iustos quosq & electos reliquat imunes: sed puto q alius plus, alius autē minus, nemo tñ sit ab hoc ad perfectū purus, nisi ille solus de quo scriptū est: Qui peccatū non fecit, nec dolus inuentus in ore eius. Nā etsi ieniat qs diligēs & cautus, pōt fortassis in grauioribus obseruare: quomodo aūt inuenias, q in hęc vel prę verecūdia, vel prę negligentia non incurrat! Interdū & per obliuionē omittunt q curāda fuerāt, & ne appareat culpa excusant aliter q gesta sunt. Vñ & Petrus sciēs istas esse diuersitates doli, in Epistola sua scribit dicēs. Deponētes ergo oēm dolū, & simulationē, & inuidiā, & obtrectationē, quasi modo geniti infantes rationabiles & sine dolo lac cōcupiscite, vt in eo crescatis in salutē.

C Venenū aspidū sub labiis eoꝝ. Morsus serpētis veneno corpus iterimit: morsus verbi venenati fraude animā necat. Potest accipi hoc & de his q calūniarū cōmētis circūueniūt homines: potest & de his, q p hæreticā doctrinā veneno diaboli infectā, animas decipiūt simpliciū: quoꝝ & amaritudine plenū est os & maledictione. De veneno qdē aspidū, nō dixit plena esse labia. In illo eñ vitio plures fortassis inueniant, nō tñ plures q plene, & ad integrū veneni illius vitus exerceāt. Maledictione aūt & amaritudine repleri os, valde multorū est. Quis eñ ita emendati oris est, quem non maledicēdi cōsuetudo sollicitet! non dicam aduersum eos, q maledicto digni sunt, sed aduersum eos quos dñs nō maledixit, id est iustos & inocētes viros: ptēptū hoc & pcliue vitiū est fragilitatis humanę erga subiectos pcipue & inferiores: ita vt iā appellationē hāc, nō maledictionē putent. Et ideo plenū est os eoꝝ, & tāq de pleno oris vasculo indefinēter dicitur fluere maledictio. Huic tñ & amaritudo cōiūgitur: qa ex iracūdię felle depromit. Per iracūdiā eñ ac furorē ad maledicēdū lingua cōpellit. Et ideo dicit idē Aplus: Benedicite, & nolite maledicere. Et alibi: Nequa radix ama-

D ritudinis sursum germinās ipediat. Addit in cōsequētibus, Veloces pedes eoꝝ ad effundēdū sanguinē. Qd tñ crimen nō fortassis pluribus aptari posse videbit eoꝝ de qbus dixit: Causati eñ sumus Iudæos & Gręcos oēs sub peccato esse: nisi forte ita intelligamus, q non corporaliter tm sanguis effundit eoꝝ quorū corpa trucidant: sed & hi q quolibet scādalo aīam a deo separāt, viri sanguinū nominant. Sicut eñ homicida dicit ille q corpus ab aīa separat, p quā viuificat: ita multo etiā verius ille homicida dicēdus est, q animā a vera vita separat, q est deus. Pedes aūt hoc in loco illos intellige, de qb[9] dicit Propheta: Mihi aūt pœne moti sunt pedes: hoc est cōsiliū quo agim[9] iter vitę. Cōtritio & infelicitas in viis eoꝝ, & viā pacis nō cognouerūt. Cōtritionē hic dicit, nō illā qua spūs peccatis cōtribulat p pœnitētia: vnde dr in Psalmis: Cor cōtritū & humiliatū deus nō spernes: sed illā dicit cōtritionē qua peccatores dicunt cōterere iugū dñi, & piicere a ceruicib[9] suis. Similiter & infelicitas, vel sicut alibi legit miseria accipiēda est, qua miser homo effectus est & infelix: q cū in honore eēt nō itellexit, sed cōparat[9] est iumētis insipiētib[9], & similis fact[9] est eis. Et viā pacis nō cognouerūt. Pax nra Christus est. Via ergo pacis via Christi est. Sed & si accipiam[9] q peccatores dū vitioꝝ bellis semp vrgētur, viā pacis ignorāt: recte itelligimus. Dicit eñ Propheta ad dñm. Pax mlta diligētib[9] nomē tuū, & nō est illis scandalū. Sed & ille pplus q de Aegypto duct[9] est, p viā pacis icessit, vt ad terrā repromissionis veniret, & habitaret in Hierusalē, q interptat visio pacis: sicut & Propheta dicit: Factus est i pace locus ei[9], & habitatio ei[9] in Sion. Pleni[9] aūt viā pacis agnoscit, q ad cælestis Hierusalē habitaculū tēdit, vt sanctā ciuitatem dei viuētis ascēdat. Post hęc addidit. Nō est timor dei ante oculos eorū. Si quis sit qui semp de timore dei cogitet quid ei placeat reqrat, quidve displiceat, huic timor dei esse ante oculos dicit. Sed perit[9] debet esse, & ex lege dñi diligenter eruditus, ne forte illic timeat timorē, vbi necessarius non erit timor. Ponēdus est ergo semp timor dei ante oculos: non istos oculos carnis: neq eñ visibile aliqd, aut corporeū qrit: sed dicit de oculis mētis, qb[9] timoris dei & itellect[9] & doctrina perspicit, p quā (sicut supius diximus) intelligit qd timēdū sit, aut qd nō sit timēdū. Qui deum timet, potestates seculi nō timet. Et qd dico de potestatib[9] seculi! nec illos pricipatus, & potestates, & mūdi hui[9] rectores, neq spiritalia nequitię in cęlestibus timet. Et vt ipsi[9] Pauli auctoritate firmem[9], audi quomodo dicit de humanis potestatib[9]. Vis inqt nō timere potestatē! fac qd bonū est, & habebis laudē ex ea. Et Propheta dicit: Dñs mihi adiutor est, nō timebo qd faciat mihi homo. De aduersis vero potestatib[9] spirituū idē Propheta sensisse mihi videt vbi dicit. Multi qui debellāt me de excelso, per diē timebūt. Et iterū. Si cōsistāt castra aduersum me, nō timebit cor meū. Opus ergo grande est & magnificū semp habere ante oculos cordis timorē dei: illū timorē, q repleuit virgā quæ surrexit de

radice Iesse,& florẽ qui de radice eiꝰ surrexit. De quo dicit: Et repleuit eũ spũs timoris dñi. Intantũ aũt perfectũ reddit hoĩem dei timor, vt cui sit, nihil dicit: vt Propheta dicat, quia nihil desit timentibꝰ eũ. Hęc prout potuimus singulis quibusq; quæ a Paulo assumpta fuerãt aptauimus, quomodo cõuenire viderent his de qbus dicit: Causati.n.sumus Iudęos,& Gręcos oẽs sub peccato esse. Quę tñ ita puto debere intelligi, nõ vt in singulis hoĩbus oĩa hæc fuisse arguant, sed aliud in alio: ita vt in oĩbus impleret vniuersitas ista vitiorum.

SCImus aũt qm̃ quæcũq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquit, vt omne os obstruat, & subditus fiat omnis mũdus deo: qa ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

A ¶Pręfati sumus in principiis, Apostolũ in hac Epistola de pluribꝰ legibus tractaturũ: quarũ discretio & distictio nisi p loca singula habeatur, cõfundere poterit sensum legẽtis. Igitur etiã in p̃senti loco qđ dicit: Scimꝰ aũt qm̃ quęcũq; lex loquit, his q in lege sunt loquit: diligẽtius requirere debemus quę sit lex quę loquatur ad eos q in lege sunt: & per hoc q̃ ad eos loquit omni eos excusatione denudet, ne peccatorũ suorũ possint inuenire perfugia. Hoc eñ est qđ dicit: Vt omne os obstruat,& subditus fiat omnis mundus deo. Qđ si velimus de lege Moysi intelligere, quę illis sine dubio solis loquit, quos ex matris vtero circunciderit & docuerit: quomodo cõsequens videbit q̃ per hãc legẽ q̃ vnã tantũmodo institutis suis cõtingit gentẽ, oẽ os obstruat,& oĩs per eã mũdus deo teneat obnoxiꝰ? Quid.n. cõmune ad hãc legẽ gẽtes oẽs: qd totus habere mundus credẽdus est? Quomodo aũt & agnitio peccati p legẽ Moysi fieri dicit: cũ inueniant plurimi & ante eã agnouisse peccatũ suũ? Cain denique cũ peccasset ita ait: Maius est pc̃m̃ meũ q̃ vt remitti possit. Sed & patriarchę cũ ad Ioseph descẽdissent in Aegyptũ,& simulata ab eo confutatione vrgerent, ita ad alterutrũ dicũt: In peccatis sumus pro fratre nostro, quia despeximus tribulationẽ eius aĩæ cũ rogaret nos,& nõ exaudiuimꝰ eũ: ppter hoc venit super nos tribulatio hęc. Sed & Iob quẽ ante legẽ fuisse cõstat, ita dicit: Q; & si peccaui inuitus, si occultaui pc̃m̃ meũ, aut confusus sum multitudine populi, quo minꝰ annunciarẽ delictũ meũ. Qui oẽs euidẽter docẽtur agnouisse peccatũ suũ. Ex his ergo colligit Apostolũ Paulũ non de lege Moysi dicere, q̃ lex his qui in lege sunt loquit: sed de naturali lege, q̃ scripta est in cordibꝰ hoim. Hæc ergo lex quęcũ q̃ dicit, his qui in lege sunt dicit. In lege aũt sunt hi, qui id ętatis agũt, quo discretionẽ boni maliq; iã capiũt. Sine lege vero illi sunt, qbus nõdũ huiusmodi discretionis sensus aduenit: secundũ q̃ & Paulus dicit: Ego aũt viuebã sine lege aliquãdo. Secũdũ hãc ergo legẽ naturalẽ, cõsequẽter Apostolus dixisse videbat oẽ os obstruẽdũ,& oẽm mũdũ obnoxiũ dei iudicio futurũ. Huiꝰ.n. legis q̃ naturaliter hoĩbus inest, nullus est expers, neq; Iudæorũ, neq; gẽtilium: & ideo cõsequenter dictũ videt etiã illud, q̃ iustificet deꝰ ĩ verbis suis, & vincat cũ iudicat. Vt verbi causa dicamꝰ: si requirat qd deus homini cõtulerit,& qd hõ ex his q̃ a deo accepit operatꝰ sit, iudicari cũ hoĩbus deus videbit: & inuenit quidẽ deꝰ dedisse homini oẽs affectus, oẽsq; motus qbꝰ ad virtutẽ niti possit, & pgredi: insup etiã vim rationis inseruisse, qua agnosceret qd deberet agere, qd cauere. Hęc ergo inuenit deꝰ cõiter oĩbus hoĩbus p̃stitisse. Sed si his acceptis homo neglexit iter virtutis incedere, cui ex deo nihil defuit: inuenit ipse defuisse iis, q̃ a deo data sunt sibi. Merito ergo dicit ĩ tali iudicio deꝰ vincere,& iustificari in verbis suis. Hæc ergo lex naturalis loquit oĩbꝰ q in lege sũt: ex cuiꝰ p̃ceptis soli mihi ĩmunes fieri vident infãtes, qbus nõdũ inest praui rectiq; iudiciũ. Sed his si etiã illi sociãdi sunt q quacũq; ex causa dementes fiũt, video. Exceptis vero his, nullus hoim mihi effugere videt hãc legẽ. Cõsiderã- C dũ est aũt ne forte nõ solũ hoĩes, sed & angelos, & oẽm, q̃cũq; illa est, rationabilẽ creaturã lex ista cõstringat. Si.n. recte a sapiẽtibꝰ definitũ est legẽ esse q̃ & dicat qđ agi debeat, & qđ agi nõ debeat vetet: quomodo nõ huiusmodi lex etiã supnis & cęlestibꝰ ordinibꝰ inserta videbit? Quibꝰ vtiq; & obseruãdi qddã,& qddã cauẽdi disciplina est: & nisi hac lege tenerent, nũq̃ de eis diceret scriptura diuina: Angelos quoq; q nõ seruauerũt principatũ suũ, sed dereliquerũt ppriũ domiciliũ, deus ad iudiciũ magni diei ęternis vinculis in tartarũ cõstrictos sub caligine reseruauit. Vnde cõstat inesse his legẽ, qua nõ obseruata passi sunt hęc quę superius scriptura testata est. Sed & Paulus cũ dicit: Aut nescitis qa angelos iudicabimus? quid aliud nisi sub lege scit esse positos eos, quos pnũciat ad iudiciũ deducẽdos? Sed si quis nobis occurrat ex eo qđ supra diximꝰ deũ esse cũ hoĩbus iudicãdũ, quasi etiã ipsum dicere videamus esse sub lege: audi quãta de hoc cautela ĩ Apostoli literis inuenit, q Christũ non in lege esse, sed plenitudinem esse legis cõmemorat: & sicut ipse est iustitia ex qua

omnes iusti siũt, & ipse est veritas ex qua oẽs in veritate cõsistũt: & ipse est vita ex qua oẽs viuũt: ita & ipse est lex, ex qua oẽs ĩ lege sunt. Venit ergo ad iudiciũ, nõ tãq̃ qui in lege sit, sed tãq̃ qui lex sit. Ego aũt puto ꝙ ii qui iam perfecti sunt, & domino cõiũcti vnus spiritus cum ipso effecti sunt: nec ipsi in lege sunt, sed magis ipsi sunt lex. Sicut & alibi idẽ Apostolus dicit: Quia iusto lex non est posita. Iterũ: Quæcũq; lex loquitur iis qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruat: scdm ea quæ supra diximus, vt subditus fiat, vel vt alibi legimus, obnoxius fiat oĩs mũdus deo: qđ & magis cũ Græcis exẽplaribus cõuenit. Sed requiramus, omnem mundũ hic quid appellauerit.

D Nũquidnã putabit omnẽ mũdũ ita terrenus hic debere intelligi locus: vt & arbores, & lapides, & hęrbę, ac semina, & paleę quę in ipso sunt, pariter noiatę sint? Partes eñ mũdi hæc esse singula videntur. Nõ arbitror ita quẽpiã ineptũ inueniri, vt hęc possit afferere. Restat igitur, vt omnẽ mũdũ omne rationabile animal dicat: & sicut omne qđ irrationabile est, excipit ab hoc sensu, ita nulla mihi videt ab hac conditione rationabilis creatura secerni. Oĩs ergo mũdus obnoxius fit deo per hoc ꝙ legẽ naturalẽ inseruit oĩbus: de quibus & in alio loco dicit: Quia in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestiũ terrestriũ & infernorum. Qđ vtiq; si faciat, cõplesse videbit legẽ: si non faciat, esse obnoxius legi: per legem autẽ cõsequẽter & deo. Sicui vero de solis hoibus hoc videbit dictũ, ꝙ & legẽ naturalem ipsis inesse dixerit: & de solis ipis scriptũ accipiat: Vt oẽ os obstruat, & obnoxius fiat oĩs mũdus deo, vteẽ occasiõe subsequẽtis sermõis, quo dicit: Quia ex opibus legis nõ iustificabit oĩs caro. Qđ vtiq; dictũ videtur de his tm̃, qui in carne sunt positi.

E Sed qui priorẽ sensum magis tenere volunt, obseruabunt diligentius quomodo Apostolus dixerit ex opibus legis non iustificari carnẽ: qa ad eos q in carne sunt opa legis spectãt: ad eos vero qui in spiritu sunt, id est superiores ordines cęlestiũ ministeriorũ, sensus pertinet legis. Ex operibus igitur legis ꝙ nõ iustificabitur oĩs caro in cõspectu eius, hoc modo intelligẽdum puto: ꝙ oĩs qui caro est, & secũdũ carnẽ viuit, nõ potest iustificari ex lege dei. Sicut & alibi dicit idẽ Apostolus: Quia q in carne sunt, deo placere nõ possunt. Itẽ alibi: Quia sapiẽtia carnis inimica est deo, legi eñ dei non est subiecta: nec eñ potest. Et Propheta dicit: Oĩs caro fœnũ. Et ĩ Euãgelio scriptũ est. Spiritus est q viuificat, caro nõ prodest qcq̃. De his ergo dicit, ꝙ ex lege dei non iustificabitur oĩs caro coram ipso. Sed & hoc qđ addidit, corã ipso, nõ ociose ptereat: sicut iam frequẽtius admonuim⁹: qa aliud est corã deo iustificari, aliud corã hoibus: hoc est, ad cõparationẽ aliorũ hoim potest alius homo qui emẽdatius vixerit, iustus videri: ad cõparationẽ autẽ dei, nõ solũ homo nõ iustificabitur: sed & sicut Iob dicit: Stellę nõ sunt mũdę corã ipso: quę vtiq; corã nobis mũdę habent sane, ad cõparationẽ vero dei mundæ esse nõ possunt. Per legẽ eñ cognitio peccati. Videamus quomodo p legẽ fit agnitio peccati. F Dũ per legẽ discimus qđ agẽdũ sit, qđ cauendũ: simul & qđ peccatũ sit, & qđ nõ sit agnoscim⁹. Nõ ergo vt hęretici deũ legis accusant, mala radix est lex, & mala arbor per quam peccati venit agnitio: qa nõ dixit ex lege agnitio peccati, sed per legẽ: vt scias non per ipsam ortũ, sed per ipsam agnitum esse peccatũ. Ve verbi gratia, si diceremus per artẽ medicinæ datur agnitio languoris: nunquidnã videbitur tibi causa lãguoris esse medicina, qa p ipsam qualitas lãguoris agnoscitur? Sed sicut cõstat bonã esse medicinã quę ægritudinis intelligentiã præstat, qua possit vitare quæ velit: ita & lex bona est per quã dęphendit & agnoscitur peccatum. Seruat autem vt puto huiusmodi expositio etiã illius explanationis cõsequẽtiã, quã supra edidimus de eo qđ scriptũ est: Causati eñ sumus Iudęos & Gręcos oẽs sub peccato esse: sicut scriptũ est: Quia non est iustus quisq̃, nõ est intelligẽs, nõ est requirens deũ.

NVNC autẽ sine lege iustitia dei manifestata est, testificata a lege, & prophetis. Iustitia autẽ dei p fidẽ Iesu Christi in oẽs & super oẽs qui credunt in eũ. Non eñ est distinctio. Omnes enim peccauerũt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.

G Qđ astruximus in supiorib⁹, dicẽtes nõ de lege Moysi dictũ, ꝙ quæcũq; lex loquit, his q in lege sunt loquit: putabit aliqs non tã vere q̃ violẽter assertũ, cũ videat nũc nomẽ legis nõ ad naturę, sed ad Moysi legẽ referri, & dicet ꝙ in psenti loco iustitia dei pnũcietur ab Apostolo manifestari p legẽ, & nõ solũ p legẽ, sed & p prophetas, vt sine vlla ambiguitate de lege Moysi intelligant dicta esse, q̃ scripta sunt: ex qua lege iustitia dei p fidem Christi Iesu manifestet ĩ oẽs q credũt, siue ex Iudęis, siue ex gẽtibus veniẽtes: qui tñ nõ ex opibus iustificent, sed ex gratia dei, in redẽptionẽ eis effecto ipso Iesu Christo. Hęc qdẽ dicet is qui sensum Apli in his q̃ supra exposuim⁹ violẽter a nobis accusabit inflexũ. Sed illud est qđ

cōſtāter poſſum⁹affirmare: ꝙ ſicut nos q hęc
aſſerimus putāt in hoc ſermone apoſtoli,quē
nūc ꝓpoſuim⁹,nihil īuenire poſſe quo aſtrua
mus hęc nō de Moyſi,ſed de naturę lege con
ſcripta:ita nec illi qdē inuenire aliqd poterūt
quomodo quæ ſuperius dicta ſunt ad Moyſi
potius q̄ ad naturæ legē reſpicere videant: &
ideo ſicut illis nō idcirco priora ſtabūt, qa vi
dentur poſteriora conſtare:ita nec nobis qdē
poterūt prima turbari,ſi ſecunda non eodem
currere tramite videant.Quid igitur? conīta
ria ſibi ſcribere dicemus apoſtolū?& hæc erit
egregii explanatoris aſſertio?qd accidere illis
ſolet q ī diuerſos ſectarū ſenſus vnū fidei do
gma diſrūpūt,& illa tm̄ de ſcripturis diuinis
teſtimonia explorāt,qbus propriū dogma cō
ſtituant:earū vero quę e diuerſo veniunt ſcri
pturę diuinę ſentētiarū abſolutiones,ne extre
mo (vt aiunt) digito contingunt.Sed qui fide
liter,& integre ſacrorū voluminū colligit ſen
ſum:debet oſtendere quomodo ea quæ viden
A tur eſſe cōtraria,nō ſunt vere contraria. Ten
tabimus ergo etiam in pręſenti loco oſtēdere
quomodo priori expoſitioni noſtrę hęc ſubſe
quens non repugnet.Sępe diximus, & euiden
tius in præfatione dixim⁹, ꝙ ita apoſtolus in
hac epiſtola multarū legū faciat mentionē:vt
cū de vna ad alterā tranſit,dep̄hēdi niſi ab in
tēto ſatis lectore vix poſſit.Dixerat in ſupio-
ribus,ꝙ ꝑ legē agnitio peccati eſt:& qa ſenſit
poſſibile reſponderi , ergo ſi ex lege naturali
agnitio peccati eſt, poteſt ex īpa & agnitio eē
iuſtitię,ſecundū illā ſcilicet quā ſupra medici
nę artis imaginē dedim⁹:vtquēadmodū ꝑ illā
lāguor agnoſcit vt ſanitas inueniat,ita etiam
per legē naturæ ſi poteſt agnitio fieri peccati,
ſimiliter poſſit & iuſtitię fieri.Hoc ergo cū vi
diſſet poſſe ſibi obiici,poſtq̄ dixit, Per legē.n.
agnitio pc̄ti:Nūc aūt ait,ſine lege iuſtitia dei
manifeſtata eſt.Tale eſt ergo qd dicit. Nam ſi
cut ꝑ legē agnitio peccati,ita & manifeſtatio
iuſtitię dei per legē fit: ſed ſine lege manifeſta
tur iuſtitia dei.Poterat.n.naturæ lex arguere
peccati naturā,& notitiā ei⁹ oſtēdere: iuſtitia
aūt ſupergredit dei,& ſatis eminet hoc qd cū
ꝗ mēs humana ſolis naturalib⁹ ſenſib⁹ poteſt
B rimari.Neq; eni ſufficit ad intelligendū,& cō
ſiderandū nō quācūq; humanā, ſed ipſam dei
iuſtitiam,& iudicia q̄ ex ipſa deſcēdūt,de qui
bus dicit ꝙ ſunt abyſſus multa:& qa tam ꝓ-
funda ſit iuſtitia dei & iudicia,vt apoſtol⁹ di
cat:Q; inſcrutabilia ſunt iudicia ei⁹.Sed & ſa
piētia ita ad hoīes loquit quaſi nō poſſit iuſti
tia dei naturę ſolius morib⁹ ſciri,ſed ꝑ doctri
nę ſtudiū quęri,& ideo dicit.Diſcitę iuſtitiam

qui iudicatis terrā.Quāobrē ad dei iuſtitiam
cognoſcēdā nihil prorſus opitulabit lex natu
rę etiā ſi videat ſentire aliquid de humana iu
ſtitia.Illa.n.lex poteſt ſentire, ꝙ inter hoīes iu
ſtū ſit vt qd ipſe qs pati nō vult hoc ne proxi
mo faciat.Nūqd naturaliter pōt ſētiri de illa
iuſtitia q̄ dicit: Videte ne faciatis iuſtitiā ve-
ſtrā corā hoībus,& Vt neſciat ſiniſtra tua qd
faciat dextera tua?Hāc & hmōi iuſtitiam di-
ctare non pōt lex naturæ,& ideo dicit apoſto
lus:Nunc aūt ſine lege,naturę ſcilicet,iuſtitia
dei manifeſtata ē,teſtimoniū habēs legis Moy
ſi & ꝓphetarū:in quib⁹ ſanctus ſpūs multa ꝑ
figuras & ęnigmata de iuſtitia dei ſcripſerat.
Et nolo mireris ꝙ vnū vocabulū legis ſecūdo C
in eodē loco poſitū diuerſa ſignificet.Inueni-
mus hāc eſſe ſcripturę cōſuetudinē & in aliis
locis:vt ibi.Nonne vos dicitis,qa adhuc qua
tuor mēſes ſunt vt veniat meſſis?eleuate ocu
los veſtros,& videte regiones,qa albę ſunt ad
meſſem.Nōne & hoc loco meſſis ſecundo no
minata,primo ad corporalē meſſem refert,ſe-
cūdo ad ſpiritalē?Et iterū ī euāgelio cū dicit
ad Samaritanā mulierē ſaluator: Da mihi bi
bere.& poſt reſpōſum ei⁹ iterū dicit ad eā : Si
ſcires qs eſt q dicit tibi da mihi bibere:tu vti-
q; petiſſes eū,& dediſſet tibi aquā viuā. Et ite
rū addidit ad eā.Oīs q bibit ex aqua hac ſitiet
iterū:qui autē biberit ex aqua quā ego do ei,
nō ſitiet ī ęternū. Vide quō & bibere ex aqua
nūc qdem corporaliter,nūc aūt ſpiritaliter in
vno eodemq; accipit loco?Eſt & illic ſimiliter
poſitū, vbi cęcus a natiuitate curat. Poſt hoc
dicit Saluator.In iudiciū ego veni ī hūc mū-
dū vt qui nō vidēt videāt,& q vidēt cęci fiāt
Nōne etiā hic & videre & nō videre nūc cor
poraliter nunc ſpiritaliter intelligit?Ita ergo
etiā in hoc loco apoſtol⁹ cū ſine lege dicit iu
ſtitiā dei manifeſtari,naturalis lex intelligit:
Cūm vero dicit:Teſtificata a lege & ꝓphetis,
Moyſi legem deſignat. Q; ſi adhuc tibi min⁹
planū putat eſſe qd dixim⁹: addem⁹ etiā hæc
ſi tibi videt,ꝙ eadē lex ſit de q̄ dicit:Nūc aūt
ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, quę eſt &
illa de qua ait:Teſtificata a lege & prophetis
Hęc qdē q̄ ſine lege manifeſtata eſt nō accipit
teſtimoniū legis:ſi autē accipit teſtimoniū le-
gis,nō ergo ſine lege manifeſtata eſt. Qd cū ī
ſolubile ſit,nec aliqua poſſit ratiōe cōuelli,di
cēdū eſt iuſtitiā qdē dei manifeſtari a Chriſto
Ieſu,ꝓbente ei teſtimoniū nō lege naturę q̄ ad
huc eſt vtiq; exigua & parua, ſed lege Moyſi
non ea quę ſecūdū literam, ſed q̄ ſecūdū ſpiri
tū eſt:de qua idē dicit apoſtolus:Quia lex ſpi
ritalis eſt.Similiter autē & ꝓphetę per eū qui

D in ipsis locus est spiritũ dei. Est ꝑterea & illa apud Apl'm de hoc sermõe si qs diligẽtius obseruet mira distĩctio. Moris est apud Græcos noĩb⁹ ἄρθρα ꝓponi, q̃ apud nos possunt articuli noĩari. Siquã igit Moysi legẽ noĩat, solitũ nomini pmittit articulum: siqñ vero naturalem vult intelligi, sine articulo noĩat legẽ. In hoc ergo loco vbi dicit: Nũc aũt sine lege iustitia dei manifestata ẽ, articulũ nõ habet: in sequẽti vero vbi dicit: Testificata a lege & prophetis, scđo in loco legẽ cũ articulo posuit. Si ergo sufficiẽter patuit de legis appellatiõe diuersitas: videamus nũc q̃ iustitia sine naturali lege manifestet. Idẽ Apl's Paul⁹ dicit de Christo, qa fact⁹ est nobis sapiẽtia a deo & iustitia, & sanctificatio & redẽptio. Hæc ergo iustitia dei q̃ est Christus, manifestat sine lege qdẽ naturali, nõ tñ sine lege Moysi vel prophetarũ: Dat. n. ei testimoniũ lex, sicut & ipẽ dicit: Scrutamini scripturas, ipsę sunt q̃ testimoniũ reddũt de me. Nã lex qdẽ naturalis põt occasiões ꝑbere, & itellectũ dare (vt dixim⁹) vel ad ea q̃ iter hoies agi ęqtas poscit, vel ad hoc ipm, vt esse sentiãt deũ: De Christo aũt ꝙ sit fili⁹ dei, sentire naturaliter qs põt? Ideo ergo sine lege iustitia dei q̃ est Christus manifestata est, testificata ex lege Moysi, & ꝓphetis. Verũ priusq̃ E ad cõsequẽtia ꝑgrem⁹, omittẽda nõ videt ne hęc qdẽ obseruatio, ꝙ in peccato qdem agnitionẽ posuit, in iustitia vero manifestationẽ. Oẽ em̃ qđ manifestat lux est: & si qđ manifestat lux est: peccatũ qđ lux nõ ẽ nõ manifestat, sed agnoscit. Ego sic accipio & illud: Nihil occultũ qđ nõ manifestet: nec optũ qđ nõ reueletur. Sed ad ꝓpositũ reuertamur. Lex ergo & prophetę testes sunt iustitię dei: quæ iustitia ꝑ fidẽ Christi manifestat i oẽs credẽtes: in quibus nulla est distĩctio, vtrum ex Iudęis an ex gẽtibus credãt. Vide aũt ꝙ de manifestata iustitia dei nõ vnã posuit causam tãtũmodo fidei, sed legẽ posuit & prophetas: qa neq; fides sola sine lege & prophetis manifestat iustitiã dei, neq; rursus lex & prophetę sine fide. alterũ ergo hęret ex altero, vt sit ex vtroq; perfectio. Nulla, inqt, distĩctio est inter Iudæos & Grecos, cũ cõstet eos quo oẽs sub peccato factos esse, sicut supra claruit: & nũc iustitiã dei legis & ꝓphetarũ testimoniis fultã p fidẽ Iesu Christi ex æquo oĩb⁹ datã, ex eo ꝙ oẽs sub pctõ facti fuerãt, alieni sine dubio effecti sunt etiã a gloria dei ꝙ eã nec cape vllo gñe poterãt nec mereri. Quõ. n. pctõr auderet dare gloriã deo, ad quẽ Propheta dicit: Peccatori aũt dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? & iterũ alia scriptura dicit: Nõ est speciosa laus dei i ore pctõris. Idcirco iustitia dei p fidẽ Iesu Christi ad oẽs pueniẽs q credũt siue Iudei, siue Greci, purgatos eos a priorib⁹ scelerib⁹ iustificat, & capaces facit glorię dei: & hoc non ex meritis eoꝝ, nec p opꝛib⁹ facit, sed gratis gloriã pstat. Per redẽptionẽ (inqt) q̃ est i Christo Iesu. Videamus attẽtius qđ sibi velit redẽ- F ptio q̃ est i Christo Iesu. Redemptio dicit qđ dat hostib⁹ p his quos i captiuitate detinẽt, vt eos restituant pristinę libertati. Detinebat ergo apud hostes hũani gñis captiuitas peccato tãq̃ bello supata: venit filius dei q factus est nobis nõ solũ sapientia a deo, & iustitia, & sanctificatio, sed & redẽptio: & semetipm dedit redẽptionẽ. i. semetipm hostibus tradidit ac sitiẽtibus eis suũ sanguinẽ fudit: & hæc est credẽtib⁹ facta redẽptio, sicut & Petrus i eplã sua scribit dicens: Quia nõ corruptibili argẽto, vel auro redẽpti estis, sed ꝑcioso sanguine vnigeniti filii dei. Hoc fortassis & Salomon sub mysterio designabat dicens: Redẽptio aię viri ꝓprię diuitię ei⁹. Si em̃ regras q̃ sunt aĩæ proprię diuitiæ: inuenies sapiẽtiã diuitias ei⁹ eẽ, & iustitiã, & sanctificationẽ: Hęc aũt Christũ esse dicit Apl'us. Christ⁹ ergo est aię diuitię, & ideo ipse est redẽptio eius. Nã corporales diuitiæ pnicies magis aĩæ q̃ redẽptio eius esse credendę sunt, nisi ad bonũ opus cõuersę iustitię, & misericordię fiãt: & ex corporalib⁹ diuitiis ad animę diuitias transferantur.

QVEM ꝓposuit deus ꝓpitiatorẽ p fidẽ in ”
sanguine ipsius ad ostẽsionẽ iustitię suę ꝓpter ”
remissionẽ ꝑcedẽtiũ delictorũ, in sustẽtatione ”
dei ad oñsionẽ iustitię ei⁹ i hoc tpe, vt sit ipse ”
iustus & iustificãs eũ, q ex fide ẽ Iesu Christi. ”

¶ Cũ multa nos & admirãda docuisset sanct⁹ G Apl'us de dño nſo Iesu Christo, q̃ p mysteriũ de eo dicunt: hoc in loco eminẽtius aliqđ ptulit, qđ nõ facile i aliis scripturę locis arbitror inueniri. Nã cũ supius dixisset ꝙ p omni gñe humano redẽptionẽ semetipsum dedisset, vt eos q in peccatoꝝ captiuitate tenebant redimeret, dũ sine dolo p oib⁹ mortẽ gustat: nũc addidit aliqđ sublimius & dicit, qa posuit eũ deus ꝓpitiationẽ p fidẽ i sanguine ipsius: quo scilicet p hostiã sui corporis ꝓpitiũ hoib⁹ faceret deũ, & p hoc ostenderet iustitiã suã: dũ eis remitteret ꝑcedẽtia delicta q̃ pessimis tyrãnis seruiẽdo cõtraxerãt eo tpe quo sustinebat & patiebat deus hęc fieri. Sed ad hoc patiebatur, vt post hęc idẽ in hoc tpe ostẽderet iustitiã suã. In cõsummatiõe etem̃ seculi, i nouissimo tpe manifestauit deus iustitiã suã, & redẽptionẽ dedit eũ quẽ ꝓpitiatorẽ fecit: ne forte si prius ꝓpitiatorẽ misisset, nõ tã multos hũa

ni generis repropitiasset deo, q̃ in his tpibus quib⁹ iã mũdus repletus videt hoibus. Deus eñ iustus est, & iustus iustificare non poterat iniustos: ideo interuentũ voluit esse ꝓpitiatoris, vt p eius fidẽ iustificarent, qa p opa ꝓpria iustificari nõ poterãt. Hęc quãtũ ad sermonis ipsius explanationẽ spectãt pmissa sint, vt apostolica lectio euidẽtior fiat. Nũc aũt vt nobis moris est, qd interior sensus apostolici sermonis cõtineat reqram⁹: & primo oĩm quõ dictũ sit, Quẽ ꝓposuit deus ꝓpitiatoriũ siue ꝓpitia
A torẽ p fidẽ in sanguine ei⁹. Certũ est in oĩbus poene locis apostoli sensum ex legis & ꝓphetarũ manare thesauris. Inqramus ergo vbi appellationẽ ꝓpitiatorii potuerit ĩuenire, & vñ hoc nomen assumpserit. Memini in Exodo loquentẽ ad Moysen & pcipientẽ q̃ oporteat eũ facere, primo quidẽ mandare arcam & vectes eius, atq; annulos p arcę latera fieri: post hęc, Et facies, inquit, propitiatoriũ ex auro puro, duobus cubitis & semis longitudinẽ eius, & vnum cubitum & semis latitudinem eius, & facies duo Cherubin aurea tornata, & suppones ea p singula latera ꝓpitiatorii: & facies vt cherubin duo sint ex duobus laterib⁹ eius extendẽtia alas suas, & obũbrantia sup ꝓpitiatoriũ: & facies eorũ contra se sup propitiatoriũ erũt: & facies Cherubin, & impones ꝓpitiatorium sup arcã, & in arcã mittes testimonia q̃ dabo tibi, & innotescã tibi inde, & loquar ad te desursum sup ꝓpitiatoriũ inter mediũ duorum Cherubin quę sunt sup arcã testamẽti secundũ opera quę pręcipiã tibi ad filios Israel. Euidẽter apparet ꝙ nomẽ ꝓpitiatorii apostolus in his locis inuentũ, in suis nũc literis posuit, de quo nobis sermo est. Et videt propitiatoriũ hoc de quo scriptũ est in Exodo, ad nullũ nisi ad saluatorẽ dñm retulisse cũ dicit, qa hũc posuit de⁹ ꝓpitiatoriũ p fidẽ. Quomodo huius sane veri propitiatorii forma & figura fuerit illud qđ in Exodo describit ex auro pu
B rissimo factũ, operępciũ est inuestigare. Et primo qdem cõsiderandũ est quib⁹ in locis aurũ qđ in opere assumit, aurũ purũ dicat: qbus vero in locis aurũ tantũmodo sine vlla adiectione ponat. Qđ ego in plurib⁹ obseruãs, dephẽdisse mihi videor, ꝙ sicubi cũ adiectione aurũ purũ dicit, idicet sanctã illã & purã Iesu aĩam q̃ peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus ĩ ore eius: & ipsi cõueniant mẽsurę istę lõgitudinis ac latitudinis ꝓpitiatorii. Hęc q̃uis explanare sit arduũ, & aptare illi aĩę sanctę singula q̃q; q̃ de ꝓpitiatorio referunt: primo ergo videam⁹ ꝙ dicit lõgitudinẽ ꝓpitiatorii neq; duos solũ cubitos habuisse, q numerus sociãdis generã

disq; aptari corpibus solet: neq; tres integros, qui numerus excedere appellationẽ creaturæ cõsueuit, & naturę ĩcorporeę cõsecrari. Duos ergo cubitos & dimidiũ longitudinẽ dicit ꝓpitiatorii, & vnũ ac dimidiũ latitudinem. Qđ si audire in talib⁹ fas est, qm̃ dicit idẽ apostolus de Christo ꝙ dei & hoĩm mediator est: videt mihi inter deũ & hoiem media hęc eẽ aĩa q̃ inferior qdẽ sit a trinitatis natura min⁹ aliquid habens, nec tñ cũ inde infra sit, duali numero qui in corpore positis deputatur, absq; eximia & pręcellenti virtutũ suarũ eminẽtia misceat. Hoc eñ ostendit, ꝙ mensura eius supra duos habere aliquid designauit, licet minus tribus: sed & ꝙ latitudo eius vnũ & dimidiũ memorat cubitum habere. Propterea quidem de monade hac singulari quid vastius describitur: nõ tñ ex toto in dualẽ numerũ, qui interdũ etiã p immũdis ponit, creuisse. Quis eñ carnẽ naturę nostrę susciperet: ex incontaminata tñ virgine assumpta, & casta sancti spi C
ritus operatione formata est. Propterea ergo & apostolus de mediatore differẽs, euidẽti distinctione signauit dicẽs: Mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Quo scilicet mediatorẽ nõ ad deitatẽ Christi, sed ad humanitatẽ quę est eius aĩa referendũ doceret. Lõgitudo ergo ponit ei⁹ & latitudo. Lõgitudo illud significat qđ tendit ad deũ, trinitatiq; sociat: Latitudo qđ inter hoies, qui latã spatiosamq; viã incedere soleant, conuersat: & ideo mediatoris recte nomine nũcupat: quia vt diximus anima hęc sancta media quidẽ fuit inter diuinitatẽ trinitatis, & fragilitatem humanitatis. Hęc ergo intelligi potest ꝓpitiatoriũ secũdũ ea q̃ supra dixim⁹, cui superponi dicunt duo Cherubin, vnus ex latere hoc, & vnus ex latere altero. Cuius ergo formã duo ista Cherubin habere existimanda sunt? Cherubin.n. in nostrã linguã interpretatũ plenitudinẽ scientiarũ significat. Vbi ergo dicim⁹ plenitudinẽ sciẽtiarũ, nisi in eo de quo dicit apostolus: In quo sunt oẽs thesauri sapiẽtię & sciẽtię abscõditi? De verbo dei vtiq; hęc dicit apostol⁹. Sed & de spiritu sãcto similia scribit cũ dicit: Nobis autẽ reuelauit deus p spiritũ suũ. Spiritus eñ oĩa scrutat, etiã alta dei. Significat igit vt ego arbitror in isto ꝓpitiatorio, hoc est ĩ anima Iesu, verbũ dei qui est vnigenitus fili⁹, & spiritũ eius sanctũ semper habitare: & hoc est qđ indicãt duo Cherubin ꝓpitiatorio supposita. Sed & illud obserua, ꝙ nõ dixit Cherubĩ D
vnum ex latere dextro, & Cherubin aliud ex latere sinistro: sed ait Cherubin vnum ex latere hoc, & Cherubin aliud ex latere altero:

vt ostéderet in illo ꝓpitiatorio, hoc est in anima Christi, sinistrũ nihil fuisse. Sũt aũt & pennata duo hęc Cherubin: & nõ solum pénata, sed & alas suas pãdẽtia. Si qs sanctoꝝ summũ habere a deo testimoniũ meruit, dictum est ꝙ de⁹ esset cum eo, sicut de Iesu Naue dicit: Et erat deus cũ ipso, sicut fuit cũ Moyse famulo ei⁹. Sicubi vero pollicitatio maioris a deo muneris dat, dicit: Et ero ĩ eis, & ambulabo ĩter eos. Nullá vero ĩter hoĩes ita beatã, & ita excelsam reperies animã nisi hãc solã, ĩ qua tãtũ latitudinis, tãtũ capacitatis ĩuenit verbũ dei, & spiritus sanctus, vt nõ solũ habitare, sed & alas expãdere, & nouo sacramẽti ritu aliquãdo etiã volitare dicat. Faciẽ quoq; cõtra se inuicem sup hãc beatã animã Cherubin vtraq; habere dicunt, ꝑ qd cõsors ei & cõsonus a filio dei & a spũ sancto diuinitatis sẽsus infun E dit. Vbi aũt supponit hęc aĩa deo plena, ĩ qua cõplacuit habitare oẽm plenitudinẽ deitatis? Sup arcã, inqt, testamẽti. Potest arca testamẽti sancta ei⁹ caro, ĩ qua beata hęc aĩa collocat intelligi: habẽs ĩ se testimonia dei, quę intelligunt Christi quas ĩ carne ꝑtulit passiones, diuinis olim ꝑdicata testimoniis. Pñt etiã virtutes cęlestes ĩtelligi arca dei, q̃ & ipsę capaces q dẽ dei sunt verbi & spũs sancti, sed ꝑponit eis aĩa Iesu, & ipsę quodãmodo mediatricẽ gratiã diuinę largitionis accipiũt. Post hęc: Et innotescã tibi (inqt) ĩde, & loquar ad te desup de ꝓpitiatorio, Non solũ Moysi, sed vnicuiq; sanctoꝝ q famulus dei est, nõ aliũde ĩnotescit deus, nec aliũde cognoscit, nisi de ꝓpitiatorio isto, qd supra exposuim⁹, & de medio Cherubin. Hoc & Abacuc ꝓpheta significat vbi dicit: In medio duorũ animaliũ cognosceris, dũ appropinquãt anni cognosceris, & cũ aduenerit tẽpus ostẽderis. Nemo eñ scit patrẽ nisi fili⁹, & cui voluerit filius reuelare. Sed & Paulus dicit: Qđ nobis reuelauit deus ꝑ spiritũ suũ. Propterea ergo dicit ꝙ innotescã tibi inde & loquar tibi desup ꝓpitiatorio inter duo Cherubin q̃ sunt sup arcã testamẽti. Puto autẽ ꝙ nõ importune ea q̃ de Exodo assumpsim⁹ explanata sint, vt euidẽs fieret sensus quõ Apls in ꝓsenti loco ꝓpitiatorii nomen assumpserit cũ dicit: Quẽ ꝓposuit de⁹ ꝓpitiatoriũ ꝑ fidẽ. Sed & hoc ipm qd dixit, proposuit, magis de aĩa Iesu q̃ de deitate eius dictũ sentiet. Proposuit eñ ĩtelligit quasi pri⁹posuit, hoc est pri⁹ q̃ esset. Qđ eñ est ponit, qđ nõdũ est ꝓponit. C Nõ ergo conuenit de eo q semp erat, id est de verbo dei, dici ꝙ ꝓpositus est: sed de aĩa ei⁹, quę licet inseparabilis a verbo dei, creata tñ est, & vnigeniti deitate posterior: nec incõueniẽter videbit de ea dictũ, ꝙ anteq̃ esset ꝓposita F est, & ꝑordinata vt esset ꝓpitiatoriũ. Quia ergo secũdũ ea q̃ supra exposuim⁹, Iesum Christum ꝓposuit deus propitiatoriũ ꝑ fidẽ in sanguine eius: necessariũ videtur requirere de diuinis legibus quæ sit ꝓpitiatio quę ꝑ sanguinẽ fiat: vt ex his colligere possim⁹ quomodo etiam per sanguinẽ Iesu propitiatio facta sit. Scriptũ est in Leuitico post pontificis hostiã. Qꝫ si oĩs Synagoga Israel ignorauerit, & latuerit sermo ab oculis eius, & fecerit vnũ qđ cõtra mãdatũ dñi est & deliquerit, & ĩnotuerit eis peccatũ qđ peccauerũt: adducet Synagoga vitulũ ex bobus ꝓ peccato. & post pauca. Et inferet sacerdos q vnctus est ex sanguine vituli ĩ tabernaculũ testimonii. & post pau ca iterũ. Et faciet (inqt) vitulũ queadmodum fecit vitulũ ꝓ peccato, & repropitiabit ꝓ his sacerdos, & remittet eis. Per sanguinẽ vero repropitiat sacerdos ꝓ oñi Synagoga vt remittatur eis. Requiramus nunc singula q̃q; noĩa quę de Saluatore scripta sunt: & ĩ singulis appellationibus quę sint q̃ designent, diligẽtius cõtẽplemur. Inuenies igit qm̃ qdẽ in ipso cõplacuit habitare oẽm plenitudinẽ diuinitatis corporaliter, esse ipm & ꝓpitiatoriũ, & põtificem, & hostiã q̃ offert ꝓ populo. Et qdẽ de ꝓ G pitiatorio iã satis dictũ: sed & de põtifice cui dẽter Dauid in Psalmo, & Apostolus Paulus ad Hebręos scribit. Qꝫ aũt sit & hostia, testat Ioãnes dicẽs. Hic est agnus dei q tollit peccata mũdi. Secũdũ hoc ergo ꝙ hostia est, ꝑfusione sanguinis sui ꝓpitiatio efficitur in eo ꝙ dat remissionẽ pręcedẽtiũ delictorũ. Quæ tñ ꝓpitiatio ad vnũquẽq; credẽtiũ ꝑ viã fidei venit. Nisi eñ daret remissionẽ ꝑcedentiũ delictoꝝ, propitiatio non probaret effecta. Cũ vero remissio peccatorũ tribuat: certũ est ꝓpitiationẽ effusione sacri sanguinis adimpletam. Absq; sanguinis enim effusione (sicut Apostolus dicit) nõ fit remissio peccatorũ. Verũ ne Paul⁹ tibi solus ꝓposuisse ꝓpitiatiõis nomẽ videat H in Christo, audi quõ & Ioãnes cõsone de hoc sẽsu loquat cũ dicit: Filioli mei hęc scribo vobis vt nõ peccetis: & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustũ, & ipse est ꝓpitiatio pro peccatis nostris: non solũ aũt ꝑ nostris, sed & ꝑ vniuerso mundo. Vno igit eodẽq; sensu Apostoli ꝓpitiatoriũ, vel ꝓpitiationẽ, vel vt in latinis codicib⁹ frequẽti⁹ ĩuenit, propitiatorẽ nominãt Christũ. Sed nihil interest siue ꝓpitiator, siue propitiatoriũ, siue propitiatio, siue etiã exoratio scriptũ sit, cũ apud Græcos vno semp eodẽq; sermone proferatur. Nisi forte videat quibus

dam ppitiatio ipsa eius diuina substātia: Propitiator vero cū dispēsatiões in hoib⁹ explet, itelligi. Sed & qđ dixit Ioānes, quia ipse est exoratio siue ppitiatio pro peccatis nostris, non solū p nostris, sed & p vniuerso mūdo: quędā nobis intulisse videtur augmenta mysterii, vt ostēdat Iesum ppitiatorē eē nō solū credētiū verū & totius mūdi: nō tñ prius mūdi & tūc nostrū, sed prius nostrū, & ita deīnū toti⁹ mūdi. Quis. n. vniuersa creatura gratiā redēptoris expectet: vnusqsq̃ tñ venier in suo ordine ad salutē. Hoc indicari arbitror & in Leuitico vbi repropitiationis hostię p pōtificē mādanť offerri. Nec tñ in his sacrificiorū cōfusus ordo pponiť: sed primo qđē dicit q̃ fit ppitiatio & qualis hostia si sacerdos peccauerit, offeratť Secūdo si oīs synagoga delīqrit p ignorantiā cuiusmodi victimis placeť deus. Tertio si princeps peccauerit, quo ordine purificandus sit scribiť. Quarto si aīa vna peccauerit, etiam de hoc q̃ sit expiandi ritus exponiť. Quę singula mystico intellectu p figurā Christi ppitiationē non solū p peccatis nostris, sed p vniuerso mūdo, certis qbusq̃ ordinib⁹, & modis, causisq̃ designārī: si qs tñ hęc secundū illā reuelatio-
A nem quę Moysi in mōte demōstrata esse diciť sancto spū illuminat⁹ aspiciat. Fit ergo per repropitiationē sanguinis Christi remissio pcedentiū delictorū in sustētatione dei ad ostēsionē iustitię suę. Sustētatio dei est, vbi peccator nō statim puniť vt peccat, sed secūdū q̃ ibidē Apostolus dixit, per patiētiam dei adduciť ad pœnitētiam: & in hoc ostendere diciť iustitiā suā deus. Bene aūt addidit, in hoc tpe. Pręsentis. n. seculi tēpore in sustentatione est iustitia dei, futuri vero in retributionē. Iustum nanq̃ apud deū visum est, vt quia futurū seculū ad iudiciū statuerat, psens sustētationi & patientię deputaret. Nam si puniret in hoc tēpore peccatorē, iustum nō videreť iterū ad iudiciū quē punierat euocare. Si vero sustentet & patiatur in psenti seculo: recte erit iustus iudex in futuro. Iustificat ergo eū q ex fide est, sicut & de Abrahā scriptū est, qa credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad iustitiā. Q: si Abrahā credidit, & ex fide iustificat⁹ est: cōsequēs sine dubio erit, vt & nūc q credidit deo p fidē Iesu Christi iustificetur cū fideli Abraham.

" VBI est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per
" quā legē? Operū? Nō, sed p legē fidei. Arbitra-
" mur. n. iustificari hoiem p fidē sine opib⁹ legis.

B Cęterū ac sępius cōmonemus eos qui scripta Pauli diligentius aduertere cupiūt, distinctionē illā quā supra diximus obseruare tenaci⁹: quo nūc circūcisionis causam, nūc pręputii, id est Iudęorū vel gentiliū, discreto semper tramite prosequať. Si. n. paululū quid fugerit legentem: cōtinuo angusta hęc intelligentię semita perturbabiť. Igitur cū superius ostendisset apostolus quid esset amplius Iudęo, aut q̃ vtilitas circūcisionis: & docuisset q̃ primis credita sunt illis eloquia dei, & per hęc visus fuisset extollere eorū iactantiā qua aduersus gentiles erigi solent: & rursum contra hęc in sequentibus obiecisset iustitiā dei per fidem Iesu Christi esse in oēs qui credunt, neq̃ habere aliquā distinctionē, sed oēs deliquisse, Iudęos, & Gręcos, & egere gloria dei, & iustificari p gratiā ac redēptionē quę est in Christo Iesu, ipsumq̃ esse propitiatoriū per fidē, & iustificari ab eo qui ex fide est: nunc iam velut cōclusionem assertionū suarum ponēs in hoc loco dicit. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. p quā legē? operum? Nō, sed per legē fidei. Arbitramur eñ iustificari hoiem per fidē sine operib⁹ legis. Et dicit sufficere solius fidei iustificationē, ita vt credēs qs tantūmodo iustificeť etiā si nihil ab eo operis fuerit expletū. Imminet igitur nobis qui integrā esse scripturam apostoli conamur asserere, & ordine suo cūcta cōstare: vt requiramus qs sine operibus sola fide iustificatus sit. Quantū igitur ad exemplū pertinet, sufficere arbitror illū latronē qui cū Christo crucifix⁹ clamauit ei de cruce: Dñe Iesu memēto mei cū veneris in regnū tuū. Nec aliud quicq̃ describiť boni operis eius in euāgeliis, sed p hac sola fide ait ei Iesus: Amē dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Aptem⁹ C
nunc si videť huius latronis verba: causę apostoli Pauli, & dicamus ad Iudęū. Vbi est ergo gloriatio tua? Certū qa exclusa ē, exclusa autē nō p legē operū, sed p legem fidei. Per fidē eñ iustificat⁹ est hic latro sine operib⁹ legis: quia super hoc dominus non requisiuit quid prius operatus esset, nec expectauit quid operis cū credidisset expleret: sed sola confessione iustificatum comitemq̃ sibi paradisum ingressurus assumpsit. Sed & mulier illa, quę in euangelio secundum Lucam refertur quia cum cognouisset q̃ Iesus recubuit ī domo pharisęi, attulit vas vnguenti, & stans retro ad pedes eius ac flens lachrymis lauit pedes eius, & capillis capitis sui detersit, & osculabatur, atq̃ vngebat vnguento. Videns autem pharisęus qui eū vocauerat, dixit intra semetipsum: Hic si esset propheta, sciret vtiq̃ quę & qualis est mulier quę tangit pedes eius, quia peccatrix est. Iesus aūt dixit ad eū parabolam quingētorū vel qnquagīta denariorū, & ex nullo legis opere sed p sola fide ait ad eā: Remittunť tibi

peccata tua. Et iterū. Fides tua te saluā fecit, vade ī pace. Sed & ī mltis Euāgelii locis hoc sermone vsū legimꝰ Saluatorē, vt credētis fidē cām dicat eē salutis eiꝰ. Ex qbꝰ oībꝰ claret ꝙ recte arbitraꝫ Apl's iustificari hominē ꝑ fidē sine opibus legis. Sed fortassis hęc aliqs audiēs resoluaꝫ, & bn̄ agēdi negligētiā capiat, si qdē ad iustificādū fides sola sufficiat. Ad quē dicemus: ꝙ post iustificationem si iniuste qs agat, sine dubio iustificationis gratiā spreuit. Neq̄ ob hoc qs accipit veniā pc̄tōrū, vt rursum sibi putet peccādi licētiā datā. Indulgētia nāq̄ nō futurorū, sed p̄teritorū criminū daꝫ.
D Igiꝫ vt ad ꝓpositū redeamus: iustificaꝫ homo per fidē, cui ad iustificandū nihil cōferūt opa legis. Vbi vero fides nō est, quę credētē iustificet, etiā si opa qs habet ex lege, tn̄ qa nō sūt ędificata supra fundamētū fidei, q̄uis videanꝫ eē bona, oparorē suū iustificare nō possunt si eis deest fides, q̄ est signaculū eoꝝ q iustificāꝫ a deo, sicut supra diximꝰ, qa credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad iustitiā: tantū est, vt is q iustificaꝫ ꝑ gratiā fidei, dicat secūdū Paulū, qa gratia dei q̄ data ē mihi, inanis nō fuit. Excludiꝫ ergo oīs gloriatio q̄ ex legis opibus venit. Et vt adhuc manifestiꝰ fiat qđ dicimꝰ, exēplū dabimꝰ ex his q̄ ī Euāgelio scripta sūt vbi ascēdit Pharisęus & Publicanus ad tēplū dei: & stās (inqt) Pharisęus in medio dicebat. Deus, gratias ago tibi qm̄ nō sum sicut cęteri hoies, raptores, iniusti, adulteri, sicut Publicanus iste: ieiuno bis ī sabbato, decimas do oīm quę possideo, & reliqua. Et haec fortassis vere dixerit: sed secūdū dn̄i sentētiā iactātiæ morbo corruptus: nō descēdit iustificatꝰ de tēplo. Talis ergo gloriatio q̄ veniebat ex opibus legis, qa nō habet humilitatē crucis Christi. In q̄ q gloriaꝫ audi qd dicit. Mihi aūt absit gloriari nisi ī cruce dn̄i nostri Iesu Christi, ꝑ quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. Vides apl'm nō gloriātē sup iustitia sua, neq̄ sup castitate, neq̄ sup sapiētia, neq̄ sup cęteris virtutibus vel actibꝰ suis, sed aptissime ꝓnūciātē & dicētē: Qui gloriaꝫ, in dn̄o gloriet. Et sic exclusa est Iudaica gloriatio, non ꝑ legē operū, sed ꝑ legē fidei, q̄ est in Christo Iesu, in cuius cruce gloriaꝫ Apl's. Quis em̄ recte vel sup castitate sua gloriabiꝫ: cū scriptū legat, quia si qs aspexerit mulierē ad cōcupiscēdū eā, iā mœchatus est eā ī corde suo? Vn̄ & Propheta dicit. Quomō gloriabiꝫ qs castū se habere cor? Aut qs gloriabiꝫ sup sapiētia: cū scriptum videat, ꝙ mūdꝰ ꝑ sapiētiā nō cognouit deū? & ideo placuit deo ꝑ stultitiā p̄dicatiōis saluos facere credētes. & iterū. Quę stulta sūt mūdi, elegit deus, vt cōfundat sapientes. Quis autē vel sup iustitia sua gloriabiꝫ, cū audiat deū ꝑ Prophetā dicentē: Quia oīs iustitia vestra sicut pānus mulieris mēstruatę? Sola igiꝫ iusta gloriatio est in fide crucis Christi, q̄ excludit omnē illā gloriationē, q̄ descēdit ex opibus legis. Hęc aūt a nobis dicta sunt, ꝓ eo ꝙ tāq̄ interrogās dixit Apostolꝰ: Vbi est ergo gloriatio tua? Et ad hęc sibi ipse respondit: Exclusa est. Et rursum quasi ipe interroget ait: Per quā legē? operū? Et respondit sibiipsi: Non, sed per legē fidei. Arbitror em̄ iustificari hominē ꝑ fidē sine opibus legis. De his superius dixit. Qꝫ vero etiā in p̄senti loco duarū legū facit iterū mētionē, & dicit legē operū, & legē dei: cōsidera etiā ipse q legis, vtrū ad legē Moysi, & legē naturalē sermo hic debeat inclinari: an ad legem literę, & legē spiritus: quia lex literę occidit, & mortē operaꝫ: Lex autē spiritus liberat a lege peccati & mortis. Vnde & conueniēter in consequentibus ponit.

AN Iudęoꝝ deus tātū? Nōne & gētiū? Immo & gētiū. Qm̄ quidē vnus deus q iustificat circūcisionem ex fide, & præputiū per fidem.
B ¶His qdem q aliū volūt esse Iudæorū deū, & aliū gētiū, id est aliū legis, & aliū Euāgelioꝝ, satis de hoc angusta, & arcta respōsio ab Apostolo Paulo p̄staꝫ: satis ostēdit sentētiā suā, cū nō solū vnū dicat esse deū Iudęorū & gētiū, sed & addat ꝙ idem atq̄ ipse sit qui iustificat circuncisionē ex fide, & p̄putiū ꝑ fidē. Qꝫ & si circūcisionē ꝑ allegoriā suscipe voluerint, ita vt sāctos & spirituales quosq̄ ab eo circūcisionē dicāt esse appellatos: statim in cōsequētibꝰ inueniēt obiicere, Si em̄ circuncisionē sanctos vel vt illi nominār spiritales appellauit: consequens est vt p̄putiū peccatores dixerit, quos ille animales vocat. Et quomodo conueniet, vt bonus deus pariter spiritales animalesq̄ iustificet? Illis ergo in his Apostoli sermonibus nodus inextricabilis erit. Secundū nos vero q circūcisionē eos q ex Iudæis crediderūt, & p̄putiū eos nihilominus q ad fidē ex gentibus vocati sunt dicimus: plana erit & facilis expositio. Idē em̄ ipse deus ex vtroq̄ populo credētes nō circūcisionis aut præputii priuilegio, sed solius fidei cōtēplatione iustificat. Superest & vnius syllabæ differētia, in qua variasse videtur Apostolus. Nō nos ociose prętereat qđ dixit, ꝙ circūcisionē iustificet ex fide, & nō ꝑ fidē, p̄putiū vero ꝑ fidē, & nō ex fide. Nō em̄ mihi videꝫ supflua apud eū haberi ista p̄positionū cōmutatio, qa inuenimus ab eo & in aliis locis, nō vt liber, sed obseruāter hęc posita, & necessario differētiā distinctionis huius

esse seruatã, sicut cũ de deo loquẽs dicit: Q̃m ex ipso, & p ipm, & i ipso sunt oia: & iterũ alibi dicit: Sicut.n. mulier ex viro, sic & vir p mulierẽ: oia aũt ex deo. Tale est & qđ ad Corinthios scribit. Alii qđẽ p spiritũ daẽ sermo sapiẽtię, alii sermo sciẽtię scđm eũdẽ spm, alii fides in eodẽ spũ. Et nõ solus Paulus apl's harũ distinctionũ obseruãtias tenet, sed & Ioãnes: qui cũ de verbo dei dicat, q̃a oĩa p ipm facta sunt, vitã nõ p ipm, sed in ipso factã eẽ testat̃ dicẽs: Qđ factũ est i ipo vita erat. Et q̃m multũ est vt ea q̃ nũc exẽpli causa prulimus exponant̃: sensum eorũ p captu nr̃o breuiter colligam⁹. Cũ dicit̃ ex ipso: principale aliqd hui⁹ ꝓpositionis idicio videt̃ ostẽdi. Cũ vero p illũ dicit̃: sequẽtis causę. i. ei⁹ q̃ post principale est intelligẽtia designat̃. Vt verbi gratia dicam⁹ qđ ait: Ex ipso & p ipm & in ipo sunt oĩa, Ex ipso, primę creationis oĩm, & ꝙ hoc ipsum qđ sunt, ex deo esse cœperũt: significantiã dedit. Per ipsum, ꝙ ea q̃ pri⁹ facta fuerãt, regũtur & dispẽsant̃ p eũ a quo subsistẽdi initiũ trahũt. In ipo, ꝙ hi qui iã correcti, & emẽdati sunt: i ipsi⁹ pfectione cõsistũt. Sic ergo hęc plenissimę ratiõis tenere differẽtias edocemur, vt ꝙ subsistim⁹ ex deo habere dicamur: ꝙ dispẽsamur & regimur, p ipsum fieri designet̃: ꝙ vero in summa pfectionis cõsistimus, in ipso eẽ declaret̃. Põt & i pñti loco talis quędã obseruari differẽtia, vt circũcisio q̃ velut primo loco & ordine iustificat̃, ex fide, & nõ p fidẽ iustificãda memoret̃: Pręputiũ vero qđ i scđo loco ad iustificationẽ trahit̃, nõ ex fide, sed p fidẽ iustificandũ dicat̃. Puto aũt ꝙ & i ea differẽtia quã supra dixim⁹, Sicut eñ mulier ex viro ita & vir p mulierẽ: plenius ista designent̃. Primo etẽñ loco vir est, ex quo descẽdere mulier dicit̃, & nõ p virũ. Secũdo vero in loco p mulierẽ vir, q̃a mulier ministrare quodãmõ videt̃, auctori viro: & ideo per mulierẽ vir dicit̃ nasci & nõ ex muliere. Sed fortassis occurrat aliq̃s huic de muliere & viro expositioni nostrę, & obiiciat illđ qđ dixit apl's de Christo: Factũ ex muliere, factũ sub lege: & nõ dixit factũ per mulierẽ. Cui hoc modo respõdẽdũ puto. De oĩ quidẽ hoĩe cõueniet dici ꝙ p mulierẽ factus sit, q̃m quidẽ priusq̃ per mulierẽ nasceretur, ex viro accepit exordiũ: Christ⁹ vero qui nõ ex semine viri carnis suę sumpsit originẽ, merito ex muliere fact⁹ dicit̃. Ipsi nãq̃. i. mulieri, & ipsa principalis origo carnis ei⁹ ascribit̃: & recte nõ p mulierẽ, sed ex muliere factus ab apostolo memorat̃. Iustificabit ergo vnus atq̃ idem deus circũcisionẽ ex fide, & ꝓputiũ p fidẽ. Q̃ si requirat aliq̃s curiosius, ii qui ex fide iustificant̃ p quẽ iustificent̃, & rursum ii q per fidẽ iustificant̃ ex quo iustificent̃: licet fortassis multa in hoc curiositas videat̃, tñ cõuenienter dicere possumus, ꝙ qui ex fide iustificant̃, initio ex fide sumpto, p adimpletionem bonorũ operũ cõsummant̃: & q p fidẽ iustificant̃, a bonis operib⁹ exorsi p fidẽ summã pfectionis accipiũt. Ita vtrũq̃ sibi adhęrẽs alterũ ex altero cõsummat̃. Et propterea puto Apostolum statim in consequentibus posuisse.

LEGEM ergo euacuamus per fidẽ? Absit, sed legem statuimus. ”

B ℭ Q̃m in superiorib⁹ ad fidẽ cũcta visus est reuocare, ipse sibi qđ ab alio aliquo ꝓponi posset obtẽdit, & dicit: si p fidẽ iustificat hõ, & non ex operib⁹ legis, & si deus circũcisionẽ ex fide iustificat, & ꝓputiũ p fidẽ: legẽ ergo Moysi o Paule destrues p fidẽ. Sed ad hoc ipse respondẽs dicit: Absit. Immo legẽ statuimus, hoc est cõfirmam⁹. Sed operępciũ est videre quomodo legẽ se cõfirmare pnũciet, q in superiorib⁹ dixerit, ꝙ nõ iustificet homo ex operibus legis. Saluator in euãgeliis dicit, q̃a Moyses de me scripsit. Qui ergo non credit Christo, de quo Moyses scripsit in lege, destruit legẽ: qui aũt credit Christo, de quo Moyses scripsit, legẽ confirmat p fidẽ, q̃a credit in Christũ. Fidere aũt dicim⁹ in patrẽ & filiũ & spm sanctũ: q integrã substãtiã, plenã, pfectã, q nihil diuersũ nil discrepãs aut extraneũ in trinitate pãtet. Nã Marcion qui aliũ deũ dicit legis, aliũ patrem Christi: per fidẽ suã non statuit, neq̃ cõfirmat, sed destruit legẽ. Hoc & Ebion facit, hoc & omnes qui in fide catholica aliqd corruptionis interserũt. Ego etiã illud conueniẽter adiiciã, ꝙ omnis qui credẽs Christo bene agit, & cõtinet se ab oĩ macula peccati, hic legẽ dei recte viuendo cõfirmat: Qui vero pceps peccatorũ vitiis agit̃, & sine vllo pœnitẽdi retinaculo assiduitate scelerũ maculat̃, hic etiam si credere Christo videat̃, per fidẽ suã nõ statuit, sed destruit legẽ. Sed & illa nequaq̃ nobis pretereunda videt̃ obiectio, quã proferre quis potest, & dicere ꝙ cõtraria sibi scribere videatur Apostolus: cũ in pñti quidem loco dicit, non destruit legem, sed confirmat: in secunda vero ad Corinthios ita scribit: Q̃ si ministeriũ mortis in literis formatũ in lapidibus factũ est in gloria, ita vt nõ possent itẽdere filii Israel in faciẽ Moysi propter gloriã vultus eius quę destruitur: quomodo nõ magis ministeriũ spiritus erit in gloria? Et paulo post. Si eñ qđ destruit per gloriam est: multo magis quod manet in gloria est. Dici ergo potest, ꝙ gloria vultus Moysi destruitur, & hoc

D qđ dicit: Si em̄ qđ destruit̄ p gloriā, contraria videri huic sententię, qua pnūciat: nō destruimus legē p fidē, sed statuimus & cōfirmam⁹. Sed inde possumus hoc mō qđ itetat̄ absolue re. Nō est idē qđ dixit: Legē destruimus, & lex destruit̄. Paulus ergo in psenti loco hoc pnūciat ꝙ legē ipse nō destruat. Nā & si destruit̄ lex, p eā q̄ supemiet gloriā: nō p Paulū, neqꝫ p aliū aliquē sanctoꝝ destruit̄. Vn̄ & ipe dn̄s dicebat: Nō veni soluere legem, sed adimplere. Nullus ergo sanctoꝝ, nec ipse dn̄s destruit legē: sed gloria eius tpalis & pertrāsiēs a gloria æterna & pmanēte destruit̄ & supat̄. Vn̄ vide q̄ caute, & pspicaciter aplicę legēdę sint literę.
E Nō dixit, neqꝫ em̄ glorificatū est qđ gloriosū est, & siluit: alioqn falsum videret̄: Quō enim qđ gloriosum est nō esset glorificatū? Sed addidit: Propter eā q̄ supeminet gloriā, vt ostēderet nō a quocūqꝫ destrui gloriā Moysi. i. legis, sed vt diximus ex cōparatiōe maioris glorię q̄ i Christo est, obtegi & obscurari eā gloriā q̄ i lege est. & ideo dicit: Si em̄ qđ destruit̄ p gloriā est: multo magis qđ manet, in gloria est. Manere q̄ Christi sūt dicit, destrui q̄ Moysi sunt: sed destrui nō p hominē, sed ex cōparatione (vt dixim⁹) supeminētis glorię. Qm̄ qdē lex pędagogus noster fuit i Christo donec veniret plenitudo tēporū: & sicut dicimus necessariū esse opus pędagogi donec paruulus est is q sub pędagogo est, destrui autē & non esse necessariū officiū pædagogi cum ad perfectionem venerit is, q sub pædagogo fuit: ita dicim⁹ destrui iā opus legis vbi aduenit plenitudo tēporis, & filius q aliquando nihil differebat a seruo, hęres factus est paternę substātię. Qꝫ autē hęc debeāt intelligi q̄ destruēda appellat Apostolus, cōsuetudinem eius sup hoc vocabulo etiā in aliis disce, vbi dicit: Ex parte scimus, & ex pte prophetamus. Cū aūt venerit qđ perfectū est, destruent̄ ea q̄ ex pte sunt. Et in hoc loco sciētia Pauli vel prophetia destrui dicit̄ absqꝫ iniuria apostolicę gratię: quo scilicet intelligamus ad cōparationē pfectorū vacare, & ociosa esse ea q̄ impfecta sunt. Ita ergo in psenti sermone Paulus qdē legē non de
F struit, sed cōfirmat. Gloria aūt Christi cū reuelata fuerit, eā gloriā q̄ apparuit in Moyse, & ex qua glorificatus fuerat, ipsa cōparatiōe sui qua supereminet: & confutat, & arguit, & ostēdit nec gloriā cōfitendā. Tale est & qđ alibi dicit̄: Illū oportet crescere, me autē minui: & qđ ipse Paulus dicit. Cū aūt factus sum vir destruxi quę erāt paruuli. Hoc ostēdit & similitudo pædagogi, cuius opus destruit̄ & cessat, cū ad ætatem perfectā venerit paruulus.

Propterea ergo cautissime dixit Apostolus: Legē ergo destruimus per fidē? Absit. Et nō dixit: Lex ergo destruit̄ p fidē: sed legē ergo destruimus? Et rursus in sequentibus. Non, sed legem statuimus. Nam & si destruit̄ lex, nō p fidem destruit̄, sed p supereminentē gloriam. Per fidem autē non solum nō destruitur lex, sed statuitur per Apostolos, & confirmat̄: qa Christū quē lex & prophetæ venturū pdixerūt, isti prædicant iam venisse: & confirmatio vtiqꝫ prophetiæ vel legis est, cum quę pdicta fuerant, monstrantur expleta.

LIBER QVARTVS. Cap. IIII.

QVID ERGO DICEMVS inuenisse Abraham patrem nostrū secūdū carnē? Si enim Abrahā ex operibus iustificatus est: habet gloriam, sed nō apud deū. Quid em̄ scriptura dicit? Credidit Abraham deo, & reputatū est illi ad iustitiā. Ei autē qui operat̄, merces nō imputatur secūdū gratiā, sed secūdum debitū. Ei vero qui nō operat̄, credit aūt in eū qui iustificat impiū: reputat̄ fides eius ad iustitiā. Sicut & Dauid dicit beatitudinē hoīs, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quoꝝ remissę sunt iniquitates, & quoꝝ tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum.

G ¶Cū superius duas proposuerit leges, quarū vnā operū, aliā fidei nominauit, per quā legē fidei excludi gloriationē dicit eorū q in legis opibus gloriant̄, & pnūciauerit fide iustificari hominē sine opibus legis: cōsequēter nunc vt hęc de scripturis asserant̄: Abrahę pducit exēplū, & dicit ꝙ Abraham si ex opibus iustificatus est habet mercedē, sed non apud deū. Qđ quidem non sine arte dialectica disserit. Nā si iustificatus nō habet gloriā apud deū, Abrahā aūt constat habere gloriā apud deū: ergo nō ex opibus, sed ex fide iustificatus est Abrahā, vt necessario habeat apud deum gloriā: Sic enim scriptura pronūciat, qa credidit Abraham deo, & reputatū est illi ad iustitiā. Qꝫ si deus reputauit illi ad iustitiam, sine dubio & gloria eius apud deū est. Propterea ergo Apl'us testimonio huic qđ assumpsit ex libro Genesis adiūgit & ppriū sermonē, & dicit ꝙ ei q operat̄ merces no imputat̄ secūdū gratiā, sed secūdū debitū. Ei vero q nō opat̄, credit aūt in eū q iustificat ipiū, reputatur fides eius ad iustitiā. Per oēm itaqꝫ hūc locū Apostolus hoc videt̄ ostēdere, ꝙ duę quędam sint iustificationes, quarū vnā ex opib⁹ nominat, alterā vero ex fide. Et illā qdē quæ ex opibus

est,dicit habere gloriā,sed in semetipsa,& nō
apud deū:illā vero q̄ ex fide est,habere glo-
riā apud deū,vtpote apud inspicientē corda
hominū, & sciētē quis est q credit ĩ occulto,
A & qs est q nō credit. Et ideo merito apud so
lū deū habet gloriā,q affectū fidei eiꝰ p̄uidet
in occultis: qui vero iustificationē ex operi-
bus spectat,potest fieri vt opa eiꝰ etiā ab oībꝰ
cōptobētur.Palā nāq; est,& videri oculis po
test qcqd opere manifestū est:& si fides in oc
culto est,opa aūt palā sunt: cōueniet in hoc
assumi illud qđ scriptum est:qa occul·a sunt
dño deo tuo,quæ manifesta sunt vobis & fi-
liis vestris. Sed & illud his aptare conueniet
qđ scriptum est:qa iustus ex fide mea viuet.
Cōpetēter igit̃ dicimus: ꝙ eoꝝ q secūdū inte
riorē hominē circūcidunt̃, & qui in occulto
Iudęi sunt spiritu nō litera,laus & gloria nō
apud hoīes,sed apđ deū est.Qui vero ex ope
ribus iustificātur: qm̄ palā sunt & manifesta
opera eoꝝ, pōt esse gloria eorū vel apud san
ctos quosq; & iustos q accipiūt a deo potesta
tē de humanis operibus visibilibus iudicādi,
vel etiā apud angelos,cæterasq; virtutū cęle
stium potestates,q vtiq; glorificare eū cuius
opa ꝓbauerūt possunt. Occulta vero cordis
qm̄ solius dei est noscere: ipse em̄ p̄uidet qs
in vnoquoq; fidei habitat affectus: & ideo q
ex fide iustificat̃, apđ solū deū habet gloriā,
qui occultoꝝ & fidei solus inspector est:igit̃
Abraham si ex operibus (inqt) iustificatus
est,habet quidē gloriā ex operibus venientē,
sed nō illā quæ apud deum est:certū autē est
Abrahā apud solū deū habere gloriā:conse-
quēs ergo est vt nō ex opibus,sed ex fide iu-
B stificatus sit. Nō aūt putes ꝙ si qs habeat ta
lē fidē ex qua iustificatus habeat gloriā apđ
deū,possit simul cū ea habere & iniustitiam:
Nulla em̄ pars est fidei simul cū infidelitate,
nulla iustitię cū iniqtate cōmunio, sicut nec
luci cū tenębris pōt esse societas. Si em̄ q cre
dit ꝙ Iesus est Christus,ex deo natꝰ est: & q
ex deo natus est,nō peccat: manifestū est ꝙ q
credit Iesu Christo nō peccat:ꝙ si peccat,cer
tū est qa nō credit ei. Indiciū igit̃ fidei veræ
est vbi nō delinquit̃:sicut ecōtra vbi delinq-
tur īfidelitatis indiciū est. Propterea ergo &
in alio loco scripturæ dicit̃ de Abrahā,ꝙ ex
opibꝰ fidei iustificatꝰ sit:qa certū est eū q ve
re credit,opus fidei & iustitię opari,& totiꝰ
bonitatis:& capacē fieri vtriusq; glorię,tam
eiꝰ q̄ apud deū est ĩ occulto,q̄ etiā eiꝰ q̄ palā
est,& nō solū apud deū est. His ita p viribus
explanatis:etiā illud p̄tereūdū minime videt̃
ꝙ patrē nostrū scđm carnē noīauit Abrahā.

Gentiū etenim pater Abrahā secūdū fidē nō
secūdū carnē videt̃.Nā ipsiꝰ qdē apostoli po-
test & secūdū carnē dici:ex genere em̄ Israeli
tico etiā scđm carnē patrē noīat Abrahami
cęterę vero gētes in spū eū patrē,nō in carne
nominabūt:nisi vtpote ĩ locis ita angustis ad
allegoricę intelligētię latitudinē cōuertamur
vt pater secūdū carnē accipi potest is q do-
ctrinæ carnalis id ē legis secūdū literā prima
elemēta tradiderit:& magister in diuina lege
primę institutionis extiterit. Q̄ꝫ autē magi- C
stri etiā patres appellent̃,& Apostolꝰ Paulus
dicit, qa in Christo Iesu p euāgeliū ego vos
genui.Sed & tu q legis, ex diuinis volumini
bus ipse tibi testimonia in hoc aspiciētia cō-
gregato.Addit̃ ĩ cōsequētibꝰ.Credidit Abra
hā deo,& reputatū est illi ad iustitiā.Hic ser
mo ex libris Genesis sumit̃ ex eo loco vbi nō
Abrā,sed Abrahā dicit ad deū, qm̄ nō dedi-
sti mihi semē, hic vernaculus meus hęredi-
tabit me.Et dixit dñs ad eū.Nō erit hęres tu
us iste,sed q exierit de te,hic erit hęres tuus.
Et eduxit (inqt)foras,& dixit ad eū.Respice
ad cęlū & numera stellas si poteris dinume-
rare eas,& ait ad eū:Sic erit semē tuū: & cre
didit deo,& reputatū est ei ad iustitiā. Latiꝰ
loca ipsa exēpli de libro Genesis repetiuimꝰ,
vt q̄ iustificationis huius causa fuerit nosce
remꝰ. Vnde & acrius ītēdēdū est: an ob hoc
solū ꝙ dādū sibi credidit filiū,& ex eo proge
niē ad multitudinē siderū ꝓpagādā: dicit̃ ꝙ
reputata est fides eius ad iustitiā : an p hoc
& p oībus quæ iā ante crediderat . Neq; em̄
putādū ꝙ absq; fide fuerit illud vt exiret de
terra sua,& de cognatiōe patris sui,& veni-
ret in terrā quā ei demonstrauerat deus: vel
illud cū separato a se Loth dicit ad eū dñs:
Aspice oculis tuis,& vide ex hoc loco ĩ quo
stas,& intuere ad Septētrionē,& Meridianū,
& ad Occidētē,atq; ad Oriētē: qa oēm terrā
hāc quā vides tibi dabo eā, & semini tuo in
ęternū.Sed & illđ qs dicat absq; fide factū,ꝙ
veniēs Abrahā habitauit apđ quercū Mābre
in Ebrō,& ędificauit ibi altare dño?Quō aūt
& illud nō erat fidei opus cū Melchisedec be
nedixit Abrahā & ait,Benedictus Abraham
deo excelso q creauit cęlū & terrā,& bñdictꝰ
deus excelsus,q tradidit inimicos eius ĩ ma-
nibus eius?Ex qbus oībꝰ colligit̃,ꝙ in his sin
gulis fides qdē fuerit Abrahę sed ex parte.In D
eo aūt vbi dicit̃:qa fides ei reputata est ad iu
stitiā:fides pfecta declarat̃.Sicut em̄ sciētiā &
pphetiā ex pte dicit esse Apl's, & rursum di-
cit esse pfectā in eo cū scribit: Ex parte scimꝰ
& ex parte prophetamꝰ: cū venerit autē qđ

perfectũ est, destruetur ea quæ ex parte sunt: ita & fidẽ possumus intelligere esse aliquãdo ex parte, & aliqñ perfectã. Vt aũt quod dicimus aliis adhuc scripturæ sanctę testimoniis muniatur: audi in euangelio ad dominũ dicẽtes Apostolos: Dñe auge nobis fidẽ. Nõne p hęc euidẽter ostendũt habere se quidẽ fidem, sed talẽ q̃ egeat augmẽto! Sed & ipse Apostolus Paulus cum dicit, Si habeã omnẽ fidẽ ita vt mõtes trãsferã: omnẽ cũ dicit, ex partibus totã docet esse cõpositã. Neq̃ eñ oĩe potest noĩari vbi aut qualitatis, aut quantitatis diuersitas nõ ẽ. Videt̃ ergo etiã ĩ p̃senti loco cũ fides multę Abrahę præcesserint per singula quęq̃; quę ex parte superi⁹ memorauimus, in hoc nũc vniuersa fides ei⁹ esse collecta, & ita ei ad iustitiã reputata. Iam sane considerabis si vt de fide dictũ est, qa reputatũ est ei ad iustitiã: ita & de aliis virtutibus dici possit, qa (verbi gratia) misericordia vnicuiq̃ reputari põt ad iustitiam, aut sapiẽtia, aut scientia, aut mãsuetudo, & humilitas: vel certe si omi E credẽti fides ad iustitiã reputet̃. Sed cum ad scripturas redeo, nõ oĩbus credẽtib⁹ inuenio q̃ fides ad iustitiã reputet̃. Deniq̃ scriptũ est de filiis Israel, q̃ crediderunt deo & famulo eius Moysi: nec tñ addit qđ de Abrahã scriptum est, q̃ reputatũ est illis ad iustitiã: ob hoc arbitror, q̃ nõ illis erat, sicut in Abrahã docuimus, ex multis partibus fidei in vnum coaceruata p̃fectio, quę mereret̃ ad iustitiam reputari. Qđ aũt dicit, Ei vero q operat̃ merces nõ imputat̃ secũdũ gratiã, sed secũdũ debitũ: credẽti aũt in eũ q iustificat ip̃iũ, reputatur fides ad iustitiã: videt̃ ostẽdere, quasi ĩ fide qdem gratia sit iustificãtis, in opere vero iustitia tribuẽtis. Sed ego cũ cõsidero sermonis eminẽtiã, q̃ dicit operãti scdm debitũ reddi: vix mihi suadeo q̃ possit vllũ opus eẽ qđ ex debito remunerationẽ dei deposcat, cũ ẽt hoc ipsum q̃ agere aliqđ possum⁹, vel cogitare, vel proloqui, ipsius dono & largitiõe faci F amus. qđ ergo erit debitum illius, cuius gratia nos p̃cessit! Et ideo videndũ magis est, ne forte qđ dixit, Ei aũt q opat̃ merces secundũ debitũ reputabit̃: sinistri magis operis intelligẽdũ sit debitũ. Debita eñ peccata dici in diuinis voluminibus frequẽter inuenies, vt ip̃e dñs in oratione nos docuit dicere: Dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et iterũ cũ dicit ipse dñs: Cuidã patrifamilias erãt duo debitores, vn⁹ debebat denarios qngentos, & alius quinquaginta: & hoc de peccatis dici ipse interpretatus est. Ne forte ergo & in hoc loco mercedẽ operis quę secundũ debitũ redditur, ad hunc sensum quẽ supra dixim⁹, Apostol⁹ taxerit de his qui ita operant̃ sicut & Cain operat⁹ est terram: & sicut alibi dicit, Discedite a me operarii iniquitatis: quib⁹ vtiq̃ quasi debita pœna pro mercede iniquitatis exoluit. Vnde idẽ Apostolus ĩ alio loco: Stipẽdia (inqt) peccati mors. Et nõ addidit vt similiter diceret, Stipẽdia aũt iustitię vita æterna, sed ait, Gratia aũt dei vita æterna: vt stipendiũ qđ vtiq̃ debito & mercedi simile est, retributionẽ pœnę eẽ doceret & mortis, vitã vero æternã soli gratię cõsignaret. Secũdũ hũc sensum & illud qđ in euãgelio scribit̃, Qua mẽsura mẽsi fueritis, eadẽ remetiet̃ vobis: de sinistris operibus accipiẽdũ puto. Neq̃ eñ gratię suę mẽsurã statuit De⁹, cũ scriptũ sit: Nõ.n.ad mensurã dat de⁹ sp̃m. Si ergo hæc putant̃ recte G discussa, cõsequẽter vtiq̃ ea quæ cohærẽt videbunt̃ intelligẽda: vt operanti qdẽ opa iniqtatis, merces secũdũ peccati debitũ repẽdat̃: credẽti vero in eũ q iustificat impiũ, fides ad iustitiã reputet̃: si quidẽ bene meminimus superiora, in qbus ostẽdim⁹ nõ ei qui ex parte, sed q ex integro, & q p̃fecte credit, fidẽ posse ad iustitiã reputari: q̃ fides tãta est vt iustificet etiã eũ q impius fuerit, vt vltra iã nõ sit impius, sicut ille latro qui pendebat in cruce & blasphemabat: sed sit sicut ille q cõfitebat̃ & dicebat, Dñe Iesu memento mei cum veneris in regnũ tuũ. Post hęc velut ad firmationẽ sermonis sui quẽ dixerat, Ei aũt q nõ operat̃, credit aũt ĩ eũ q iustificat impiũ, reputatur fides ad iustitiã: assumit testimonium de psalmis, & dicit, Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hoĩs, cui deus accepto fert iustitiã sine operibus, Beati quorũ remissę sunt iniqtates & reliqua vsq̃ ad peccatũ: vidẽs p hos sermones cõseqñter approbari posse q̃ reputet̃ homini iustitia sine operibus. Vnde mihi videt̃ hoc intellexisse Ap̃l'us, q̃ ĩpossibile sit in homine cui iam p ętatem discernẽdi de bono & malo inest intellectus, neq̃ iiustitiã inesse, ne q̃ iustitiam: qđ si ita est, sine altero e duobus inueniri anima non potest: & cũ esse desierit a malis, q̃ iam ĩueniat̃ in bonis: in malis aũt nõ est illa anima, cuius remissę sunt iniquitates, & cui⁹ tecta sũt peccata, & cui nõ imputauit dñs peccatũ: cõueniẽs ergo vt sit in bonis. H Cõpetenter igit̃ ad remissiõnẽ iiquitatũ & obtectiõnẽ peccatorũ, & ad id q̃ non ĩputat dñs pc̃m, dicit Ap̃l'us q̃ homini iustitia reputet̃, licet nondũ opa iustitię egerit: sed p eo tãtũ q̃ credidit in eũ, qui iustificat impiũ. Initiũ nãq̃ iustificãdi a deo, fides est q̃ credit

in iustificantē.Et hęc fides cū iustificata fue
rit,tanq̄ radix imbre suscepto hęret in animæ
solo:vt cū ꝑ legē dei excoli cœperit, surgant
in ea rami qui fructus operū ferant.Nō ergo
ex opibus radix iustitię,sed ex radice iustitiæ
fructus operū crescit: illa scilicet radice iusti
tię, qua deus accepto fert iustitiā sine opib⁹.
Vnde propterea puto & Dauid trigesimo
primo psalmo,quē superscripsit, Intellectus
Dauid,dedisse istud initiū:admonēs ꝑ ipsam
superscriptionē altiorē debere reqri intellectū
in his q̄ dicturus erat, qa beati quoꝝ remit-
tūtur iniquitates: de qbus prout potuimus
diximus,cū de psalmis ꝑ ordinē dictaremus.
Sed ꝑmouet nos ordinis ipsius differētia, ꝙ
primo dixit,Beati quoꝝ remissę sunt iniqta-
tes:Secūdo,Quoꝝ tecta sunt peccata: Tertio
Cui nō imputauit dn̄s peccatū.Et vide si for
te potest iste ordo in anima vna eadēq; intel
ligi:vt qa initiū est cōuersionis animæ mala
derelinquere, pro hoc iniquitatū remissionē
mereat̃ accipere: cū aūt cœperit bona facere,
velut singula quæq; q̄ ꝓcesserant mala bonis
recētibus obtegēs, & abūdātiorē numerū bo
noꝝ introducēs q̄ prius fuerat malorū, tege
re peccata dicat̃: Vbi vero iā ad ꝑfectū vene-
rit, ita vt ois de ea malitię radix penitus am
putet̃ eousq; vt nullū in ea vestigiū possit in
ueniri nequitię, vbi iā summa ꝑfectę beatitu
dinis ꝓmittat̃: tū nullū possit dn̄s imputare
peccatū. Iniqtas sane a peccato hāc habet dif
ferētiā, ꝙ iniquitas in his dicit̃, q̄ cōtra legē
cōmittunt̃:vnde & gręcus sermo ἀνομίαν ap
pellat iniqtatē,hoc est qđ cōmittit̃: Peccatū
vero etiā illud dici potest, si cōtra q̄ natura
docet,& conscientia arguit,delinquatur.

,, BEAtitudo ergo hęc in circūcisione tātū
,, manet,an etiam in præputio? Dicimus enim
,, qa reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.
,, Quomodo ergo reputata est? In circūcisio-
,, ne,an in pręputio? Nō in circūcisione,sed in
,, pręputio:& signū accepit circūcisionis signa
,, culū iustitiæ fidei, quę est in pręputio, vt sit
,, pater oim credētiū per præputiū,vt reputet̃
,, & illis ad iustitiam, & sit pater circūcisionis
,, nō his tātū q sunt ex circūcisione,sed & illis
,, qui sectantur vestigia eius quæ est in prępu-
,, tio fidei patris nostri Abrahæ.

A CCū dixisset superius, ꝙ credidit Abraham
deo,& reputatū est ei ad iustitiā: & huiusce-
modi fides qđ haberet beatitudinis ostēdis-
set ex his q̄ in trigesimoseptimo scripta sunt
psalmo,ꝙ ita credēti nō reputaret dominus
peccatū: proponit interrogationem ex cuius
respōsione doceatur, & ex ipsa temporū ra-
tione,ꝙ beatitudo iustificationis Abrahę nō
in circūcisione,sed adhuc in pręputio posito
data est.Q; si Abrahā cū esset adhuc in pręe-
putio ex fide iustificatus est , potest & ois q
credit deo iustificari per fidem,etiam si sit in
pręputio: & pertinere etiā ad ipsum hęc bea
titudo quæ dicit,Beatus cui non imputauit
dn̄s peccatū. Ostēdit ergo ꝙ nō cuilibet dn̄s
non imputet peccatum:sed ei qui crediderit
propter fidem suā peccata nō reputet.Sicut
enim Abrahę reputata est fides ad iustitiam:
ita & omni credenti cum fides ad iustitiā re
putatur,peccata vtiq; nō imputantur. Neq;
enim de iustis dicit, ꝙ reputetur eis fides ad
iustitiam.Q; si ita putetur:quid videbit̃ gra
tię,iusto reputari iustitiā ad iustitiā? Sed vti
ꝙ illi dicit fidem reputatam esse ad iustitiā
qui anteq̄ haberet hāc fidem,iustitiā nō ha-
bebat:& iste est vtiq; beat⁹,cui deus accepto
fert iustitiam sine operibus, & cui nō impu-
tatur peccatū,cui etiam remissę sunt iniqui-
tates,& obtecta siqua antea fuerant peccata.
Simul aūt & edocet nos diligētius intēdere
lectioni, cū tā vigilanter ea quæ scripta sunt
de Abraham,qa reputata est ei fides ad iusti
tiam,vult a nobis considerari etiam quando
reputata sit, quo & tēporis ratio in his quæ
scripta sunt colligatur: vtrū ne in præputio
Abrahę cū ista dicta sunt, an transiret iā ad
circūcisionē,& ait:Quomodo ergo reputata
est fides eius ad iustitiā? cū esset in circūcisio
ne,an cum esset in præputio? Si enim fuisset
id tēporis in circuncisione:videretur vtiq; a
fidei huius gratia exclusum esse præputiū.
Nūc vero ostēdit, ꝙ in pręputio adhuc posi B
to reputata est fides ad iustitiā: & ideo ꝓnū
ciat,ꝙ cū Abrahā in pręputio positus ꝑ fidē
iustificatus sit , sine dubio princeps & pater
merito dicitur omniū credentiū ꝑ pręputiū.
Q; vero post fidē q̄ fuit in præputio accepit
circūcisionē:consequēter causam qua circū-
cisio ei data fuerit,exponit. Vt esset (inquit)
signaculū fidei eius quā habuit in præputio
positus , vt ꝑ hoc pater fieret etiā eorū q in
circūcisione nascunt̃: si tamē ad illam fidem
pertineāt quę in pręputio positū iustificauit
Abrahā. Efficit̃ ergo vtriusq; generis pater,
his q sunt in ꝑputio per fidem, & his q sunt
in circūcisione per carnē: & post circūcisionē
generat primo Isaac, atq; ab ipso auspicatur
Ogdoadis initiū,id est octaui diei in ipso cō
secrant̃ prima mysteria: & exinde incipit po
steritas Abrahę duplici currere sacramento.
Sicut enī fides natura sui aliud esse intelligi
tur,& aliud iustitia quæ ei per fidē reputata

est:ita & alia eius esse in prępucio,alia in cir-
cuncisione posteritas. Nā eos qui incircunci
si sunt , ipsos esse lapides puto de qbus posse
dicitur deus suscitare filios Abrahę:in qbus
C & illud complet qđ scriptū est,Quia benedi-
cent in te oēs tribus terræ.Sed repetamꝰ ad-
huc qđ dicit,Et signū accepit circūcisionis si
gnaculū iustitię fidei quę est in præputio: ac
profundā in his Pauli sapientiam contemple
mur.Fortassis enim aliquibus eūdē sermonē
secūdo dicere videatur,id est signaculū. Sed
mihi vterq; sermo multā inter se videt habe
re differentiā.Signū nāq; dicitur,cū per hoc
qđ videt,aliud aliquid indicat: sicut cū ver-
bi gratia dicit dominus in euāgelio, Genera
tio hęc signū quęrit,& signū nō dabit ei,nisi
signum Ionę prophetę.Sicut enim fuit Ionas
in ventre Ceti tribus diebus,& tribus nocti-
bus:ita & filiū hominis oportet esse in corde
terrę tribus diebus & tribꝰ noctibus. Hoc est
ergo signū vbi Ionas videbat,& Christus in-
telligebatur.Similiter & de ipso dño in euan
gelio dicitur:Ecce hic positus est in ruinā,&
in resurrectionē multoꝝ,& in signum cui cō
tradicet.Contradicebatur enim signo in quo
Christus venerat , quia aliud in eo videbat,
& aliud itelligebat.Caro cernebat , & deꝰ cre
debat.Sic ergo accepit & Abrahā signum:&
qđ esset signum in consequentibus dicit. Cir
cūcisionē,inquit:quę circūcisio esset signacu
lū iustitię fidei quā habuit anteq̄ circuncide
ret.Bene ergo circuncisionē signum appella
uit in Abraham,quia & ipa aliud videbat &
aliud intelligebatur : & ostendit q iam tunc
carnalis illa circūcisio signum erat spiritalis
circūcisiōis,q̄ nō in carne suscipit, sed in cor
D de.Qđ vero dixit signaculū:ita intelligi pu-
to.Signaculū dicit cum alicui rei seruādæ p
tēpore custodia imponit, qđ nemo alius nisi
ipse qui impressit debeat resignare. Per istud
ergo signaculū,vt exponit Apostolꝰ, iustitia
fidei quā in prępucio positus Abraham acci-
pere meruit,indicatur,& pater eē multarum
gentium: qđ tūc credimus resignādum cum
plenitudo gētium introierit, & omnis Israel
saluabitur . Tūc eñi fiet qđ dicit Apostolus:
nō solū gentiū,sed etiam circūcisionis per fi-
dē pater Abrahā.Et adhuc aptiꝰ de signo &
signaculo disseramus.Cū signū sit sicut dixi-
mus vbi indicatur aliqd per hoc qđ videtur,
signaculū vero vbi cōcludit pro tempore ali
quid & nō patet:potest etiam ita intelligi, q
mysteria quę in patriarchis & lege adumbrā
tur,huiusmodi erāt quæ & signis indicanda
essent,& signaculis obseruanda. Qz ergo si-
gnis indicanda erant his qui credebant ex gē
tibus,signum cepisse dicit Abraham:q vero
his qui ex circūcisione non erant credituri,
obseruanda erāt & obtegēda,signaculū dicit
accepisse.Qđ signaculū illo vtiq; in tempore
resignabit,cū in nouissimis diebꝰ postq̄ pleni
tudo (vt diximus) gentiū introierit,omnis
Israel saluus fiet.Idcirco deniq; ante Abrahā
iustificatus in fide dum adhuc esset incircū- E
cisus,& postea circunciditur: vt ostēderetur
primo pater futurus multarum gentium, &
postea eorum qui ex circuncisione credituri
sunt.Neq; enim hi qui secundum carnem na
scuntur ex Abraham,filii Abraham dicendi
sunt,nisi fidē & opera habeant Abrahę.Inde
deniq; & dñs in euangelio dicit ad Iudęos, q
se iactabāt filios esse Abrahæ:Si filii Abrahę
essetis,opera vtiq; Abrahę faceretis. Vis aūt
ex veteri scriptura perdoceri q filiꝰ qs dicit
non tātū eius de cuius carnali semine descē-
dit ,sed eiꝰ cuius actus imitatur & opera: au
di Danielem quid dicat ad vnū ex illis senio-
ribus quos arguit adulterii.Semē(inqt)Cha
naan & non Iuda,species seduxit te: & cōcu-
piscētia euertit cor tuum. Vides eū q carnali
ter de genere Iuda descēderat, negari filium
esse Iuda:sed Chanaan,eius scilicet cuiꝰ actꝰ
& opera sequebatur.Ita ergo & hi q de Abra
hę semine secundū carnē genus ducunt,non
dicuntur filii Abrahæ, si eius non habent fi
dem.Sic deniq; & propheta dicit ad eos. Pa-
ter tuꝰ Amorrhęꝰ,& mater tua Cethea.Qui
bus vtiq; nō eos necessitudo generis,sed mo
rū similitudo iungebat. Vt esset ergo (inqt)
pater oīm credentiū p prępucium, vt repute
tur illi ad iustitiam & pater circūcisionis nō
his tantū qui sunt ex circūcisione, sed & illis
q sequunt vestigia eiꝰ quæ est in prępucio fi-
dei patris nostri Abrahæ.In quo euidēter ex
vtroq; populo sicut superius diximus pronū
ciat non carnis originē,sed nobilitatem fidei
requirēdā.De circūcisionis aūt sacramēto la F
tius iā in superioribꝰ diximus , sed & in aliis
pluribꝰ locis quę pro re & pro tēpore occur-
rere visa sunt exposuimus.Sed diligētē lecto
rē quē iota vnū aut apex de lege nō prętererit,
ne illud quidē latere debet,quia hoc qđ apo
stolus dixit,Reputata est Abrahę fides eiꝰ ad
iustitiā,illo tēpore cū de eo scriptū ē,qa cre-
diderit deo & reputatū sit ei ad iustitiā, non
dū Abrahā vocabat,sed Abrā erat nomē eiꝰ.
Adhuc eñ incircūcisus manebat,vt interpre
tat Apl'us.De quo aliqbꝰ forte videbit error
in exēplaribus haberi,q facile Abraham pro
Abrā scribi potuerit. Sed qa hęc existimatio

potius icerta est q̃ firma approbatio,nos cõ cõpēdiosius respōdeam⁹,ꝙ obseruās Apostolus sentētiā dei qua dixit,Iā non Abram,sed Abrahā erit nomē tuū, appellauit nūc eū nō vt in loco Genesis scriptū est,sed vt de eo ꝓnūciauerat deus.Qđ em̄ diuinitus sancit̄,ob seruari in posterū cōuenit.Hęc prout potuimus in locis tā arduis,& tā difficilibus ꝓbata,si quis forte animi nostri studiū cōsideret amplecti poterit. Si vero infirmitatē sensus nostri notare velit,veniā petimus: & ei q melius de his differere vel explanare potuerit, libēter cedimus. Nos vero ad ea q̃ sequūtur segni licet gressu conuertimus pedem.

» NON enim per legem promissio Abrahæ
» aut semini eius vt hæres esset mūdi, sed per
» iustitiam fidei.

A ❡Hoc i loco mihi videt̄ de lege Moysi Apostolus disputare,& asserere ꝙ ꝓmissio quę facta est ad Abrahā vt hæreditatē mūdi,id est terrę totius acciperet ipse vel semē ei⁹,nō ex Moysi lege cōstaret.Ante em̄ q̃ Moyses legislator existeret:visus est(inqt)dn̄s Abrahę,& dixit ad eū.Exi de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui: & veni in terrā quā tibi ostendero, & faciā te in gētē magnam,& benedicā te,& magnificabo nomen tuū,& eris benedictus:& benedicā benedicētes te,& maledicā maledicētes te:& benedicētur in te omnes tribus terrę.Qđ ergo dicit, Benedicent̄ in te oēs trib⁹ terrę:hoc est hęredē factū esse totius mūdi. Quę vtiq̧ ꝓmissio ad Abrahā antea facta est,q̃ p Moysen de legis obseruātia mādaret̄. Sic ergo nō est ex lege ꝓmissio Abrahę neq̧ semini eius vt hęres sit mūdi:sed p iustitiā fidei.Et est ista iustitia fidei:de qua in supioribus dixit (vt sępe iam diximus) qa credidit Abrahā deo,& reputatū est illi ad iustitiā.Nec immerito: legis em̄ obseruātia pœnā tātūmodo effugit: fidei vero meritū spem repromissionis expectat:& p̄ceptū seruis ponit̄,fides quęritur ab amicis. Sed & si secūdū ea quæ in superioribus disseruimus, de lege naturali Paulus hoc dicere intelligat̄: nō erit contrariū rationibus superius redditis. Quis em̄ lex naturæ de bono & malo testimoniū reddat secūdū iudicium consciētiæ:tamē legi fidei nō potest adæquari:qa deo credidit Abrahā,& iustificari meruit,atq̧ amicus dei appellari.

» SI enim q ex lege, hęredes sunt,exinanita
» est fides,abolita est ꝓmissio: lex em̄ irā opat̄.
» Vbi autem non est lex:nec pręuaricatio.

B ❡Si,inqt,nō ex lege ꝓmissio data est Abrahę vt hęres esset mūdi, sed per fidem quæ ei ad iustitiam reputata est: consequēs sine dubio erit,vt omnes qui sperāt sibi a deo iustitiam reputandā:non per legē,sed p fidē sperēt. Et vt hoc euidētius ostēderet addidit.Si(inqt) hi q ex lege sunt,ipsi hęredes erūt repromissionis illius quā per fidem meruit Abrahā, euacuabitur illud qđ ex fide iustificatus est Abrahā:cū vtiq̧ si ex lege futura esset hęreditas,oportuerit & Abrahā legē prius iplere,& ita hęreditatē iustitię promereri. Et vt ostendat nullo modo hoc ita fieri potuisse, dicit ꝙ lex iram operat̄. Vbi aūt ira est,hęreditas nō est:& addidit.Vbi aūt nō est lex,nec pręuaricatio.Sed repetamus paululum,& videamus de qua lege ista dicatur.In superioribus qdē vbi dicit:Si enim qui ex lege hi hæredes sunt,exinanita est fides,& euacuata est promissio:potest & ad Moysi legē,& ad naturalē referri.Certū est enim ꝙ si ex lege Moysi pręstatur hęreditas, vt euacuet̄ illud qđ scribitur Abraham fidei credulitate meruisse:& rursum si ad naturalē legē cōuertat̄ itelligētia hæc, dici potest, si sufficere potuisset lex naturalis ad fidē,superfluū videret̄ qđ dictū est ad Abrahā:Exi de terra tua,& de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quā ostēdero tibi: vt quid enim exiret de terra sua,& de domo sua,si ei lex sufficeret naturalis,quā vtiq̧ & i terra sua positus habere & custodire potuisset? Sed nūc velut illa min⁹ sufficiēte iubet̄ legē fidei sequi,qua sine hęres esse mūdi ipse vel semen eius, nec amicus dei poterat appellari.Sic ergo potest ab vtraq̧ lege subtractū, ad solam fidei legē respicere qđ dicit:Si enim q ex lege,sunt hæredes:exinanita est fides, & euacuata est promissio.Iā vero in hoc loco vbi dicit: Lex em̄ iram operatur, diligētius intuendum est ad quam legē respicere videatur hic sermo: sed & illud qđ sequitur. Vbi em̄ non est lex,nec pręuaricatio.Sed prius q̃ a nobis plenior explanatio requirat̄:ad illa breuiter respondemus,quę de hoc loco hęretici nobis solēt obtendere.Aiunt enim. Ecce quomodo apostolus dicit ꝙ lex Moysi iram operatur: vbi vero lex illa,nō fuerit, ibi nec p̄uaricatio erit. Requiramus ergo ab eis.Si vbi lex est, & pręuaricatio erit transgressę legis:ergo vbi & fides est,transgressę fidei preuaricatio erit. Si enim p̄uaricator efficitur q declinat a fide, & si p̄uaricationi illi q̃ in lege est lex ipsa in causa est:etiā pręuaricationi huic quę i fide est,fides in causa esse creditur.Si vero absurdū est dicere ꝙ fides in causa est vt qs p̄uaricetur a fide, & si non accessisset ad fidem C D

prçuaricator fidei nõ fuisset: ita absurdũ erit
prçuaricationẽ legis ex eo accipere, ꝙ suscepe
rit quis obseruantiã legis. Sed & illud adde-
mus, quid diceret nobis de his qui ante legẽ
Moysi in ꝑuaricatione facti sunt? Si eñ nul-
lus ante Moysen prævaricator extitit, nemo
condemnatus est, nemo punit⁹: quid diceret
de Sodomitis? quid de his qui in diluuio cõ
demnati sunt? quid de Cain? qd de ipõ Adã?
quid de Eua respondebũt? de qua Apostolus
dicit. Mulier autem seducta in prævaricatio
ne facta est. Si sine lege Moysi non est præua
ricatio: vnde Adam, vnde Eua, prævaricato
res ab Apostolo nominantur? Verum vt etiã
in superioribus sæpe iã diximus, diuersas in
hac epistola leges Apl'us introducit, & nunc
de lege Moysi loquitur, nunc legem fidei no
minat, sicut cum dicit: Vbi est gloriatio tua?
Exclusa est. Per quã legem? Operum? Nõ, sed
per legẽ fidei. Inducit prçterea & alias leges,
de quibus dicit: Condelector enim legi dei se
cũdũ interiorẽ hominem: video autem aliam
legem in membris meis repugnãtem legi mẽ
tis meç, & captiuũ me ducentẽ in lege pecca-
ti: & ita de vna ad alterã legẽ transit, vt nisi
B sensus vigilans & intentus sit, deprehendere
eum & sequi vix possit. Vidẽdum est ergo ne
forte illa lex quæ est in mẽbris meis, & capti-
uos nos ducit in legẽ peccati, ipsa sit lex quã
Apostolus iram dicit operari. Operatur eñ
sine dubio iram ei, quẽ captiuũ duxerit in le-
ge peccati. Vbi autem lex ista non fuerit: cer
tum est ꝙ ibi nec prçuaricatio erit. Qui vero
sub ista lege fuerint, consequenter nec hære-
des erunt. Q; si de lege Moysi commemorari
quis velit, & dicere ꝙ iram operatur: pro eo
fortassis solo hoc poterit affirmare ꝙ peccã-
tem in se aut lapidari continuo, aut cremari
ignibus iubet, vel si quod aliud peccantibus
decernit in lege suppliciũ: vt pœna ipsa quæ
peccãti infertur ex lege, ira nũc ab Apostolo
nominata esse videatur. Similiter & de prçua
ricatione, vt non omnem prævaricationẽ ge
neraliter in hoc loco astruat appellatam, sed
eius qui in lege positus deliquerit: vt graui⁹
delictum videatur eius qui per legem prohi-
betur & peccat, q̃ eius q nulla fuerit lege cõ-
F monitus. Sed & illud vidẽdum est, ꝙ non di-
xit Apostolus ꝙ vbi lex fuerit ibi & prçuari-
catio, sed ait: Vbi autem non est lex, nec præ
uaricatio. In quo ostẽdit ꝙ prævaricatio qdẽ
esse omnino non possit, nisi lex fuerit: non ta
mẽ si lex sit, omni genere etiam prçuaricatio
erit. Põt eñ fieri vt sit lex, & ꝑuaricatio non
sit: non potest tamẽ fieri vt prævaricatio sit,

vbi lex nõ est. Non & si Moysi legẽ ponamus
continuo omnes qui sub Moysi lege vixerũt:
in prævaricatione facti sunt. Alioquin simul
& prophetas, & omnes iustos videmur inuol-
uere. Nisi forte dicat aliquis iustos omnes &
prophetas non tã sub lege q̃ sub fide vixisse:
Peccatores vero & iniustos legis vinculis fuis
se constrictos, sicut & Apostolus dicit, qa iu
sto lex non est posita, sed iniustis & non sub-
ditis, impiis & peccatoribus, scelestis, & pfa-
nis, patricidis, & matricidis, homicidis, forni
catoribus, masculorum concubitoribus, pla-
giatorib⁹, mẽdacib⁹, periuris, & si quid aliud
sanç doctrinç aduersatur. Q; si talib⁹ lex po-
sita est: nõ tibi multo meliores illi videbunt
de qbus dicit, Cũ enim gentes quæ legẽ non
habẽt, naturaliter quç legis sunt faciunt, hu
iusmodi legẽ nõ habentes, ipsi sibi sunt lex, q
ostendũt opus legis scriptũ in cordibus suis,
testimoniũ reddẽte eis cõsciẽtia? Et statuam⁹
ante oculos, si videtur, duos aliquos (verbi
gratia) qui cum masculis non petierint con-
cubitum muliebrẽ, vnũ ex his prçcepto legis
prohibitum, cuius si metũ nõ habuisset for-
tasse fecisset: & alium qui propriç mentis iu-
dicio huiuscemodi contagionem cogitatio-
nes quidem suas adire nõ ꝑmiserit: nõne mul
to illũ ꝓferas qui nulla legis interminatione
deterritus immunẽ se a flagitii cõtaminatio
ne seruauit? Similiter etiã de cçteris peccatis
si habeat examẽ. Et ideo siue Moysi lex itelli
gatur, siue etiã quç in nostris membris est, &
irã operat: nõ possunt qui ex ipsa sunt hære
des esse, sed illi q sunt ex lege fidei: Fidei aũt
illius, ex qua iustificatus est Abrahã. Sed for G
tasse requirat aliquis, quomodo non & q sub le
ge Moysi est, sub lege fidei esse videat: cũ scri
ptũ sit in Exodo, Credidit autẽ populus deo
& Moysi famulo eius: & iterum in euãgelio
dominus dicat: Si crederetis Moysi, credere-
tis vtiq; & mihi: de me enim ille scripsit. Vi-
debit eñ sicut de se dixit, ꝙ qui credit ĩ me,
credit & in eũ q misit me: ita & de Moyse di
cere, ꝙ si crederetis Moysi, crederetis vtiq; &
mihi. Ad qđ respõdebimus, qa illud qđ dictũ
est ĩ deserto, Credidit populus deo, & Moysi
famulo ei⁹: narratio est, qua ostẽdit ꝙ mini-
sterio Moysi quo signa & mirabilia ministra
uit, populus credidit deo. In hoc vero vbi di
cit, Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mi
hi: arguit infidelitatẽ eoꝝ q dum ipsi nõ cre
dũt, ostẽdũt se nec Moysi literis credere, in q
bus de aduentu Christi prophetali sermone
cõprehensum est. Vbi vero dicit, Qui credit
in me, credit in eũ qui misit me: spem credẽ-

tium eleuar vsq; ad deum patrẽ:vt ficut qui videt filium vidisse se sciat & patrem, ita cũ credit filio,credidisse sciat & patri.

» IDEO ex fide,vt secundũ gratiã firma sit
» promissio omni semini,non ei qui ex lege est
» tãtũ,sed & ei qui ex fide est Abrahæ: qui est
» pater omniũ nostrũ,sicut scriptum est,qa pa
» trem multarũ gentiũ posui te : ante deũ cui
» credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea
» quæ non sunt,tanq; ea quæ sunt.

A ¶In superioribus distinctionẽ dedit mercedis & gratię,dicẽs mercedẽ rem debiti esse, gratiam autẽ nullius esse debiti, sed beneuolentię beneficiũ. Et in psenti ergo loco ostẽdere volens deum hæreditatem promissionũ non ex debito,sed per gratiam dare: dicit q; hęreditas a deo his qui credunt, nõ ex mercedis debito,sed fidei munere cõcedat. Sicut enim (vt exempli causa dixerim) hoc q; subsistimus non potest intelligi q; ex operis nostri mercede subsistamus, sed euidenter,dei munus est q; sumus,& gratia cõditoris,qui esse nos voluit: ita & si hæreditatem promissionũ dei capiamus,diuinæ gratiæ est, non alicuius debiti aut operis merces. Q; si forte videatur hoc ipsum qd dicitur ex fide,nõ esse gratis : quippe si offerenda sit fides prius ab homine,& ita a deo gratia promerẽda: audi quomodo in aliis etiã de hoc idẽ Apostolus docet.Etenim vbi enumerat dona spiritus,q̃ dicit secũdũ mẽsuram fidei credẽtibus dari: ibi inter cætera etiam donũ fidei asserit per spiritum sanctum tribui.Post multa nãq; ita etiam de hoc dicit: Alii fides in eodem spiritu:vt ostendat q; etiam fides per gratiã dat.

B Sed & alibi idem Apostolus docet, dicens q; a deo vobis datum est nõ solum vt credatis in Christum : sed etiã vt patiamini pro illo. Inuenies hoc designari & in euangeliis , vbi Apostoli intelligẽtes q; ea quę ex homine est fides,esse non potest perfecta ni addita fuerit etiam ea quæ ex deo est:dicũt ad Saluatorẽ, Auge nobis fidem. Ex quibus omnibus apertissime cõprobatur qd hic dicit Apostolus : Ideo ex fide,vt secundũ gratiã firma sit promissio: qa etiam fides ipsa qua credere videmur deo,dono in nobis gratię confirmatur. Hęc autem est gratia quã inuenire sicut thesaurum magnum meretur si quis beatus est. Hãc inuenit Noe:& ideo scriptum est de eo: Noe autem inuenit gratiam in conspectu domini dei. Hãc inuenerat gratiã & Moyses,& ideo dicebat ad deũ:Si inueni gratiam in cõspectu tuo. Inuenimus tamen aliquos sanctorũ nõ solũ in conspectu domini dei inuenisse gratiam,sed etiam in cõspectu hominũ. Deniq; de beato Ioseph scriptum est.Et inuenit Ioseph gratiã ĩ cõspectu domini sui. Sed ista gratia quę in cõspectu hominũ inuenit, deo largiente conceditur. Sic enim scriptũ est de eodem Ioseph: Et erat dominus cũ Ioseph, & infudit super eum misericordiam,& dedit illi gratiam in conspectu principis carceris. Amplius adhuc aliqd de huiusmodi gratia in diuinis literis memorat de beata Hester. G Sic enim ait:qa erat Hester inueniens gratiã apud omnes qui videbãt eã.Paulo post dicit scriptura:Inuenit gratiã Hester super omnes cæteras virgines,& imposuit ei rex diadema muliebre. Hoc autem non arbitror importune & de scripturis sanctis reqsiuimus ad cõfirmationẽ Apostolici dicti:in quo de fide & gratia disputat. Ait ergo: Ideo ex fide,vt secũdũ gratiã firma sit pmissio. Sed & hoc notandũ est qd ait:Ideo ex fide, vt secũdũ gratiã firma sit promissio,quasi ostendere volẽs q; si ex lege esset & nõ ex gratia pmissio,firma nõ esset:nũc autẽ idcirco firma sit,qa nõ ex lege,sed p gratiã. In quo ego puto q; tale aliqd intelligi velit,qa quę ex lege sunt extra nos sunt:quæ autẽ per gratiam,intra nos habẽtur. Verbi causa,quę in lege scripta sunt, calamo & atramento in membranis vel chartulis scripta sunt:quę autẽ ex gratia descendũt, per spiritũ dei in corde nostro descripta sunt.sicut idẽ ipse Apostolus minister huius gratiæ in aliis designat,& dicit: Epistola nostra vos estis inscripta nõ atramẽto,sed spiritu dei viui:nõ in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus.Ideo vt mihi videt firmiora dicit ea q̃ p gratiã,q̃ ea q̃ ex lege sunt, qa illa extra nos sunt,& hęc intra nos:& illa in fragili materia cõsistũt,ita vt facile possint exolescere: hæc vero dei spiritu inscripta,& in animę penetralibus impressa,firmitatẽ ppetuitatis obtinẽt.Talibus ergo literis pmissionis inscribitur anima , quæ fidem suam deo velut cęris obtulerit pręparatis,vt in his dei gratia dignanter possit inscribi: & ideo huiusmodi fides reputatur ad iustitiam,quę capax gratiæ cęlestis extiterit. Hoc autem contingit semini Abrahę,non ei tãtũ qd ex lege est,sed ei qd ex fide est. Multo enim Abrahæ nobilior ex fide est q̃ ex carne successio:qa nõ ex carne , sed ex fide iustificatus esse memoratur. Si eñ non ex fide,sed ex semine dãda successio est: cõueniẽs erit & Ismahelis posteritatem,& eos qui ex Cethura descendũt,ad promissionũ sacramenta perduci. Qd vtiq; non recipitur, sed sola legis ac fidei posteri-

tas introducitur. Verum non nos prætereat apostoli in hoc loco notabūda quedā & ambigue prolata locutio. Qđ enim dixit, Vt firma sit promissio omni semini, non ei qđ ex lege est tantū, sed & ei qđ ex fide est: si ita intelligaẽ quasi aliud ex lege semē, & aliud ex fide dixerit, vt tanq̄ ab vtroq; semine promissio debeat expectari: inuenitur contraria dicere his quę superius scripsit, cum ait: Non enim hi qui ex lege, hæredes sunt. Item alibi. Arbitramur enim iustificari hominē per fidem sine operib⁹ legis. Et rursum. Si enim qui ex lege hęredes sūt: euacuata est fides. Etenī si ex fide iustificatur homo sine operibus legis, & hęredes non fuerint hi qui ex lege sunt: quomodo nō cōtrarium videbitur qđ in hoc loco dicit, firmā esse promissionē per gratiā nō ei tātū semini qđ ex lege est, sed & ei qđ ex fide est? & cum in superioribus eos qui ex lege sunt repulisse videatur: hic eos quomodo exęquat his quos ex fide sperare gratiam dicit? Sed mihi videẽ qđ dicit, Omni semini non ei qđ ex lege est tātum, sed & ei qđ ex fide est, legem hic (sicut sępe iam diximus) indicare naturalem: & hoc asserere, ꝙ non his qui ex lege naturali solū veniunt, firma sit promissio sed & his q ex fide legi addiderit naturali eā fidē quā habuit Abrahā pater noster: vt non duos populos, vnum ex fide, & alium ex lege indicare videatur, sed vnū atq; eundē: q non solum ex lege naturali qua omnes homines vtuntur, sed ex fide cuius Abrahā auctor extitit, placeat deo. Quo scilicet ostēdat ꝙ si qs habeat integra omnia quæ lex edocet naturalis, & in nullo eum peccati conscientia reprehendat, non tamē habeat etiam fidei gratiā: non posse eum iustificari. Fides enim est, quæ ad iustitiā reputatur. Et hoc modo habita distinctio reddit intelligētiam planiorē: atq; ea quę contraria putantur, consona esse & sibi inuicem concordantia deprehendenẽ.

E De diuersitate aūt legū, ꝙ in hac pcipue epistola Apostolus sæpe etiā latenter & subito ab alia ad aliam legem sermonis ordinē mutet, frequēter ostēdimus: & eadem iterare superfluum est. Bene autem non de Abraham dixit pater omniū, sed ait pater omnium nostrum, id est non qui ex lege descēdimus, sed qui ex fide a lege succedim⁹. Et quia omniū qui huiusmodi sunt pater est, merito pmissionis diuinæ sententiam in consequentibus posuit dicēs: Sicut scriptum est, quia patrem multarum gentiū posui te ante eum, cui credidit, deum. Si ergo pater futur⁹ esse promittitur multarum gentium: non immerito pater & eorum qui ex gētibus, & eorum qui ex circūcisione veniunt, nominatur. Et recte addidit ex sua interpretatiōe Apostolus, Ante eum cui credidit deum: hoc est, pater posit⁹ est multarum gentium ante ipsum deum cui credidit, cuius promissiones, & a quo signaculum fidei in circūcisione suscepit. Quomodo ergo circūcisio patrem sibi proprie defendit: cū ipse deus qui eam circūcisionē dedit, multarum eum gentium posuerit patrē? Qđ si aliquis hoc ad Ismahelis posteritatē voluerit & Cethurę cōuertere: occurrit ei qđ scriptum est, quia benedicētur in te omnes trib⁹ terrę. Hoc etiā in euāgelio Baptista dicebat, quia potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahę. Addidit autem in subsequē F

tib⁹: Qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nō sunt, tanq̄ ea quæ sunt. Mortuos hic secūdum animæ peccatum intelligimus: qm̄ anima (inquit) quę peccat, morietur. Sicut enim in morte corporali pereūt sensus, & nec quis vltra corpus, neq; auditum, neq; odoratum, aut gustum recipit, vel tactum: ita & qui spiritales sensus in aīa perdiderit, vt nō videat deū, neq; audiat verbum dei, neq; suauē odorem capiat Christi, neq; gustet bonū dei verbum, neq; manus eius pertractēt de verbo vitę: huiusmodi homines merito mortui appellantur. Tales inuenit nos aduentus Christi, sed viuificauit per gratiam suā, sicut & alibi dicit idē apostolus: Et nos cū mortui essem⁹ delictis & peccatis nostris: simul cum illo resuscitauit nos. Vis autem tibi & de scripturis propheticis approbari ꝙ omnes qui idola colunt, & cōfidūt in eis, mortui sunt? Audi Dauid quomodo dicit. Simulacra gētium G

argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habēt & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habēt, & nō audiēt. Et post aliquanta. Similes (inquit) fiant eis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vides mortuos esse, & similes simulacris effectos eos qui colunt ea, & qui cōfidunt in eis. Vñ diligēti⁹ intueamur si forte sicut hi qui colūt idola & cōfidunt in eis, similes eis fieri dicuntur: ita & hi qui verum deum colunt, & cōfidunt in eo, similes ei fiāt. Et hoc est fortassis, ꝙ in initiis homo cum propositum fuisset vt ad imaginem & similitudinē dei fieret, ad imaginem quidem factus est, similitudo autem dilata est ob hoc vt pri⁹ cōfideret ī deo, & ita fieret similis ei, & ipse audiret quia similis ei fiet omīs qui confidit in eo. Hęc per excessum quendā sociauimus his quæ de mortis genere disseruimus, vt ma-

nifestius fieret, quibus modis deus viuificat
A mortuos. Sed & qđ in consequentibus dicit, Et vocat q̃ nõ sunt tãq̃ ea quę sunt: quomodo intelligi debeat videam⁹. Frequẽter & in aliis exposuimus, φ deus solus est qui dicit, Ego sum q sum: & vna est illa dei substantia quę semper est: cui si quis se adiunxerit, vnus fit cum eo spiritus: & per illũ qui semper est etiã ipe esse dicitur. Qui vero lõge est ab eo, nec participiũ eius sumit, nec esse quidẽ dicitur; sicut eramus nos gẽtes prius q̃ ad agnitionem veritatis diuinæ veniremus: & ideo dicit deus vocare ea quę nõ sunt, tãq̃ ea quę sunt. Inter eos enim qui sunt, id est q participationẽ habẽt eius q est: Abraham, & Isaac, & Iacob, & cęteri sancti numerãtur. Q₂ si gẽtes credendo in fidem veniũt Abrahæ: cõsequẽter promũciat Apostolus φ deus vocauerit ea quæ nõ sunt tãq̃ ea q̃ sunt. Potest tamẽ etiã illud aduerti, vt i hoc loco erga laudes dei Apostolus latius videat effusus, & initiũ primæ eius creaturæ cum admiratione memorasse, cũ ex nihilo esse fecit vniuersa, & ea quæ non erant, virtute potentiæ suæ tanq̃ q̃ essent & subsisterẽt euocauit: & ita ei in creãdo nihil fuisse difficile, vt cũ nihil existerẽt, & omnia subito vocata ita affuisse tanq̃ quę
B semper extiterint. Q₂ si quis nobis obiiciat illum Apostoli sermonem, quẽ ad Corinthios scribit vel dicit, qa contemptibilia mũdi elegit deus quę nõ sunt, vt ea quę sunt destruãtur, vt nõ glorietur omnis caro corã deo: & dicit secũdũ hanc expositionẽ non cõuenire vt destrui dicãtur quę sunt, cum ea quæ non sunt, vocata sunt: dicemus ad hęc, φ in illo loco alios dixit eos q sunt, & alios in hoc capite in epistola ad Romanos. Declarauit em̃ ad Corinthios φ de his diceret quos supra enumerauerat. Dixit em̃ superi⁹: Videte em̃ vocationẽ vestrã fratres: qa nõ multi sapientes inter vos secũdũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles: sed q̃ stulta sunt mũdi elegit deus vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus vt cõfundat fortia. Sicut ergo stulta mũdi elegisse dicit deum, hoc est gentes, vt confunderet sapientes sine dubio Iudæos: & infirma mundi vt confundat fortia: eodem ordine in hoc loco dicit & de his quæ non sunt, vt ea quę sunt destruat: & nõ esse gentes, esse autem Iudęos ostendit, id est qui in lege erant, sed legem nõ implebant: vt destruerentur, & iudicarẽtur illi q non erãt in lege, & Abrahæ fidei credulitatis merito iungerẽtur. Qđ autem dixit, Vt confundat sapientes: non φ vere sapientes essent, alioqn nunq̃ confunderet deus eos qui secundũ dei sapientiam sapientes sunt: sed illos dicit qui se putãt esse sapiẽtes & nõ sunt, sicut & alibi dicit: Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nõne stultam fecit deus sapientiam huius mũdi? Huius mundi: ergo pœnitiam sensus: sed secũdũ illud quod dictũ est, Qui vult sapiens esse, stultus fiat in hoc mũdo vt sit sapiens apud deũ: qa sapiẽtia huius mundi, stultitia est apud deum.

QVI contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarũ gentiũ, secũdũ φ dictũ est ei: Sic erit semen tuũ sicut stellę cęli, & arena maris: & nõ infirmatus est a fide, nec consyderauit corpus suũ emortuũ, cum fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarræ: in repromissione etiam dei nõ hæsitauit diffidentia: sed confortatus est a fide, dans gloriam deo, & plenissime sciens, qa quæcunq̃ promisit deus potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. ››

C Videtur mihi qđ dixit Apostolus contra spem, aspexisse qđ & in Genesi refert Abram dixisse ad dominũ. Dominator domine quid mihi dabis? Ego autẽ dimittor sine filiis: hic autẽ filius manet vernaculę meæ Damascus Eliezer: & addidit Abram: qm̃ mihi nõ dedisti semen, hic vernaculus meus hæres meus erit. Ex quibus vtriq̃ verbis Abram de filiis suscipiẽdis intelligit desperasse. Qđ vero dixit, In spem credidit: datã rursus ei spem opinor inde collegit vbi scriptũ est: Et vox domini facta est ad eũ dicẽs: Non erit hic hæres tuus: sed q exierit de te, ipe erit hęres tuus. Eduxit autẽ eũ foras & dixit illi: Respice ad cęlũ, & numera stellas si poteris dinumerare eas: & ait ad eũ: Sic erit semen tuũ. Et credidit deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Ex his ergo verbis desperatio prius, & postmodũ data ei spes de ꝓmissionib⁹ declarat. Cui qa credidit, scribitur de eo hoc qđ nũc ꝓponit Apostolus, qa reputatũ est ei ad iustitiã. Merito aũt & more sibi solito, vbi de fide tractat Apostolus, coniũgit & spem: sciẽs fidei spem inseparabiliter cohęrere, sicut & I epistola ad Hebręos idẽ docet dicẽs: Est autẽ fides sperãdarum rerũ substãtia, indiciũ nõ apparentiũ. Et iterum in hac eadẽ ad Romanos epistola in posterioribus dicit: Spe autem salui facti sumus. Spes autem quæ videtur nõ est spes. Qđ em̃ videt qs quid sperat? Si vero qđ non videmus speramus: per patiẽtiã expectamus. Q₂ si spe salui facti sumus, hoc idem est qđ alibi dicit, qa per fidem saluati sumus, & Fides tua te saluã fecit, & Secũdũ fidem tuam

contingat tibi. Quę vtiq; illis dicunt qui cre
dētes in Iesu, spem gesserūt ab eo se posse cu-
rari. Sicut aūt Abrahā cōtra spem in spe cre
didit: ita omnes q per fidē filii sunt Abrahā
contra spem in spe credunt de singulis qbus-
q; q̄ credunt, siue de resurrectione mortuoꝝ
D siue de hæreditate regni celorum. Hæc enim
quantum ad naturam humanā spectat, cōtra
spem vident: quantū autē ad potentiā dei, in
spe credunt: exemplo Abraham credentis q;
quęcunq; promisit deus, potēs est & facere: si
tamen his qui credūt maneat fides, spes, cha
ritas. Et puto q; prima salutis initia, & ipa fū
damenta fides est: Profect⁹ vero & augmēta
ędificii spes est: Perfectio autem & culmen to
tius opis charitas: & ideo maxima oīm dici
tur charitas. Igitur Abraham cōtra spem in
spe credidit, vt pater fieret multarū gentium
quę futurę essent sicut stellę cęli, nō solū mul
titudine, sed & claritate. Cuiq; promitteti fi
deliter credēs, nō (inquit) infirmatus est fide.
Quod dicit, nō infirmat⁹ est fide: ostēdere mi
hi videtur esse quandam infirmitatē in fide.
Q: si est infirmitas, est sine dubio & sanitas: si
cut & in aliis ostēdit, cum dicit: Increpa illos
acriter, vt sani sint in fide. Beat⁹ ergo est qui
nō infirmatur in fide. Si vero qs infirmetur,
curam eius describit apostolus, cū dicit: Infir
manē aūt in fide assumite nō in disceptatio
nibus cogitationū. Nā alius credit manduca
re se omia: q autē infirmus est, holera mādu-
cet. Per qd vtiq; designat verbi holera præbē
da esse ei q infirmat in fide: ne plena fidei do
ctrina cūctantibus in ea & quodāmodo ægro
tantibus ingeratur. Sana aūt fides dicit quæ
pfecta est, & cui nihil deest: & ipa est q̄ credit
māducare omia, id est q̄ capere potest omia:
quam qui habet, spiritalis appellat, & diiudi
cat oia, & in nullo sermone scandalizari pōt.
Vnde euidēter apparet esse augmēta quędā
& profectus in fide, & aliquos habere partē
fidei exiguam, alios magnā, alios vero habe-
re oēm fidē. Vnde & apostolus dicebat: Si ha
beā omnē fidē ita vt montes transferā. Sed &
in euangeliis discipuli dicunt ad dn̄m, quasi
quibus nōdum plena inesset fides: Auge no-
E bis fidem. Cōsidera sane si secundū ea quę de
fide dixim⁹, etiā de charitatis augmētis simi
liter possimus intelligere: ita vt dicam⁹ & de
charitate, sicut ille dixit, Si habeā oēm fidē,
si habeā omnē charitatē: & illū habere omnē
charitatē, qui omnia illa habuerit q̄ propria
charitatis sunt, sicut dicit apostolus: Chari-
tas patiēs est, benigna est, non inflat, nō æmu
latur, nō ambitiosa est, nō perperam agit, nō
irritatur, omia tolerat, omia credit, omia spe
rat, oīa sustinet, & cætera his silia. Quæ si qs A
habeat, recte mihi videt dicereq; habeat o-
mnē charitatem: quæ charitas sine dubio ex
his singulis ab apostolo supra memoratis p-
tibus cōstat. Similiter aūt & de misericordia
& pietate, cæterisq; virtutibus arbitror dici
posse. Et forte per hęc singula, sicut de fide di
ctum est, q; fides reputata est ad iustitiam:
ita & de charitate dici pōt, quia reputata est
ei charitas ad iustitiā, aut pietas, aut miseri
cordia. Sed videamus iam ea quę cōsequun-
tur. Et non (inquit) infirmat⁹ est fide, nec cō F
siderauit suum corpus emortuū, cū fere cen
tum annorū esset, & emortuā vuluam Sarrę.
In repromissiōe etiā dei nō hęsitauit diffidē-
tia, sed cōfortatus est fide. Quantū quidē ad
simplicē pertinet intellectū, euidētem protu-
lit rationem, q; Abrahā cū audiret sibi a deo
sobolē repromitti, non respexit ad emortuas
cētenarii corporis vires, de quo vtiq; nequaq̄
sperari poterat vlla successio: sed potētiam p-
mittentis intuit⁹ nihil difficile esse credidit
in his quę promittebat omnipotēs: sed dedit
(inquit) gloriā deo, intelligēs solius dei esse
mun⁹, vbi humanę fœcūditatis iura cessaue
rāt. Merito igitur dedit gloriā deo, qui natu
rę fuerat desertus auxiliis. Hęc, vt dixi, quan
tū ad simplicē intelligentiā pertinet, sufficiē
ter dicta videbūtur. Si vero quis obiiciat no G
bis, quomodo poterit Abraham in centena-
rio annoꝝ numero posit⁹, emortui corporis
dici: qui posteaq̄ suscepisset Isaac, & defuncta
esset Sarra, quę eum nonagenaria cōceperat,
& vixerat annis cētū vigintiseptē, postea etiā
q̄ annorum quadraginta factus Isaac accepit
Rebeccam, post omia ista scribit: Et apponēs
Abrahā accepit vxorē cui nomē Cethura, &
peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madā, & Ma
diā, & Iesboch, & Sue: quomodo ergo videbi
tur emortui corporis, q multo senior effect⁹
q̄ tūc erat, vxorē acceperit, & septem liberos
potuit pcreare? Quas obiectiones vt decēter
possim⁹ excludere, expositiōes emortui cor-
poris illo trāsferim⁹, vt dicam⁹ Abrahā non
infirmitate ętatis emortuū, sed secūdū illam
virtutē quā sancti in semetipsis primo implē
tes etiā cęteros habere monēt, & dicūt: Mor-
tificare mēbra vestra quæ sunt sup terrā. Nā
& absurdū puto si hoc bonū qd in se Paulus
habuit, neq; eī aliis imperaret qd ipse nō fe
cerat: si īquā hoc bonum qd Paulus habuit,
Abrahā tantū patriarchā, quē etiā suū patrē
dicit apostolus, nō credam⁹ habuisse. Fuit er
go etiā i illo mortificatio ista mēbroꝝ: nō in

citabatur luxuria,nō vtebatur libidine,ficut
illi de quibus Apostolus dixit:Melius est nu
bere q̃ vri.Hoc idē erat & in Sarra, qa defe-
cerūt Sarrę fieri muliebria.Nō eñ erat ī illa
lasciuia muliebris, aut incōtinentiæ dissolu-
tio: neq; in vsum libidinis p̄cipitabātur inui
ri:sed vbi audiūt tātam posteritatis spem, &
sobolis suę gloriā cęlo & sideribus exæquan-
dā, vbi hæc audiūt nō aspiciūt ad ppria bo-
na,ad cōtinētię gratiā,ad membrorū morti-
ficationē: sed hęc oīa quę sibi lucra ducebāt
arbitrātur detrimēta vt Christū lucrifaciāt.
A Sed fortassis errasse me credis,ꝙ cū de poste-
ritate Abraham & seminis eius dicerem, nō
debuerim de Christo dicere. Nō erramꝰ,sed
cū Apostolo loqmur.Ipse eñ hęc de Christo
dicta esse interpretatur cū dicit. Scriptū est:
Tibi dabo terrā hanc & semini tuo.Non di-
xit, & seminibus, tanq̃ in multis, sed semini
tuo,tanq̃ in vno,q est Christus. Vides ergo
quomodo nos Apostolus docet sic dominū
locutum esse ad Abraham , vt in semine eiꝰ
Christū intelligeres debere sentiri: & ob hoc
puto ꝙ adiecerit Apostolus,& dixerit:Dans
gloriā deo. Nō eñ tātā gloriā Abraham po
tuisset offerre de natiuitate Isaac,quātā da-
re potuit gloriā deo: si intellexit Christū de
suo emortuo iam & vitiis defæcato corpore
nasciturū. Sed & tu si mortifices mēbra tua
quę sunt super terrā,si abiecto omni feruore
libidinis emortuū serues & nullis obnoxium
vitiis corpus, potes etiā tu fructꝰ ex eo opti
mos generare:potes generare Isaac,quod est
gaudiū:& hic est primus spiritus fructus:po
test semen tuū,& opera tua ascēdere ad cælū
& effici opa lucis, & stellarū fulgori splēdo-
riq; conferri:vt cū dies resurrectionis affue-
rit,tanq̃ stella differas in claritate.Amplius
adhuc dico:potes si tā purus mēte,tam san-
ctus corpore, tā immaculatus actibꝰ fueris,
etiā ip̄m generare Christū, scd̄m illū q dice-
bat: Filioli mei quos iterum parturio donec
formeť Christus in vobis : & sicut ipse de se
dn̄s dicit:Qui fecerit volūtatē patris mei q ī
cęlis est,ipse meus frater, soror,& mater est.
Quæ ergo erit mater Iesu , nisi cuius vulua
emortua est? vt ita demū parturiat filios ca-
stitatis : sicut & mulier de qua dicit Apl̄us,
Salua aūt erit p filiorꝫ generationē,si pman-
serit in fide & castitate.vnde etiā pro his cō-
uenienter additū puto: Et reputatū est ei ad
iustitiā. Quomodo enim nō ad iustitiā repu
taretur ei,q nō solū in fide, sed & in omnibꝰ
virtutibus perfectionem tenebat?
» NON est aūt scriptū propter ipsum tātū
ꝙ reputatum est ei ad iustitiam,sed & ppter »
nos,qbus reputabitur credentibus in eū qui »
suscitauit Iesum Christū dominū nostrum a »
mortuis: q traditus est ppter delicta nostra, »
& resurrexit propter iustificationem nostrā. »
¶Hoc in loco qd̄ dicit: Nō ppter ip̄m tātū, B
intelligēdum est de ipso: & iterum qd̄ dicit:
Sed & propter nos,hoc est & de nobis.Mani
festum naq; est, qa hoc qd̄ dicitur: Credidit
Abraham deo,& reputatū est illi ad iustitiā:
non propterea Moyses scripsit vt Abraham
legeret,q vtiq; olim fuerat defunctus: sed vt
nos pfectū fidei ex huiusmodi lectiōe parare
mus, intelligētes qa si nos ita credamus deo
vt ille credidit,etiā nobis reputabiť fides ad
iustitiam, credentibus in eum qui suscitauit
Iesum dominū nostrū a mortuis. Vellē sane C
requirere quid est ꝙ in hoc loco Apostolus
deum nominās, q credidit, & cui Abraham
credidit:nō dixit credētibus ī deū excelsum,
vel credētibus in eū q fecit cælū & terrā, vel
in eū q fecit angelos,cæterasq; cęlestis glorię
virtutes,sed ait : Qui suscitauit dn̄m Iesum
a mortuis.Qua ergo de causa ad cōparatio-
nem fidei Abrahę titulus iste resurrectionis
dn̄i assumitur requiramus:Nūquid Abrahā
in eū crediderat q suscitauit dominū Iesum
a mortuis,cū Iesus tūc nondū fuisset resusci
tatus a mortuis? Vellem ergo cōsiderare qd
visum sit Paulo promittenti nobis , qa sicut
Abrahæ reputata est credenti fides ad iusti-
tiam, ita & nobis reputabiť credētibus in eū
qui suscitauit Iesum dominū nostrum a mor
tuis.In quo ego p paruitate sensus mei illud
aduerto,ꝙ multo sit magnificētius in laudi-
bus dei resuscitasse Iesum dominū nostrum
a mortuis,q̃ fecisse cęlū & terrā:creasse ange
los,& cęlestes condidisse virtutes.Illud enim
fuit facere quę nō erāt, hoc aūt reparare qd̄
perierat. Illud fuit nondū deiecta instituere,
hoc aūt deiecta restituere.Illud deniq; iussio
ne,hoc passione perfectū est. Sed huius tanti
tāq; magnifici mysterii ī fide Abrahā forma
& imago p̄cesserat. Ille eñ crediderat cū of-
ferre vnicū iubereť, ꝙ & a mortuis eū susci
tare potēs esset deus: crediderat etiā ꝙ nō il
li tātū Isaac res tūc gereref,sed & semini eiꝰ
q est Christus, plena sacramēti veritas serua
retur.Inde deniq; gaudēs vnicū offerebat,qa
in eo nō interitū posteritatis,sed reparatio-
nē mūdi,& innouationē totius creaturę,q̃ p
resurrectionem dn̄i restituta est , cogitabat:
& idem dicit dn̄s de eo: Quia Abraham pa-
ter vester exultauit vt videret diem meū, &
vidit,& gauisus est.Hic ergo cōpetenter vi-

debitur habita cōparatio fidei Abraham &
eorum qui credūt in eū qui suscitauit domi-
num Iesum: qa qđ ille futurū credidit, a no-
bis creditur factum. Simul & illud ostēditur,
quod hæreticis nō placet, ꝙ deus cui credi-
dit Abraham, & fidem eius dei iustitiā repu
tauit, ipse est qui & dominū Iesum resuscita
uit a mortuis, nec reliquit locus vt ali⁹ de⁹
legis, alius dñi nostri Iesu Christi pater intel
D ligat. Sed adhuc requiramus, cum sint ꝙplu
rima quæ Christus esse dicitur: nā & sapien-
tia, & virt⁹, & iustitia, & verbū, & veritas, &
vita ipse appellatur: cur potissimū de resurre
ctione eius in fide nunc apostolus faciat mē-
tionem. Dicit ī aliis idem apostolus, ꝙ cum
Christo coexcitauit nos de⁹, & simul cū ipso
sedere fecit in cælestibus. Hoc est ergo qđ ad
monet. Si creditis Christū surrexisse a mor-
tuis, credite etiā vosmetipsos cū ipso pariter
surrexisse: & si creditis ꝙ sedet ad dexteram
patris ī cęlis, etiā vosmetipsos credite iā non
in terrenis, sed in cęlestib⁹ collocatos: & si cre
ditis vos Christo commortuos, credite ꝙ &
conuiuetis ei: & si creditis ꝙ Christus mor-
tu⁹ est peccato, & viuit deo, etiā vos mortui
estote peccato, & viuite deo. Et hoc est qđ au
ctoritate apostolica pręstatur, & dicit. Si cō-
surrexistis cum Christo, quę sursum sunt q̄-
rite: vbi Christus est in dextera dei sedēs, quę
sursum sunt sapite, non q̄ super terrā. Quia
q hęc agit, hic se ostēdit credere in eū q susci
tauit Iesum dominum nostrū a mortuis: &
huic vere fides reputat᷑ ad iustitiā. Neq; eñ
possibile est vt habēti in se aliquid iniustitiæ
possit iustitia reputari, etiam si credat in eū,
qui suscitauit dominū Iesum a mortuis. Iniu
stitia nāq; cū iustitia nihil potest habere com
mune: sicut nec lux cū tenebris, nec vita cum
morte. Ita ergo & credētibus qdem Christo,
nec tamē deponentibus veterē hominem cū
actibus suis iniustis, fides reputari nō potest
ad iustitiā. Simili autē modo possumus dice
re, ꝙ sicut iniquo nō potest iustitia reputari,
ita nec impudico pudicitia, nec iniquo æqui
tas, nec auaro liberalitas, nec impio pietas re
putari potest: donec vetusta vitioꝝ indumē-
ta abiiciat, & noui se induat hominē qui se-
cundū deū creatus est, & renouet᷑ in agnitio
E ne dei ad imaginē eius q creauit eū. Propter
ea eñ & in sequētib⁹ adiūgit & dicit de dño
Iesu: Qui tradit⁹ est ppter peccata nostra, &
resurrexit ppter iustificationē nostrā: vt ostē
dat ꝙ ea p quibus Christ⁹ traditus est, etiā
nos abhorrere debeamus, & abiicere. Si enim
propter peccata nostra traditū eū credimus:
quomodo nō alienum nobis & inimicū duci
tur oē peccatum, p quo redemptor noster
tradit⁹ memorat᷑ in mortem? Nā si nobis ali-
qua rursum societas cū peccato, aut amicitia
fiat: ostēdim⁹ ꝙ nihili ducamus mortē Chri
sti Iesu, amplectentes & sequentes ea q̄ ille ex
pugnauit & vicit. Idq; totum simul cōnectēs
apostolus tāq corpus ipsum peccati, indumē
tū veteris hominis appellauit: qđ deponēdū
suadet his qui credunt ei q suscitauit domi-
num Iesum a mortuis, vt abiecto indumēto
iniustitiæ induāt se dominū Iesum, quod est
verum iustitię indumentū: vt merito creden
tibus fides ad iustitiā reputetur. Tradit⁹ est
ergo ppter peccata nostra, & resurrexit pro-
pter iustificationē nostrā. Etenī si surrexim⁹
cū Christo, q̄ ē iustitia, & ī nouitate vitę am
bulam⁹, & secūdū iustitiā viuimus: surrexit
nobis Christ⁹ ad iustificationē nostrā. Si ve-
ro nōdū deposuimus veterē hominē cū acti-
bus suis, sed in iniustitia viuimus: audeo di-
cere ꝙ nōdū resurrexit nobis Christ⁹ ad iusti
ficationē, nec traditus est ppter peccata no-
stra. Si eñ hoc credo: quomō illud amo pro
quo ille ptulit mortē? Si hoc credo, ꝙ ille ad
iustificationē meā surrexit: quomō iniustitia
placet? Iustificat ergo eos Christ⁹ tātummo
do qui nouam vitam exemplo resurrectionis
ipsius susceperūt: & vetusta iniustitię atq; ini-
quitatis indumēta, velut causam mortis abii
ciunt. Sed illud vellē requirere: si p hoc solo
dicit apostolus, qa nō ppter Abrahā scriptū
est, sed propter nos, qđ dixit: Credidit Abra-
ham deo, & reputatū ē illi ad iustitiā: putas
ne ꝙ solus hic sermo ex omnib⁹ quæ dicūt᷑
de Abrahā, nō solū ppter illū sed & propter
nos scriptus est? An & alia aliqua videbūtur
nō solū ppter illū sed & propter nos scripta᷑
An certe oīa q̄ dicūt᷑ de ipso solo, sed & p
nobis dicūt᷑? Et nō solū de Abrahā, sed vide
ne forte hęc eadē etiā de Isaac similiter accipi
enda sint, vt q̄ de ipo scripta sunt, nō ipm so F
lū, sed & nos aspiciāt. Similiter & de Iacob, &
cęteris patriarchis. Nā q̄ ratio videbit᷑ vt de
Abrahā qdē q̄ scripta sūt, etiā ad nos ptinere
dicant᷑: non aūt simili forma etiā de Isaac, &
de Iacob, & de Iuda, vel de Ioseph & cęteris?
Q; si nihil rationis videbitur cur de vno pa
triarcha hoc ita accipi debeat, & non etiā de
cęteris: cōsequēs erit vt de oībus q̄ scripta
sunt, nō solū ppter illos q tūc erāt, sed & pro
pter nos cōscripta videant᷑. In qđ me pcipue
suadet ita sentire ille euāgelii sermo, in quo
dñs & saluator noster ad eos q sibi dixerunt
quia pater noster Abraham est, respondit: Si

semen Abrahę essetis, opera vtiq; Abrahę faceretis. Nūc aūt q̄ritis me occidere, hoīem q veritatē locutus sum vobis, quā audiui a patre meo: Hoc Abrahā non fecit. Per qđ vtiq; ostēdit: ꝙ q faciūt opa Abrahę, isti sunt filii Abrahę: & propter illos scripta sunt, quæ de
A Abrahā scripta sunt. Hic aūt iā sapiētis viri & a deo illuminati est ītueri & pspicere quō vnūqđq; opus qđ de Abrahā scribit, ī semet ipso videat expleri. Verbi gratia, qđ dictū est ad illū: Exi de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo patris tui, & veni ad terrā quā tibi ostēdā: quō & is q de semine Abrahę esse ex opibus vult videri, his debeat obsequi, q̄ vtiq; sunt nō ppter illum tātū scripta, sed & propter eos q credūt ī eū q suscitauit Iesum Christū dn̄m nostrū a mortuis: & cū hęc impleuerit quomodo sperare etiā illud qđ subiūgit debeat, id est: Et faciā te ī gētē magnā, & benedicā te, & magnificabo nomē tuū, & eris benedictus, & benedicā benedicētes te, & maledicā maledicētes te, & benedicētur in te oēs tribus terræ: & iterū cū dicit scriptura: Abiit aūt Abrahā secūdū ea quę locutus est ei dn̄s: quomodo etiā hoc nō solum propter Abraham, sed & ppter nos scriptum videat, vt ambulemus secūdū oīa q̄ locutus est dn̄s. Sed & de Isaac, vel de cęteris q̄ similiter scribunt: quomodo etiā ad nos ptinere videant. Non est autē p̄sentis tēporis oīa nos adducere in mediū, & singula quæq; discutere, quo ordine etiā in nobis q credimus in eū cui credidit Abrahā, quæ de Abraham vel de cęteris sanctis ī scripturis diuinis dicta vel facta sunt, cōpleātur: sed inquātū præsentis operis necessitas patit, aperuim⁹ viā, qua latius q in scripturis exerceri desiderat, possit incedere. Hactenus de ratione fidei eius quæ ad iustitiam reputata est, & diuersarū legū obseruātia, ac prępuții circūcisionisq; diuersitate, disputationis sermo cucurrerit: nūc iā qualiter hi q ex fide, & nō ex operib⁹ iustificati sunt, informentur ab Apostolo, videamus.

CAPVT. V.

» IVSTIficati igit ex fide pacē habemus ad
» deū p dn̄m nostrū Iesum Christū, per quē
» accessum habem⁹ p fidē in gratiā istā in qua
» stamus. & gloriamur in spe glorię filioꝝ dei.
B ¶ Apertissime eñ per hęc quę intellexit quid sit ex fide & nō ex opibus iustificari, ad pacē dei quę superat omnē mētem, in qua & summa pfectionis consistit, inuitat. Sed vt diligētius sensum pspiciamus apostoli, quid sibi velit pacis nomē, & eius pacis quę per dominū nostrū Christū est, perquiramus. Pax dicitur vbi nemo dissidet, nemo discordat: vbi nihil hostile, nihil barbarum geritur. Nos ergo q aliquando fuimus inimici dei, sequētes hostē & tyrānū diabolū: nūc si illius arma proiecimus, & signum Christi & crucis eius vexilla suscepimus: pacēq; vtiq; habem⁹ ad deū, sed per dominū nostrū Iesum Christum, q nos p hostiam sanguinis sui recōciliauit deo: sicut scriptum est: Cū essemus inimici dei recōciliati sumus deo. Si quis ergo habet pacē ad deū, & recōciliatus est per sanguinē Christi: vltra non cogitat ea quæ inimica sunt deo. Vis autē audire quę sunt ista q̄ inimica sunt deo? Paulus ipse te docet, q ait: Sapientia carnis inimica est deo: legi eñ dei non est subiecta. Si ergo carnaliter sapias, vel vitā tuā cupiditatibus carnis exponas, & affluētia deliciarū soluas, aut si de legis intellectu carnaliter & nō spiritaliter sentias, & hęc assertionibus humana arte quęsitis, magis q̄ spiritali gratia & intellectu subtiliore defendas: p sapientiā carnis inimicus efficeris deo. Nec so- C lus hæc Paulus in suis literis scribit: audi & Iacobū fratrē dn̄i similia protestātē, cū dicit. Qui voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei cōstituet. Sed & Ioannes pari spiritu attestatur: Filioli nolite amare ea quę in mūdo sunt, qm̄ omne qđ in mūdo est, cōcupiscētia carnis est, & concupiscētia oculoꝝ, & superbia vitę, quæ nō est ex deo. Igitur in quo hęc sunt, nō potest habere pacem ad deū, sed rursum inimicitias suscitat, illas p q̄bus soluēdis Christus aduenit: sicut & idē Apostolus dicit de Christo. Ipse est eñ pax nostra q fecit vtraq; vnū, & mediū parietē sepis soluēs inimicitias in carne sua, legē mandatorū in decretis euacuās: vt duos cōderet ī semet ipso in vno nouo homine faciens pacē. Qꝫ si Christus aduenit vt inimicitias solueret, pacē faceret, ac dissidētes nos ppter sepē malitię quam peccādo texuimus recōciliaret deo peccati sepe resoluta: qui iterū ad peccata cōuertit sine dubio rursus inimicitias reparat & sepem dissensionis intexit: & per hęc opus Christi soluit, & crucē passionis ei⁹ euacuat. Sed nos iustificati ex fide pacem habeamus ad deum per dominū nostrū Iesum Christū. Habeamus pacem vt vltra nō aduerset caro spiritui, nec legi dei obsistat a lege mēbrorū. Non sit in nobis est & non: sed vnū dicamus omnes, eadem sapiamus: nec intra nosmet ipsos, nec extrinsecus ad inuicem habeatur vlla dissensio: & tūc pacē habemus ad deum per dominū nostrum Iesum Christum. Illud D enim certissime sciēdum est, ꝙ omnis in quo

est malitię vitium, nunq̃ potest habere pacē. Dū eñ semper cogitat quomodo lędat proximum suū, dum semper nocendi artes requirit: nunq̃ mens eius in pace consistit. Q; si requiras a me quomodo iust⁹ potest habere pacem, q impugnatur a diabolo, q tētationum bella sustentat: ego ipsum magis supra oēs cęteros habere dixerim pacem. Vide eñ apostolus q̃ obseruanter scribat. Nō dixit, iustificati igitur ex fide pacem habeamus, & siluit: sed adiūgit, Pacem habeamus ad deum: sciēs ꝙ bellum contra diabolum pacem parrat ad deum: & tunc magis in pacem dei venimus quando aduersum diabolum persistimus cōtra peccata, & quādo aduersum carnis vitia dimicamus. Deniq; & Iacob⁹ apostolus ita dicit. Resistite diabolo, & fugiet a vobis: appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Vides & ipsum ita sensisse, ꝙ tūc appropiet deo quādo resistit̃ diabolo. Pacem habeam⁹ ergo ad deum per dominum nostrum Iesum Christum. & addidit: Per quem & accessum habemus in gratiā istam in qua stamus. Quomodo accessum habemus ad gratiam per dñm nostrum Iesum Christum: ipse saluator dicit.
E Ego sum ostium, & nemo venit ad patrē nisi per me. Per ipsum ergo quia ostium est, accessum habemus ad gratiam. Sed videam⁹ quale est ostium, vt sciamus quales esse debeāt q intrent per ipsum, & accessum habeāt ad gratiam. Istud ostium veritas est: & per ostium veritatis non possunt introire mendaces. Et rursum istud ostium iustitia est, & per ostiū iustitię non ingrediuntur iniusti. Istud ostiū dicit: Discite a me qa mitis sum, & humilis corde. Per ostiū ergo humilitatis & mãsuetudinis, nec iracundus ingreditur, nec superbus. Si quis itaq; est qui secūdū apostoli verbum, per dominum nostrum Iesum Christū accessum vult habere in gratiam dñi, in qua Paulus & si qui sunt similes ei, stare se dicit: oportet eum ab his omnibus quę supra memorauimus esse purgatum. Alioquin nō patietur hoc ostium introire eos p se, q ea quæ a se aliena sunt gerunt: sed continuo claudit̃ & transire per se non sinit dissimiles sibi. Hoc nimirum est quod & illis quinq; insipientib⁹ virginibus accidit: quæ qm̄ oleum bonorum operum in vasculis suis non collegerant, venientes post moras, clausum ostium inuenerunt. Nec enim poterant insipientes animę p ostium introire sapientię, & accessum habere in gratiam istam. Bene autē apostolus Paulus i gratia stare se dicit, q & alibi dixit: Abūdantius aūt q̃ omnes illi laboraui: non autē ego, sed gratia dei mecū. Vnde si quis est ali⁹ qui laboret abundantius, & qui glorietur in infirmitatibus, qui in periculis sępe versetur, periculis maris, periculis latronum, periculis in falsis fratribus, & in his omnib⁹ stet semp in fide: iste similiter stare dicit̃ in gratia. Sed F
& quod sequit̃, Et gloriamur ĩ spe glorię dei: quale sit videam⁹. Mouet me cur non dixerit gloriari se in gloria dei, sed in spe glorię dei: in quo deesse qdē aliquid elocutiōis videtur ita vt subaudiri debeat, in spe vidēdę gloriæ dei. Edocet aūt nos per hęc, sicut & alibi ipse dicit, ꝙ quę sperantur æterna sunt, quæ autem videntur temporalia. Nam vidisse dicitur & Moyses gloriā dei, vidisse dicit̃ & populus in cōsecratione domus domini gloriā dei Israel. Sed de huiusmodi gloria quę videri potuit, ausus est Paulus q erat mysteriorū dei gnarus pronūciare, ꝙ illa gloria destruerur quę etiam ĩ vultu Moysi videbatur: hæc aūt gloria quæ speratur, de qua dicit, In spe glorię dei, nunq̃ destruetur. Est enim talis de qua idem apostolus dicit loquēs de Christo Qui est (inquit) splendor glorię, & figura expressa substantiæ eius. Huius ergo gloriæ vidēdę spem gerunt hi de quibus dictum est, Beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbunt: tunc cum iam aufugerit dolor, & tristitia & gemitus, & cū ea quę in speculo nunc videntur & ænigmate, destruētur, & manebūt illa quę sunt facie ad faciem. Q; sicui forte vide G
bitur huic expositioni nostræ illud econtrario obiici posse, qđ ipse ap̃lus dicit: Nos autē reuelata facie gloriam domini speculantes eadē imagine reformemur a gloria in gloriā tanq̃ a dñi spū: & dicit: quomō adhuc spem gloriæ gerit, qui reuelata iam facie speculari se dicit gloriā dñi, & a gloria in gloriā reformari? vide si possumus hoc modo soluere qđ obiectū est. Differētias mihi videtur apostolus ostendere gloriarū, & aliam fuisse gloriā quæ Moysi ministerio reuelata est, de qua iā in superiorib⁹ dixim⁹: aliam fuisse quæ in aduētu carnali saluatoris ministrata est, de qua dicit & Ioānes in euangelio: Et vidimus gloriam eius, gloriā tanq̃ vnigeniti a patre, plenū gratię & veritatis. De qua gloria nō possum⁹ dicere ꝙ ipa sit q̃ sperat̃. Illa vero gloria quæ sperāda est, de qua iam in pręsenti loco dicit apostolus, Gloriari in spe glorię dei, pōt ipsa intelligi de qua saluator dicit ĩ euāgelio: Cū venerit filius hoīs in gloriā patris & sanctorū angeloꝝ. Q; autē dixit, Patris & sanctorū angelorū, non ꝙ dei patris & angelorū vnā esse gloriā dicat: sed hoc mihi vide

tur ostendere, q̃ istę glorię quę vel per Moysen prioribus, vel nobis per aduẽtum carnis Christi delatę sunt, nõ fuerunt angelorũ, sed hominũ: hominibus enĩ ministratæ sunt, & fuerunt eius mẽsuræ quam capere homines possent. Illa vero in qua filius hoĩs ad iudiciũ mũdi vẽturus est gloria patris, tãta erit quę a solis angelis capi possit. Si vero etiam sanctorũ aliqui capaces illi⁹ glorię extiterint: illi nimirũ erũt de q̃bus dicitur q̃a erũt sicut angeli dei. Et hoc modo recte de futura gloria q̃ sperãda est, dictũ videť q̃ fili⁹ hominis veniet in gloria patris & sanctorũ angelorũ, id est quã nõ iam homines terreni, sed sancti
A angeli capere mereanť. Pro capacitate eteñi mentium deus etiã dispensat magnitudines gloriarũ. Sed sicut istam gloriã quã vidisse se Apostoli in euangeliis dicunt, gloriam tanq̃ vnigeniti a patre, plenũ gratiæ & veritatis: nec credere q̃s nec capere potuit, nisi ex illa gloria q̃ p Moysen in lege ministrata est, viã renuisset intelligẽtię: sicut cõtestať ille q̃ dicebat ad Nathanahel: Quẽ scripsit Moyses & prophetæ inuenimus Iesum a Nazareth: in quo vtiq; ostendit, q̃ ex lege & p̃phetis illuminati huius gloriæ q̃ erat tanq̃ vnigeniti a patre lumen aspexerint: Ita & q̃d Apostolus dixit, q̃ reuelata facie gloriã dñi speculantes eadẽ imagine transformamur a gloria in gloriam tãq̃ a domini spiritu: intelligi debet q̃ & qui istam gloriã vnigeniti reuelata facie, hoc est plena fidei intelligẽtia cõtempletur, eadem imagine qua de lege venit ad euangelia, & ad carnalem Saluatoris aduẽtũ, illuminato p̃ fidẽ cordis intuitu, in secũdũ nihilominus glorię aduentũ aciem mẽtis intẽdat, & a gloria pręsenti ad futuram quę speratur gloriam transformetur. Vnde arbitror nec posse quẽpiã, nec mereri futuræ illius gloriæ fieri capacem, nisi iam hinc vsum & meditationẽ quãdã eius accipiat, secũdũ q̃ Apostolus dicit in speculo & in ænigmate cõtuẽdo: vt ex hac imagine meditationis assiduę, quã in carne positus de diuina gloria gerit, paratior ad capacitatẽ verę illius gloriæ p̃ virtutem sancti spiritus transferatur.

» NON solũ autẽ, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes q̃a tribulatio patientiam operať: patiẽtia vero p̃bationẽ: probatio aũt spem. Spes autẽ nõ confundit, q̃a charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis.

B ¶Primus statim sermo capituli huius ambiguitatis aliquid continet: non enim habet in consequentibus aliquid ad q̃d referri debeat q̃d dixit: Non solũ autẽ. Vnde vide si possumus hoc modo ambiguitatem elocutionis absoluere. Q̃m in superioribus multa nobis per dominũ nostrum Iesum Christum præstita esse perdocuit, vt cum dicit iustificatos nos esse ex fide per dominũ nostrum Iesum Christũ, & p̃ ipsum accessum habere in gratiã istã: per ipsum etiã gloriari in spe gloriæ dei, ad hæc omnia quæ dicta sunt, referri debere puto: Non solum autẽ hęc: Non solum autẽ quę supra dixi, sed & hoc q̃ gloriamur in tribulationibus nostris, p̃ dominũ nostrũ Iesum Christũ habemus. Cęteris enim in tribulatione tristantibus, nos gratię ipsius virtute roborati in tribulationibus gloriamur. Didicimus nãq; nouam ex eruditione ipsius disciplinam, vt per tribulationes bonũ patiẽtiæ capiamus: habentes vero patientię bonũ probabiles iudicemur: & per patientiam multarum tribulationum probati, spem futurę a deo remunerationis habeamus. Quæ spes q̃a certa & vera est, non confundit sperantes. Fidem nãq; & spem cõsequiť charitas dei, quæ est omniũ maxima, & non solum replet mẽtẽ nostrã, sed & abundat, ac diffunditur in cordibus nostris, pro eo q̃ non humana a nobis arte quęritur: sed per gratiam sancti spiritus inundatur. Hęc secũdum sermonis ipsius vel C
literę consequentiã ad apertionem apostolici eloquii explanata sint. Nunc iam quid interior sensus contineat, requiramus. Et primo videamus de gloriatione quid dixit: Gloriã in tribulationibus nostris. Sermo etiã gloriationis interdũ laudabiliter in scripturis, interdũ culpabiliter ponitur. Etenim cũ dicit Hieremias, Hęc dicit dominus: Non glorieť sapiens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua, neq; glorieť diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & cognoscere me quia ego sum dominus qui statuo misericordiam, & iudicium, & iustitiam super terram: in vno eodẽq; capitulo gloriationem & laudabiliter, & culpabiliter posuit. Nam si quis (inquit) gloriatur vel in sapiẽtia sua, vel in fortitudine, vel ĩ diuitiis: culpabiliter gloriatur. Si quis vero in agnoscendo dominũ gloriať, & in intellectu iudiciorum eius, & misericordiæ, & iustitię: laudabiliter gloriatur. Cum ergo sermo iste ad vtrũq; respiciat: requirendum nobis est in q̃bus recta gloriatio, & in quibus minus recta gloriatio fit. Q̃d ita demũ poterimus agnoscere, si naturas rerum competenti distinctione teneamus. Quod autem dicimus tale est: D
Omnia quę sunt vel agũtur, aut bona sunt,

aut mala, aut indifferentia. De qbus q̃uis la-
tior haberi debeat disputatio: tamẽ quãtũ ad
præsentẽ locũ sufficit proferemus. Bona illa
certũ est ꝓprie dici quę ad virtutes animi ꝑ-
tinẽt: & mala ea sola definiri quæ ad malitiã
spectãt, & contra legẽ dei agũtur: cętera vero
indifferẽtia esse, id est neq; bona, nec q̃ ad vir
tutem animi ꝑtinẽt, neq; mala nominãda: vt
sunt diuitiæ, species corporis, & fortitudo,
vel ꝑceritas, atq; ea q̃ corporis vsibus serui-
unt. Si qs igit̃ distinctionẽ diuersitatis huius
ignorat, & gloriat̃ in his q̃ non sunt vere bo
na, nec ad virtutẽ animi ꝑtinent: culpabiliter
gloriat̃. Paulus vero q ĩ his erat ꝑitissimꝰ,
cũ dixisset, q̃a gloriamur in tribulatiõibꝰ no
stris: ne forte putaret̃ in rebꝰ indifferẽtibꝰ &
mediis gloriari, reddit cõtinuo rationem, &
ostẽdit ꝙ gloriatio sua, quã ĩ tribulationibꝰ
habet, ad virtutes animi ꝑtineat. Dicit enim:
quia tribulatio ꝑ qua glorior patientiã ope-
ratur, patiẽtia vero ꝓbationem, ꝓbatio vero
spem, spes vero non cõfundit, q̃a charitas dei
diffusa est in cordibus nostris ꝑ spiritum san
ctum. Et in his edocet, ꝙ ꝑ succedẽtes sibi vir
tutes gloriatio tribulationum vsq; ad sancti
spiritus cultũ ascẽdat. sicut & alibi dicit. Qui
gloriat̃ in dño glorietur. Neq; ergo in sapiẽtia
ꝓpria, neq; in fortitudine, neq; in diuitiis: sed
E in solo deo conuenit gloriari. Sed fortasse di
ces: Nunqd nõ sapiẽtia ad virtutes animi spe
ctat? & cur culpabile dicit̃ in sapiẽtia glori
ri? Vide ergo q̃ astutus est scripturę sermo, q
impolitus videt̃, & agrestis. Nõ dixit, nõ glo
riet̃ sapiẽs in sapiẽtia, & siluit: sed ait, nõ glo-
riet̃ sapiens in sapiẽtia sua. Qui em̃ in sua, &
nõ in dei sapiẽtia gloriat̃, culpabiliter glori
tur: q̃a vt alibi dicit ꝓpheta, Vę his q sapiẽ-
tes sunt apud semetipsos, & in cõspectu suo
eruditi. Dei ergo sapiẽtia ẽ deũ cognoscere,
& intelligere misericordiã eiꝰ, & iudicium, &
iustitiã quã fecit sup terram: ĩ quo q gloriat̃
in dño gloriat̃. Humana vero sapiẽtia nõ po
test scire & intelligere dominũ, neq; agnosce
re iudicia, & misericordiã, & iustitiã eiꝰ quã
fecit super terrã: & ideo indifferens est, & me
dia. Potest em̃ fieri, vt ex hac hũana sapiẽtia
eruditus qs ad intelligẽtiã diuinę sapiẽtię pa
ratior veniat: & in hac exercitatus ad illã ca
F pacior fiat. Simili modo qui vtitur cæteris q̃
media esse diximus, fortitudine dũtaxat, vel
diuitiis: quæ dum media sunt, hoc est dũ nõ
in opere dei qs fortis est, neq; ĩ misericordiis
pauperum diues, gloriari neq; in fortitudine
neq; in diuitiis debet. Si vero ista quæ media
sunt, ad animi virtutẽ, & ad fructũ boni ope-
ris conuertantur, gloriatione digna efficiun
tur: sicut rursum si ad malum opus cõferant̃
vt ꝑ diuitias quis opprimat pauperem, & per
fortitudinẽ prosternat infirmũ, iam non hæc
media, sed mala eẽ putant̃. Idcirco igitur na-
tura sui indifferẽtia & media dicunt̃, quia &
ad malum opus sociata mala dici possunt, &
bonis operibꝰ iũcta, bona appellari. Sine hac
vero inclinatione ad alterũ e duobꝰ, q ea bo
na dicũt, imperiti & ignari rationabilium de
finitionum appellationumq; credendi sunt.
Abusiue tamen & fabrum dicimus sapiẽtẽ, &
gubernatorẽ, & architectũ: & mulierẽ texẽdi
sapientẽ nominamus. Quod ergo in pręsenti G
capitulo apostolus dicit, q̃a tribulatio patiẽ-
tiam operatur: si patientiã vnã esse ex animi
virtutibus constat, tribulatio sine dubio quę
virtutes animi parit, neq; mala, neq; indiffe-
rens, sed bona appellãda est. Interim aũt sicut
supra diximus, patientia virtus animi dicen
da est, vt ꝑ patientiã dicat probationẽ nostri
fieri, & per ꝓbationem spem dari: quæ vtiq;
q̃m in deo sita est, qui virtutum omnium pa
ter est, nõ cõfundit sperantẽ. Simul em̃ cum
spe & charitatis abundantiam tenet: quę pri
mo loco q̃a maior omniũ ẽ charitas, spiritui
copulat̃. Q; si qs nobis occurrat, & dicat me
dium esse & indifferens tribulationem, quo-
niam qdẽ inuenimus etiam malos & impios
tribulari: & nõ cõtinuo quia tribulãtur pro
malis actibus suis, virtꝰ animi tribulatio eo-
rum reputanda est: vide si possumus hoc mo
do respõdere, ꝙ tribulatio qdem proprie san
ctorum est, impiorũ autẽ & iniustoꝝ tribula
tio flagella appellant̃. Deniq; in psalmo sic di
cit, Multę tribulationes iustorũ. De istis aũt
ait, Multa flagella peccatorũ. Et fortassis pro
pterea tribulatio & angustia ad sanctos ꝑti-
nẽt q̃a ipsi sunt q arctã viã & angustam ince
dunt, & ꝓpterea tribulati dicunt̃. Quod etiã
in ipso domino q vera est via quã sancti ince
dũt intellexisse apostolos arbitror cũ ad eum
dicerent: Turbę te cõprimũt, & coarctãt ma
gister. Tribulationes ergo iustorũ, nõ solum H
eas debemus accipere quæ extrinsecus veni-
unt ex istis rebꝰ quas indifferẽtes vel medias
supra diximꝰ, id est vel damnis, vel languori
bꝰ, vel ex quolibet corporis cruciatu, sed &
in eo ꝙ etiam in requie positi semetipsos af-
fligunt, & atterũt resistẽdo volũtatibus suis,
refręnando libidinem, coercendo licẽtiam, &
om̃ia quę ad bonũ cõtinẽtię nõ ꝑtinent ꝓfli-
gando, secũdum hũc ipsum qui dixit. Mace-
ro corpus meũ, & seruituti subiicio, ne forte
cum aliis prędicauero, ipse reprobus efficiar.

Et hoc modo iustorũ tribulatio nõ potest in differetes dici,sed aperte bona:p quã bona virtutis implent.Iniusti vero etiã si tribulentur, qđ magis a scriptura flagella diximꝰ appellari,qm̃ nihil in his ipsis flagellis & correptionibus secũdum virtutẽ animi gerũt,nihil ad patientiã ducũt,nec probationẽ p patientiam sperãt:idcirco ĩ illis nõ tribulatio quæ ad hęc bona puenit,sed flagella vt scriptura voluit, nominãda sunt.etiã si abusiue aliquãdo & sup iniustos dici tribulatiõis nomẽ inuenias.

A Vt autem scias ꝙ iustorũ tribulatio non angustat animi virtutẽ,sed potius dilatat:audi & ipse Paulus Corinthiis scribẽs quomõ ista distinguat: dicit em̃ ita. In omĩbꝰ tribulationẽ patimur,sed non angustiamur:deiicimur, sed non perimus. Vides ꝙ se tribulationẽ pati non in vno,sed in omnibus dicit:hoc est & in his quæ forinsecus accidunt,& ab aliis inferuntur,& in his quę ipse intra semetipsum pro corporis cõtinentia,& optimarũ institutionũ laboribus perfert:& propterea dicit, ꝙ in oĩbus tribulationẽ patimur, sed nõ angustiamur. Neq̃ em̃ angustiari potest qui virtutibus dilatatur.Et vt adhuc qđ dicimus hoc modo clarius fiat,ipse Paulus scribit in cõsequẽtibus:Scio humiliari,scio & abundare,& in omnibꝰ,& ad oĩa imbutus sum, & saturari, & esurire,& abundare,& pœnuriam pati. Igitur si verũ illud qđ superius dixit,In omĩbus tribulationẽ patimur: certum est hoc ab eo iudicari,ꝙ & cum pœnuriã patitur,tribulat:& cũ abundat,nihilominus tribulat.Tribulatur autẽ in pœnuria, quia deest:in abundãtia vero, quia semetipsum refrenat, ne per abundantiã resoluat,vel ne minus cõpetenter ea quæ videtur abundare dispenset. Sic & cũ esurit,& cũ saturat,& cũ persecutiones patitur,& cũ in requie degit.Atq̃ hoc modo qui in his omnibus tribulat,recte in tribulationibus suis gloriatur: ex qbus sine dubio nascit patientia,quæ probabilis effecta pariat spem: quæ cũ charitati coniũcta sit, spiritui sancto cõsocietur.Qđ aũt dixit,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris:diligentius considerandum est in quorum cordibus dei charitas

B diffundatur.Ego puto ꝙ in illoꝶ qui iam nõ habẽt spiritũ seruitutis iterum in timore,sed illorũ, in quibꝰ perfecta charitas foras mittit timorem:& quibus spiritꝰ adoptionis datur, qui clamet in cordibus eorũ abba pater.Non est ergo cuiuscũq̃ hominis nisi perfecti,& talis qualis erat Paulus: in cuius corde diffundatur charitas dei per spiritum sanctum.Sed & illud mihi considerandum videtur,vtrum ne hic charitatem illam dicat qua nos diligimus deum,an illã qua diligimur a deo, diffusam esse per spiritũ sanctũ in cordibꝰ nostris. Et si quidẽ illa charitas qua deũ diligimꝰ intelligatur, sermo iste assertione non indiget: Si vero quia dixit effusam esse dei charitatẽ in cordibus nostris,ista potius intelligẽda sit qua diligimur a deo:certum est ꝙ velut summũ & maximũ donũ sancti spiritus charitatem ponat. ꝙ velut munere prius suscepto a deo,per hoc ipsum diligere possimꝰ deum,ꝙ diligimur a Deo. Nam & ipse Paulus nominat spiritũ charitatis, & deus charitas dicit, & Christus filius charitatis appellat. Qꝫ si & spiritꝰ charitatis, & filius charitatis, & deus charitatis inuenit: certũ est ꝙ ex vno paterneę deitatis fonte,& filius intelligendus est,& spiritus sanctus:ex cuius abundãtia etiã sanctorũ cordibus ad participationẽ capiendam diuinæ naturæ, sicut Petrus Apostolus edocuit,abundãtia charitatis infunditur:vt per istud sancti spiritus donũ compleatur ille sermo, quẽ dominus dixit:Sicut tu pater in me & ego in te,vt & isti in nobis vnum sint:diuinæ scilicet naturæ participes effecti,in abundãtia charitatis per spiritũ sanctũ ministratę.

VT quid em̃ Christus cum adhuc essemus ,,
infirmi secundum tempus, pro impiis mor ,,
tuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. ,,
Nam pro bono forsitan quis audeat mori? ,,

C ¶Plenius volens virtutes charitatis ostendere quã infusam in cordibus nostris dixerat p spiritum sanctum:quibus hoc causis intelligere debemus,exposuit. Edocemur nos ꝙ Christus non pro piis,sed pro impiis mortuus est. Impii nãq̃ eramus anteq̃ conuerteremur ad deũ:& Christus vtiq̃ mortem pro nobis anteq̃ crederemus,excepit : quod proculdubio non fecisset, nisi nimiam erga nos habuisset, & abundantissimam charitatem, vel ipse dñs noster Iesus Christus moriendo pro impiis, vel deus pater vnigenitum suum pro impiorũ redẽptione trahendo.Cum em̃ vix aliquis pro iusto moriat, & dubitet vnusquisq̃ mortem subire etiã si mortis iusta sit causa: quãtus est hic, & charitas eius erga nos quanta pensanda est,qui secundum illud tempus quo passus est pro impiis & iniustis,mortẽ perpeti nõ refugit? In quo vtiq̃ summę illius diuinę bonitatis indiciũ est. Nisi.n.esset hic ex illa veniens substantia, & illius patris filius,de quo dictum est,ꝙ nemo bonus nisi vnus deus pater: tantam vtiq̃ erga nos bonitatem non potuisset ostendere. Vnde qa ex hoc tantę bonitatis indicio ipsę esse hic agnoscitur bo

nus, pro hoc bono forsitan quis & audeat mori. Cum em̃ cognouerit vnusquisq; tãtã erga se bonitatem Christi, charitatẽq; eius habuerit in corde diffusam: non solũ mori pro hoc bono, sed & audacter mori desiderabit. Qđ rebus ipsis & operibus sæpe videmus impleri, cum hi in quorũ cordibus abundãter diffusa est charitas Christi, sponte etiam & cum omni audacitate semetipsos persecutorib⁹ offerunt: & nomen Christi audiente mũdo coram angelis & hominibus confitẽtur: vt non solũ iniuriã pati pro nomine eius, sed & mortem pro hoc bono subire audeant: q̃uis pro
D iusto quis perferť! Est em̃ amor vitę huius tãtus, vt etiã cũ iusta causa mortis aduenerit, vix vnusquisq; mortẽ patiẽter accipiat. Iusta aũt causa mortis videť cũ naturæ legi defertur: & q̃uis iustũ sit conditioni mortalitatis vix tñ amplectiť animus naturę legibus cedere. Vix ergo pro iusto quis moriť. Nã pro bono audet quis mori, & audacter occũbit, præcipue si intellexit, q̃ cũ adhuc secundũ tempus impii essem⁹ & infirmi, ipse prior pro nobis mortuus est: & quomodo nõ qui hæc sibi ab illo præstita prius esse cognoscit, mortem quã ille malis impẽdit, hoc bono reddet! Arguiť autẽ illorũ error, q hũc locũ interpretãdũ putarũt, vt qđ dixit, Vix em̃ pro iusto qs moriť, de deo legis quẽ iustũ nõ etiã bonũ dicũt, itelligi debere cõfirmẽt: bonũ aũt Christũ tanq̃ boni patris filiũ asseuerẽt. Sed quid agẽt! qa inuenimus & in lege martyres multos: legãt Machabæorũ libros, vbi cũ om̃i instantia beata mater cũ septẽ filiis martyrium suscepit: quiq; nõ solũ martyriũ patienter excipiũt, verũ & cõtumelias ingerunt in tyrannũ: & videant si verũ est quod dicunt: q̃ vix pro iusto quis moriť. Videant tres pueros in camino ignis ardẽtis cũ omni fiducia pro fidei libertate coniectos: & dicant q̃ vix pro iusto quis moritur. Sola ergo mors est pro deo quę cũ omni audacia suscipiť: oĩs autem reliqua mors vix tolerať, vix subiť, etiam si iusta sit, & humanę conditionis legi condescendat.

,, COMmẽdat aũt charitatẽ suã deus in no-
,, bis, quoniã si dum adhuc peccatores essemus
,, Christus pro nobis secũdum tẽpus mortuus
,, est: multo magis nunc ergo iustificati in san-
,, guine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.

E Cum dixisset in superioribus, q̃ Christus secundum tempus adhuc pro impiis mortuus est: nunc ostendere ex hoc vult dei charitatis erga hoiem magnitudinem. Quia si erga impios & peccatores tanta extitit, vt pro salute horũ vnicũ filiũ daret: quãto magis erga cõuersos, & emẽdatos, & vt ipse ait, suo sanguine redẽptos largior & diffusior erit! Nõ puto sane q̃ ociosa sit apud Paulũ varietas ista verborum, q̃ aliquãdo infirmos, aliquando impios, aliquando peccatores nominat, pro quibus Christũ mortuũ dicit: & q̃uis imperitum se fateatur in sermone: non tamen arbitror q̃ in his ille p̃ imperitiã, sed potius profundam scientiam variauerit. Per hæc namq; nomina om̃e peccati colligiť genus. Aut em̃ ignorans deũ quis, & volens seruare mãdatũ vincitur fragilitate carnis, & illecebris præsentis vitæ decipitur, & infirmus appellatur: aut sciẽs volensq; contẽnit mandatũ, & odit disciplinã dei, ac proiicit sermones eius post se, & peccator nominať. Atq; ita Paulus qui se imperitũ (vt ita diximus) sermone profitetur, in tribus his diuersitatibus vniuersa pro quibus Christus prędicatur, & mortuus esse cõmemoratur, complexus est. Qꝫ si interdum etiam ii qui sub lege sunt, & deum colere videntur, impii in scripturis diuinis nominanť: idcirco q̃ relinquẽtes deũ patrum suorũ, deos gentiũ colunt. Qꝫ vero Paulus se cum peccatorib⁹ numerat, qui in aliis dicit: Nos natura Iudæi & nõ ex gẽtibus peccatores: humilitatis eius est virtus. Imitatur em̃ illum qui cũ peccatum non fecisset, peccatum pro nobis factus est: & cum deus esset, inter homines conuersatus est. Commendat ergo suam charitatem deus in nobis. Hic cõmendat vel confirmat intelligitur, vel amabilẽ facit pro beneficiis præstitis. Qꝫ em̃ Christus cũ adhuc peccatores essemus pro nobis mortuus est, spem nobis dat q̃ multo magis nos a peccato purgatos & iustificatos ab ira quæ imminet peccatorib⁹ saluabit p̃ ipsum: & q alienos & inimicos ita dilexit, vt pro nobis ad mortem daret vnicũ suum, multo magis suis effectis, & reconciliatis sibi, æternam salutem donabit. F
Quomodo aũt Christus pro nobis mortuus sit, & quomodo cũ sit agnus dei, tulerit peccatum mũdi, & infirmitates nostras portauerit, & pro nobis doluerit: sæpe a nobis dicta sunt in aliis locis, vbi adhibuim⁹ & ea quę in secularibus historiis feruntur, q̃ etiam apud ipsos nõnulli pestilentias, vel turbines, aliaq; his similia perhibẽtur morti se obiiciendo repulisse, & patriã vel gentẽ suã imminẽtis cladis excidio liberasse. Quę quidem q̃ vere scripta sint, vel quid rationis habeant, si vera sunt, dei est nosse solius: Nullus tamen ipsorũ de quibus ista narrantur, ne ficto quidem sermone totius mundi peccata absoluisse perhibeť, nisi Iesus solus: qui cum esset in forma

dei, non rapinam arbitratus est esse se æqua-
lem deo, sed semetipsum exinaniuit, & secun-
dũ volũtatem patris forma serui suscepta, ob
tulit victimam pro vniuerso mundo, tradens
sanguinem suũ principi huius mundi, secun-
dũ sapientiam quam nemo principum huius
mũdi cognouit. Si enim cognouissent, nunq̃
dominũ maiestatis crucifixissent: nec sanguis
ille quẽ sitierant, nõ tam sitim q̃ vires eorum
extingueret, regnũq; destrueret: nec accide-
ret eis illud quod dominus in Euãgelio dicit:
Ecce nũc princeps huius mũdi iudicatus est.
Et illud. Ecce videbam Satanam sicut fulgur
cadẽtem de cælo. Multo ergo (inquit) magis
iustificati nunc in sanguine eius, salui erimus
ab ira per ipsum. In superioribus quidem dixe
rat: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus
ad deum: & nũc dicit, Multo magis nunc iu-
stificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira
per ipsum. Ex quo ostendit, q; neq; fides no-
stra sine sanguine Christi, neq; sanguis Chri-
sti nos sine fide nostra iustificat. Ex vtroq; ta
men multo magis sanguis Christi q̃ fides no
stra iustificat. Et ideo mihi videtur cũ in su-
perioribus simpliciter dixerit iustificari ex fi-
de, hic addidisse multo magis ergo nũc iusti-
ficati in sanguine ei⁹: vt doceret, q; ab ira ven
tura etiam si fides nostra nos saluet, etiam si
opera iustitię, super hæc tamen oĩa multo ma
gis sanguis Christi saluos nos faciet ab ira
A ventura. Ira vero dei quomodo intelligi de-
beat, in secũdi a nobis psalmi expositione ple-
nius dictũ est: & quomodo possit impleri qđ
scriptũ est, vt salui efficiamur fugiẽtes ab ira
vẽtura: & iram quidẽ fugiẽtes, ita vt non nos
cõprehendat, sectãtes vero iustitiam, pietatẽ,
fidẽ, charitatẽ, patientiã, mansuetudinẽ, & cæ
tera his similia. Ista itaq; est, cui tradit̃ vnus-
quisq; pro mensura & merito peccatorũ, Deo
tamen secũdum q; scriptum est in septuagesi
moseptimo Psalmo, non accẽdente oẽm iram
suam. Quis eñ sufferre posset si omnem ad-
uersum peccatores accenderet dominus: cum
terribile sit illud quod in cantico Moysi pro-
nunciatur, vbi dicit, Quia ignis accensus est
ex furore meo, ardebit vsq; ad infernum infe-
riorem, Comedet terram, & nascẽtia eius, cõ
flagrabit fundamẽta montium? Intuere ergo
q; ignis iste qui de ira vel de furore domini
accenditur, terram & infernum inferiorem
comedit, & opera terrena cõsumit: cõflagrat
etiam non excelsa montium, sed fundamen-
ta, id est non sublimes animas, neq; cælestes
sensus, sed humi atq; in terram deiectos, vel
etiam in profundum terrę vt sunt montium
fundamẽta demersos. Paululũ ergo etiam de
terra oportuit disseri, vt apertius nosceretur,
a quibus nos malis Christi sanguis eripuit.

SI eñ cum inimici essemus, reconciliati su- ››
mus deo per mortem filii eius: multo magis ››
reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non ››
solum autem, sed & gloriamur in deo per do ››
minum nostrum Iesum Christum, per quem ››
nunc reconciliationem accepimus. ››

¶Quod dicit, Cum inimici essemus, reconci- B
liati sumus Deo: euidenter ostendit nos esse
aliquam substantiam, quæ secundũ definitio-
nem Marcionis, vel Valentini naturaliter ini
mica sit deo: alioquin si quod inimicum est,
naturæ esset, & non voluntatis, recõciliatio-
nem vtiq; non haberet. Vbi autem ex inimi-
co quis amicus efficitur, certum est q; dũ ea
opera agit quæ non amat deus, inimicus est
dei: & vnusquisq; tam grauis efficitur, & tam
odibilis inimicus, quantum multiplicauerit
opera inimicitiis digna. Sunt ergo mensuræ
& gradus quidam in his peccatorũ qualita-
te vel quãtitate distincti, q inimici sunt deo.
Vnde & ille qui supra omnes peccauit, a Pau
lo vltimus inimicus destruendus esse memo-
ratur. Versa autem vice & ordine etiam eos
qui reconciliati sunt per mortẽ filii eius, ini-
micos haberi certũ est: & esse aliquẽ ita ami-
cũ, sicut Moyses amicus dei appellatus est: es-
se quoq; alios de qbus dicit Saluator, Iam nõ
dicam vos seruos, sed amicos. Credo autẽ es-
se adhuc magis familiares aliquos in cælesti-
bus amicos apud deũ, vel illos qui semper vi
dẽt faciem dei, vel eos q semper adstant in cõ
spectu altissimi: vt sicut supra diximus esse
quendã nouissimũ inimicũ, ita & ibi pro vir-
tutũ meritis habeantur aliqui summi amici.
Cum ergo ita hęc sint, nescio si is q adhuc in
his operibus quæ odit deus, & pro qbus ini-
micitiæ sunt inter deũ & homines: recõcilia-
tus deo per sanguinẽ Christi merito dicatur.
Quomodo eñ reconciliatus est, qui causam
inimici secũ gerit? Paulus ergo merito de se,
& sibi similibus dicit, qa cum inimici essem⁹,
reconciliati sumus deo per sanguinẽ filii eius.
Grandis pudor est, vbi talis reconciliatio fa- C
cta est, vbi inimicitias inter deũ & homines,
non sermo peccatoris, sed sanguis intercesso-
ris absoluit: iterũ nos cõuerti ad inimicitias,
& agere ea quę odit ille, quem nobis nisi effu-
sio sanguinis sacri reconciliauerat nemo. Ple-
nius autẽ etiam ad Ephesios ipse Paulus scri
bens de ratione reconciliationis & inimicitia
ac profusione sanguinis Christi cõmemorat:
quæ si his iungamus, aperire locum pręsentis

capituli facilius possunt. Ait ergo ita. Propter quod memores estis vos qui aliquando gentes in carne dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta, q̄m eratis illo tempore sine Christo alienati a conuersatione Israel, & peregrini promissionis testamētoꝝ eius, spem nō habētes, & sine deo in hoc mundo. Nunc autē in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est em̄ pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriç soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis euacuans: vt duos conderet in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem: vt reconciliaret vtrosq; in corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longe, & pacem iis qui prope, q̄m per ipsum habem⁹ accessum vtriq; in vno spiritu ad patrem. Sed præcipue in his illud ad patrem obserua, ꝙ Christus medium parietem maceriæ soluit in carne sua, id est inimicitiam, & ꝙ reconciliauit vtrosq; in vno corpore deo per crucem: & ꝙ interfe-

E cit inimicitiam in cruce. In quo non sine causa mihi Paulus secundo videtur inimicitiam nominasse: & in vno quidē dixisse ꝙ soluerit inimicitiam Christi in carne, in secundo vero interfecisse eam in cruce. Soluere nāq; mihi videtur in his qui adhuc certamen gerūt aduersus peccatum, & repugnant ei pro viribus: interficere vero in his qui peccatum iam nequaq̄ omnino recipiunt, sed omni ex parte membra sua mortificauerunt peccato: Ex quibus erat & ille qui dicebat, Christo crucifixus sum, viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Hoc ergo modo etiam Christus occidit inimicitiam in carne sua, cum morte suscepta exemplum dedit hominibus vsq; ad mortem resistere aduersum peccatum: & ita demum resoluta inimicitia in carne sua, recōciliauit per sanguinem suum homines deo: eos dūtaxat qui inuiolatum reconciliationis fœdus vitra non peccando custodiunt. Igitur mors eius mortem inimicitiæ dedit ei quæ erat inter nos & deum, & recōciliationis initium. Resurrectio autem ipsius & vita salutem credentibus contulit: sicut & alibi Apostolus dicit de Christo: quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Peccato mortuus dicitur, nō suo: neq; enim peccatum fecit: sed ipsi peccato mortuus, id est velut morte sua peccato

F ipsi intulit mortem. Viuere autē dicitur deo, vt & nos non nobis, neq; nostræ voluntati, sed deo viuamus: vt ita demum in vita ipsius salui esse possimus: secundum eum qui dixit. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quod vero similiter vt in superioribus posuit: Nō solum autem, sed & gloriamur in deo: & nihil addidit ad non solum autem, similiter vt superiora intelligendum est de his dictum quæ supra comprehensa sunt, id est pro non solum cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, & non solum in vita ipsius salui erimus: sed & nunc gloriamur in Deo, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem reconciliationem accepimus. Non autem sine causa addidit nunc, cū potuisset dicere, per quem reconciliationem accepimus: sed vt ostenderet gloriationem nobis non solum in futuro, sed & in pręsenti datam de agnitione dei, & emēdatione vitæ, & errorum correctione: sicut & in aliis item Apostolus dicit: Spem habentes & pręsentis vitę & futurę. Præsentis, ꝙ honestior & emendatior est: futurę, ꝙ ęterna est.

LIBER QVINTVS.

PROPTEREA sicut per vnū hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & sic in omnes homines mors pertrāsiit, in quo omnes peccauerūt. Vsq; ad legem em̄ peccatū in hoc mundo. Peccatū autem nō imputabatur, cū lex non esset. Sed regnauit mors ab Adā vsq; ad Moysen, etiam in eos qui peccauerūt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

G ¶Posteaq̄ edocuit differentiam fidei & legis & eorum qui per fidem iustificantur, atq; eorum qui promissiones quæ ad patres factæ fuerunt, non possunt sperare per legem: cūq; aperuisset arcani secreta mysterii, ꝙ cum inimici essemus Deo, per mortem eius reconciliati sumus: nūc & causas, vel cur inimici fuerimus, vel cur morte filii dei indiguerit ista recōciliatio cōsequēter exponit: vt intuentes quāta nobis præstiterit Iesus, imo pro nobis quāta ptulerit, radicatiore erga eū fide, & inseparabili charitate teneamur. Ideo ergo licet nō vsquequaq; patefactum, indicat tamen nobis & alterius secreti rationē dicēs: Propterea sicut per vnum hominem mors introiuit in hunc mūdum &c. Sed priusq̄ ad explanationē totius capituli veniam⁹, pauca de eo qui videtur in consequentibus ipsius eloquii defectu, dicenda sunt. Vbi enim dicitur: Propterea sicut, necessarium videtur ꝙ addi de-

beat adimpletio quædā, vt dicat, ita & illud vel illud, vt & ipse in nōnullis aliis locis scribit: verbi gratia, cū dicit, *Sicut em̄ in Adam oēs moriunt, ita & in Christo oēs viuificabūtur*. Hic aūt cū dixerit, *Sicut per vnū hoīem peccatū introiuit in hūc mundū, & per peccatū mors, & ita ī oēs hoīes pertrāsiit*: non retulit vt diceret, verbi causa, ita & p vnū hoīem iustitia introiuit in hūc mūdum, & per iustitiā vita, & sic in oēs hoīes vita pertransiit, in qua oēs viuificati sunt: hoc em̄ videbat propositi eloquii sensus expetere, secundū ea quę in aliis ipse proloquit. Neq; em̄ multū differt illud qđ alibi dicit, *Sicut em̄ in Adā oēs moriunt*: & qđ hic dicit, *Propterea sicut per vnū hominē peccatū in hunc mundū introiuit, & per peccatū mors: & ita in oēs homines pertrāsiit, in quo oēs peccauerūt*: Et iterū qđ dixit, *Ita in Christo oēs viuificabunt*, nihil differt ab eo sensu, quem deesse elocutioni dixisset intellectui legentis relictū.
A Sed mihi videt Paulus qui dicit, *q̄ sufficientia nostra ex deo est, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti*: & qui iterum dicit, *An documentum quęritis eius q in me loquit Christus*? nō per hæc defectū passus eloquii, sed prospexisse aliquid vtilitatis, quo etiā si intelligi deberēt ea quæ deesse elocutioni, & subintelligēda diximus, tamen ppter negligētiores quosq; si forte resolui possent, si audirent q̄ sicut mors in oēs hoīes per peccatū, ita & in oēs hoīes pertrāsiit vita per Christū: cōsiderauit palā hæc dici & publice nō debere: simul & illud ostendens q̄ etiā si p vnū hoīem iustitia introiuit in hūc mundū, & per iustitiā vita in oēs homines pertransiuit: tūc nō hoc in præsenti statim cōtingere, nec ociosis accidere, sed his q multo labore & sudore potuerint quę occulta sunt quęrere: pulsare quę clausa sunt: desiderare quæ abscondita sunt.
B Deniq; & in eo capitulo, qđ pro similitudine horū dictorum in mediū adduximus, id est, *Sicut em̄ in Adā oēs moriunt*, non dixit, ita & in Christo oēs viuificati sunt, aut viuificant, sed viuificabūtur: vt ostenderet quidē præsens tēpus esse laboris & operis, in quo per bonā conuersationē merita cōquirantur: futurum vero esse in quo viuificabunt ii qui in pñti vita Christo cōmoriunt: sicut & alibi idem dicit Apostolus: *Si em̄ commorimur, & cōuiuemus*. Et ideo etiā in præsenti loco dissimulat exequi, & adimplere sermone ea quæ sensu & consequentia vident intelligi.
C Alius fortasse dicit, q̄ hoc quod videtur deesse ī his q̄ supra diximus secundū elocutiōis ordinē, tarde quidē, sed in posteriorib[9] redditur, vbi dicit: *Sed nō sicut delictū, ita & donatio*. *Si em̄ vnius delicto mortui sunt multi, multo magis gratia dei & donū gratia vnius hoīs Iesu Christi in plures abundauit*: & asserit ex his cōpleta esse quę defuisse in superiorib[9] videbant: nec multū interesse q̄ ibi in oēs hoīes dixerit ptrāsisse peccatū, hic vero donū & gratiā Iesu Christi in plures abundasse: cū & oēs hoīes plures esse intelligant, & plures oēs intelligi nō videat absurdū: maxime cū in subsequētibus dicat apertius: *Sicut per vnius delictū in omnes hoīes in condēnationē, ita & per vnius iustitiā in oēs hoīes ad iustificationem vitę*. Et vt euidētius ostēderet oēs hoīes, & multos homines idē esse, addidit his. *Sicut em̄ p inobœdientiā vnius hoīs peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obœdientiā iusti cōstituētur multi*. Et qđ superius oēs dixerat homines, hic eodē sensu multos nominauit. Nisi si qs dicat, q̄ magis pmiscere & confundere volēs Apostolus id qđ superius aperuerat, ne (vt diximus) dissolueret ac relaxaret audientes: eos quos ante oēs dixerat, hic plures nominauit: vt & illud qđ oēs dixit, ad eos tātū modo traheret, q donū Christi gratię consecuti sunt: q tamen non pauci, sed plures sunt. Etenim moris est Apostolo Paulo, cū de benignitate dei, & ineffabili eius bonitate aliqua patefecerit: rursum propter negligentiores quosq; auditores paululū velut exasperare q̄ dixit, & metū aliquē remissiorib[9] intētare. vt cū de fine oīm Corinthiis disputās ait: *Sicut em̄ in Adam oēs moriūtur, ita & in Christo oēs viuificabūtur*: & paulopost, *Deinde finis cū tradiderit regnum deo & patri*, & cætera. Pro qbus verens ne qs diuitias bonitatis dei, & patiētię, & longanimitatis contēnens, secūdū duritiā suā & cor impœnitēs thesaurizaret sibi irā in die iusti iudicii dei: addidit post illa quę de fide dixerat, *Nolite seduci. Corrūpūt mores bonos colloquia mala. Expergiscimini iusti, & nolite peccare. Ignorantiam em̄ dei quidā habēt, ad cōfusionē vobis dico*. Ait ergo tanq̄ prudēs dispensator verbi: & cū venerit ad ea loca, in qbus de dei bonitate dicendū est, propter segniores quosq; & occultius hęc & obscurius pfert: ne forte (vt diximus) diuitias bonitatis eius & patiētię & longanimitatis contēnant, & irā sibi thesaurizent in die irę, in quā necesse est incurrere oēm q huiusmodi gesta thesaurizauit: etiā si post hæc Iudęus quis fiat. Sed & qđ ait, *Vsq; ad legem autē peccatū in hoc mūdo: peccatū autē non imputat cū lex non est*: hoc videt ostendere, D

q visq ad legē, hoc est visquequo Christus veniret q tollit peccatū mūdi, peccatū erat. Manifestū est aūt peccatū nō posse imputari, vbi lex nō est quę arguat peccatorē. Regnauit autē mors quæ per peccatū fuerat ingressa, visq ad Moysen, hoc est visquequo lex permansit in eos qui peccauerūt secundū similitudinē peccati Adam, per quē mors ipsa accepit ingressum: qui Adam forma futuri est, nō secundū q prę̨uaricatus est, sed secundum hoc q sicut per ipsum mors, ita per nouissimū Adam vita ingressa est in hūc mūdum: & sicut per illū in oēs hoīes cōdēnatio, ita & per Christū in oēs hoīes iustificatio. Hæc de ipsius eloquii apostolici continentia dicta sint. Videamus nunc
E quid etiam interior habeat intellectus. Sed & illud primo in loco admonēdū puto, q videt mihi Apostolus Paulus in his pręcipue locis quę nūc habētur in manib⁹, ita & quodāmodo hoc loqui, velut si quis fidelis famulus & prudēs a rege magno & dño suo introducat in thesauros regios, & ostēdant ei diuersa & magna domicilia, quorum aditus varii & incerti, ita vt ei per aliū ingressus, & per aliū ministretur egressus, interdū autē ex diuersis ingressibus ad vnū cōclaue veniatur, vt sæpe in terris quędā videmus extructa palatia: ostendatur etiā huic, q circunducit, fideli famulo thesaurus argēti regii, & alius auri, lapidum quoq & margaritarum, variorūq monilium, purpurę etiā tegię locus, & alius diademati: demōstrent adhuc reginę thalami in multis, diuersisq mansionibus positi: & tunc singula hæc nō penitus ad integrū patentibus ianuis referētur, sed ex pte subapertis: aut agnoscat quidem thesauros dominicos, & regias opes: nec tñ ad liquidū & ad pfectū singula quæq cognoscat. Post hæc vero iste seruus qui fidelis habitus est vt ei rex & dñs opū suarū magnitudinem faceret innotescere, mittatur vt exercitū congreget, delectum habeat, milites probet, pro eo quidem q fidelis est, vt plures inuitet ad militandū, maiorem exercitū congreget regni, necessitatē patiet referre ex parte quę viderit: & rursum qa prudēs est, & scit necessarium esse abscondere mysterium regis, indiciis quibusdā magis q relationibus vtet: ita vt potentia quidē regis nō lateat, ordinis tñ atq ornatus palatii & habit⁹, occulta ma-
F neat dispēsatio. Ita ergo (vt dixi) videtur mihi etiā Paulus Apostolus in his sermonib⁹ facere, nō solum pro eo quod & ipse dicit, q ex parte sciat, & ex parte cognoscat: sed & propter nos qui nec ea quidem quæ ex parte scit capere possumus: tēperarę sermonē, & vniuscuiusq cōclauis mysteriū singulis aut vix binis pstringere & subaperire sermonib⁹: & nūc per vnū aditū ingressus, p aliū digredi: nūc ex alio ingressus ad aliud conclaue concurrere: ita vt si requiras eū illo aditu quo ingressus est, nō inuenias egressum. Hæc ergo prius de his q Paulus scribit, in mente nostra atq animis ordināntes, nūc iā ad inspiciēda & cōtuenda ea quę in manib⁹ habent pro viribus concertamur. Et primo videamus quomodo per vnū hoīem peccatū introiuit in hūc mundū, & p peccatū mors. Fortassis eī regrat aliqs, si ante Adā mulier peccauit, de qua dicitur, q seducta in puaricatione facta est: & rursum ante ipsam peccauit serpens: Peccauit eī cū dixit mulieri: Vt quid hoc dixit deus, vt nō māducetis de omni ligno paradisi? & iterum peccauit cū dixit: Scit eī deus q quacūq die māducaueritis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malū: Si ergo ante Adam mulier peccauit, & ante mulierem serpens, & in alio loco dicit Aplus: q Adā non est seductus, mulier aūt seducta est: quō per vnū hoīem, & nō magis per vnā mulierē videbit introisse peccatū? A muliere eī initiū peccati, & ante mulierē a serpēte siue a diabolo, de quo dicit in Euangelio, q ille homicida erat ab initio. Sed vide in his Aposto G
lū naturę ordinē tenuisse: & ideo qm̄ de peccato loquebat, ex quo mors in oēs hoīes pertransierat: successionē posteritatis humanæ q huic morti succubuit ex peccato venieti non mulieri ascribit, sed viro. Non eī ex muliere posteritas, sed ex viro noīatur: sicut & ipse in aliis dicit: Nō.n. est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Et iterū. Sicut eī mulier ex viro, ita & vir nō ex muliere, sed p mulierē. & ob hoc mortalis posteritas, & corpalis successio, viro poti⁹ auctori & non mulieri deputat. Sed vt adhuc euidēti⁹ fiat qd dicim⁹, addemus etiā hoc qd idē Aplus ad Hebræos scribit. Sed & Leui q decimas accepit, decimat⁹ est: Adhuc eī in lūbis erat patris Abrahę, cū obuiauit ei Melchisedec regresso a cęde regū. Si ergo Leui q gñatiōe quarta post Abrahā nascit, i lūbis Abrahæ fuisse perhibet, multo magis oēs hoīes q in hoc mūdo nascuut, & nati sunt, in lūbis erāt Adæ: cū adhuc esset in paradiso: & oēs hoīes cū ipso, vel in ipso expulsi sunt de paradiso, cū ipse inde pulsus est: & per ipsum mors q ei ex puaricatiōe venerat, cōsequēter & in eos ptrāsiit q in lumbis ei⁹ habebātur: & ideo recte Apostolus dicit. Sicut.n. i Adā oēs moriūtur, ita & in Christo oēs viuificabunt. Neq ergo ex serpēte q ante mulierem pecca-

uerat, neq ex muliere quę ante virum in prę uaricatiōe facta est: sed per Adam ex quo oēs mortales originem ducunt, dicitur introisse
A peccatū, & per peccatū mors. Sed hic nimirū est vnus homo per quē peccatū introiuit, & p peccatū mors: quē & alibi ipse Apostolus dicit primū hoiem de terra terrenū, secūdū vero de cælo cælestem: cū hortatur nos abiecta imagine terreni, imaginē portare cælestis, id est vt secūdū dei verbū viuentes renouemur, & reformemur secundū interiorē hominē ad imaginem dei qui creauit eū. Hic ergo homo qui iam reformaē & reparaē ad imaginē dei, neq terrenus, neq in hoc mūdo est, sed in cælis esse dicitur cōuersatio eius: & ideo secundū eum qui dixit, Vos autem nō estis de hoc mūdo, mors in eum nō potest ptrāsire: Qui autē adhuc in hoc mūdo est, terrenus est: ac terreni imaginē portat: de ipso diciē, q per eū peccatū in hūc mundū introiuit, & per peccatū mors. Q3 si peccatū & mors in hunc mundū introiuit, & in hoc mundo habitat: certū est alienos a morte & a peccato esse eos, q per Christum, vel cū Christo mortui sunt huic mūdo, & cū ipso resuscitati, cū ipso etiam in cælestibus sedere meruerunt, cōuersationem non in hoc mundo, sed in cælis habētes. Vnde & pari cōsequētia ostēditur, q omnis homo primo de terra terren9 est: sicut idē Apostolus alibi dicit: cum imagine terreni ambulat, & secūdū imaginē terreni ambulat, carnē cogitat, & quę carnis sunt sapit: & vix aliquādo est, vt conuertatur ad dnm, & spiritu dei agaē, atq effectus spiritalis fiat. Nouissimus
B Adam in spiritu viuificāte. Require sane qm per vnum hominē in hunc mundū dicit introisse peccatū, & certū est q hic mundū terrenū hūc appellat locū i quo hoies habitant: si in nullo alio loco introiuit peccatū, neq in his locis inueniē, vbi spiritalia nequitię in cælestibus nominātur. Sed & illud apud temetipsum ptracta, vnde in hūc mundū introiuit peccatum, aut vbi erat priusq hunc introiret: aut si oino erat, vel si fuit ante illū ad quē diciē, Vsquequo inuētæ sunt inigtates in te, & propter hoc proieci te in terrā: Nobis aūt de his nō est tutū plura differere, cū videamus Apostolū vix singulis hæc ptrāsire sermonibus. Per vnū hoiem peccatū introiuit in hūc mūdū. Mūdus aūt (vt diximus) intelligendus vel locus in quo habitāt hoies, vel terrena & corporalis vita, in qua mors habet locū. Cui mundo, hoc est terrenę vitæ, crucifixos se dicūt sancti, & mortuos. Et per pctm̄ inqt mors. Illa sine dubio mors de qua & ppheta dicit, q aia quę peccat ipsa morietur: cuius mortis hāc corporalē mortē vmbrā merito qs dixerit. Quocūq em̄ illa incesserit, hāc necesse est subsequi, velut vmbrā corpus. Q3 si obiiciat
C quis q Saluator peccatū nō fecit, nec mors in eo fuit aię per peccatū, & tn̄ mortem sustinuit corporalē: Respōdebimus ei, q Saluator sicut cū ipse peccatū nō fecerit, pro nostra tn̄ salute per assumptionē carnis ipse diciē factus esse peccatū: ita & cū mortē istā nulli deberet, nec ei esset obnoxius, pro salute tn̄ nostra hāc velut vmbrā illius suscepte dispēsatiōis: quā supra diximus, spōte nō necessitate suscepit: sicut ipse dixit, Potestatē habeo ponēdi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eā. Sed videamus quō in oēs hoies ptrāsiit mors. In quo oēs inquit peccauerūt. Absoluta sententia pronūciauit Apostolus i oēs hoies mortē ptrāsisse peccati i eo i quo oēs peccauerunt: sicut & alibi, Oēs em̄ peccauerunt, & egēt gratia dei. Et ideo etiā si Abel illū iustū dixeris, nō pōt excusari. Oēs em̄ peccauerūt. Cur em̄ post dies obtulit, & prius Cain obtulit hostiā ex primogenitis, & nō ante ipsum, & non statim? Etiā si Enos dicas, q sperauit inuocare nomē dn̄i. Sperauit: & cur nō inuocat statim, sed dissimulat & moraē? Etiā si Enoch dicas, non scribiē placuisse vsquequo generaret Matusalem: Matusalē aūt interpretaē emissio mortis. Ex quo ostenditur, q mors ista quæ in omes hoies ptrāsiit etiā in ipsum transierit: sed vix aliquādo sensit esse intra se mortē: & conuersus ad dn̄m emisit eā a se, & abiecit per pœnitentiā: & ideo Matusalē diciē genuisse, q a se mortē quæ eū obsederat abiecisset. Recte ergo q iā morti nō esset obnoxius, sed abiecisset eā a se & effugasset, diciē q transtulerit illū deus, vti nō videret mortē. Sed & de Noe D si requiras attētius, inuenies q quingētesimo demū anno scribiē de eo, q Noe inuenit gratiā in cōspectu dn̄i dei, & q iustus erat in generatione sua, & q placuit deo: quod vtiq si prius meruisset, nunq id opinor scriptura diuina siluisset. Sed & si qs velit q bibit vinum & inebriatus est, ac nudatus, reputare: inueniet ex his oibus nō imerito ab Apostolo dici, In quo oēs peccauerunt. etiam si euigilauit Noe a vino suo. Quid aūt dicā & de Abrahā cui dicitur, Exi de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo patris tui? Qd vtiq nō diceretur, si in domo patris deo placere potuisset. Sed nō opus est cū ingēti periculo in his singulos quosq enumerare sanctorum, cū sufficiat & Apostoli sententia quæ mortē dicit in oēs hoies ptrāsiisse, & illi9 q dixit, Nemo mū

dus a sorde, etiã si vnius diei fuerit vita eius. Sed ista mors peccati q̃ in oẽs ptrãsiit, cũ venisset ad Iesum, & tentasset eũ pforare aculeo suo, aculeus tũ mortis repulsus est & confractus: vita em̃ erat, & mors necessario extermi nabatur a vita: & tũc ad eam dicitur: Vbi est mors aculeus tu⁹? Vbi est mors victoria tua? Idcirco em̃ quia oẽs vicerat, hic dicit̃ ad eam: Vbi est mors victoria tua? Sed & φ peccatum quidẽ nõ dixit in oẽs hoĩes, sed in mundũ introisse: Mortẽ vero nõ in mundum, sed in oẽs hoĩes, & nõ introisse, sed ptrãsisse: nõ puto φ
E frustra hac diuersitate vsus sit Paulus. Arbitror φ mũdũ hic terrenos quosq̃, & in terrena cõuersatione pmanẽtes designet: hoĩes vero eos dicat q̃ iã se incipiũt agnoscere, & scire φ ad imaginem dei facti sunt. In illos ergo qui mũdus appellant̃, id est terrenos, intrasse dicit peccatũ, & nusq̃ ei⁹ exitum ponit. In eos vero quos iam hoĩes vult intelligi, dicit pertrãsisse peccatũ, id est fuisse qdem, sed p pœnitentiã cõuersionis depulsum esse, & ptrãsisse, nec vltra in eis stetisse. Vnde apparet in literis Pauli, ne vnã quidẽ syllabã vacuã sentiri
F debere mysteriis. Videamus nunc quomodo dictũ est: Vsq; ad legẽ em̃ peccatũ in hoc mũdo. Peccatũ autẽ nõ imputat̃, cum lex nõ est. Hoc in loco secundũ eã similitudinẽ quã supra exposuimus, videt̃ mihi Paulus per alium aditũ ingressus, & per aliũ egressus. Quis em̃ sequi potest eũ per istũ aditũ quo plurib⁹ videtur ingressus, vt de lege Moysi dicere intelligatur, φ vsq; ad legem peccatum in hoc mũdo: peccatũ autem nõ imputabat̃ cum lex nõ esset? quasi ante legẽ peccatũ nõ fuerit, & nemo peccauerit, nec peccatũ fuerit illi peccatum anteq̃ lex Moysi daretur: cũ legamus &
G Cain & Lamech reputatũ esse peccatum: & ne per singulos immoremur intantũ pro peccatis hominũ exacerbatũ esse deũ, vt diluuium mũdo introduceret & diceret: Delebo omnẽ carnẽ quæ super terrã est: & rursum Sodomitas igneus imber & sulphurea flãma vastauerit. Quomodo ergo vel in huiuscemodi peccatis dici potest nõ fuisse peccatũ? vel in vindictis talibus negabitur reputatũ esse peccatũ? Et ideo occultiore aditu digressus nobis requirẽdus est Pauli in eo qd dicit: Vsq; ad legẽ em̃ peccatũ in hoc mũdo: Peccatũ aũt non imputatur, cũ lex nõ est. Inueniemus eum in posterioribus huius epistolæ dicẽtẽ hoc modo. Sine lege em̃ peccatũ mortuum erat: ego
G autẽ viuebã sine lege aliquando. In quo vnus mihi atq; idem sensus videt̃ vtriusq; capituli. Qd em̃ hic deerat in sermone, ibi adimplevit. Vsq; ad legem em̃ peccatum in hoc mundo, deest mortuum, qd ibi euidentius expressit. Si ergo etiã hic iungamus istũ sermonem, & dicamus, vsq; ad legẽ em̃ peccatum erat in hoc mũdo mortuum: peccatũ autẽ nõ imputatur cũ lex nõ est: vide q̃ integre stare poterit sensus. Sed & illud sępe iã diximus, in hac epistola Paulũ de multis quidem legibus, sed de naturali lege frequentius disputare: qd & in hoc loco pręcipue deprehenditur. Vsq; ad legẽ enim naturalẽ, quę certo ætatis tempore vbi rationis capax esse quis cœperit, & iusti iniustiq;, æqui & iniqui habere discrimen: tũc peccatũ qd prius intra hoĩem, velut mortuũ habebatur, reuiuiscere dicit̃: pro eo quod est cum intrinsecus lex quæ vetat, ratio ostendat nõ esse facienda. Sed vt apertius intelligatur H
qd dicim⁹, euidenti vtamur exemplo. Scriptũ est, Qui pcusserit patrẽ vel matrẽ morte moriat̃: & qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Puer ergo paruulus quatuor fere, aut quinq; annorũ (sicut fieri solet) indignatus percutiat patrẽ aut matrẽ: quantũ ad præceptum mandati spectat, mori debet. Sed quia lex in illo nondũ est naturalis, quæ eum doceat nõ debere iniuriã facere patri aut matri, vel sciat ĩ hoc crimen impietatis admitti: est quidẽ species peccati quod facit, matrem em̃ percutit, vel maledicit: sed mortuũ est in eo peccatũ, qa p absentiã naturalis legis, quæ in eo nõdũ est, peccatũ ei non potest reputari. Nondũ est em̃ intra eũ ratio tãta quę eũ doceat hoc qd facit, fieri nõ debere: & ideo etiã a parẽtibus nõ solum nõ reputatur ad culpã, sed ad gratiã iucunditatẽq; suscipitur. Et hoc modo cõsequenter (vt ego arbitror) intelligi potest qd Apostolus dicit, Vsq; ad legem em̃ peccatũ in hoc mundo, vt subaudiatur mortuum. Peccatũ autẽ nõ imputabat̃, cũ lex non esset. Conuenit em̃ secundũ hanc expositionẽ etiam illud quod dicit Apostolus: Ego autẽ viuebam sine lege aliquando. Nam quomodo Paulus sine lege Moysi inuenitur aliquando vixisse, cũ ipse de se dicat, φ hebræus ex hebræis sit, & octaua die circũcisus, statim a natiuitate in Moysi legis obseruãtia fuerit? Sed constat eũ aliquãdo, hoc est in puerili ætate, anteq̃ rationis capax fieret, sine naturali lege vixisse. Nondũ em̃ ei in illa ætate inerat iusti iniustiq; distinctio, nec recti prauiq; patebat examen. Qd de naturali lege dici in sequentibus euidenter ostendit, cũ dicit. Sed vbi venit I
mandatũ, peccatum reuixit: ego autem mortuus sum. Per qd declarat, illius ętatis peccata fuisse qdẽ, sed mortua habita, qa nõ repu-

tabantur ad culpam. Vbi vero, inquit, cœpi scire quid agēdū sit, quid cauēdū, & mandatū legis intra me vigētis accipere: tunc in me reuixit peccatū, qđ prius p absentiā legis mortuum videbat. Et ego, inquit, mortuus sum: cœpit em̄ mihi iā reputari peccatum. Sed hęc Basilides nō aduertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas & ipias fabulas sermonē apostolicū ttaxit in Pythagoricū dogma: id est ꝙ animæ in alia atꝗ alia corpa trāsfundātur, ex hoc Apostoli dicto conatur astruere. Dixit enim, inquit, Apostolus, quia ego vi uebā sine lege aliquādo: hoc est anteꝗ ī istud corpus venirē, in eā specieē corporis vixi quæ sub lege nō esset, pecudis scilicet vel auis. Sed nō respexit ad id qđ sequit, id est: Sed vbi venit mandatū peccatū reuixit. Non enim dixit se venisse ad mādatū, sed aduenisse mandatū: & peccatum nō dixit nō fuisse in se, sed mortuū fuisse & reuixisse. In quo vtiꝗ ostendit ꝙ de vna eadēꝗ vita sua vtrūꝗ loqueretur. Verū Basilides & si qui cum ipso hoc sentiunt, in sua impietate relinquātur: nos autē Apostoli sensum secundum pietatem ecclesiastici dogmatis aduertamus. Sed & hoc ipsum qđ

A dicit: Peccatū erat in hoc mundo, & nō dixit in hominibus: cū vtiꝗ sint in mundo & pecudes & cætera animalia, & arbores, ex quibuscūꝗ hic mūdus cōstat: nec tamen in his creditur esse peccatū: quale sit requiramus. Videtur mihi ꝙ hic homines illos sentiat q iam rationis capaces sunt, & naturalib⁹ legib⁹ parēt: illam vero ætatē quę nondū ad capacitatem rationis accessit, nō tam homines ꝗ mūdum appellauerit, pro eo ꝙ partes quidē mū

C di sint, nondū tamen in hoc venerint vt imaginem in se dei, ad quā homo factus esse dicitur, capacitate rationis expresserint. Sed & illud velim, nisi plus iusto curiosum videt, inquirere: ne forte secūdū eos q Moysi legem in his intelligi volunt per hoc qđ dicit: Peccatū autē non imputabatur cū lex nō esset: videat etiā diabolus & angeli eius absolui, si vbi lex

B nō est, peccatū nō reputatur: Et quō ante legē Moysi, vel serpens condemnatus est, vel inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū? Quomodo etiā quod Iudas Apostolus in epistola catholica dicit, poterit explanari? Ait enim ita. Angelos quoꝗ qui non seruauerunt principatū suū, sed dereliquerūt domicilium suū: in iudicium magni diei æternis vinculis constrictos sub caligine reseruauit. Ex quibus oībus magis ac magis constat de ea lege hæc Apostolū dicere: quā vnusquisꝗ hominū, siue etiā angelorū, diuina quadā dispensatione

vel munere intra se naturaliter gerit: cuius tāta vis est, & tāta potētia, vt etiā angelos arguat, nec psonā vllius dignitatis excipiat: & ipsa fecerit hoc qđ superius Apostolus Iudas dicit: vt angeli q non seruauerunt principatū suū, sed dereliquerūt domiciliū suum, ad iudiciū magni diei ęternis astricti vinculis seruarētur. Ipsa est lex quę etiā diabolū & angelos ei⁹ in ignē ęternū, q eis ꝑparat⁹ est, pertrahit. Et sicut certum est ꝙ neꝗ illi angeli æternis astricti vinculis ad iudicium seruarētur: neꝗ isti ī ignē ęternū q eis ꝑparatus est mitterent, nisi qa positā sibi a deo legē nō seruauerunt: neꝗ ad iudiciū venirent, nisi cōtra legē aliqd cōmisissent: ita certū videt ꝙ si custodissent positā sibi legē, neꝗ isti in ignē ęternum, neꝗ illi sub æterna caliginis vincula decidissent. Superest etiā illud, vt p viribus discutiamus C quō dictum sit: Sed regnauit mors ab Adam vsꝗ ad Moysen etiā in eos q peccauerunt in similitudinē pręuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Tertio nūc Apostol⁹ de morte cōmemorat. Primo ait ꝙ per peccatum mors introiuit in hūc mundū. Secūdo, in omnes homines, inquit, mors pertrāsiit. Nunc vero: Regnauit, inquit, mors ab Adam vsꝗ ad Moysen. Et sciens esse per hęc singula aliquas differentias: qn̄ quidem introierit, & qn̄ regnauerit, indicauit. Tunc, inqt, introiuit, cū primus homo deliquit: & quō itroierit dixit: Peccatū regnauit inqt. Et nūc regni ei⁹ tēpus ab Adā vsꝗ ad Moysen designat: qn̄ autē pertrāsierit non ostēdit. Videtur ergo mihi in his describere Apostolus velut tyranni alicuius ingressum, qui voluerit regnum legitimi regis inuadere: & primo quidē fauces ipsas & aditus regni occupauerit præuaricatione custodis: tunc deinde cunctorū animos ad se inclinare rētauerit, & maxima ex parte potuerit: & ita indebitū sibi vēdicauerit regnū. Hoc ergo per tyrannidē regnāte mittitur dux electus a rege legitimo Moyses, qui occupatos ab eo populos ad ciuilis imperii iura reuocaret, & veri regis vti legibus edoceret. Ille tūc tyrānus id est mors peccati, quę per præuaricationem primi custodis irrepserat, regnabat sup oēs illos qui ad eum simili vt ille primus, præuaricatione declinauerūt. Sed iste legitimi principis dux agit omnia quatinus aliquos ex peccati & mortis regno diripiat, & obtinuit tandem vt vnam gentem & si quis se huic voluit sociare conuerteret: & ex præcepto regis primi sacrificia instituit, quib⁹ certa solēnitate oblatis diceret: Et remittet ei peccatum. Et ita demū ex parte aliqua hoies cœperunt de

regno peccati mortisq; liberari. Nã tyrannus ille qui dicit mors, ab Adam qui primus prævaricatiõe sui ingressum ei dederat vt in oẽs homines pertrãsiret: regnabat vsq; ad Moysen iustũ quem diximus ducem, qui missus a
D deo omniũ rege regnũ eius cœpit infringere, & sub legẽ iusti principis reuocare, Regnauit ergo mors ab Adam vsq; ad Moysen, secundũ eã speciẽ quã supra posuimus: non super oẽs, sed in eos qui peccauerũt in similitudinẽ prævaricationis Adæ. Nã introiuit quidẽ mors in mundum, & in omnes pertrãsiit: non tamẽ in omnes regnauit. Aliud est enim pertransire, & aliud regnare. Peccatum eñ pertransiit etiã iustos, & leui quadã eos contagione perstrinxit. In p̃uaricatorib⁹ vero, id est his qui se ei tota mente ac deuotione subiiciunt: regnũ tenet, & omni potestate dominatur. Regnauit ergo mors ab Adã, qui primus transitum peccato in hoc mũdo prævaricãdo patefecit: vsq; ad Moysen, id est vsq; ad legem. Per legem eñ purificatio peccatorũ cœpit aperiri, & ex parte aliqua tyrãnidi eius obsisti per hostias, per expiationes varias, per sacrificia, per præcepta. Sed quoniã tãta eius erat dominatio quę vires legis excederet: mittuntur in auxiliũ regis prophetę. Sed & ipsi pręuidẽtes supra vires suas esse tyrãni potẽtiam: aduentum pręsentiãq; ipsius regis exorant, clamantes ad deum: Emitte lucẽ tuã & veritatẽ tuã: & iterum: Inclina cælos tuos, & descende: & rursum. Exurge dñe, fer opem nobis. Affuit ergo Iesus Christus filius dei, & in quo lex infirmabatur per carnem, deus filiũ suũ mittẽs in similitudinẽ carnis peccati, de peccato damnauit peccatũ in carne: & mundũ quidẽ reconciliauit deo: exuit autem principatus & potestates tyranni, triumphans eas in semet-
E ipso. Verum in hęc per excessum quendã prolapsi videmur: sed ad propositum redeamus. Igit̃ mors peccati regnauit ab Adam vsq; ad Moysen, id est vsq; ad aduentũ Christi. Moyses eñ lex appellat̃, & lex (sicut scriptum est) vsq; ad Ioãnis baptismũ habuit locũ, ex quo cœpit Iesus regnũ dei prædicare. Qꝫ aũt excepit certos quosq; in quib⁹ mors regnauerit, cũ dicit: Regnauit mors in eos etiam qui nõ peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adę: nõ mihi videt̃ dici absq; mysterii alicui⁹ indicatiõe. Forte ergo fuerũt aliqui vsq; ad illđ tẽpus, quo sub lege velut sub pædagogo hoĩes habebãtur, qui tale aliquid egerint qđ Adã in paradiso egisse describitur, & contigisse ex ligno sciẽdi bonũ & malum, & erubuisse nuditatẽ suã, atq; ab habitatione paradisi decidisse. Aut magis simpliciter accipiendũ videtur, & similitudo p̃uaricationis Adæ absq; aliqua discussione recipiẽda, vt hoc sermone omnes qui ex Adam prævaricatore nati sunt indicari videãtur, & habere in semetipsis similitudinẽ prævaricationis eius nõ solũ ex semine, sed ex institutione suscepta. Oẽs eñ qui in hoc mũdo nascũtur non solum nutriuntur a parẽtibus, sed & imbuũtur: & non solũ sunt filii peccatorũ, sed & discipuli. Vbi vero ætas adoleuerit, & agendi q̃ sentit libertas accesserit: ibi iã aut pergit quis per viã patrum suorũ, sicut de nõnullis regib⁹ scribit̃, F
aut certe incedit p viam dñi dei sui. Deniq; & de Abel tale aliquid mihi indicari videtur in eo qđ scriptũ ẽ, Obtulit aũt post dies Abel hostiã deo ex primogenitis ouiũ, & ex adipibus earũ. Qđ ergo dixit post dies, hoc ostendit, ꝙ primis quidẽ vitę suę dieb⁹ paternę p̃uaricationis institutionib⁹ tenebatur: post illos vero dies vbi resipuit, vbi respexit ad deũ naturę lege cõmonitus, dicitur tunc obtulisse hostiã deo. Potest ergo vel hoc modo loc⁹ iste simpliciter exponi: vel occultatũ in eo qđ dicit in similitudinẽ pręuaricationis Adæ sacramentũ, & prope ineffabiliter reconditum, subtili quadã linea intelligẽtię colligi: vt si qs ponat mortẽ, hãc quę regnasse dicat̃ ab Adã vsq; ad Moysen, id est vsq; ad legis finẽ, & principiũ Christi, illã de qua in Propheta scribit̃ tanq̃ ex persona dñi dicẽtis: De manu inferni eripiã eos, & de morte liberabit eos. Aut certe ꝙ sint excepti aliqui, & occultiore mysterio designati, qui ad similitudinẽ prævaricationis Adę peccasse memorantur: in quos solos regnauerit mors. Si vero vt in nonnullis G
exẽplarib⁹ habetur, etiã in eos q nõ peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adæ mors ista, id est quę in inferno animas detinebat, regnasse dicatur: intelligimus & sanctos quosq; sub ista morte, etiã si non peccandi at certe moriendi lege decidisse: Christũ vero idcirco in infernũ descẽdisse, nõ solũ vt ipse nõ teneret̃ a morte, sed vt & eos qui inibi nõ tã p̃uaricationis vt diximus crimine, q̃ moriẽdi cõditione habebant̃, absolueret: sicut scriptũ est: Quia multa corpa sanctoꝝ dormiẽtiũ surrexerũt cũ illo, & ingressi sunt in sanctã ciuitatẽ. In quo Prophetę dicta cõplentur, qui ait de Christo. Ascendẽs in altum captiuã duxit captiuitatẽ. Et hoc modo per resurrectionem suã mortis quidẽ iam regna destruxit, vnde & captiuitatẽ scribitur liberasse: ipsum vero inimicũ & tyrannum, cuius regna dissoluuntur, audi quãdo dicat Apostolus destruendũ.

Nouissimus, inquit, inimicus destruet mors. Regnū vero mortis iā destructū est, & captiuitas quę sub ea tenebat abducta est. Sed quia ipse inimicus & tyrānus adhuc in nouissimo & in fine seculi destruēdus: idcirco etiā nunc videmus eum nō tā regnare q̄ latrocinari: & depulsum regno, p deserta & auia circumeūtē quærere sibi infideliū manū: & ideo clamabat Apostolus. Nō ergo regnet peccatū in vestro mortali corpe ad obœdiēdum desideriis eius. Verū nos contēti pstrinxisse paucis ea q̄ Apostolus obiecta esse voluit, sequētia regramus: addidit post hæc: Qui est forma futuri. Qđ quidē ambiguū mihi videt, vtrum ex eo tēpore quo hęc scribebat Apostolus, Adā futuri forma dicit, qđ est seculi venturi, an a semetipso id est ab Adā futuri, vt in Christo accipiatur, qđ tēpus Apostolo hæc scribenti futurū nō erat, sed preteritū: q̄uis & in alio loco cum de Adā & Eua loqueret idē Apostolus dixerit: Mysteriū hoc magnū est: ego aūt dico in Christo & ecclesia: in quo videt hoc magis nobis ad intelligendū dedisse, q forma futuri dicat Adam in eo q aduenit Christus ad ecclesiā sibi sociandā. Nescio sane quomodo quis possit & pręuaricationē eius & peccatū, & hoc q mors per ipsum in oēs hoīs pertrāsiit, ī forma Christi coaptare, nisi forte ex cōtrariis, vt idē Apostolus in superiorib[9] exponit, cū dicit: Sicut eñ p vnū hoiem mors, ita & per vnū resurrectio mortuorū: & itērū, Sicut eñ per inobœdiētiā vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obœdiētiā iusti cōstituētur multi. Si vero intelligamus Apostolū a suis tēporibus quibus hęc scribebat, dixisse Adā futuri esse formam ita magis intelligit, q sicut ī hoc seculo mors regnauit per vnū Adam, & mortale effectum est omne hoīm genus, ita & in futuro seculo, vita regnabit per Christum, & immortalitate donabit omne hominū genus. Similiter autē vt in hoc ambiguum diximus esse sermonem quo ait, Qui est forma futuri: inueniemus ad Colossenses ambigue scriptū, vbi dicit. Nō ergo vos iudicet quisq̄ in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniis, aut sabbatis quæ sunt vmbra futurorū. Et item alibi idem Apostolus dicit. Vmbrā eñ habet lex bonorū futurorū. In quib[9] vtriq̄ similis disputatio est vtrū cibus & potus, & festi dies, neomeniæ, & sabbata, ita habeāt vmbrā futurorū, vt in aduentu Christi veritas vmbræ ipsius adimpleta sit, aut in futuro seculo sit implēda: Sed & totā legem q dicit Apostolus vmbrā habere futurorū bonorū, vtrum in aduentu Christi an in futuro seculo vmbrę istius explenda est veritas, incertū est: q in alio loco scribit etiā dr his q̄ sub lege sunt q formæ & vmbræ deseruiant cęlestiū. Qui ergo vult astruere q in aduentu Christi ista completa sint: cibi & potus rationes cōfirmabit expletas in eo, vbi Petrus per visionem vidit in linteo omne genus animaliū deponi, & audiuit vocē: Qđ de[9]ū mūdauit tu nē commune dixeris: qđ ad diuersos vtriq̄ hominum mores refert: & poculum dicet esse calicē noui testamenti: diem quoq̄ festū probabit, vbi pascha nostrū immolat[9] est Christ[9]: & diē festū celebramus nō in fermēto veteri, sed in azymis synceritatis & veritatis. Similiter & neomenias hoc est nouos mēses fieri ostēdet p Christū solē iustitiæ, & Apostolos eius. Sed & sabbata obseruari docebit, nō portando onera peccati, sed stando vnūquēq̄ stabiliter in loco suo, nō accēdentē ignem: de quo per Prophetā dicitur: Ite in lumine ignis vestri & flāmæ quā accēdistis vobis. Alius vero qui formas istas & vmbrā legis ad futurū seculū trāsferet, & ministeriorū cælestium has esse ducit imagines in illa cælesti Hierusalem cōplēdas: de cibo & potu conabitur assignare secūdū ea quæ dñs dicit: Donec bibā illud nouū vobiscū in regno patris mei. Sed & diem festū dicet secundū pphetæ dictū: Quid facietis in die solēnitatis, & in die festo dñi: Neomeniā vero id est nouos mēses in illis æternis annis requiret: de quibus dicit propheta: Memorat[9] sum annos æternos, & meditat[9] sum. & itērū in cātico Deuteronomii. Recordamini dies æternos. & de sabbato dicit, Relinquetur ergo sabbatismus populo dei. Et astruet, q sicut hæc singula formam futuri seculi renent, ita potest etiā Adā dr quo dicit, Qui est forma futuri, conferri ad futuri seculi rationem: & pptrea cū premissum esset de his qui peccaurrāt: In similitudinem præuaricationis Adę, additum est: Qui est forma futuri.

SED non sicut delictum ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia vni[9] hominis Iesu Christi in plures abundauit, & non sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Cum in superioribus dixisset Apostolus de Adam qui est forma futuri, videns q requiri posset, quia si Adā forma Christi est, ergo & i eo quo peccauit necesse est vt formā Christi habuerit: & in eo quo regnauit mors ab Adam vsq̄ ad Moysen: hoc autē de Christo

sentire videbat absurdũ, cõtinuo subiungit: Sed non sicut delictũ ita & donũ: & incipit ex hoc sermone veluti semetipm explanare quõ formã Christi dixerit esse Adã. Si eñ, inquit, vnius delicto multi mortui sunt, in Adam videlicet, multo magis gratia dei & donum in gratia vnius hois Iesu Christi in plures abũdabit: id est si vno peccante locum mors inueniens in plures potuit diffundi: multo magis gratia dei, quæ in Christo est, copiosius & latius abundabit, q̃ mors Adã in plures diffundatur: & intãtum nõ est eadẽ conditio delicti quæ & doni: vt cũ iudiciũ habitũ sit de Adã, & vno ipso delinquẽte cõdẽnatio in oẽs hoies venerit: econtrario vero p Christũ ex multis delictis quibus oẽ genus hoim tenebat, iustificatio data sit in oẽs: vt sicut mors p vnũ regnauerat in delictis, ita & p vnius obœdiẽtiã vita regnaret p iustitiã. Igit nõ sine pfunda arte dicẽdi Apostolus formam Christi esse Adã posuit, q̃ sit p gen⁹ similis, p speciẽ cõtraria. Per genus nãq similis est forma ĩ eo, q sicut ab vno Adã in plures hoies diffundit, ita & ab vno Christo ĩ plures hoies diffũdit. Per speciẽ vero cõtraria, q ex Adã præuaricatiõe cœpta peccatores constituti sunt multi: Christi vero obœdientia iusti cõstituentur multi: Quia ergo quatinus forma Christi fuerit Adã, siue in similibus, siue in cõtrariis, secũdũ rationẽ eloquii ipsi⁹ explanatũ est: nũc etiã q̃ interior sensus Apostoli indicet in his, vel potius cõtegat videamus.

B Et quis piculosum videat ea quę occultius in Apostoli scriptis posita sunt patefacere: tñ qua ex parte possibile est indicia q̃dã ex his diuinæ bonitatis colligere nõ puto absurdũ videri. Proposuit Apostolus ostendere q̃d humano generi intulerit primus Adã q factus est ĩ animã viuã, q̃d etiã secũdus Adã q est in spiritũ viuificantẽ: Ex illius, inquit, p̃uaricatione peccatũ apparuit, & p peccatũ mors ingressa est in oẽs hoies: imo vt seruemus Pauli literis moderationem suã quã in præsenti loco tenuit, in multos hoies mors ptrãsiit. Per obœdiẽtiã vero Christi iustificatio, & per iustificationẽ vita multo magis in plures abundabit. Et ostendere vult q multo sit fortior vita q̃ mors, & iustitia q̃ peccatũ: & p hoc edocere q si ita p peccatum mors regnare ĩ oĩbus potuit, accipiẽs ex vni⁹ hois inobœdiẽtia initiũ: quãto potẽtius & dignius p iustitiã vita regnabit, initiũ accipiẽs per vnius obœdiẽtiã Christi. Christus, inquã, ad hoc opus nõ cõditionis necessitate, sed sola miseratione permot⁹ accessit. In forma eñ dei erat: & vidẽs vnius hominis delicto mortẽ regnare per populos, creaturæ suæ nõ oblitus est, nec rapinã ducit esse se æqualẽ deo: hoc est non sibi magni aliquid deputat q ipse quidem ęqualis deo, & vnũ cũ patre est: opus vero suũ depascitur mors vnius hominis ingressa delicto. Exinaniuit igitur seipsum de E æqualitate & forma dei, & serui suscepit formã, & fit homo: ad quẽ tẽtandũ auderet qui dẽ venire ille qui regnabat in omnibus, sed intrare nõ posset. Mortẽ tñ istã cõmunem suscepit cum illam peccati quæ regnabat in oĩbus non recepit, vt sicut per hominem mors, ita & p hoiem fieret resurrectio mortuorũ: & sicut vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donũ ĩ gratia vnius hois Iesu Christi in plures abũdaret. Nõ aũt absq pfunda sapiẽtia quã Paulus ĩter pfectos loqui se dicit, in hoc loco sermones suos moderat⁹ est: & q̃d alibi oẽs dixerat, hic multos vel plures appellauit: vbi cõparationẽ diffusi in oẽs homines peccati & mortis ab Adam facit, & iustificationis ac vitę a Christo: & ne forte si absolute pronũciaret, q pari ratione atq eodẽ ordine quo ab Adã in oẽs homines mors diffusa peccati est, etiã iustificatio & vita quę a Christo est, in oẽs homines diffunditur: resoluerentur auditores, & segniores fierent erga obseruãtiã, certi de securitate vitę quæ in oẽs homines per Christi gratiam traderet. Et ideo imprimit sermonẽ, & nõ oẽs hoies (sicut G solet in cęteris) ponit, sed multos: q vnius delicto peccatores constituti sunt: & rursum in gratia dei donũ p vnũ hominem Iesum Christũ, non in oẽs, sed in plures asserit abundare: quo & negligentiores metu suspẽdat ac sollicitos faciat: & perfectioribus diuinę bonitatis secreta nõ claudat. Bene autẽ quia plures posuit ad quos donũ gratiæ pertinet, q̃ eos qui vni⁹ delicto cõstituti sunt peccatores: in quo arbitror quidẽ aliq̃d & latentis esse mysterii: q̃a & alibi mortẽ dicit regnasse ab Adam vsq ad Moysen, nõ in oẽs, sed in eos tãtũ qui secũdum similitudinẽ pręuaricationis Adæ peccauerũt. Tamen & simpliciore intellectu potest videri ideo plures dictos: q̃a q̃uis qui ex Adã peccatores facti sunt, multi sint: tñ qui p gratiã Christi viuificãtur, ideo plures dicti sint, quia etiã ille ipse ex quo in cæteros mors peccati diffusa est, addit numero eorũ: eo q cum oĩbus quos ipse fecerat sub delicto etiam ipse saluet. sicut de sapiẽtia dicit. Hæc, inq̃t, illum q primus factus est patrẽ mũdi cũ solus esset creatus custodiuit, & liberauit eũ de peccato suo. Quę est autẽ hęc sapiẽtia q̃ primũ hominẽ liberauit de peccato suo, nisi Christus, qui

est dei virtus & dei sapientia? Sic ergo plures Christus reducit ad vitam, q̄ Adam duxit ad mortem: qa etiam ipsum Adā qui cęteris causa extitit mortis, Christus reuocauit ad vitā: vt verū sit illud quod in cōsequētibus scribit Apostolus, quia prius gratiam in omnes homines iustificatione vitę. Homo autē est etiā Adā: ergo & in ipsum iustificatio vitæ perue
A niet. Sed dices fortasse: si vno peccāte in omnes homines mors pertrāsiit, & rursus vni⁹ iustitia in oēs hoīes iustificatio vitæ puenit: neq; vt moreremur aliquid nobis gestū est, neq; vt viuamus: sed est mortis qdē causa Adā, vitæ autē Christus. Diximus quidē iā & in superioribus, ꝙ parētes nō solū generant filios, sed & imbuūt: & qui nascūtur, nō solū filii parētib⁹ sed & discipuli fiūt: & non tā natura vrgenť in mortē peccati q̄ discipulatu. Nā verbi causa si quis a deo recedēs idola colat, nōne cōtinuo etiam filios si genuerit docebit venerari & sacrificia offerre dęmoniis? Hoc secundum Adā facit, & in his regnat mors ab Adā, hoc est a natiuitate, vsq; ad legis tēpus: qd ad discretionem recti, prauiq; operis veniens, capax Christi gratiæ effici potest: & ibi relingt Adā qui eū vel genuit, vel docuit in mortem, & sequitur Christū, qui eū & docet, & gignit ad
B vitā. Vis autem scire ꝙ non solū natiuitatis sed & doctrinæ est, in quo mors regnauit ab Adā, disce hoc ex cōtrariis: etenim dñs Iesus Christus cū venisset quę perperā gesta fuerāt emēdare, ꝓ eo ꝙ in mortē generaret illa quæ ex Adam veniebat prima natiuitas: introduxit secūdā natiuitatē, quā regenerationē appellauit, per quā sine dubio vitiū primæ natiuitatis aboleret: & sicut gñationi substituit regñationē, ita & doctrinæ substituit aliā doctrinā: mittēs etem̄ ad hoc opus discipulos suos, nō dixit tātū: Ite baptizate oēs gentes: sed ait. Ite docete oēs gētes, baptizātes eos in nomine patris, & filii, & spūs sancti. Sciens ergo vtrūq; esse in culpa, vtrūq; remediū dedit: vt generatio mortalis regeneratione baptismi mutareť: & impietatē doctrina pietatis excluderet. Tūc ergo nihil peccātibus nobis mors regnauit in nobis, sicut rursum nō ociosis nobis, & nihil agentibus vita regnabit in nobis. Sed initiū quidē vitę datur a Christo, non inuitis, sed credētibus, & peruenit ad perfectionē vitę perfectione virtutū, sicut in mortē dudū pręuaricationis similitudine, & vitiorum
C expletione peruētū est. Et q̄uis tanq̄ prudens dispēsator verbi dei Apostolus Paulus occulta hæc in literis suis esse voluerit, & obtecta: inseruit tñ nec siluit ī eo vbi dicit: Sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen in eos qui, peccauerūt in similitudinem præuaricationis Adę. Vides ne vt a peccato nullū Paulus excuset? Sed & peccati genus designat, similitudinem pūaricationis Adę in vnoquoq; constituēs, licet vbi, qñ, aut quomodo ab vnoquoq; similitudo ista pręuaricationis admissa sit, tu tū nō credidit apertius ploqui. Sed qui eruditus est ex lege domini: scit intelligere obscurū sermonē dictaq; sapiētium & ænigmata. Ideo etiā deniq; de salute quę in Christo, occultius loquitur: & cū dixisset: Sicut em̄ in Adā oēs moriūtur: nō dixit, ita & in Christo oēs viuificātur, sed viuificabuntur. Et rursum cū dixisset: Sicut em̄ vnius peccato mors regnauit per vnū, ita & per vnius iustificationē non dixit regnat vita, sed regnabit vita per vnum Iesum Christū. Sciebat em̄, vt dixi, scriptū esse, ꝙ fidelis spū cælat negocia: & item alibi, Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ dñe quam abscondisti timentibus te. Si enim interroges D
quādo vita regnabit per Iesum Christum, & qñ iustitia eius in oēs hoīes in iustificationē vitę efficiet, quando in oēs ista beatitudo perueniet: ipsius dñi Iesu Christi sermonibus disce, qb⁹ dicit ad discipulos, Audistis hæc oīa? Dicūt ei: etiā domine. Ait eis. Beati estis si feceritis ea. Tūc ergo beati erimus cū verbum dei non solū audire & intelligere, sed & facere possimus. Q̃uis em̄ pmittatur exeundum esse quandoq; de carcere: tñ designatur nō iñ de exiri posse, nisi reddat vnusquisq; etiā nouissimū quadrantē. Q̃ si etiā quadrantis (quę est minima peccati pœna) pœna non remittiť nisi in carcere vt per supplicia luatur: quō qs spe impunitatis resoluetur, aut donū gratiæ peccandi libertatē putabit? Igit ex vno quidē Adā cœpit in hoc mūdo regnare peccatū, & regnauit in eos q secuti sunt pręuaricationis Adę similitudinē, & ideo iudiciū ex vno ī cōdemnationē: & rursum per vnū dñm nostrū Iesum Christū gratia regnare cœpit per iustitiā, quę & regnabit oībus qui obœdiunt ei, & custodiūt verba eius: & per hęc ex multis delictis veniūt ad iustificationem vitę.

SI em̄ vnius delicto mors regnauit p vnū, multo magis qui abundantiam gratiæ & donationis iustitię accipientes erunt in vita, regnabunt per Iesum Christum. E

¶ Si esset sicut delictum ita & donū, dixisset vtiq; Apostolus: qa sicut vnius delicto mors regnauit per vnū, ita & per vni⁹ iustitiā vita regnabit per vnū Iesum Christū. Nūc autem dicit quia mors quidē vnius delicto regnauit per vnū, oēs aūt abūdātiam gratię, & dona iu

stitię accipiūt, vt nō solū vltra non regnet in eis mors (qđ & ipm vtiq; nō paruę esset gratię) sed & alia duo eis cōferuntur bona: Vnū φ p morte vita in eis regnat Christus Iesus: aliud, φ etiā ipsi regnabūt p vnū Iesum Christū. Cū ergo necessaria haec iu eos veniant bona. i. vt regnum mortis effugiant, & p morte regnet in eis vita, imo vt & ipsi regnēt in vita per vnū Iesum Christū: manifestū est quō nō sit ita delictū sicut & donum, & quomodo dicat, multo magis gratia dei & donū in gratia vnius hoīs Iesu Christi in plures abundabit. Et illud: Gratia autē ex multis delictis in iustificationē. Sed & hoc iu pręsenti quod dicit: Multo magis abūdabit gratia & donū iustitię, accipitur in vita, regnabit per vnum Iesum Christū dñm nostrum. Quod ergo ait: Vnius delicto mors regnauit p vnū: ostendit φ per delictum morti regnum datur: nec potest regnare in aliquo, nisi ius regni accipiat ex delicto. Per qđ indicari videtur, φ cū libera a deo creata sit anima, ipsa se in seruitutem redigat per delictū, & velut chirographa immortalitatis suæ, quæ a creatore suo acceperat, morti tradat. Anima eñ quæ peccat ipsa morietur. Ipsa deniq; anima clamat per pphetā dicens: In puluerem mortis deduxisti me. Qđ vtiq; ei nisi ex delicto non potuisset accidere. Vude euidēter apparet eā per delictum chirographa sui conscripsisse cū morte, vt & libertate immortalitatis amissa, iugū peccati

F & regnū mortis exciperet. Volēs igiť Apostolus ostēdere quāto maiora p Christū aīa reciperit q̄ amiserat per Adā: frequētat istos sermones, vt dicat, multo magis & abūdātia gratię & donū iustitię regnabit per vnū Iesum Christū. Quę oīa vtiq; declarāt multo abundātiora eē dona q̄ damna. Sed require, isti quos dicit regnaturos in vita p Iesum Christū, super quos regnabūt? Videtur mihi φ sicut mortis regnū in eis ostēdit fuisse quos sibi peccando fecit obnoxios: ita & eorū qui abūdātiā & dona iustitię accipiūt, & per vnū Iesum Christū regnaturi dicūtur, regnū ostēdat futurū sup illos qui eis iu eruditionem regni dei subditi fuerint, & vt ita dicā, qui sapientię, & iustitię, ac vitę quę in eis est, & sup quā regnāt, capaces fuerint inuenti. Vnde & nō ociose videtur mihi Apostolus, qui iu cęteris locis dixerat: Quia in oēs hoīes mors ptrāsiit: & iterū, In plures abuudauit: & iterū: Ex multis delictis iu iustificationē: hoc in loco neq; oēs, neq; multos, neq; plures posuisse: sciens ad paucos ptinere istius beatitudinis summā, qui abundantiā gratiæ, & dona iustitiæ accipientes in vita regnāt per vnū Iesum Christū. Ipsius autē mortis hoc describitur regnū, quæ iu aliis dicitur inimicus esse Christi vltimus vel nouissimus destruēdus. Destrueť aūt in eo vt vltra nō regnet. Q̃ si non regnat, certū ē iā uec delictū futurum esse, iu quo solo mortis est regnū, tunc sine dubio cū ad eā dicetur: Vbi est mors aculeus tuus? Q̃m quidem vt ipse Apostolus dicit, aculeus mortis peccatum est, virtus autē peccati lex: testat ergo tunc neq; legem futuram, si quidē peccati virtus ipsa dicatur, vt peccati virtute sublata, merito possit & regnum mortis aboleri. Sed hæc in excessu nūc dicta sint: suis eñ iu locis opportunius requirētur. Vclim eñ percōtari, quādo quidē mortē regnū vsq; ad pręsentiā Christi, q est vita, diximus tenuisse: venisse vero Christū dicit Apostolus non solū ad mortē destruendā, sed & ad illū ipsum, q habebat mortis imperiū. i. diabolū, hoc est anteq̄ illud fiat qđ scriptum est: Deinde finis cū tradiderit regnum deo & patri: quis regnat? Si eñ dicamus id qđ consequens videť, φ vita regnat morte destructa, potest nobis occurri: quomō ergo peccať, & manifestū est mortē regnare per peccatum? Si vero dicamus in quibusdā regnare Christum hoc est vitā, & iu qbusdā mortē: vbi inueniemus in qbus ita regnū sit vitę vt regnū mortis in eis nō habeat potestatē: hoc est q penitus absq; peccato sint? q̄ mihi videntur magis ad futurū pertinere regnū, & ibi hæc esse cōplenda vbi dicitur: φ sit deus oīa in oībus. Idcirco eñ & in oratiōe dominica dicere docemur: Adueniat regnū tuū, quasi qđ nondū aduenerit: & ipe dñs in initio pdicationis suę nou dicit: venit regnum cęlorū: sed appropinquabit regnū cęlorū. Præsens vero tēpus non tā regni dixerim videri q̄ belli, p qđ bellū futurum regnum quęratur: q̄uis hoc in ipo belli tēpore qa iā ex aliqua parte regnū mortis infringitur, & paulatim destruitur, qđ prius in oēs hoīes fuerat dilatatū: Christus regnare dicatur, secundū illud qđ scriptū est: Oportet eñ eum regnare donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius. Et itē alibi dicit: Nunc autē necdū videmus subiecta esse oia. Vnde apparet φ hoc quod dicit: Oportet eū regnare, pro regnū parare posuerit. Certum est enim φ pugnandum est & alligandus est fortis, & sic vasa eius diripienda sunt. Et ideo etiā ipse Saluator dicit: Non veni pacē mittere, sed gladiū. Tādiu vero pugnādū est ab his qui regnare volūt in vita per Iesum Christū, donec nouissim⁹ inimicus destruat mors. Sed & de abundātia gratię, & donis iustitię scien- H

G

dũ est,quia ad istud regnũ qđ diximus prepa rari per bellũ,non venit aliquis q vnã gratiã cõsecut⁹ est,hoc est q ĩ vno aliquo opere placuerit:sed abundãtia gratię requiritur,secundũ eũ qui dicit:Abũdantius autẽ q̃ oẽs illi laboraui:non autẽ ego, sed gratia dei mecum. Similia quoq; etiã iis quos imbuit precatur, cum dicit:Gratia vobis & pax multiplicetur. Multiplicatur ergo gratia & abũdat,si & sermo noster semper in gratia sale sit conditus, & opus nostrũ cum gratia humilitatis & simplicitatis fiat, & oĩa quæ agimus ad gloriam dei agamus.Similiter etiam de dono iustitiæ accipiendũ.Nihil eñi sine iustitia agere debet qui iustificatur a Christo,secundũ eũ qui dicit:Beati qui custodiunt iudiciũ & faciũt iustitiam in omni tẽpore: & secũdũ q; sapientia pronũciat dicens:Quia & si perfectus sit qs in filiis hominũ,si non adsit iustitia,a deo in nihilũ reputabitur: & hoc modo qui habuerit abundantiã gratię & dona iustitiæ,in vita regnabit per vnum Iesum Christum.

„ ITAq; sicut per vnius delictũ in oẽs hoĩes
„ in condemnationẽ:ita & per vnius iustitiã in
„ omnes homines in iustificationem vitę.

A Clam & superius diximus q; per delictũ Adæ velut aditus quidã datus est,quo in oĩes homines vel peccatũ,vel mors peccati, vel condemnatio perueniret. Ecõtrario ergo Christus aditũ iustificationis aperuit, per quẽ vita ingrederetur ad homines: & ideo dicebat de se metipso:Ego sum ostium,per me si qs ingressus fuerit,saluabit.Sed de his iã in superioribus satis dictũ.Illud tamen obseruandum est, q; non dixit in oẽs homines in condemnationem mortis,sed tãtũmodo in cõdemnationẽ: quo.s.in omnibus probet multo abũdantius donũ esse q̃ delictũ. Quomodo sane vel quæ cõdemnatio in oẽs homines venerit,videndũ est:& sufficere fortitan potest secundũ simplicẽ expositionẽ,vt dicamus condẽnationẽ esse delicti cõmunẽ hanc mortẽ,quæ oĩbus venit, & veniet etiam si iusti videanť.Q; si forte aliquis obiiciat de Enoch & Helia qui translati sunt ne viderẽt mortẽ:id hoc modo excusabitur,q; nõ cõtinuo falsa videanť ea q̃ de oĩbus dicuntur,si aliqua dispensatio dei in vno vel duobus hoĩbus facta est.Sed & illud quis cõ-

B petẽter(vt arbitror)proferet in loco,quia cũ deliquisset Adam scriptũ est q; eiecit eũ dominus de paradiso,& cõstituit eũ ĩ terra hac cõtra paradisum deliciarum:& hæc fuit delicti eius cõdemnatio,quę in oẽs homines sine dubio peruenit.Omnes enim in loco hoc humiliationis & in conualle fletus effecti sunt:siue q; in lumbis Adę fuerũt omnes,qui ex eo nascuntur cum ipso pariter eiecti sunt,siue alio quolibet modo inenarrabili & soli deo cognito vnusquisq; de paradiso trusus videtur ex cepisse cõdemnationẽ.Sicut enim per inobœdientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi:ita & per vni⁹ obœdiẽtiã iusti cõstituẽtur multi.Potest quidẽ fieri vt secundũ ea quę in superiotibus obseruauimus:Paulus volẽs mysteria secretiora cõtegere,quos alibi omnes dixerat,alibi multos ponat: ne forte si dixisset per vnius inobœdiẽtiã peccatores factos esse oẽs,& necessario subiũxisset, ita & p vnius inobœdiẽtiã iusti cõstituẽtur oẽs:videreť ex huiusmodi p̃missionis securitate resoluere animos eorũ,quibus expedit esse sub metu:& ideo nos fidelis & prudẽtis in verbo dei dispensatoris consiliũ seruãtes pro eo magis satisfacere debemus,quõ p vnius inobœdientiam non oẽs,sed multi sunt peccatores facti. Nã per vnius obœdientiã quomodo non oẽs sed multi constituãtur:difficultatẽ nõ habebit intelligentiæ,secũdũ illud qđ dñs dicit in Euãgelio:Multi eñi veniẽt ab oriente & occidente,& recumbẽt cum Abraham,& Isaac,& Iacob in regno dei:& nõ dixit omnes veniẽt. Peccatores aũt quomodo multi & nõ oẽs vi- C deantur,cũ idẽ Apostolus dicat q; oẽs peccauerũt:Debemus ostẽdere,aliud esse peccasse, aliud peccatorem esse.Peccator diciť is q multa delinquẽdo in cõsuetudinẽ,&(vt ita dicã) studium peccandi iam venit:sicut econtrario iustus nõ dicitur is qui semel aut bis aliquid iustitię fecerit,sed ille qui semper iuste agendo in vsu & cõsuetudine iustitiã habet.Nã si quis in cęteris fere omnib⁹ iniustus sit,semel autẽ aut bis aliqđ iusti operis egerit, iste quidem in eo opere in quo iustitiam tenuit iuste egisse dicitur,non tamen ex hoc iustus appellabiť:Ita & iustus peccasse quidẽ diciť si aliqđ cõmiserit aliquando qđ nõ licet,nõ tamen ex hoc peccator appellabitur qui peccãdi vsum & cõsuetudinẽ non tenet: sicut & medicus ille nõ diciť,qui aut leuiter ruptæ capitis cutis scit imponere araneã,aut qui tumorẽ vulneris aqua calida fouerit,q̃uis etiã hoc medicina esse videať: sed ille diciť medicus q vsum & studiũ ac disciplinã habet medẽdi. Ex quibus omnibus puto sufficiẽter ostẽdi q; aliud est peccare aliud peccatorẽ esse. Omnes enim potest fieri vt peccauerit,etiã si sancti fuerit: qa nemo mũdus a sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius.Quis eñi est qui nõ aut in facto, aut in verbo,aut qui cautissim⁹ certe est, vel in cogitatione peccauerit:Et ideo vt dixi pec

casse quidē oēs merito dicent: peccatores au-
tē facti nō oēs sed multi. Simili quoq; forma
& iusti multi habebūtur nō oēs, etiā si oēs iu
sti aliquid operis agūt. Bene autē ab Aposto-
lo etiā tēporū ratio custoditur. Nam cū mul
tos cōstitutos esse peccatores ad prӕteritū te
tulerit, iustos cōstituēdos esse multos ad fu-
turū trāstulit tēpus: sciēs sine dubio q̧ proces
su prӕdicationis euāgelicӕ iustorum multitu
do maior accresceret. Q; autē iusti multi fue
rint etiā ante Saluatoris aduētū, idem dn̄s te
statur in Euāgelio cū dicit: Multi Prophetæ
D & iusti cupierunt videre quӕ videtis. Sed ali-
ter hic multos dicit Saluator iustos, & aliter
Apostolus posuit. Nam Saluator Apostolo-
rū numerū aspiciens ad ipsorū cōparationem
multos dixit iustos & Prophetas: in præsenti
vero loco Apostolus multos ad omniū qui ī
hoc mūdo nati sunt & nascētur cōparationē
intelligēdus est reuocasse: igitur Per vni⁹ in-
obœdientiā peccatores constituti sunt multi:
secundū eā obseruātiā multi peccatores intel
ligendi quam supra de peccante & peccatore
ptulimus. Q; si qs nobis obiiciat illud qđ de
se ipso dicit Apostolus: q̧ Christus Iesus ve-
nit in hoc mundo peccatores saluos facere,
quorū primus ego sum: quasi etiā se peccato-
rē dicere videatur: dicemus q̧ aliud est ex per
sona scripturӕ, vel prophetӕ, vel dn̄i, aliquem
peccatorē designari: aliud est iustū ipsum sui
fieri accusatorē, & humiliare semetipsum vt
exaltetur a deo: q̄uis Paulus in eo quod dicit
persecutum se esse ecclesiam dei, & expugnas-
se eam, & traxisse viros ac mulieres, & in vin
cula coniecisse, licet ignorātia fecerit, & mise-
ricordiam consecutus sit, tamen cum hæc fa
ceret, nō immerito fortassis peccatorē se dici
E debuisse fateatur. Vt autē distinctionis huius
quā dedimus inter peccare & peccatorem eui
denter adhuc ratio clarescat: vide Cain, qui
cū manifeste peccator sit, fecit tamen aliquid
rectū: propter quod dn̄s ad eum dixit: Si re-
cte offeras. Et Pharao cū dicit: Dominus iu-
stus, ego autē & populus meus impii: iustum
aliquid fecit, sed nō ex hoc iustus dicitur. Et
multa huiusmodi in scripturis diuinis inue-
nies, ex quibus & iustū peccasse aliquid, & pec
catorem iusti aliquid egisse deprehendes: nec
tunc iustū quia in aliquo peccauerit peccato-
rē dictū, aut peccatorem qui aliquid iuste ege
rit, iustum inuenies appellatū. Verū ne illud
quidem intentū prӕtereat auditorem, q̧ vbi
inobœdientiā vnius dicit, addidit hominis: p
quem peccatores constituti sunt multi. Hic
eīn per quem iusti fiunt, sine dubio ipsa iusti-
tia est: sicut & idē Apostol⁹ dicit de Christo:
Qui factus est nobis iustitia a deo. Dedit er-
go Adā peccatoribus formā per inobœdiētiā,
Christus vero ecōtrario iustis formā p obœ-
diētiam posuit, sicut & alibi scriptū est: Obœ
distis autem ex corde in eā formā doctrinӕ in
quā traditi estis. Propterea enim & ipse obœ
diēs factus est vsq; ad mortē, vt q inobœdien
tiӕ formā sequētes cōstituti sunt peccatores,
obœdientiā Christi imitantes salui fiant.

LEX autem subintrauit, vt abundaret deli ”
ctum. Vbi autem abundauit delictum, super- ”
abundauit & gratia: vt sicut regnauit pecca- ”
tum in mortem, ita gratia regnet per iustitiā ”
in vitam ӕternam, per Iesum Christum domi ”
num nostrum. ”

¶Si quidē anteq̄ lex per Moysen daretur ne- F
mo peccasset, volentes accusare legem ex his
apostolicis verbis Marcion & cӕteri hæretici
occasionem capere videntur: tanq̄ hæc fuerit
causa datӕ legis, vt peccatum qđ ante legem
nō fuerat, abundaret. Sed nescio quod tēpus
inueniatur vacuū peccatis ante legem. Quan
do interficiebat Cain Abel: & terram frater-
no sanguine polluebat, ita vt diceret ad eum
deus: Maledicta terra quӕ aperuit os suum vt
susciperet sanguinē fratris tui: non abūdabat
peccatū? Abundabat plane, & quidē cū & ho-
mines abundarent: vel tunc cum dicebat La-
mech: Occidi virū in vulnere meo, & iuuenē
in liuore meo. Et de Cain quidem iudicatum
ē septies, de Lamech vero septuagies septies.
Noe vero temporibus intantum abundauit
delictū, vt vidēs, inquit, deus quia multiplica
tæ sunt malitiæ hominum super terram, &
oīs homo cor suū diligēter apposuit ī mali
tia omnibus diebus vitӕ suӕ: recogitauit do-
minus q̧ fecerat hominem sup terrā, & pœ-
nituit in corde suo, & dixit. Deleam hominē
quem feci a facie terrӕ, ab homine vsq; ad pe-
cus, & a reptilibus vsq; ad aues cӕli: quoniam
pœnitet me q̧ fecerim eos. Et iterū, cum dice-
tur. Corrupta est terra in conspectu dn̄i, & re
pleta est terra iniq̄tatibus. Et vidit deus terrā
& erat corrupta valde, q̄a corruperat oīs ca-
ro viā suā super terrā. Quis ergo ita stolidus
qui in his omnibus neget abundasse peccatū?
Vel certe cū de Sodomitis dicit a deo: Descē
di vt viderem si secundū clamorē Sodomita
rū cōsummātur iniquitates eoꝝ? vel cū circū
steterunt domum Lot, impudicitiӕ suӕ scelus
etiā in angelos moliētes? Aut tūc fortasse nō
abūdabat peccatū, cū Pharao affligebat filios
Israel in luto & latere, & natos eorum necari
volebat in flumine? Et vtiq; nondū Moysi lex

subintrauerat, cũ hæc tãta peccatorum labes diffundebaẽ in terra. Ex qbus colligiẽ, hereticos quos supra diximus, vel si q cũ illis hæc de Moysi lege dicta suscipiũt: ne leuiter qdẽ
A apostolicum sensum potuisse contingere. Magis ergo illud i hoc loco debet intelligi, esse (vt sepe iã diximus) legẽ naturę q̃ scripta est nõ i tabulis lapideis, sed i tabulis cordis carnalib⁹: nõ atramẽto, sed spiritu dei viui: quæ lex ab illo qui ab initio creauit hoĩem, ita in principali cordis eius ascripta est, vt opportuno tẽpore, cũ iã paginæ ipsę mentis adolescerint, vel poti⁹ vt scriptura nominauit, vbi tabulę cordis carnales cœperint augmẽto tãto aperiri: diffundi incipiat p interna cõsciẽtię, & repleri rationibus sensus. Tũc ergo ad uersum pręcepta quę ex huiusmodi lege naturaliter suggeruntẽ, volũtas carnis exurgit, & alia suggerit desideria: & hoc est quod ait Apostolus: legẽ i mẽbris positã resistẽtẽ legi mentis. Hanc ergo nũc legem membroꝝ posuisse in hoc loco videẽ Apostolus, quã subintrasse dicit vt abũdaret peccatũ. Nã & ipse sermo quo vsus est, plenissime mihi videtur
B hęc quę dicimus indicare. Aliud nãq; est intrare, aliud subintrare: sicut est aliud ducere, & aliud subducere, aliud trahere, & subtrahere. Subintrare nãq; hoc indicat, cũ alio ingresso sub obtẽtu alius igrediẽ. In qua ratione, quã supra exposuim⁹, euidẽter ostẽdiẽ ꝙ sub obtẽtu legis naturalis, quã legẽ mẽtis nominauit Apostolus, q̃ legi dei cõsentit, orta sit lex mẽbroꝝ, q̃ desideria carnis suggerens, & captiuũ hominẽ ducens libidine ac voluptate inquinatũ, facit in eo abũdare peccatũ. Sic ergo lex subintrauit vt abũdaret delictũ: sed vbi abũdauit, inquit, peccatũ, superabundauit gratia. Sicut in superioribus docuim⁹, vbi per singula quęq; cõparationẽ facit eoꝝ, quę ex pręuaricatione Adam accidisse videntur aduersa, & multo maiora ostẽdit esse quę per gratiã Christi ad remediũ collata sunt: & in præsenti loco cũ dixisset abundasse peccatũ, sermone dignissimo vsus est quo abũdantiam vinceret, & superabũdãtiam poneret. Superabũdauit aũt gratia Christi i eo, vt nõ solum a præteritis peccatis absolueret homi-
C nem: verũ etiã cõmuniter a futuris. Siquidẽ duo quædam regna ostendit in homine, vnũ quo peccatum in morte regnauit, aliud quo gratia sup iustitiã regnet i vita. Gratia ergo est quę de regno suo, id est de mẽbris nostris peccatũ eiecit & expulit, cum quo necessario etiã mors pariter exclusa est: vt ita demũ regnũ sibi in nobis gratia p iustitiã vẽdicaret, & vbi mors fuerat, æterna vita consisteret. Hoc autẽ est qđ & alibi idẽ Apostolus dicit. Nõ ergo iam regnet peccatũ in vestro mortali copore. & idẽ alibi. Sicut eñ exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato: ita nũc exhibete mẽbra vestra arma iustitię deo. Est ergo grãdis supabũdãtia ex eo ꝙ vbi peccatũ fuit & mors: ibi nũc est gratia, & iusti-
tia, & vita æterna. Et hęc oĩa sunt qdẽ supra D
cętera p dominũ nostrũ Iesum Christum: potest autẽ fieri, vt sicut hęc omnia bona dicit existere per dominũ, ita & illa mala intelligi voluerit extitisse p diabolũ: sed siluisse de auctoris eoꝝ nomine, vt superabũdantiã gratię in hominibus assignaret. Nã sicut Christus vnũ quidem est per substantiã, multis autem virtutibus & operationibus designaẽ: & gratia ipse eẽ intelligiẽ, sicut iustitia, sicut pax, sicut vita, sicut veritas, sicut verbum: ita forsassis & diabolus in multis, vel in diuersis significationibus sępe potest intelligi. Nam & peccatũ qđ regnare dicitur, ipse putãdus est, & mors ipse credẽdus est: de quo dicitur, qa & nouissima inimica destruetur mors. Sed & perditio ipse intelligitur, secũdũ illud qđ dictum est a propheta: Perditio factus es, & nõ subsistes in æternum tempus. Sed & qđ dicit Apostolus: Nõ ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore: puto ꝙ magis de ipso dictũ sit. Ipse enim auctor peccati & mortis & perditionis, & cõsequenter ab inuentis rebus auctor inuenti nominatur. Non ergo potest fieri vt sine rege aliquãdo sit anima: sed hoc prouidendũ est, vt Christum regem habeat, cuius iugum suaue est, & onus leue: & non diabolum, cuius regnũ graue est. Iniquitas enim est quæ sedet super talentũ plumbi. Christus autem vbi regnat, ibi superabũdat gratia & iustitia in vita æterna.

CAPVT. VI.

QVID ergo dicemus? Permanebim⁹ in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui eñ mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo?

❡ Quoniam superius dixerat, qa vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia: E
nascentem ex hoc quæstionem nunc sibi ipse proponit: qa si abundantia peccati gratiæ superabundantiam parit: ergo peccandum est, vt gratia plus abundet. Sed absolutionem etiam quæstionis ostendit cum dicit, Absit: & continuo subiecit rationem, mortuos dicens esse peccato eos in quibus abundauerit gratia. Certum est autem mortuum peccato, peccatorem esse nõ posse. Non ergo pec-

mauere poterit in peccato q mortuus est pec cato. Verũ hęc vt apertius clarescant, requi ramus qd est viuere peccato, & quid est mo ri peccato. Sicut deo viuere dicitur is qui se cundum volũtatem dei viuit: ita peccato vi uere dicitur is qui secundũ voluntatẽ pecca ti viuit, vt idem designat Apostolus cum di cit: Nõ ergo regnet peccatũ in vestro morta li corpore ad obœdiẽdũ desideriis ei⁹. In quo ostendit q̃ obœdire desideriis peccati, hoc ẽ viuere peccato. Q̃z si facere desideria peccati peccato viuere ẽ: nõ facere desideria peccati, nec obœdire volũtati ei⁹, hoc est mori pecca to: qđ tñ peccatũ velut sedẽ quãdã & solium regni sui in nostro corpore collocatum habe re dicit Aplus: Est eñ familiarior ei pars ista substãtiæ, & amica quędã cũ carnis volupta tibus, ex qua occasiones incitamẽti naturalis assumens paruo diuerticulo in pcipitiũ mor

F tis naturę ordinem vergit. Sed vt qđ dicim⁹ apertius explanet, adhuc exẽpli causa pona mus. Naturales appetẽtias habet caro cibi & potus, q̃ intra certas mẽsuras sufficientiæ cõ tinent: quas si qs excedat psuasiõe peccati, iã non cibũ & potũ, qđ naturę sufficit, caro, sed luxuriã temulẽtiãq̃ deposcit. Simili etiã mõ inest carni incitamẽtũ naturale, quo misceri fœminę causa reparãdę successiõis exposcat: sed si ex hac occasiõe psuadẽte peccato decli net a lege, & naturalis libidine mot⁹ ad illici ta cõcitet, peccato viuit: q in his singulis nõ dei legi, sed peccati psuasionib⁹ paret. Si ergo cõmonit⁹ qs morte Christi q p ipsis mortu⁹ est, pœniteat in his oĩbus, & velut pessimũ re gẽ regnãtẽ i sua carne depellat, alienũq̃ se ab eius desideriis faciat ac pręceptis: iste p mor tẽ Christi peccato mortu⁹ esse dicit. Hic aũt pctm̃ ipsum peccati auctorẽ arbitror noiati. Si ergo morit qs pctõ, certũ est q̃ p pœnitẽ tiã morit. Quomodo ergo qs permanebit in peccato vt gratia abũdet, cũ gratia ex eo abũ det, q̃ pctõ quis moritur? Si eñ permaneam⁹ (vt pponitur) in peccato, certum est q̃ non morimur sed viuimus peccato: viuẽtib⁹ aũt pctõ gratia nõ potest abũdare. Requiritur sa ne, si in solis hoibus supabũdet gratia, in qb⁹ abũdauit aliqñ peccatũ, & i nullo supabũdet gratia nisi in quo abundauit peccatũ: An & aliqbus põt supabũdare gratia, in qb⁹ nunq̃ vel abũdauerit, vel fuerit peccatũ. Et si quis illud aspiciat qđ dicit Apostolus, qa pacifica uit Christus per sanguinẽ suũ nõ solũ quę in terris sũt, sed & quæ in cęlis, & illud velit, q̃ sine dubio pro oĩbus gustarit mortem: pu tabit & ibi similiter aliquam abundãciã fuis se peccati, vt nihilomin⁹ & gratiæ supabun dantia fieret. Si vero ad hoc qđ supior lectio

G cõmemorauit attẽdas, vbi pctm̃ i hũc mũdũ p vnũ hoiem dicit introisse, & per pctm̃ mor tem, & ita in oẽs pertransisse: dices ex illo ii rio pẽdere etiam ista quæ habentur in mani bus, vt de his solis de qbus in initio pposuit apostol⁹, tractare videat, id est quę ad homi nes tantũmodo spectant. Obseruandum sane est, q̃ librato sermone vsus sit aplus vt dice ret, Permanebim⁹ in pctõ. Permanere nãq̃ est a cœpto nõ desistere. Quod vtiq̃ si qs faciat, certum est q̃ nec initiũ conuersionis accepit. Illud aũt interdũ accidit, vt nõ quidem pma neat qs in peccato, sed cum desierit, rursum redeat ad vomitũ, & fiat infelicissimus: vt post depulsum in se regnum peccati & mortis, & regnum vitę iustitięq̃ susceptũ, iterum se do minationi peccati substernat & mortis. & ista sunt q̃ naufragia fidei appellat apostolus. Ve rũtñ quis pmaneat qs i pctõ, quis sub mortis regno & potestate pduret: non tñ ita æternũ istud mortis eẽ arbitror regnũ, vt ẽ vitę atq̃ iustitię, maxime cũ & nouissimũ inimicũ mor tẽ ab aplo audiã destruẽdã. Et re vera si eadẽ æternitas mortis ponatur esse q̃ vitę est: iam nõ erit mors vitę cõtraria sed ęqualis. Aeter nũ nãq̃ ęterno cõtrariũ nõ erit, sed idẽ. Nũc aũt certũ est mortẽ vitę eẽ cõtrariã: certũ est ergo q̃ sic vitę ęternę mors eẽ nõ possit ęter na: vnde & necessariũ locũ tenet resurrectio mortuorũ. Cum eñ mors aiæ quæ est nouissi mus inimicus, fuerit destructa, etiã hæc cõmu nis mors, quã illius velut vmbrã esse dixim⁹, necessario abolebitur: & tũc consequenter re surrectioni mortuorum dabitur locus, vbi re gnũ mortis pariter cũ morte destructum est.

H Sed nos nõ expectem⁹ qñ iste inimic⁹ destrua tur nouissimus, q semel illuminari sumus, & gustauim⁹ donum cęleste, ac participes facti sumus spũs sancti, & bonum gustauimus dei verbũ, virtutes quoq̃ seculi futuri: sed pma neamus in gratia, nec expectemus vt iterum post lapsum renouemur ad pœnitentiã: rur sum crucifigẽtes i nobis ipsis filiũ dei, & ostẽ tui habẽtes: sed regnũ iustitię i nobis fiat re gnũ ęternũ. Hoc est interim fugiamus regnũ mortis, ex quo liberati ad regnum vitę ęter nę peruenimus: vt gratia per iustitiã regnet in nobis in vita ęterna p Iesum Christum do minũ nostrum. Qđ ergo dixit, Mortui sum⁹ pctõ, hoc ẽ qđ alibi ait, cõformes nos Christi morti effectos, q semel peccato mortuus est. Quod aũt dicit semel, ex integro significat. Ex integro nãq̃ Christus peccato mortuus

est,q peccatū nō fecit,nec fuit dolus ī ore ei⁹.
» AN ignoratis qa quicūq; baptizati sumus
» in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati su
» mus? Consepulti enim sumus cum illo per
» baptismum in mortem , vt quemadmodum
» Christus surrexit a mortuis p gloriā patris,
» ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.
A ¶Obserua diligētius ordinē dictoꝝ,& conse quentiū.Cōparat em̄ mortē quę p Adā,vitæ quę p Christū ē:& dicit.Nō sicut delictū,ita & donū.& itē post hęc ait: Legē subintroisse vt abundaret delictū,abūdante vero peccato supabūdasse gratiā.& ī his soluit qd videbat̄ esse cōtrariū,& dicit.Qui em̄ mortui sumus peccato,quō viuemus adhuc ī eo? Nūc ergo volēs rebus ipsis ostēdere qd est mortuū esse peccato,dicit: An ignoratis qa quicūq; bapti zati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cōsepulti em̄ sumus ei per baptismū ī mortē: docēs p hoc ꝙ si qs prius mortuus peccato est,is necessario ī baptismo cōsepult⁹ est Christo. Si vero nō ante qs mo rit̄ peccato:nō pōt sepeliri cū Christo.Nemo enim viuus aliquādo sepelitur. Q; si nō sepe litur cū Christo:nec legitime baptizat̄. Verū de ratione baptismatis, cū exponeremus euā geliū secūdū Ioannē,vbi ventū est ad eū locū in quo dicit de Iesu : Ipse vos baptizabit in spiritu sancto : & itē vbi ipse Saluator dicit, Nisi qs renat⁹ fuerit denuo ex aqua & spiri tu,nō pōt itroire ī regnū dei:p virib⁹nostris quę occurrere potuerūt:imo q̄ donauit de⁹, diximus: vbi & sermonis id qd dicit̄, Nisi qs renatus fuerit denuo,altius apire tētauim⁹. Qd.n.nos latini habem⁹ denuo,greci ἄνωθεν dicūt:qui sermo vtrūq; significat, & denuo, & de supiorib⁹.In hoc ergo loco,qa q bapti zatur a Iesu,in spū sancto baptizat̄,nō ita vt denuo,sed vt de supiorib⁹ intelligi cōuenit: nā denuo dicim⁹ cū eadē quę gesta sunt repe tunt̄:his aūt nō eadē natiuitas repetit̄ vel ite ratur,sed de superioribus suscipit̄ noua nati uitas:& ideo rectius legeremus ī euāgelio si quis nō fuerit renatus de supioribus nō pōt introire ī regnū dei: hoc em̄ est ī spiritu san
B cto baptizari. Cui rationi vt de supiorib⁹ eē baptismū cōfirmet̄:nō īmerito ad sanctū spi ritū coniūgunt̄ etiā aquę q̄ sub cęlo sunt, vt laudent nomē domini . Et quis secūdū typū ecclesię traditū oēs baptizati sumus in aquis istis visibilibus,& in chrismate visibili: tamē qui mortuus est peccato, & vere baptizat̄ in morte Christi,& cōsepelitur ei p baptismū in morte:iste vere in spiritu sancto baptizat̄ de supioribus & aqua.Et intuere adhuc diligē

tius mystici ordinis consequētiā.Mori prius oportet peccato,vt possis sepeliri cūChristo. Mortuo em̄ sepultura debet̄. Si em̄ viuis ad huc peccato,cōsepeliri nō potes Christo:nec in nouo eius sepulcro collocari,qa vetus ho mo tu⁹ viuit,& nō potes ī nouitate vitę am bulare.Propterea nāq; curę fuit spiritui san cto tradere p scripturas ꝙ & sepulcrū nouū fuerit ī quo sepultus est Iesus:& ꝙ ī sindone mūda obuolutus sit,vt sciat oīs q cōsepeliri vult Christo p baptismū,nihil vetustatis ad sepulcrū nouū:nihil immūditię ad mundam sindonē deferēdū.Ista est ergo mors beata:de qua dicit Apostolus, ꝙ semper mortem Iesu Christi in corpore nr̄o circūferim⁹.Et iterū. Quotidie morior. Sed & illud cū dicit: Oīa vestra sunt , siue Paulus , siue Apollo , siue Cephas,siue hic mūdus,siue vita,siue mors: mortē hāc qua peccato morimur,& Christo cōsepelimur,enumerat. Verū potest qs ī his C
locis reqrere,cur Apostolus de baptismo no stro loquēs & de Iesu dixerit : Consepulti ei sumus p baptismū:& iterū alibi, Si cōmori mur ei & cōuiuem⁹: itē Si cōpatimur,& cō regnabim⁹:& nusq; dixit Christo cōbaptiza ti sum⁹,cū vtiq; sicut mors morti, & vita vi tę:ita & baptisma baptismo cōferri debuisse videat̄.Sed vide ī Apostoli literis quāta cau tela sit:ait em̄ qcūq; baptizati sum⁹ in Chri sto Iesu.Nostrū ergo baptisma ī Christo Iesu eē dicit. Ipse aūt Christus a Ioāne baptizat⁹ refert̄,nō eo baptismate qd ī Christo est,sed eo qd ī lege est.Ita em̄ ipse ait ad Ioāuē:Sine modo, sic em̄ decet nos adimplere oēm iusti tiā.In quo ostēdit, ꝙ baptisma Ioānis exple tio erat veterū,nō inchoatio nouoꝝ.Deniq; refert̄ in actibus Apostolorū,ꝙ qdā ex disci pulis q baptismo Ioannis fuerant baptizati Apostoloꝝ sentētia rebaptizati sunt in noīe dn̄i Iesu. Quicūq; ergo baptizati in Christo Iesu:in morte ipsi⁹ baptizati sumus. Reqras fortassis etiā hoc,qd ipē dn̄s dixit ad discipu los,vt baptizarēt oēs gētes in noīe p̄ris & fi lii & spūs scti:cur hic Ap̄ls solius Christi in baptismo nomē assumpsit,dicēs:Quicūq; ba ptizati sumus in Christo:cū vtiq; nō habeat̄ legitimum baptisma,nisi sub noīe trinitatis. Sed intuere prudētiā Pauli,qm̄ ī p̄senti loco nō tā baptismatis rationē, q̄ mortis Christi discutere cupiebat:ad cui⁹ nos similitudinē et suaderet mori debere pc̄tō,& cōsepeliri Chri sto.Et nō erat vtiq; cōueniēs,vt vbi de mor te dicebat,vel patrē noiaret, vel spm̄ sanctū. Verbū.n.caro factū est:& merito vbi caro est ibi de morte tractat̄.Nec cōueniebat vt dice

ret, qcunq baptizati sum⁹ in noie patris, vel in nomine spūs sancti, in morte ipsius bapti-
D zati sumus. Vnde obseruāda est in hoc loco & in cæteris consuetudo Apl'i: φ nō semp cū aliqd ex scripturis assumit, integrum textum verbo℞ vt ī suo loco positus est, assumit: sed ea rm̄, q̄ p̄sentis causę requirit assertio, sicut in p̄nti sermone dixim⁹: qa de morte Christi docere cupiebat, sufficit ei dicere, qcūq bapti zati sum⁹ in Christo, in morte ipsius baptiza ti sumus. Mihi vero ne illud quidē ociose p̄- misisse in hoc capitulo videtur apostolus qd dicit: An nescitis. Per qd ostēdit, qa tūc, hoc est apostolo℞ t̄porib⁹, nō vt nunc fieri vide mus, typus rātūmō mysterio℞ his q baptiza banť, sed virtus eorum ac ratio tradebatur: & tanq̄ scientibus & edoctis, φ qui baptizā- tur, in morte Christi baptizanť, & cōsepeliū- tur ei p baptismū ī mortē: & φ sicut Christ⁹ surgēs a mortuis per gloriā patris, in nouita te vitę ambulare debeāt hi q baptizati sunt,
E hæc Apl'us scribit. Adhuc fortassis etiā hoc in præsenti capitulo requiratur: Si mortui su mus peccato, & consepulti sumus Christo, & cōsurreximus cū eo: necessarium videbiť se- cundum hanc formā ostendi, quomodo etiā cum ip̄o tres dies, & tres noctes in corde ter rę sepulti fuerimus. Et vide si possumus tres dies cōsepulti Christo facere, cum plenā sciē tiā trinitatis capim⁹: lux em̄ est pater, & ī lu mine eius qui est filius, lumen videmus spiri tum sanctū. Facimus aūt & tres noctes cū de- struimus tenebrarū & ignorantiæ patrē vna cū mendacio qd ex eo natū est: & mendax est sicut & pater ei⁹, & cū loquiť mēdaciū de suis propriis loquiť. Sed & tertio loco spūm erro ris destruim⁹, q inspirat pseudoprophetas vt dicāt: Hęc dicit domin⁹, quos dominus non misit. Destruimus hęc & conculcamus, si cō- sepulti sumus Christo, etiā secundū illud qd ipse dicit. Ecce dedi vobis potestatem calcan di super serpentes, & scorpiones, & sup omnē virtutem inimici. Quæ singula ita sunt con- traria veritati & trinitati, vt nox diei, vt te- nebrę luci, vt mēdaciū veritati. Hæc interim q̄ nobis in præsenti loco occurrere potuerūt. Si qs aūt melius aliqd senserit, nō pigeat his omissis illa recipere. Verūtamē hoc est quod colligitur ex his apostoli dictis per altiorē in telligentiā, φ sicut nemo viuus potest sepeli- ri cū mortuo: ita nemo qui adhuc viuit pec- cato, pōt in baptismo cōsepeliri Christo, qui mortu⁹ est peccato: & ideo q festinant ad ba- ptismum, hoc prius curare debent, vt moriā tur aū peccato: & sic possint cōsepeliri Chri-

sto per baptismū: vt ipsi dicāt, Semper mortē domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circūferētes, vt & vita Iesu Christi manifeste tur in carne nostra mortali. Quomodo autē manifestatur vita Iesu Christi ī corpore, ip̄e Paulus ostēdit cum dicit: Viuo autē iam nō ego, viuit vero in me Christ⁹: Hoc idem qd apostolus Ioannes in epistola sua scribit cum dicit: Omnis spirit⁹ q cōfitetur Iesum Chri- stū ī carne venisse, ex deo est. In quo vtiq nō is qui syllabas istas p̄nunciauerit, & commu ni cōfessione protulerit, dei spiritu agi vide- bitur: sed qui vitā suā ita formauerit, & ita fructus opis attulerit, vt Christū in carne ve nisse, & mortuū esse peccato, ac viuere Deo, ipsa operū suo℞ & sensuum religiōe mōstra- uerit. Videamus nunc postq̄ quid sit cōsepe- F
liri Christo pro viribus aperuimus, etiā hoc qd ait: Vt sicut surrexit Christus a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Sicut cōsepulti sum⁹ Christo se cūdū ea quæ supra diximus, id est secundū φ mortui sumus peccato: consequenter vtiq re surgente Christo a mortuis & nos cum ipso simul resurgemus, & illo ascēdente ad cælos cum ipso simul ascēdemus, & sedente ip̄o ad dexteram patris, cum ip̄o simul in cælestibus sedere dicemur: secundum φ idem apostolus ī aliis dicit, φ coexcitauit nos Christo, siml' φ fecit sedere iu cęlestibus. Surrexit Christ⁹ per gloriā patris: & nos si mortui sumus pec cato, & Christo consepulti: quia omnes q vi- dent opera nostra bona glorificēt patrem no strum qui ī cęlis est, merito Christo cōsurre- xisse per gloriā patris dicimur, vt in nouita- te vitę ambulem⁹: Nouitas autē vitę est, vbi G
veterem hominem cum actibus suis deposui mus, & induimus nouum: qui secūdum Deū creatus est, & qui renouatur in agnitione dei secundū imaginem dei: secundum imaginem eius q creauit eū. Neq em̄ putes φ innoua- tio vitæ quę dicitur, semel facta sufficiat, sed semp quotidie (si dici potest) ipsa nouitas in nouanda est. Sic em̄ dicit Apostolus: Nam & si is qui foris est homo noster corrumpiť, sed qui intus est renouať de die in diem. Sicut. n. vetus semper veterascit, & de die in diem ve tustior fit: ita & nouus hic semp innouatur & nunq̄ est quādo non innouatio eius auge- scat. Intuere deniq eos qui in fide proficiūt, & quotidie in virtutib⁹ enitescūt, quomodo semp bonis operib⁹ adiiciūt meliora, & hone stis actib⁹ honestiora cōgrāt: quō in itellectu in sciētia sapiētiaq ditescār, & ea q̄ ante mi- nus plena ad intelligendū videbanrur, aper-

ea postmodū dilucidaq; perspiciūt. Et vide si nō reb⁹ ipsis huiusmodi hoiem quotidie di- xeris innouari: sicut ecōtrario (vt dixim⁹) si qs vetus effici cœperit, pficiet ī peius: & quo tidie vetustior, & semetipō deterior ineniet. In nouitate ergo vitę ambulemus, ostēdētes nosmetipsos ei q nos cū Christo suscitauit quotidie nouos: & vt ita dixerim pulchrio- res, decorē vultus nostri in Christo tāq̄ ī spe culo colligētes: gloriāq; in ipso dño speculā- tes eadē imagine trāsformemur, qa Christus surgens a mortuis ab humilitate terrena ad

A gloriā paternę maiestatis ascēdit. Sed adhuc qd dixit, In nouitate vitę ambulem⁹, videte ne forte mystice illud ostēdat, vt donec pfi- ciat qs ambulare dicat. Nec tū putādū est q̄ sine fine ambulare dicat: sed venire aliquādo ad eū locū eos q in his pfectib⁹ ambulāt, vbi stādū sit. Sic deniq; primo martyri Stephano

B qui iam ad pfectionis venerat gradū, stans a dextris virtutis apparuit Iesus Christus: & ad Moysen, q & ipse post multos pfect⁹ ad p fectionē venerat, dicit dñs: Tu autem hic sta mecū. Sed & Paulus vbi in semetipso cōsum mationē perfectionis agnouit, dixit: Cursum cōsummaui. His autē q se putarent perfectos esse nec tñ essent, dicit: Qui se putat stare, vi deat ne cadat. Impfectis vero & adhuc initia habētibus dicitur vt ambulent post dominū deum suū: & de aliis dicitur: Dimittere eos ieiunos nolo, ne forte deficiant in via.

» ¶ Si enim complantati facti sumus similitu
» dini mortis eius, simul & resurrectionis eri-
» mus: hoc sciētes qa vetus homo noster simul
» crucifixus est vt destruatur corpus peccati,
» vt vltra nō seruiamus peccato. Qui mortu⁹
» est, iustificatus est a peccato.

B ¶ Oia hęc ad illā respiciūt qstionē, ne videat locū dedisse peccādi in eo qd dixit: Vbi abū- dauit pctm̄, supabūdauit gr̄a. Idcirco nāq; & mortuos nos dicit eē peccato: & qcūq; bapti zati sumus in Christo, in morte ipsius bapti- zatos nos dicit: & nūc complantatos nos ad mortis ei⁹ similitudinē scribit, addēs q̄ si si- militudinē mortis ei⁹ qua peccato mortuus est geramus: etiā resurrectionis similitudinē sperare debeam⁹. Sed hoc quaten⁹ possit fieri ostēdit, dicēs qa vetus homo noster simul cō crucifigi debeat Christo. Vetus autē homo noster itelligēdus est vita prior quā duxim⁹ in peccatis: cui⁹ finē & iteritū quēdā facim⁹ vbi recipim⁹ in nobis fidē crucis Christi: per quā ita destruit corpus peccati, vt mēbra no stra q̄ seruiebāt peccato, vltra ei nō seruiāt, sed deo. Sed nūc repetētes sermonē, videam⁹ quid est cōplātari similitudini mortis Chri- sti: ī quo velut plantam alicui⁹ arboris ostē- dit mortē Christi, cui nos cōplantatos vult esse: vt ex succo radicis eius, radix quoq; nr̄a suscipiēs pducat ramos iustitię, & fructus af ferat vitę. Qz si vis de scripturis agnoscere q̄

C ista sit plāta cui cōplātati eē debeam⁹, & cu- ius generis arbor: audi qd de sapiētia scribit. Arbor (inqt) vitę est oib⁹ sperātib⁹ in se, & q cōfidūt in ea tāq̄ in dño. Christus ergo Dei virt⁹, & dei sapiētia, ipe est arbor vitę, cui cō plātari debem⁹: & nouo quodā atq; amabili dei dono mors illi⁹, arbor nobis vitę efficit. Bene aūt Apl̄s sciēs in p̄senti loco nō de cō- muni hac, sed de peccati morte tractare, non dixit: si eñ cōplātati sum⁹ morti eius, sed si- militudini mortis ei⁹. Christus eñ ita semel mortuus est peccato, vt peccatū oīno nō fece rit: nec dolus inuētus sit in ore ei⁹. Qd ī alio hoie ex integro inueniri nō poterit omnino. Nemo eñ mūdus a sorde peccati: nec si vni⁹ diei fuerit vita ei⁹. Idcirco ergo ipa qdē mor te qua Iesus mortu⁹ est peccato: nos nō pos sum⁹ mori, vt imitātes eū, & vestigia seqntes abstineam⁹ nos a pctō. Hoc est ergo qd reci- pere pōt hūana natura, vt ad siītudinē mor tis ei⁹ hoc fiat, dū ipsum imitādo nō peccat. Nam oīno ex integro nescire peccatū, solius

D Christi est. Sed hoc nō itelligētes qdā hęreti coꝝ conari sunt ex hoc Apostoli loco asserere q̄ Christ⁹ nō vere mortu⁹ sit, sed similitu dinē mortis habuerit, & visus sit magis mo- ri q̄ vere mortu⁹ sit. Quib⁹ respōderi qm̄ pfa cile sit, nō puto necessariū ex cęteris vel apo stoli/vł euāgelioꝝ dictis/vbi simpliciter mors ei⁹, & nō siītudo mortis scribit, testimonio rū pōd⁹ adhibere: cū possim⁹ ad eos dicere: si siītudo mortis fuit, fuit & nō vera resurre- ctio: & nos ergo videbimur resurgere, & nō vere resurgemus: & videbimur mori pctō, & nō vere moriemur: & oē ergo qd gestū est & gerit, visum est geri, sed nō est gestū. Supest igit vt & q̄ saluati sum⁹, visi sim⁹ saluari: sed nō vere saluati sim⁹. Vñ qm̄ hęc tā absurda sunt vt nō idigeāt pbatioīb⁹: nos ad expla nationē eoꝝ q̄ habent in seqētibus cōuerta mur. Igit cōplātari nos vult mortis ei⁹ simi litudini qua peccato mortu⁹ est semel, vt pos simus & resurrectioni eius esse complantati. Ad vtrūq; eñ subaudiri debet cōplātati. Et vide q̄ necessario formā plātatioīs assūpserit. Ois etenim plāta post hyemis mortē, resurre ctionē veris expectat. Si ergo & nos ī Christi morte cōplātati sum⁹ in hyeme seculi huius & pręsentis vitę: etiam ad futurū ver inue-

niemur fructus iustitię ex ipsius radice pferẽtes: & si cõplãtati sum⁹ ei, necesse est vt pater agricola purget nos tãq̃ palmites vitis verę, vt fructũ plurimũ afferam⁹, sicut & ipse i euãgeliis dicit: Ego sum vitis vera, & vos palmites, pr̃ me⁹ agricola. Oẽm palmitẽ q in me nõ manet, excidet illũ pater me⁹. Qui aũt manet i me, purgabit eũ vt fructũ plurimũ afferat. Hoc ergo mõ cõplãtati sum⁹ silĩtudini mortis ei⁹, vt & resurrectiõis ei⁹ silĩtudini cõplãtati sim⁹. Quid est aũt silĩtudini resurrectiõis ei⁹ esse cõplãtatos? Ioães apl̃us dicit: Filioli nõdũ scim⁹ qđ futuri sum⁹. Si aũt reuelatus nobis fuerit, siles illi erim⁹. Et iterũ ipse saluator dicit. Pr̃ volo vt vbi ego sũ & isti sint mecũ. & iterũ. Sicut ego in te, & tu in me, vt & isti in nobis vnũ sint. Qđ vtiq̃ de illis dicit, q in pñti vita cõplãtati fuerit silĩtudini mortis
E ei⁹. Puto aũt ꝙ grate hoc & de illo latrõe dici possit, q simul i cruce pępẽdit cũ Iesu: & p cõfessionẽ suã q̃ dixit: Memẽto mei dñe cum veneris i regnũ tuũ, & aliũ blasphemãtẽ corripuit, cõplãtari p hęc vis⁹ sit silĩtudini mortis ei⁹: sed & resurrectiõi eius cõplãtat⁹ sit p hoc qđ ei dicit, Hodie mecũ eris in paradiso: dignaq̃ erat plãta paradisi, q̃ arbori vitæ so-
F ciata est. Propterea ergo ꝙ dixerat apl̃us cõplãtari silĩtudini mortis Christi, aliã rursum figurã repetit, & dicit: Quia vet⁹ hõ noster simul crucifixus est ei vt destruat corpus pc̃ti. In multis sępe iã dixim⁹, qđ ẽ crucifigi Christo, & de veteri hoie tractauim⁹: vñ breuiter i pñti loco veterẽ hoiem dicim⁹, q scđm Adã vixit puaricatiõi obnoxi⁹ & pc̃tõ, & cui dñata est mors peccati, de quo chirographa pc̃ti tenuit ille q habebat mortis impiũ: Quæ qa Christ⁹ sanguine suo delẽs cruci suæ affixit, etiã nos q pc̃tõ scđm veterẽ hoiem obnoxii fuim⁹ crucifixi eẽ debem⁹, vt destruat corp⁹ pc̃ti, vt vltra nõ seruiam⁹ pc̃tõ. Obseruãdũ autẽ puto ꝙ apl̃s vbi dicit destruẽdũ eẽ, corpus ponit peccati: vbi aũt nõ dicit destruẽdũ, nõ corpus pc̃ti, sed nos ipos dicit eẽ q nõ seruiamus pc̃tõ, vt oñdat qa si destructũ fuerit corpus pc̃ti, iã nos nõ seruiam⁹ pc̃tõ, cui. s. seruiuimus donec i nobis nõ erat destructum, nec erãt mortificata mẽbra nr̃a q̃ sunt sup terrã. Sed diligẽti⁹ adhuc repetẽdũ est, quõ dixerit corp⁹ pc̃ti. In quo duplex dari videt itellect⁹, vel qa nr̃m corp⁹ pc̃ti ipsi⁹ dicat eẽ, vel ppriũ aliqđ corpus, qđ destruẽdũ sit iis q nõ debẽt
G vltra seruire pc̃tõ. Quia ergo vterq̃ sensus i loco admitti põt, de vtroq̃ qđ nobis videat exponem⁹. Etenĩ si propriũ corpus ponamus eẽ peccati, videbit ꝙ sicut de his qui i nouũ hoiem reparati sunt dictũ est, quia vos estis mẽbra Christi & corp⁹ ex pte: ita & de his q veterem hominem nondum crucifixerũt, dici posse ꝙ sint corpus peccati & mẽbra, cuius corpus sit diabolus, sicut Christ⁹ caput corporis ecclesię non habentis maculam aut rugam. Possunt autem & mẽbra ex quibus corpus istud peccati consistat, illa videri quæ superius memorauit Apostolus mẽbra esse super terram. i. fornicationem, immunditiã, impudicitiam, auaritiam, contẽtionẽ, iram, dolos, rixas, dissensiões, hęreses, inuidiã, comessationes, & his similia: ex quibus omnib⁹ mẽbris digne dicit corp⁹ cõstare peccati, & hoc corpus peccati vet⁹ homo appellari. Qꝫ si qs p crucẽ Christi destruat, & in nouũ hoiem q scđm deũ creat⁹ est, cõmutet: vltra nõ dicet seruire pc̃tõ, cui sine dubio seruit donec alicui hoꝶ subiacet quę supra exposuimus mẽbra esse pc̃ti. Si vero magis hoc corp⁹ nostrũ H
dixisse itelligat apl̃s corpus peccati: scđm illã pfecto accipiet intelligẽtiã, qua & Dauid de semetipso dicit: qa i iniqtatib⁹ cõcept⁹ sum, & i peccatis cõcepit me mater mea. Sed & ipse apl̃us i aliis dicit. Quis me liberabit de corpe mortis hui⁹? Et iterũ, corpus humilitatis nominat corp⁹ nostrũ. Sed & de saluatore quodã loco dicit, ꝙ venerit in similitudinẽ carnis peccati, vt de peccato dãnaret peccatum in carne. In quo ostẽdit ꝙ nostra quidẽ caro peccati sit caro: Christi aũt caro silis sit carni peccati. Nõ. n. ex semine viri concepta est sed spũs sctũs venit sup Mariã, & virt⁹ altissimi obũbrauit ei: vt qđ nascebat ex ea, filius vocaret excelsi. Sic ergo Paulus per ineffabilẽ dei sapientiam, quę data est ei, arcanũ nescio qđ intuẽs, & recõditum, corpus nostrũ corpus peccati & corp⁹ mortis & corpus humilitatis appellat. Sed & Dauid de eodẽ spũ secretorũ cælestiũ gnarus, dicebat de corpore: Et i puluerem mortis deduxisti me. & iterũ. Humiliata est i puluere anima nostra. Hieremias quoq̃ similis mysterii per dei spiritũ cõscius, in lamentationibus suis dicit, ꝙ iuncti terrę sint homines oẽs, corporis scilicet causa. & ait. Vt humiliet sub pedib⁹ eius omnes vinctos terrę, quia declinauerunt iudiciũ viri in cõspectu altissimi, & condẽnauerunt hominẽ i iudicãdo. Corpus ergo peccati est corpus nostrũ, qa nec Adã scribitur cognouisse Euam vxorẽ suam & genuisse Cain, nisi post peccatũ. Deniq̃ & in lege pro illo qui natus I
fuerit iubet offerri hostia, par turturũ, aut duo pulli colũbini: ex quib⁹ vnus pro peccato, & ali⁹ i holocaustomata. Pro quo pecca-

to offerẽ hic pullus vnus: nunquid nup editus paruulus peccare potuit? & tũc habet peccatũ p quo hostia iubet offerri, a quo mũdus negat qs esse & si vni9 diei fuerit vita ei9. De hoc ergo etiã Dauid dixisse credẽdus est illũ qđ supra memorauim9, qa i peccato cõcepit me mater mea. Secũdũ historiã eñ nullũ matris ei9 declarat pcĩm. Pro hoc & ecclesia ab Apostolis traditionẽ suscepit, etiã paruulis baptismũ dare. Sciebãt eñ illi qbus mysteriorũ secreta cõmissa sunt diuinoꝝ, q essent in oib9 genuinę sordes peccati, q̃ p aquã & spiritũ ablui deberẽt: propter quas etiã corpus ipm corpus peccari noiat: nõ vt putãt aliqui eoꝝ q aiarũ trãsmigrarionẽ i varia corpora introducũt, p his q̃ i alio corpore posita aia deliquerit: sed p ipso q in corpore peccati & corpore mortis atq humilitatis effecta est: & sicut ille dixerat, qa in puluere humiliasti aiam nostrã. Hęc iterim ad psens, q̃ de corpore peccati nobis occurrere potuerunt. Quæ aũt e duabus expositionib9 sensui cõueniat apostolico, aut si neutra: probet q legit. Qđ aũt in aliis Apl's dicit, cõsurrexisse iam nos Christo, & simul coexcitatos, simulq sedere in cęlestib9: & hic dicit: Si eñ cõplãtati sum9 similitudini mortis eius, etiã resurrectionis erim9: hoc est qđ alibi iã factũ dicit, hic nũc futurũ & sperãdũ dicit: illa est causa, q duplex intelligit resurrectio. Vna qua mẽte & proposito ac fide cũ Christo a terrenis resurgimus vt cęlestia cogitem9, & futura regram9: altera q̃ generalis oim erit i carne resurrectio. Ergo q secũdũ mẽtẽ est ex fide resurrectio, in his q ea q̃ sursum sunt sapiunt, vbi Christus est in dextera dei, videtur impleta. Generalis aũt illa carnis resurrectio, q̃ ad oẽs pertinet, adhuc futura est: qa hęc in primo, illa in secũdo domini cõplebitur aduentu.

„ SI aũt mortui sumus cũ Christo, credim9
„ qa etiã simul viuem9 cũ eo, sciẽtes qa Chri-
„ stus surgẽs a mortuis iã nõ morit: mors illi
„ vltra nõ dñabit. Qđ eñ mortu9 est peccato,
„ mortuus est semel: qđ autẽ viuit, viuit deo.

A In oibus q̃ supra dixit Apostolus, hoc ostẽdere voluit, q si Christus mortuus est prior pctõ, & nos mortui sumus pctõ cũ ipo. Et cũ dicit, in morte ipsius baptizati sumus, & cõplãtati sumus similitudini mortis eius: p hęc oia ostẽdit q mortui sum9 cũ Christo pctõ ex eo q Christus qdẽ p peccatis nostris mortuus est secũdũ scripturas, & vnicuiq credẽtiũ mortẽ peccati ipsi9 tãq mun9 quoddã fidei ex sua morte donauit, his. s. q cũ ipso se mortuos & crucifixos & consepultos ei credũt, & p hoc pctm̃ in eis tãq̃ in mortuis nõ põt opari, atq ita dicent mortui eẽ peccato. Idcirco ergo psenti sermone Apostolus conclusionẽ facit oim q̃ in superioribus astruxerat, & dicit. Si aũt mortui sum9 cũ Christo, per hęc. s. q̃ supius ostẽdimus: credimus q & cõuiuemus ei. Nõ dixit & cõuixim9, sicut dixit mortui sum9, sed cõuiuemus: vt ostẽdat q in pñti mors opat, vita aũt in futuro, tũc. s. cũ Christus manifestatus fuerit, q est vita nostra abscondita in deo. Nũc ergo (vt ipse Paulus docet) mors in nobis operat. Sed & B ipsa mors q̃ operat in nobis, videt mihi aliquas habere differẽtias. Sicut eñ in Christo aliud fuit tẽpus mortis qđ dicit, Exclamans voce magna expirauit: & aliud est cũ i sepulcro positus clauso ostio iacuit: aliud vero cũ reqsitus in monumẽto nõ est inuentus: qa iã surrexerat: cuius resurrectionis initiũ visibile nulli hominũ fuit: ita etiã in nobis q credimus, triplex ista ratio mortis habẽda est. Et primo qdẽ cõfessione vocis ostẽdẽda est i nobis mors Christi, cũ corde qdẽ credit ad iustitiã: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Secũdo vero in mortificatione mẽbroꝝ q̃ sunt sup terrã, cũ semp mortificationẽ Christi i corpore circũferim9 nũc nostro: & hoc est qđ dicit q mors in nobis operat. Tertio vero cũ iã resurgimus a mortuis, & in nouitate vitę ambulamus. Et vt breui9 ac lucidius explicem9, prima dies mortis est renũciasse seculo: Secũda, renũciasse etiã viriis carnis: Plenitudo vero pfectionis in lumine sapiẽtię, tertia resurrectionis est dies. Quas tñ in vnoquoq credẽtiũ differẽtias, & pfectuũ gradus solus ille potest scire & discernere, cui soli patet cordis occulta. Verũ tu vide in scribẽdo Pauli sapiẽtiã: q ad Timotheũ scribẽs dixit, q si cõmorimur, & cõuiuem9: qui q cõmoriẽtibus Christo, quasi cõsequẽs & necessariũ sit, coniũxit q cõuiuãt ei: hic addit, credim9, vt ostẽderet q quis cõsequẽs & necessariũ sit commoriẽti cõuiuere: fide tñ hoc media & credulitate perficitur: certi, inqt, & scientes q Christus surgẽs a mortuis iã nõ moritur. Si eñ iterũ moreret, sicut cõsequẽs & necessariũ ostẽdim9 q hi q cõmoriũt etiã cõuiuẽt ei: ita sine dubio cõsequẽs videbit, vt si post surrectionẽ & vitã iterũ moreretur: etiã hi qui cõuiuũt ei, iterũ morienti cõmorerẽtur. Idcirco igit absoluta sentẽtia definit Apostolus q Christus iã nõ morit, vt & hi q conuiuũt ei, de æternitate vitę securi sint. Post hęc C aũt, vt & ego ipsi9 Apostoli verbis vtar, qb9 ait: Esajas autem audet, & dicit: & ego dico,

Paulus aūt audet & dicit, Mors ei vltra non
dn̄abitur: Hic ī eo ausus es o Paule dicere de
Christo, mors ei vltra nō dn̄abit: quasi aliqn̄
dominata sit: cuius vox p̄ euāgelium fertur
omni corpore collucidior, qua dicit: Nemo
tollit a me aīam, & potestatē habeo ponendi
eā, & potestatē habeo iterū sumēdi eā. Huic
ergo mortē dicis eē dn̄atā, qui eā nō solū vo
lūtate, sed & potestate suscepit: q̄ solus fuit ī
ter mortuos liber, & quem solum mors tene
re nō potuit? Hęc vt opinor & his similia mo
uebūt aduersus Paulū hi q̄ tenero erga Iesū
tenent̄ affectu, & nihil de eo humile, nihil in
dignū patiunt̄ audire. Sed nos cū respicim⁹
ad Paulū, nō putam⁹ esse aliquē q̄ eū possit ī
amore Christi superare: vnde nec putandum
est aliquid de eo cōtra q̄ & ipso dignum est,
prolocutū esse: & ideo indagabimus p̄ gratiā
sancti spūs verbū sapiētię quo sensum Pauli
possimus aduertere, imo sensum Christi, q̄ in
eo est, secūdū q̄ ipse p̄fitet̄: Nos aūt sensum
Christi habemus. Potest quis cōpēdiosius di
cere ī his, q̄ hic mortē cōmunē hāc dicit &
mediam qua mortuus est, sicut idē apostol⁹
dicit, secundū scripturas: & nihil absurdū vi
deri, si is qui formā serui susceperat, dn̄atū p̄
tulerit mortis, quę sine dubio dominat̄ omni
bus q̄ in carne positi sub seruili forma cēsen
D tur. Sed & illud assertioni huic adiacet, q̄ p̄
pterea forma hęc serui, id est etiam nr̄a caro,
seminat̄ ī corruptiōe, vt surgat ī icorruptio
ne: & seminatur in infirmitate, vt surgat in
virtute: & seminatur in cōtumelia, vt surgat
in gloria: & seminat̄ corpus animale, vt sur
gat corpus spiritale: sine dubio vt mors ipsi
vltra nō dn̄et, quę dominata est ei dum esset
in infirmitate, & cōtumelia, & corruptione.
De tali em̄ carne quę adhuc in his est passio
nū vitiis, ipē Paulus dicit: q̄ caro & sanguis
regnū dei possidere nō p̄nt: neq̄ corruptio ī
corruptionē possidebit. Sed & quod alibi idē
Apostol⁹ corp⁹ mortis noīauit, is q̄ hęc asse
rit huius medię mortis intelligendū dicit: q̄
huiuscemodi corpori dominat̄ donec anima
le est & corruptibile, necdum per resurrectio
nis gloriā commutatū, atq̄ ex corruptibili ī
corruptibile effectū, & ex ignobili gloriosum.
Illud aūt qd̄ addidit assertiōi valde cōtrariū,
id est q̄ mortui sumus cum Christo, & cōse
pulti sum⁹ ei, qd̄ vtiq̄ nullo modo de cōmu
ni hac morte pōt intelligi: hoc modo expla
nare conabit̄: vt sicut ī supiorib⁹ cū de diuer
sitate legū exponerem⁹, ostendimus apostolū
in vno eodēq̄ loco legem nunc naturalē, nūc
Moysi, nūc etiā peccati noīare, & hoc in vsu
esse scripturę diuinę etiā ex aliis locis adhibi
tis docuim⁹ testimoniis: ita & ī p̄nti nūc mor
tē cōem, nūc peccati, nūc etiā ipsum auctorē
mortis, q̄ & nouissimus destruēdus dicit̄ ini
micus, nūc etiā locū inferni ī quo mortis ha
bere imperiū diabolus dicit̄, cōfirmet ab apo
stolo noīari: & hoc ergo qd̄ ait, Mors ei vl
tra nō dn̄abit̄, de ista morte dictū confirma
uit qua cōiter mortu⁹ credit̄ Christus. Quę
tn̄ assertio q̄ sit valida p̄bet q̄ legit. Alius ve E
ro q̄ p̄fundiorē in his Pauli sensum in virtu
te spūs cōtinet, dicet q̄ mors hęc de qua di
cit̄ q̄ vltra nō dn̄abit̄ Christo, ipē ille intelli
gēdus est nouissim⁹ inimicus: qui figurā ha
buerat ceti illi⁹ q̄ absorbuerat Ionā: de quo ī
Iob scriptum est: Sed maledicāt illū q̄ maledi
cūt diei illi q̄ magnū cetū peremptur⁹ est. In
quā mortē tanq̄ Ionas ī vētre ceti Christ⁹ in
gressus ē, in eū scilicet locū quē Saluator ipē
cor terrę noīauit: in quo tres dies & tres no
ctes exēplo Ionę futurū eē filiū hoīs dicit, vt
eos q̄ inibi a morte detinebant̄ eximeret. Pro
pterea em̄ formā serui susceperat, vt ad ip̄m
locū vbi mors regnū tenebat posset itrare: se
cūdū q̄ & p̄pheta ex p̄sona ipsi⁹ dicit, Et de
putat⁹ sū cū his q̄ descēdūt ī lacū. & iterum.
Quę vtilitas ī sanguine meo, dū descendo in
corruptionē? qd̄ vt adhuc plani⁹ possit aduer
ti, tali iterū similitudine vtemur. Regē ponam⁹ F
iustū & nobilē, aduersus iniustū aliquem ty
rānū ita bellū gerētē ne violēto videat̄ cruen
toq̄ vicisse cōflictu: qa militātes sub tyrāno
sui erāt, quos nō p̄dere, sed liberare cupiebat.
Cōsilio igit̄ meliore habito sumit eos q̄ apd̄
tyrānū erāt, & specie p̄ oīa fit filiis eis, donec
sub dominatione tyrāni posit⁹ eis quidē q̄ ei
parebāt suaderet abscedere, & ad regnū legi
timū repedare: ip̄m vero fortē tp̄e opportu
no alligare, vt prātes ei⁹ ac p̄cipat⁹ exueret
& auulsam captiuitatē q̄ ab eo tenebat̄ abs
traheret. Hoc ergo mō Christ⁹ etiā volūtate
qdē exinaniuit semetip̄m, & formā serui acce
pit, passusq̄ est dn̄atū tyrāni fact⁹ obœdiens
vsq̄ ad mortē: Per quā mortē destruxit eū q̄
habebat mortis impiū. i. diabolū, & liberauit
eos q̄ tenebāt̄ a morte. Hic. n. alligato forti &
in cruce sua triūphato prexit ī domū ei⁹,
in domū mortis, i. ifernū: & īde vasa ei⁹ diri
puit. i. aīas q̄s tenebat abstraxit. Et hoc erat
qd̄ ipē p̄ ęnigmata loq̄bat̄ in euāgelio dicēs.
Quis pōt itroire ī domū fortis, & vasa ei⁹ di
ripe, nisi p̄ri⁹ alligauerit fortē? Pri⁹ ergo alli
gauit eū ī cruce, & sic igressus ē domū. i. ifer
nū: & inde ascēdit ī altū, captiuā duxit capti
uitatē, eos. s. qui cū ipso surrexerūt: & igressi

sunt sanctā ciuitatē Hierusalē cælestē. Vnde recte Apl's in præsenti loco dicit, qa mors ei vltra nō dominabit. Non eñ dabit vltra semetipsum in dominationē tyrāni: neq; iterū exinaniet se vt formam serui accipiat, & fiat obœdiēs vsq; ad mortē: neq; rursum ī forma serui q̄uis volūtate & nō necessitate posit⁹,
A dominationē tyranni mortisq; patief. Vnde miror quosdā cōtra hanc euidētissimā Pauli sententiā velle asserere, φ in futuris iterū seculis vel eadē vel silia pati necesse sit Christum vt liberari possint etiā hi quos in p̄nti vita dispēsationis ei⁹ medicina sanare nō potuit. Aiūt eñ: Nunqd pōt seculū esse aliqd in futuro vbi neq; boni aliqd, neq; mali agaf, sed stupeāt res, & maneāt pfunda silētia? Absurdū hoc videri asserūt. Dabimus ergo agi aliquid: & vbi agaf aliqd, necesse est (aiūt) vt aliquid recte, aliqd etiā min⁹ recte agaf: & ī ipo actu aliq pficiāt, & meliores fiāt, alii deteriores. Libertas eñ arbitrii semp naturę rationabili pmanebit: & sicut possibile fuit etiā illū q per splēdorē glorię Lucifer, & pter lumē scientiæ mane oriebaf, cōmutari de gloria sua & effici tenebras pter malitiā quā recepit, & illū q fuit Imaculatus a natiuitate sua, & habitauit cū Cherubim, & in medio lapidū igneoꝝ cōuersatus est, & idut⁹ oē ornamētū virtutū: nec fuit vlla arbor ī paradiso dei virtutū q̄ ei cōparari posset. post hęc iuētę sunt iniqtates ī eo, & de cęlo ī terrā piect⁹ est: Ita pōt fieri vt in quocūq; fuerit statu aīa, & in quacūq; pfectione virtutū, qm virt⁹ mutabilis est, lapsum possit īcurrere: vt sicut a vitiis ad virtutē, ita & a virtutib⁹ iclinef ad vitia. Qđ si est, consequēs videbit reqrere medicū vbi lāguor ē: qa scdm Saluatoris vocē opus est medic⁹ his q male habēt. Hęc ergo & his silia pponētes, easdē ī futuris seculis etiā dispēsationes a Christo repetēdas eē arbitranf.
B Sed ad hęc nos breuiter put possum⁹ respōdebim⁹. Munere qdē naturę rōnabili semp liberū arbitriū nō negam⁹: sed tātā eē vim crucis Christi, & mortis hui⁹ quā ī seculoꝝ fine suscepit, asserimus: vt ad sanitatē & remediū non solū p̄sentis & futuri, sed etiā pteritorū seculorū, & nō solū humano huic nostro ordini, sed etiā cęlestib⁹ virtutib⁹ ordinibusq; sufficiat. Secūdū sentētiā nāq; ipsi⁹ Pauli apostoli Christus pacificauit p sanguinē crucis suę nō solū quæ ī terra sunt, sed & q̄ in cęlis. Quid aūt sit qđ ī futuris seculis teneat arbitrii libertatē ne rursum corruat ī pctm: breui nos sermone Apl'us docet, dicēs. Charitas nūq̄ cadit. Idcirco.n. & fide, & spe maior charitas dicit, qa sola erit p quā delinq vltra nō poterit. Si.n. ī id aīa pfectiōis ascēderit, vt ex toto corde suo, & ex tota aīa sua, & ex totis viribus suis diligat deū: & pximū suū tāq; se ipsam: vbi erit pcti loc⁹? Idcirco deniq; & ī lege hoc dr primū mādatū esse, & in euāgeliis supra cętera oīa de charitate mandaf: & Petro cū sūma rerū de pascēdis ouib⁹ traderef, & sup ipm velut sup terrā fundaref ecclesia, nulli⁹ cōfessio virtutis alteri⁹ ab eo nisi charitatis exigif: & Ioānes cū mlta de charitate, tū ēt hoc dicit, qa q manet ī charitate ī deo manet. Et ideo merito charitas q̄ sola oium maxima est, oēm creaturā cōtinebit a lapsu, tūc cū erit de⁹ oīa ī oib⁹. Ad hūc nāq; pfectionis gradū ascēdebat Apl's, & ī hoc itās cōfidēs dicebat, Quis eñ nos separabit a charitate Dei q̄ est ī Christo Iesu? tribulatio, an angustia? an fames? an nuditas? an psecutio? an gladius? Et iterū. Cert⁹ sum eñ qa neq; vita neq; mors, neq; p̄sens, neq; futurū, neq; angustia, neq; virtutes, neq; altitudo, neq; pfundū neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei q̄ est in Christo Iesu dño nro. Ex q bus oīb⁹ euidēter ostēdit, φ si hęc oīa q̄ enumerauerit Apostol⁹ separare nos nō possunt a charitate dei: cū in illud qs culmē pfectiōis ascēderit, multo magis libertas arbitrii nos ab eius charitate separare nō poterit. Quis eñ sit etiā virtus, & maneat ī natura: tū tāta charitatis vis est, vt ad se oīa trahat, oēsq; sibi societ vēdicetq; virtutes: maxime cū charitatis causas prior nobis dederit de⁹, q vnico filio suo nō pepercit, sed p nobis oīb⁹ tradidit illū: & cū illo oīa nobis donauit. Vnde vel ille q lucifer fuit, & in cælo oriebaf, vel ille q immaculat⁹ fuit a natiuitate sua, & cū Cherubim posit⁹, labi potuit aūq̄ erga bñficia filii dei charitatis vīculis strīgeref: postea vero q̄ charitas dei diffundi in cordib⁹ oīm cœperit p spiritū sanctū, certū erit illud qđ p nūciauit Apostolus, φ charitas nūq̄ cadet. Hęc put potuim⁹ ad ea q̄ hoc loco cōmemorata sunt diximus: vt manifestius clatesceret quō Christus mortuus est semel peccato, vt vltra iā nō moriaf: & qa qđ viuit, viuit deo. Viuere autē ita deo intelligēdū est, quasi expleto eo φ īforma dei pot⁹ exinaniuit semet ipsum, & formam serui accepit: & factus est obœdiēs vsq; ad mortē: rursum pmaneat in forma dei atq; ęqualis patri. Vñ & merito in
C
D cōseqnti hęc ponit: Ita & vos existimate vos mortuos qdē esse peccato: viuētes aūt deo in Christo Iesu dño nostro. Quo.s.imitatione Christi peccato moriamur alieni ab eo effecti

& deo viuamus, iungentes non ei, vt vn⁹ cũ ipso spirit⁹ facti. Nõ sine causa hoc dixit, existimate vos mortuos esse peccato: qđ melius quidẽ in græco habet, cogitate vos mortuos esse peccato. Res em̃ de qua sermo est, in cogitatiõe magis, & ratione subsistit: qa huiusmodi mors nõ ĩ effectu, sed ĩ cogitatiõe habẽda est. Qui em̃ cogitat vel existimat apud semetipm̃ esse se mortuũ, nõ peccat. Verbi gratia: si me cõcupiscẽtia mulieris trahit, si argẽti, si auri, si prædii cupiditas pulset, & ponã ĩ corde meo ꝙ mortuus sim cũ Christo, & de morte cogitẽ, extiguit cõtinuo cõcupiscẽtia & effugat pctm̃: aut si odio vel ira inflãmar⁹ ad necẽ cõcitet inimici mei, si me existimem mortuũ esse cũ Christo, & cogitatiões mortis ponã in animo meo, extinguit sine dubio ira, furor cessat, odiũ cõquiescit, peccato non datur locus: & hoc modo peccato quis mori inuenit, & viuere deo. Sed & hoc qđ addidit: Viuẽtes deo in Christo Iesu, nõ mihi ociosũ videt. Simile em̃ puto eẽ quasi dixisset, viuẽtes deo in sapiẽtia, in pace, ĩ iustitia, in sanctificatiõe: quæ oĩa Christus est. In his ergo viuere deo, hoc est in Christo Iesu viuere deo. Qz si sine iustitia, & sine pace, & sine sanctificatione cæterisq; virtutibus nemo viuit deo: certũ est ꝙ nemo viuat deo nisi in Christo.

LIBER SEXTVS.

„ NON ERGO REgnet peccatum ĩ vestro mortali corpore, vt obœdiatis cõcupi-
„ scentiis eius: neq; exhibeatis
„ mẽbra vestra arma iniqtatis
„ pctõ, sed exhibete vos Deo
„ tanq̃ ex mortuis viuẽtes, & mẽbra vestra ar-
„ ma iustitiæ deo. Peccatũ em̃ vobis non dñabi-
„ tur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia.

E ¶In superiorib⁹ ait: Sicut regnauit peccatũ in morte: nũc aũt non dixit: Nõ ergo regnet peccatum in morte: sed ait, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obœdiendum desideriis eius: docens per hæc sedem quãdam regnum peccati habere in corpore. Hoc est qđ & alibi dixit. Prudentia carnis inimica est deo. Et iterum. Prudentia carnis mors est. Sed & omnia peccata apostolus opera carnis esse pronunciat: quæ dicit esse fornicationem, immunditiam, passionem, cõcupiscentiam malam, impudicitiam, idololatriam, maleficia, inimicitiam, certamina, zelũ, furorem, contentiones, dissensiones, hæreses, inuidiam, ebrietatem, comessatiões, & his similia. Sed si requiras quomodo etiã hæreses inter carnis opera numerantur: inuenies eas de sensu carnis ꝓcedere. Sic. n. dicit apl̃us de quodã: Frustra ꝙ afflatus a sensu carnis suæ & nõ tenẽs caput. Hec aũt diximus vt manifestior fieret ĩtellectus quõ peccatũ regnet in corpore. Oĩa nãq; illa q̃ superius opa esse carnis enumerauimus, velut exercit⁹ qdã dãnatus ẽ sub hoc rege peccati militãs: & legi ei⁹ patens, quæ in membris carnis inscripta est. Certũ est em̃, ꝙ ex eo ꝙ desideriis peccati caro obœdiẽtiã pbet, cõcupiscit caro aduersus spũm, & spiritus aduersus carnẽ, & hæc sibi ĩ uicẽ aduersant. Illud tñ aduerte, ꝙ ostendẽs in nostra potestate sitũ vt nõ regnet ĩ nostro mortali corpore peccatũ, ꝓceptũ dat apostolus, dicẽs: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obœdiẽdũ desideriis ei⁹. Nisi em̃ esset in nostra potestate vt nõ regnaret in nobis peccatũ, præceptũ vtiq; nõ dedisset. Quomodo ergo possibile ẽ vt peccatũ in carne nostra nõ regnet? Si faciam⁹ illud qđ idẽ apostolus dicit: Mortificate membra vr̃a q̃ sunt sup terrã: & si semp mortẽ Christi in corpore nostro circũferam⁹. Certũ nãq; ẽ, ꝙ vbi mors Christi circũfert, non põt regnare peccatũ. Est em̃ tanta vis crucis Christi, vt si ante oculos ponat, & in mente fideliter retineat, ita vt in ipsam mortem Christi intẽtis oculis mentis aspiciat, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit inuidia: sed cõtinuo ad eius pñtiã totus ille quẽ supra enumerauim⁹ peccati & carnis fugat exercitus. Ipsũ vero pctm̃ nec subsistit, qppe cũ substãtia ei⁹ nusq̃ sit nisi in ope & gestis. Est ergo ĩ nobis & cõcupiscẽtia pcti, q̃ regnũ habet ĩ carne: est & cõcupiscẽtia spũs, q̃ regnũ habet ĩ mẽte, scdm̃ id qđ supra dixim⁹ ꝙ caro cõcupiscit aduersus spm̃, spũs aũt aduers⁹ carnẽ. Cũ ergo cõcupiscim⁹ qđ nõ licet vel qđ nõ decet, vel qđ nõ expedit, cõcupiscẽtia ẽ carnis: Cũ vero cõcupiscit & deficit aĩa nr̃a qñ videñt salutare dei, ista cõcupiscẽtia spirit⁹ est. Vnde apparet mediã quodãmodo esse aĩam inter carnẽ & spm̃: & si qdẽ iũxerit se carni ad obœdiendũ desideriis pcti, efficit vnũ corp⁹ cũ ea. Si vero iũxerit se deo, efficit cũ eo vn⁹ spũs, secũdũ ꝙ dictũ est: Qui. n. iungit se meretrici, vnũ corpus est: qui aũt iungit se deo, vn⁹ spũs efficit. Nec mireris si carnem meretricẽ vocet, quæ illis oĩbus quæ supra enũciauim⁹ vitiis atq; pctis tãq̃ turpissimis amatorib⁹ subiacet. Requiro aũt cur addiderit, in corpe vestro mortali: cũ vtiq; sufficeisset dicere, non ergo regnet peccatũ in vestro corpe. Cur igitur additur mortali, quasi dubitaret aliqs corpus esse mortale? Sed mi-

hi videt ꝙ nō sine causa etiā hoc addiderit. Admonuit eñ p hoc ꝙ possit in corpore nō regnare pctm̄, scd̄m ꝙ alibi ipe dixerat: Corpus qdē mortuū ꝑpter pctm̄: spūs vero viuit ꝑpter iustitiā. Si ergo sciam⁹ ꝙ corp⁹ nostrū mortificari pōt, & mortuū eē pctō: pōt fieri vt nō regnet i eo pctm̄. Scd̄m hoc nāqꝫ ꝙ qs mortu⁹ est, iustificat⁹ df a pctō. Neqꝫ.n. mortu⁹ cōcupiscit, aut irascit, aut furit, aut diripit aliena. Si ergo ab his oībus cōcupiscētiis corp⁹ reprimam⁹, mortuū pctō df eē corp⁹: & hoc est qd̄ i p̄nti loco ita apl's videt cōmonere dicēs: In corpe vestro mortuo. Ali⁹ fortasse diceret, ꝙ ad distinctionē alteri⁹ corpis qd̄ imortale est, corp⁹ hoc in quo nūc sum⁹, mortuū noīauit. Quid sit aūt corp⁹ imortale, idē apl's dicit i aliis, vbi ait, Necesse est eñ vt corruptibile hoc induat icorruptionē, & mortale hoc īduat immortalitatē: & dubiū nō est qn adepta imortalitate hoc ipm̄ qd̄ nūc

A mortale est, imortale efficiat corp⁹. Post hęc seqt̄. Neqꝫ exhibeatis mēbra vestra arma iniqtatis pctō, sed exhibete vos deo tāq̄ ex mortuis viuētes, & mēbra vr̄a arma iustitię deo. Intuere p singl'a sapiētiā Pauli, qa necessariis discreptionib⁹ vtit. Vbi dicit arma nr̄a p̄bēda esse pctō, vel iniqtati, nō nos, sed membra nr̄a ponit: vbi vero suadet vt deo nos exhibeam⁹, nō aū̄ mēbra q̄ nosipos exhiberi vult deo, hoc est animā, vel ꝑpositū nostrū: vt cū pios nos ipsos exhibuerim⁹ deo, & adhęserim⁹ ei, ita demū etiā mēbra nr̄a efficiam⁹ arma iustitię deo. Sicut.n. man⁹ sanctę dicunt q̄ opib⁹ sanctis ministrauerit, vt Apl's dicit, Leuātes puras man⁹ sine ira & disceptatiōe: vt rursum man⁹ dicūt plenę sanguine q̄ ad effūdēdū eū ministrauerit: ita & i p̄nti loco mēbra q̄ pctō deseruiūt & iniqtati, arma inqtatis appellant: & rursum si pcti concupiscētiā mortificem⁹ i corpe nr̄o mortali, & i ope iustitię laborem⁹, atqꝫ oīb⁹ mēbris nr̄is iustitiæ ministremus, efficimur tāq̄ ex mortuis viuētes, pctō.s. mortui, & iustitię viuētes: & cōsequēter etiā mēbra nr̄a fiūt arma iustitię deo. Bene aūt metaphorā supius ꝑpositā custodiuit: vt qa regnare dixerat pctm̄, arma peccati mēbra noīaret: & rursum deo regi arma iustitię fierēt mēbra vestra. Seqt̄ post hęc. Pctm̄ eñ vobis nō dn̄abit. Nō eñ sub lege estis, sed

B sub grā. Etiā hic intuere mirā in apostoli sermone cautelā, cū de nobis loquit dicit: Pctm̄ vobis nō dn̄abit: Cū de Saluatore loqt̄, nō dixit: pctm̄ ei nō dn̄abit: neqꝫ eñ de eo ita dici decebat: sed ait: Mors illi vltra nō dn̄abit. Mortis enim in eo fuit locus, peccati nullus. At cōtra in nobis nec cōueniebat dici, mors vobis nō dominabit, hoc eñ cauere nō possumus: sed peccatū vobis nō dn̄abit: qd̄ sine dubio scire & vitare nō possum⁹ secūdū ea q̄ supius dixim⁹, si nō mortificemus cōcupiscētias carnis, in qb⁹ peccatū pōt dn̄ari. Propterea eñ subiūgit: Nō eñ sub lege estis, sed sub gratia: & euidēter ostēdit ex his nos nō esse sub lege illa quā in mēbris ꝑpositā repugnare dicit legi mentis: qa q mortificat mēbra sua, certū est ꝙ non sit sub lege mēbroꝝ, sed sub gratia dei. De hac lege & alibi dicit ꝙ virtus peccati lex. Si quis velit hęc accipere de lege Moysi, illud sine dubio dicet, ꝙ nō sum⁹ sub lege literę q̄ occidit, sed sub lege spirit⁹ quæ viuificat, quam hic gratiam nominauit.

QVID ergo? Peccauimus qa non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. »

¶Simile videt hoc illi dicto, qd̄ supius expo- C suimus. Quid ergo dicemus? permanebim⁹ in pctō vt gratia abūdet? Absit. & ideo vna atqꝫ eadē vtriqꝫ loco sufficiat explanatio. Hoc solū est qd̄ videt habere differētiā: ꝙ in supioribus vbi dicit: qd ergo ꝑmanebim⁹ in peccato? quasi iis q nōdū discesserint a peccato dici videt, ne permaneāt in eo i quo esse adhuc videbant: hic vero tāq̄ ab iis q discesserint a peccato, fieri videtur interrogatio: & ibi vt quasi gratia quæ nondū erat abundaret: hic autem tāq̄ præsente iam gratia dicit, qa non sumus sub lege, sed sub gratia.

AN nescitis qa cui exhibetis vos seruos » ad obœdiēdū, serui estis eius cui obœdistis, » siue peccati ad mortē, siue obœdiētię ad iustitiā? Gratias aūt deo qm̄ fuistis serui peccati, » obœdistis autē ex corde in eam formam do- » ctrinę, in qua traditi estis. Liberati autē a pec- » cato: serui autem facti estis iustitiæ. »

¶Videt fortassis minus integra elocutio, qa D ait: serui estis cui obœdistis, siue peccati, siue obœdiētię ad iustitiā: cū ratio posceret, serui estis ei⁹ cui obœdistis, siue peccati, siue iustitię p obœdiētiā. Sed i eo ꝙ imperitiā sermonis sponte ꝑfitet, artē cōpositionis verboꝝ reqrere supfluū puto, cū sensus euidēs habeatur. Hoc est ergo qd̄ i hoc loco Apl's docet, ꝙ vnusqꝫ in manu sua habet & in arbitrii potestate vt aut peccati seru⁹ sit, aut iustitię. Ad quācūqꝫ eñ potestatē iclinauerit obœdiētię, & cuicūqꝫ parere voluerit: hęc sibi eū vēdicat seruū. In quo (vt dixi) absqꝫ vlla cūctatione i nobis esse ostēdit arbitrii libertatē. In nobis nāqꝫ est exhibere obœdiētiā nostrā vel iustitię vel pctō. Nemo aūt pōt duob⁹ simul dn̄is seruire, peccato & iustitię. Aut eñ vnū

odio habebit, peccatū.s.& aliū amabit.i.iustitiā: aut patief vnū.s.pctm dūtaxat,& aliū cōtemnet.i.iustitiā.Simile ē ergo hoc qđ dixit aplus,Serui eius estis cui obœdistis,siue pctī siue iustitię.Nā Oīs q facit pctm seru9 est peccati,ad hoc respicit,quis etiā non adiecerit: Oīs q fecerit iustitiā seru9 est iustitię.Qđ fortassis putet ali9 idcirco subrelictū,vt qsi ex cōsequētib9 debeat intelligi:mihi tñ videf consulto nō additū.Neq̄ em̄ cōueniebat dici, q̄ oīs q facit iustitiā seru9 est iustitię.Nā & de9 ipe facit iustitiā,& nō idcirco seruus iustitię dici potest,sed iustus dn̄s. Nō ergo ita oīs q facit iustitiā seruus est iustitiæ,vt omnis qui facit pctm seruus est peccati.Nam & ipse diabolus sine dubio seruus est peccati,quippe qa discessit a seruitute iustitię,& ī cōspectu oīpotētis dn̄i rebellauit,ppter qđ apostata appellat9 est. Cōstat ergo ex his esse seruos qb9 Paulus dicit:Quia cui exhibetis vos seruos ad obœdientiā,serui estis cui obœdistis,siue pcti,siue iustitię,qa spōte.Nā ipsi nos exhibemus nullo cogēte vel pctō seruire,vl iustitiæ p obœdiētiā nostrā:& iō semp hoꝝ meminisse debem9,ne inanes qrelas in pcti excusatiōe proferam9:qđ diabol9 fecit,vt peccatorē aut naturę necessitas,aut fatalis cōditio,aut cursus astroꝝ efficiat.Sed audi aptā Pauli sentētiā,q̄ dicit:Cui vos exhibetis seruos ad obœdiētiā,serui estis cui obœdistis,siue pcti,siue iustitiæ.Post hæc:Gratias,inquit,deo,qa fuistis serui peccati:obœdistis aūt ex corde ī eā formā doctrinę in qua traditi estis. Videf hęc ad eos dicere,de quoꝝ vita pfectuq̄ psumit, & de qb9 iā superi9 dixerat: Gratias ago deo p Iesum Christū pro oībus vobis,qa fides vestra nunciaf in vniuerso mūdo.Tunc deinde & illud ostēdit,q̄ oēs hoīes primo seruiāt peccato.sic em̄ scriptū est: Quia nō est iust9 sup terrā q faciat bonū,& nō peccet.Primo.n.necesse est in oīi hoīe illud cōpleri,qđ scriptū est:Sed vbi venit mādatū,pctm reuixit. Hoc vero qđ sequif ad paucos dicif,& eos q emēdanf:Gras aūt deo qa fuistis serui pcti,obœdistis aūt ex corde ī eā formā doctrinæ ī qua traditi estis.Serui ergo oēs fuim9 peccati:sed vbi tradita est nobis forma doctrinæ, & huic non vtcūq̄ neq̄ solis verbis, sed ex corde,& aīo ex tota deuotiōe elegim9 obœdire:liberamur a seruitute pcti,& efficimur serui iustitię.Vn̄ vereor ne forte plures simus q videamur suscepisse formā doctrinę iustitię,& verbis qdē vel pfessiōe iustitię videamur obœdire,corde vero obœdiam9 pctō:carnis adhuc vitiis in nobis dominātib9.Et ideo ante oīa ī digem9 illa de qua superi9 docuit mortificatiōe mēbroꝝ. Quia aūt dixit formā doctrinę ī qua traditi estis, requirēdū puto quō vnusquisq̄ tradaf. Inuenim9 nāq̄ q̄ eos qui non probāt deū habere in notitia, tradat deus secundū desideria cordis eorum in immunditiā,vt contumeliis afficiāt corpora sua in semetipsis:& alios q cōmutauerunt gloriā incorruptibilis dei,tradat in passiones ignominiæ,de qbus in locis suis put potuimus diximus.Et hic ergo q semetipos exhibēt seruos p obœdiētiā iustitię,de9 tradidit vt instituātur & imbuanf secūdū formā iustitiæ doctrinæ.Mouet me ēt hoc,q̄ non dixit obœdistis ex corde doctrinę in q̄ traditi estis, sed in formā doctrinę posuit.Nec puto q̄ vnū eē senserit aplus doctrinā,& formā doctrinę. Sed mihi videf q̄ formā doctrinę min9 esse scierit q̄ ipsam doctrinā:& nūc quidē in præsenti vita dum in hoc corpore sumus,& aggrauat terrenū hoc habitaculū sensum multa cogitantē,formā doctrinę habemus,nō ipsam doctrinā:sicut idē Apostolus in aliis dicit,Nūc aūt videmus per speculū in ęnigmate: ipa autem doctrina sit de qua dicit,Tūc aūt videbimus facie ad faciē.Vn̄ & in præsenti vita puto q̄ formā atq̄ vmbrā virtutū tenere possimus, ipsas vero virtutes tunc cū venerint illa quę pfecta sunt.& ideo iustus magis(vt mihi videtur)in vmbra virtutū,q̄ in ipsis virtutib9 vixit.Et ob hoc fortassis Hieremias in lamētationib9 dicit.Spūs vult9 nostri Christ9 dn̄s cui dixim9 in vmbra ei9 viuemus in gētibus. Qꝛ si Christus est iustitia,& sapiētia, & veritas,& dicim9 in vmbra ei9 viuem9 in gētib9: ergo in vmbra iustitię,& in vmbra sapiētiæ, & in vmbra veritatis viuimus,etiā si iusti,& sapiētes,& veritatis amatores eē videamur. Propterea ergo dicif. Si quis se putat cognouisse,nondū cognouit quēadmodū oporteat scire.Fortassis etiā eē ipm verbū dei secundū hoc q̄ verbū caro factū ē,& habitauit in nobis:aliter in psenti vitę statu,aliter cū venerit qđ pfectū est,cognoscef:& aliter nūc ī forma serui,tūc vero aliter ī forma dei,& in patris ęqualitate sentief.Pro qb9 oīb9,vel ī forma doctrinę,vt apostolus dicit,& nōdum in ipa doctrina,vel in vmbra Christi,vt Hieremias noīauit,& nōdū ī ipo Christo,viuere videmur inter gētes.Liberati aūt a peccato,serui facti estis iustitię.Expositio est in his eorū q̄ superius dixit.Si em̄ vltra nō seruiatis peccato,certū ē q̄ liberati ab eo, serui facti estis iustitiæ.Sed reqrif qs est q liberet a pctō:sine dubio veritatis agnitio.Sic enim dicebat Ie-

sus ad Iudæos, q crediderāt ei. Si credideritis verbo meo, agnoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Veritas est ergo q̄ liberat a pctō, & veritatis agnitio. Certū est aūt φ ols q liberatus fuerit a peccato, iustitię seruiat. Qđ aūt dicimus, iustitię seruiat: qm̄ iustitia vna est ex virtutū choro, simile est vt si dicerem⁹ qa si qs liberat⁹ est a pctō, seruiet veritati, & seruiet sapiētię, seruiet pudicitię, prudētię, & pietati. Sic em̄ ego audio & illud qđ dictum est: Aperite mihi portas iustitię, & ingressus in eas cōfitebor dn̄o. Nō enim solius iustitię portas ingreditur q cōfiteri vult dn̄o, sed & veritatis, & sapiētiæ, & pietatis, & pudicitię. Omniū nāq; vna est aula virtutū: cuius sibi iustitię noīe Paulus ianuas postulat aperiri.

» HVmanū dico propter infirmitatē carnis
» vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra ser-
» uire immūditiæ, & iniquitati ad iniquitatē:
» ita nūc exhibere membra vestra seruire iusti
» tiæ in sanctificationem.

A ¶Pudorē quēdā p hoc incutit Apostolus auditoribus, vt hoc saltē obsequii depēdāt iustitię, & sanctificationi, qđ prius immūditię, & iniqtati detulerāt. Quid ergo tā humanū, hoc est, qđ tā leue, qđ tā sine onere, & qđ nulla ratiōe prorsus possit īfirmitatis excusari? Sicut, inqt, exhibuistis mēbra vestra seruire iniqtati: ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitię ī sanctificatiōnē. Ingloriosum qđe est, vt ita qs virtutibus sicut vitiis seruiat: multo em̄ amplius & multo intētius honorāda iustitia est. Sed & ego, inqt, humane & cōmuniter agoīeadē postulo, similia regno. Dudū currebāt pedes vestri ad dæmonū tēpla: nūc aūt cōcurrāt ad ecclesiā dei. Currebāt prius ad effundēdū: nūc aūt ad liberādū sanguinē currāt. Protēdebant manus pri⁹ vt aliena diriperēt, nūc ptēdant vt ppria largiātur. Circūspiciebāt prius oculi mulierē, aut aliēū aliqđ ad cōcupiscēdū: nūc circūspiciāt pauperes, debiles, egenos, ad miserādū. Aures delectabant auditu vano, vel bonoꝝ derogationibus: nūc cōuertant ad audiendū verbū dei, ad explanationē legis, & ad capiendā sapientiā & disciplinā. Lingua q̄ cōuiciis, maledictis, & turpiloquiis ē assueta, nūc cōuertatur ad benedicendum dominū in omni tēpore, sermonē sanū proferat & honestū: vt det gratiā audiētibus, & veritatē loquat cū proximo suo. Sed qđ opus est hæc singula persequi, cū pateat etiā tibi, vniuscuiusq; membri ministeriū qđ exhibuit vitiis, aptare virtutibus: & actum quem exhibuit immunditię, ad castitatem nūc sanctificationeq; conuerteret.

Videtur sane hic iustitiā pro omnibus simul virtutibus nominasse, sicut ecōtrario iniquitatē pro omnib⁹ simul vitiis posuisse. Addit sane iustitię sanctificationē, quo videlicet castitatis partē & gn̄aliter cū cęteris, & p semet ipsam specialiter cōmēdaret. Sed & illud aspice, φ vbiq; p hæc arbitrii libertatē designat, & ostēdit vnūquēq; habere in sua potestate, vt q̄ ante iniqtati ad iniqtatē seruitia depen debat, hęc cōuersa in melius pposito iustitię sanctificationiq; depēdat. Qđ vtiq; fieri non posset, si necessitas naturę (vt qbusdā videt) repugnaret, aut astrorum cursus obsisteret.

» CVM enim serui essetis peccati, liberi fui
» stis iustitię. Quē ergo fructū habuistis tūc in
» illis, in qbus nūc erubescitis? Nā finis illorū
» mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui
» autē facti deo, habetis fructū vestrū in sancti
» ficationem: finem vero vitam æternam.

¶Q; quis peccati seruus sit, sufficienter iam in superioribus dictū est, cū exponerem⁹ illū locū: Nescitis qa cui exhibetis vos seruos ad obœdiēdū, serui estis eius cui obœdistis, siue peccati, siue iustitię? Cū ergo qs peccato seruit, iustitię liber est, hoc est alien⁹ a iustitia. hic em̄ liberū alienū dicit, & recte qđē. Nemo em̄ potest & pctō simul & iustitię seruire, sicut Saluator dixit: φ nemo pōt duob⁹ dn̄is seruire. Sed de his plenissime supra diximus. Illud sane notādū est, esse & libertatē culpabilē, & laudabilē seruitutē. Nā liberū esse iustitię, crimen est: seruū vero esse, laudabile. Qđ aūt dicit iustitię seruū fieri, simul intellige & sapiētię, & pietati, & pudicitię, & oībus vna virtutib⁹: sicut ecōtrario q peccat, seruus est simul & cōcupiscētię malę, & iræ, & furoris, & impudicitię, & rapinę, & oīb⁹ simul vitiis ac sceleribus⁹ seruit. Vnde nosmetipsos discutere semp debemus p singula quæ gerimus, & in vnoquoq; actu cōsiderare cuinā seruiam⁹: pctō ne ad iniqtatē, an iustitiæ in sanctificatiōnē. Quē ergo fructū habuistis tūc ī illis in qb⁹ nūc erubescitis? Nā finis illoꝝ mors est. Fructū & bonoꝝ & maloꝝ eē docet scriptura diuina, vt ipse Saluator ī euāgeliis dicit: Aut facite arborē bonā, & fructū eius bonū: aut facite arborē malā, & fructū eius malū. Nō potest arbor bona fructū malum facere, neq; arbor mala fructū bonū facere. In qbus propositū & volūtas hominis, arbor dici videt vel bona vel mala: fructus vero ei⁹ opa. Si qs igit cōuertat animū & propositū ad iustitiā, erubescit sine dubio, & ipse se notat de priorib⁹ gestis q̄ egit positus sub peccato, qa finis illorū mors est. Sed requiro quæ mors?

certū est nō ista cōmunis. Nō eñ qs post mor
tē cōuertif ad iustitiā, vel p malis gestis pter
itis erubescit. Quid ergo est? Nunqdnā mor-
tem pe. cati dicere videf? Qm̄ aïa quę peccat,
ipa morief. An illud magis potest intelligi ꝙ
istā mortē dicit qua cū Christo peccato mori
mur, & vitiis ac sceleribꝰ finē damus, vt post
hęc dixisse videaf, quia finis illorū mors est?
D Nunc vero liberati a peccato, serui autē facti
deo: habetis fructū vestrū in sanctificationē,
finē vero vitā ęternā. Fructus fructibꝰ cōpa-
rat: & peccati quidem fructus pro qbus nūc,
hoc est postea q̄ liberati a peccato, serui autē
facti deo, sancti erubescūt: pnūciat morte fini
ri: fructꝰ vero iustitię q sunt in sanctificatio-
nē, finē dicit accipe vitā æternā. In quo illud
primo nō est omittendū, ꝙ fructus qdem eos
pro qbus nos erubescimꝰ, in quo fint noluit
nominare: eorū vero fructū q liberati sunt a
peccato, & serui facti sunt deo, dicit eē in san
ctificationem. Bonoꝝ etiā frequentius q̄ ma
loꝝ habēda memoria est. Quod aūt prius de
malis fructibꝰ & fine eorum, postea vero de
fructibꝰ qui in sanctificationē sunt, & de fine
eorū qui est vita æterna, memorauit: vide ꝙ
simile ē hoc, dicto pphetico illi quo ait, Ego
occidam, & ego viuere faciā. & iterū: Percu-
tiā, & ego sanabo. & rursum in Iob. Ipse dole
re facit, & remediū dat: pcutit, & manus eius
sanat. Quę oïa illuc aspiciūt, ꝙ ante moriēdū
est cū Christo, & ita cōuiuēdū: & ante cōpa-
tiēdū, & ita conregnandū. Nisi eñ prius per
pœnitētiā moriamur pctō, nō possumus per
E iustitiā viuere deo. Sed & hoc, ꝙ superiꝰ di-
xerit: Liberati autē a peccato, serui facti estis
iustitię, nunc aūt cū similiter dixerit: Liberati
autē a peccato, non similiter dixit, serui facti
estis iustitię, sed serui facti estis deo: nō ē ocio
sa distinctio. Per hoc. n. ostēdif, ꝙ posteaq̄ qs
liberatꝰ a pctō fuerit, seruire debet primo iu-
stitię, & oïbꝰ virtutibꝰ simul, vt inde p pfectū
ascēdat ad hoc, vt seruꝰ fiat deo: q̄uis & ser-
uire iustitię, seruire deo fit. Christꝰ est eñ iu
stitia: & seruire Christo, seruire deo ē. Est tñ
ordo pfectuū, & sunt pfectibus vel virtutibꝰ
gradus: & idcirco dicif Christꝰ regnare, pro
fecto scd̄m hoc ꝙ iustitia est: donec ī vnoquo
ꝙ cōpleaf plenitudo virtutū. Vbi vero men-
sura fuerit pfectionis expleta, tūc dicif trade
re regnū deo, & patri, vt iā fit deus oïa ī omi
bus. Sed & illud adhuc obseruādū puto, quo
niā collationē diximꝰ fructuū maloꝝ, & fru-
ctuū bonoꝝ fecisse apostolū, ꝙ ibi qdē vbi de
malis fructibꝰ dicebat nō dixit, fructū vestrū
habuistis in quibꝰ nūc erubescitis: sed dixit,
quē ergo fructū habuistis: vbi vero de bonis
fructibꝰ dicit, addit vestrū. Sic eñ scribit: Ha
betis fructū vestrū in sanctificationē. Per qd̄ F
indicare mihi videf ꝙ fructus malus, fructus
erubescēdus & pœnitēdus, nō est noster fru-
ctus. Nō eñ malā in nobis arborē deꝰ plāta-
uit, q̄ fructus malos pferret: sicut & ipe dicit
p pphetā, Ego te plātaui vitē fructiferā totā
veracē: quō cōuersa es ī amaritudinem vitis
alienę? Fructus ergo malos etiā si afferamus,
nō sunt nostri, sed alieni. i. peccati: fructꝰ vero
boni si eos afferamꝰ in sanctificationē, nostri
sunt fructus. Istos eñ fructus vt afferret hu
mana natura, a cōditore suscepit. Nā illi alie
ni sunt in nobis nō seminati a deo. Vis autē
scire ꝙ dn̄s non seminat malos fructus? Au-
di in euāgelio dicētē, Nōne bonū semen semi
nauimꝰ in agro? vnde ergo habet zizania? Et
respōdentes dixerūt, Inimicus homo hoc fe-
cit. Et adhuc vis ampliꝰ discere ꝙ isti carnis
fructꝰ nō sunt nostri, sed alieni? Ipe etiā ī euā
gelio dn̄s dicit: Si in alieno fideles nō fuistis:
qd̄ vestrū est qs dabit vobis? Sic ergo profun
dę rationis mysterio in malo qdē fructu apo
stolus non addidit vestrū: de bono aūt dicit:
Habetis fructū vestrū ī sāctificationē. Qꝫ au
tē perfectiores dicat hos quos seruire deo no
minat, q̄ illos quos prïo seruire iustitiæ dixe
rat: etiā ex hoc pbaf ꝙ horū fructū in sancti
ficationē posuit: q intelligi possint hi esse qui
se castitati & cōtinentiæ deuouerūt: illi autē
quos seruos dixit eē iustitię, possint ēt hi vi-
deri q in cōiugiis positi iustitię tū & oïbꝰ vir
tutibꝰ operā præbēt. De vita aūt ęterna q̄uis G
& in aliis locis sæpe a nobis dictū fit, tñ & in
præsenti breuiter perstringendū est: ꝙ æterni
tas in scripturis aliquādo p eo ponaf vt finē
nesciat, aliquādo vero vt in pręsenti qdem se
culo finē nō habeat, habeat tamē in futuro.
aliquādo tēporis alicuius, vel etiā vitę vniꝰ
hominis spatiū ęternitas appellatur, vt est il
lud ī lege scriptū de seruo hebræo: Si dilexe-
rit (inqt) vxorē suā, & filios suos, & pmanere
voluerit ī seruitute pptet ipsā: subula, inqt,
pertūdes aurē in poste, & erit tibi seruus in
æternū. Aeternū hic sine dubio tempus vitæ
hoïs posuit. Et iterū in Ecclesiaste dicif: Ge-
neratio vadit, & generatio venit: terra autē
stat in ęternū. Hic ęternū pręsentis seculi tp̄s
ostēdit. Vbi vero dicit vitā æternā, ad illud
aspiciēdū est qd̄ ipe saluator dicit: Hæc ē aūt
vita ęterna, vt cognoscāt te solū verū deum
& quē misisti Iesum Christū. Et iterū, Ego sū
via, veritas, & vita. Et ipse apostolus dicit in
aliis, qa rapiemur in nubibꝰ obuiam Christo

in aera, & sic semper cũ domino erim⁹. Sicut ergo semp cũ dño esse, finẽ nõ habet: ita vita æterna nullũ finem habere credenda est.

» STipẽdia eñ peccati mors. Gratia aũt dei
» in vita æterna in Christo Iesu dño nostro.

A ¶Simile est hoc qd dixit, stipẽdia pcti mors, illi qd supius dixerat: finis aũtẽ illoꝝ mors. Quoꝝ aũt illoꝝ? sine dubio ꝑ qb⁹ nũc erubescitis, quoꝝ fruct⁹ nec noĩare dignũ. Et iterũ. Gr̃a aũt dei in Christo Iesu dño nr̃o: siĩe est illi qd dixit, Habetis fructũ vestrũ in sctĩficatione: finẽ vero vitã æternã. Bene aũt metaphorã.i.figurã militiç ex initio ꝓpositã seruat: vt militãtib⁹ sub pcti rege, imo poti⁹ tyrãnidi ei⁹ patẽtib⁹, stipẽdia debita mortẽ dicat exolui. Deũ vero nõ erat dignũ militib⁹ suis stipẽdia q̃si debitũ aliqd dare, sed donũ & gratiã, q̃ est vita æterna in Christo Iesu dño nr̃o. Ego nõ puto etiã hoc vacuũ eẽ, qd ad vitã çternã addidit, ĩ Christo Iesu dño nr̃o: sed qa fortassis sciri voluit aliud esse vitã çternã solũ, & aliud vitã çternã ĩ Christo Iesu. Illi.n. qui surgẽt ĩ cõfusionẽ & opprobriũ sempiternũ, habẽt qdẽ vitã æternã: nõ tñ in Christo Iesu, sed ĩ cõfusiõe & opprobrio çterno: Iusti aũt q surgẽt ĩ vitã æternã, ĩ Christo Iesu habebũt vitã çternã. Peccatũ vero militib⁹ suis in qbus regnat, stipẽdia digna largit̃ mortẽ. Mortẽ aũt dicim⁹ nõ hãc corporalẽ, sed illã de q̃ scriptũ ẽ: Quia aĩa q̃ peccat ipsa moriet̃.

B Et q̃uis de diuersitate mortis a nobis sçpe iã dictũ sit: tñ qa pñs admonuit locus, aptius eadẽ repetere, & in vnũ q̃ sparsim sunt dicta colligere, neq mihi pigrũ sit, nec legẽtib⁹ onerosum. Mors qdẽ in scripturis vnũ qdẽ nomẽ est, sed multa significat. Eteni separatio corporis ab aĩa mors noĩat̃. Sed hæc neq mala, neq bona dici potest: est eñ media, q̃ dicit̃ in differẽs.i.cõis. Et rursus separatio aiç a Deo mors appellat̃, quç ꝑ peccatũ venit. Hçc aperte mala est, quç & peccati stipẽdiũ noiat̃: hãc mortẽ deus nõ fecit, neq lçtat̃ in ꝑditione viuoꝝ. Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. Et ipse iterũ auctor mortis hui⁹ diabolus mors appellat̃, & ipse est q dicit̃ inimicus Christi nouissimus destruẽdus. Sed & inferni locus in quo aiç detinebant̃ a morte, etiã ipsa mors appellat̃. Dicit̃ etiam illa mors laudabilis qua peccato qs morit̃, & Christo cõsepelit̃: ꝑ quã emẽdatio fit aiç, & vita æterna cõquirit̃.

C Cũ ergo tanta differẽtia in hoc vno nomine mortis habeat̃, si audias deũ dicẽtẽ: Ego occidã, & ego viuere faciã, intelligere debes q̃ sit mors quã dicit inferre deũ: illa sine dubio q̃ conferat vitã.i. vt moriatur quis peccato, & viuat deo. Cũ occideret eos ingrebant eũ. Apertissime docẽs q deus quẽ occidit, ꝑpterea occidit vt peccato moriat̃, & quçrat deũ. Sic ergo audio illud qd scriptũ est, qa occidit deus Her filiũ Iudæ qm malignus erat: & si qd aliud huiusmodi de deo legimus scriptũ. Sic & Apostolus peccatorẽ tradebat in interitũ carnis, vt spiritũ faceret saluũ: hoc est vt moreret̃ peccato, & viueret deo. Et in pñti igit̃ loco stipẽdia q̃ dat peccatũ, mors esse dicunt̃: nõ ista mors q̃ separat corpus ab aĩa, sed illa qua separat̃ animã per peccatum a deo. Et rursum nos in morte Christi dicimur baptizari, in illa sine dubio qua peccato mortu⁹ est semel: vt & nos separemur a peccato, & viuamus deo. Tali nãq morte qui morit̃, iustificatus esse dicit̃ a peccato. Sic ergo habenda est distinctio, q deus etiã si occidere dicat̃ & morti tradere, talis quçdã sit mors q̃ a deo dat̃ vt conferat vitã. Nihil eñ mali dat̃ a bono deo licet triste sit, licet doloris plenũ: ꝓspectu tñ medendi & cõtẽplatione sanitatis infert̃: vt animã quã separauerat a deo illecebra & dulcedo peccati, seueritatis austeritas separet a peccato. Ecõtrario vero pctm̃ qcqd dederit, qcqd contulerit, etiã si stipẽdia largiat̃, aiç mors est.

CAPVT. VII.

AN Ignoratis fratres (sciẽtibus eñ legẽ »
loquor) qa lex dominat̃ in hoĩe quãto »
tẽpore viuit? Nã quç sub viro est mulier, vi- »
uẽte viro alligata est legi: si autẽ mortuus fu- »
erit vir eius, soluta est a lege viri. Igit̃ viuẽte »
viro cognominabit̃ adultera si fuerit cũ alio »
viro. Si aũt mortuus fuerit vir eius, liberata »
est a lege, vt non sit adultera si fuerit cũ alio »
viro. Itaq fratres mei & vos mortificati estis »
legi ꝑ corpus Christi, vt sitis alteri⁹ q ex mor- »
tuis resurrexit, vt fructificetis deo. Cũ enim »
essemus in carne, passiones peccati q̃ per legẽ »
erãt operabant̃ in mẽbris nostris vt fructifi- »
carẽt morti: Nũc aũt absoluti sumus a lege »
mortis in qua detinebamur, ita vt seruiam⁹ »
in nouitate spiritus, & nõ ĩ vetustate literç. »

D ¶Latius ĩ superiore de fide & lege differẽs, ꝑ oĩa pferẽdã esse ostẽdit fidẽ eoꝝ dũtaxat qui credũt ĩ eũ q suscitauit dñm nostrũ Iesum a mortuis. Post hçc qualis etiã eoꝝ cõuersio deberet eẽ subiũxit: in qb⁹ & de pctõ Adã ac iustitia Christi disseruit: sed & de virtute ac libertate qua vel iustitiç qs seruit & liber est a pctõ: vel pctõ seruit & iustitiç liber est, disputauit. Nũc ergo post excessum quẽdã lati⁹ redit denuo ad tractatũ legis & Christi, talia q̃ dã ĩ pñti differẽs loco, q̃ paululũ repetẽtes fe

cũdũ literę cõsequẽtiã pri⁹ aperire tẽtabim⁹. Tũc ẽt ꝑ viribus qd vnusqſq; sermo virtutis habeat requirem⁹. Loquor, inq̃t, vobis q sciẽtiã legis habetis, & scitis sensum eius nõ esse in vetustate literę, sed ĩ spũs nouitate: hoc ẽ sciẽtib⁹ legẽ loquor, & appello vos ꝑpter huius legis sciẽtiã fratres, & dico: Nũqd ignoratis ꝙ lex vnicuiq; mãcipato & seruienti sibi dñaẽ, sicut vir iũctę mulieri? & sicut in omni vita sua dñaẽ mulieri legib⁹ sibi cõiunctę: ita & hoĩ q sub lege est q̃diu viuit, & valet, dñatur lex. Sed sicut virũ cui legib⁹ subiũcta fuerat mulier, si accidat mori, libera efficiẽ mulier, & a viri potestate resoluiẽ: ita & is q sub lege est, si accidat legẽ mori, ab opib⁹ legis liber efficiẽ: & sicut mulier quę priorib⁹ viri legib⁹ absoluta est, habet libertatẽ vt alio viro iungatur, ita & is q sub potestate legis vixit, vbi mortuã videt literã habet potestatẽ viuẽti verbo, tanq̃ viro sociari. Si vero viuẽtẽ adhuc priorẽ virũ voluerit mulier relinquere & alii sociari: adultera sine dubio appellabiẽ. Quod simili forma etiã in eũ cadit q legẽ vt virũ deserit, & alii iungiẽ. Hęc autẽ sciẽtibus (vt dixi) legem loquor fratres, vt ĩtelligatis ꝙ & vos legẽ tanq̃ mortuã reliquistis. Mors aũt illius ꝑ aduẽtũ Christi & assumptionem corporis ei⁹, ꝑ qđ vos effecti estis. i. iuncti alii viro, illi. s. qui a mortuis resurrexit, & vltra mortẽ nõ recipit: quã recipit prior ille vir. i. lex. Vos ergo nũc facti estis ei⁹ viri q a mortuis resurrexit spõsa: & iõ scđm volũtatẽ ipi⁹ viuere debetis, qa iã non sumus in carne, sed in spiritu, etiã si aliqñ in carne positi, peccati & carnis passionibus vrgebamur: quæ passiones ꝑ occasionẽ legis in mẽbris nostris fructificabant, non deo sed morti: illi morti quam deus nõ fecit. Nunc ergo sicut cũ moriẽ vir, libera est & absoluta mulier a lege viri: ita & nos liberi facti sumus a lege q̃ videbaẽ nobis dñari tanq̃ vir. Cui legi sine dubio etiã nos mortui sum⁹, & alieni a cõditione ei⁹ in qua detinebamur: vt post hęc iam seruiamus non in vetustate literæ sicut pri⁹, sed in nouitate spiritus: quẽ spiritũ a spõso nostro tanq̃ nuptiale pign⁹ accepim⁹, sicut & alibi dicit: Qui dedit nobis pign⁹ spiritũ. Hic ẽ ordo eloquẽ-

E tię, hæc apostolici cõpago sermonis. Sed nũc repetẽtes quę dicta sunt, discutiamus per singula. Aut ignoratis, inquit, fratres (sciẽtibus enim legẽ loquor) quia lex dñaẽ homini quãto tẽpore viuit? Hyperbatõ statim ĩ prĩcipio habet, qđ ita redditur. Aut ignoratis fratres quia lex dñaẽ in hoĩe quãto tempore viuit? & post hęc reddiẽ illud qđ ĩ medio ĩsertũ est, Sciẽtib⁹ eñ legẽ loquor. Qđ aũt dixit, Scientib⁹ legẽ loquor, simile ẽ illi qđ paulo post dicit, Scim⁹ aũt qm̃ lex spiritalis est. Legẽ vero spiritalẽ nõ solũ Paulus sciebat, sed & hi qui ab ipo imbuebanẽ: qui tamẽ spiritales erant, de qb⁹ dicit: Spiritalis autem examinat oĩa. Nã de Galatis non possum pronũciare ꝙ sciant legẽ spiritalẽ esse, de qbus dicit: O insensati Galatę. Nisi forte tũc scierant cũ spiritu cœperãt: sed nõ ꝑmãserũt ĩ hac sciẽtia, qa carne cõsũmati sũt. Apostoloꝝ vero doctrina & eoꝝ q ab ipsis instruebanẽ ad docendũ, talis erat, quę docet hoĩes seruire legi nõ in vetustate literę, sed in nouitate spirit⁹. Qđ nõ solũ apostolos, sed & ꝓphetas, & siqui erãt tũc sapiẽtes ĩ poplo, sensisse arbitror: qa lex spiritalis est, licet multitudinis causa etiã carnalẽ viderenẽ obseruãtiã custodire. Nec mirũ, cũ & ipẽ Paulus dicat: Quia fact⁹ sũ Iudęis tãq̃ Iudęus, vt Iudęos lucrifacerẽ. Ita ergo multi in populo priori proficiebãt in sciẽtia spiritali, & videbãt gl'iam verbi dei: sicut Esaias scribiẽ vidisse gloriã verbi dei, vt testaẽ Ioannes cũ dicit: Hoc aũt dicit Esaias ꝙ vidit gloriã ei⁹. Sciẽtib⁹ eñ legem loquor, id est scientib⁹ quæ sit in lege vetustas literæ, & nouitas spirit⁹: quia q bene scit, nouit sine dubio ꝙ lex ita dominaẽ hoĩ q̃diu viuit, sicut vir mulieri: & sicut morte viri liberaẽ mulier a lege cõiugii, & sociãdi viro alii accipit libertatẽ: ita & aĩa cuius vir lex est, cum vetustatẽ literæ in lege deprehẽderit, qa qđ veterascit ꝓpe exterminiũ ẽ, veluti mortua sibi lege secũdũ literã, libertatẽ accipit nubẽdi alii viro qui est spirit⁹ legis: spiritus aũt dñs est. Qđ autẽ di- F
xit: Lex dñaẽ homini quãto tẽpore viuit, nõ ad hominẽ, sed ad legẽ referẽ: hoc enim & in cõsequẽtib⁹ indicat, vbi dicit, Viuẽte viro alligata est legi: & ipm̃ exemplũ qđ assumptũ est, plenius idẽ ordo declarat: legẽ enim in loco viri posuit, & de ipsa dicit, Si aũt mortu⁹ fuerit vir, soluta est a lege viri. Quę tamen si de apostolis, vel de his q ex circũcisione crediderũt dicta intelliganẽ, nil cõmouebiẽ quæstiõis: Clarũ nãq; est ꝙ hic legem velut virũ dicit, sub cuius potestate viuebãt. Sed vbi venit plenitudo tẽporũ, lex infirmari cœpit in carne, & infirmitatẽ mors cõsecuta est, & si q sub potestate huius viri vixerãt, tãq̃ mulier spiritui nubunt Christo credẽtes. Hi vero q ex gẽtibus crediderũt, dño crediderũt: & nõ videnẽ sub huius viri. i. sub legis vixisse potestate, nec habuisse virũ legis sermonem. Testimoniũ aũt huius rei, id est ꝙ hi q ex circũcisiõe sunt sub viro fuerint, hi aũt q ex genti

bus sine viro,Esaias declarat dicēs:Lætare ste
rilis q̄ nō paris,erūpe & clama quę nou partu
ris: qm̄ multi filii desertæ magis q̄ eius q̄ ha-
bet virū:Multos filios dicēs desertæ magis q̄
eius quę habet virū, ꝙ multo plures ex genti
bus,q̄ ex circūcisione crediderūt.Et ostēdit eā
quę habet virū,synagogam quę habet legem:
desertā vero,& vagā,ac sine vlla potestate le-
gis viuentē,multitudinē gētiū:quę & sterilis
erat,uullius legitimi verbi ꝑferēs germen.Po
nitur ergo in his ab Apostolo homo q sub le-
ge viuit,tāq̄ mulier quę sub viro est.Virū au
tem ponit sermonē legis:quē tamen virū mor
talē dicit,qui est scd̄m literā sermo legis.Sed
A is quomodo sit mortuus,ꝑuidēdū est. Potest
quidē in hoc videri mortuus,cū spiritalis in-
telligētia excludit vel interimit corporalē: &
ostēdit refugiendā esse occidentē literā, & se-
quendū viuificantē spiritū. Sed & hoc modo
mortuus esse hic vir euidētiꝰ probabit̄: etem̄
donec lex vmbram gerebat futurorū bonorū
& inhiabat in terrena,cælestis culturæ typus
& imago gerebat̄,& altare manebat, & sacer-
dotiū, sermo legis litera videbat̄. Nondū em̄
introierat in sancta nō manufacta Christꝰ,nec
accesserat ad velamen interiꝰ: qđ ad Hebręos
scribēs Apl̄us carnē Christi esse interp̄tatur.
Vbi vero verbū caro factū est,& habitauit in
nobis,a p̄sentia eius lex cū tēplo,& altari,atq;
oībus quę ibi gerebant̄,euersa est : tunc mor-
tuus est vir eiꝰ.i.scd̄m literā lex. An nō iure
dicitur in hac parte mortuus sermo legis,cui
nulla sacrificia,nullū sacerdotiū, nulla Leuiti
ci ordinis deferunt̄ ministeria?Homicidā pu-
nire nō pōt,nec adulterū lapidare:hæc.n.sibi
vēdicat Romanoꝝ potestas:& dubitas adhuc
si mortua sit literæ lex? Ter in anno apparere
dn̄o oīs masculus nō ascēdit:ouis in festiuita
te paschæ ea in ciuitate quā elegisse putatur
dn̄s deus, nulla iugulat̄:manipuli primitiarū
nulla celebrat̄ oblatio:nulla lepra,nulla peco-
ris immunditia : dubitari potest in his oībus
mortuā esse literā legis? Cū ergo claruit per
hęc oīa mortuū esse virū priorē,nulla ꝑuari-
catio est Christo tāq̄ viro alteri sociari: sicut
mulieri crimen nō est si viro priore defuncto
suscipiat scd̄a cōnubia. Et ꝓpterea dicit:Igit̄
viuente viro cognominabit̄ adultera si fuerit
cū alio viro:vt ostendat ꝙ & aīa hoīs si iā ve
nit ad Christū,& Christo velut secundo viro
sociata est,nullo genere viuere ei debet vetu-
stas literę, q̄ est quasi prior vir: ne forte si illū
habeat in se viuētē,efficiat̄ adultera:q̄ ita ad-
huc secūdo sociata ē,vt si viueret prior. Hoc
est qđ ꝑ aliā figurā & in superioribus dixit,ꝙ
mori prius oportet, & ita cōsepeliri Christo.
Deniq; etiā hic addit in posterioribꝰ:Itaq; fra
tres mei & vos mortui estis legi per corpus
Christi,vt sitis alterius q ex mortuis resurre-
xit,vt fructificemꝰ deo. Vides quomodo figu
rarū diuersitas videat̄,ad vnū tn̄ sensum cun
cta reuocant̄.Nā & ꝙ legē nobis mortuam di
cit,hoc idē libet intelligi ꝙ & sic nos mortui
sumꝰ legi ꝑ corpus Christi:ī quo corp̄e iniq-
tates nostras tulit,& p̄ccata nostra portauit:
& in quo exuit principatū & potestatē trium
phās eos in semetipso. Festinādū est ergo ad
has nuptias secūdas,q̄ beatiores sunt multo q̄
primę.Et vide si forte iā tūc lex tale nescio qd
adūbrabat in eo,cū iuberet vt mulier mortuo
priore viro de quo semē nō susceperat, fratri
eiꝰ nuberet:Frater.n.videt̄ legis literę,secūdū
spiritū lex:vt de ip̄o magis mulier afferat fru
ctū.Sed hęc pleniꝰ in locis suis regrent̄.Nunc B
aūt(vt diximꝰ)priꝰ moriēdū est legi literę ve
sic cōiūgi possimus Christo q ex mortuis re-
surrexit.Pōt aūt fieri vt hoc non solū de lege
Moysi q̄ est secūdū literā sentiat̄, sed de omni
hoīe:qm̄ certū est ꝙ qbuscūq; īstitutis, qbus-
cūq; moribꝰ agit̄,quasi sub lege hac qua vtit̄
viuere credēdus est:cui vtiq; vel ip̄a mori de
bet, vel ipse illi: ne forte sub alio viro posita
aīa ad Christū veniēs,nō tā nuptias eiꝰ adire
q̄ adultera effici videat̄: quippe q̄ sub prioris
adhuc viri legibꝰ viuit. Qđ tn̄ Apl̄s alia rur
sum figura ad eū sensum explanationis addu C
cit.subiūgit em̄.Cū aūt essemꝰ in carne,vitia
peccatoꝝ q̄ per legē erāt,operabant̄ in mēbris
nostris vt fructificarēt morti. Nūc aūt soluti
sumus a lege mortis,in qua detinebamur,ita
vt seruiamꝰ in nouitatē sp̄ūs,& nō in vetusta
te literę. Apparet & ī his vt ī superioribꝰ per
exemplū cuiusdā similitudinis Paulū ex alio
in aliud cōclaue incertis & occultis gressibꝰ
digredi.Cū.u.in superioribꝰ de lege literę dis
putasset,qđ vtiq; ad eos videret̄ tantū qui ex
circūcisione crediderant,pertinere: nūc latēti
quadā cōuersione carnis & vitiorū discutit le
gē, ob id sine dubio vt etiā ad cæteros hoies
nō eos solos q ex circūcisione sunt, tractatus
iste pertinere videret̄. Ait ergo:Cū.n.essemus
in carne.Et qdē quantū ad rē spectat,in carne
vtiq; positꝰ ista dicebat: sed cū ī carne essemꝰ
hoc est cū scd̄m carnē viueremꝰ,vitia pecca-
ti q̄ ꝑ legē erant,operabant̄ in mēbris nostris.
Quęnā lex ista est per quā vitia peccati operā- D
tur? Nūqd lex Moysi etiā si scd̄m literā obser
uet̄,vitia generat p̄ctōrū? Sed in aperto est ꝙ
illā legem dicat mēbroꝝ, q̄ resistit legi mētis
de qua & āte tractauimꝰ,quomodo lex subin

& & &

troiuit vt abūdaret peccatū. Ipsa ergo lex est quę facit ī iis q̄ sc̄dm carnē vixerint, vitia pec catorꝝ abūdare vt fructificent morti. Ad hoc nāq; est lex illa ī mēbris nostris, vt resistēs aduersus legē mentis captiuos nos ducat peccato, & hos fructus afferat morti. Nūc aūt soluti sum⁹ a lege, ī qua mortui detinebamur. Ab hac ergo lege nūc soluti sumus. Quādo? Sine dubio qn̄ cū Christo mortui sum⁹, & cōsepulti cum eo p baptismū, & crucifixi cū ipso: Et ideo dicit, Soluti sum⁹ a lege mortis: Nisi em̄ qs mortuus fuerit cū Christo, ab ista lege nō soluit. Scio & ī aliis exēplarib⁹ scriptū, A lege mortis ī qua detinebamur: sed hoc, id ē mor-
E tui, & verius est, & rectius. Q̄d vero addit in cōclusione, Ita vt seruiam⁹ ī nouitate spūs, & nō ī vetustate literę: q̄d sine dubio de lege literę dictū videt, hoc modo cōsequēter intelligi poterit. In carne q̄dē positi, & secūdū carnē viuētes, ꝑpter peccatorꝝ vitia q̄ lex illa q̄ erat in mēbris nostris alebat vt fructificaret morti, nō poteram⁹ seruire nouitati spūs dn̄i: illa lex mēbrorꝝ viuebat ī nobis, ī modū quo nos secūdū illā viuebam⁹. Vbi vero Christ⁹ pro nobis mortuus est, & nos cū ip̄o mortui sumus pc̄ō: liberi sumus p ip̄m a lege peccati, in qua detinebamur: vt possimus seruire iā legi dei, seruire aūt ī nouitate spūs, nō ī vetustate lrę. Non em̄ idcirco nos Christus abstraxit a lege peccati, vt vetustati literę seruiam⁹. i. vt circūcisionē recipiam⁹, & sabbata vel cętera q̄ vetustas legis literę cōtinet: sed vt legē dei in spūs nouitate seruem⁹. i. ex oib⁹ q̄ ī ea scripta sunt spiritalē sensum spiritu donāte capiam⁹: sicut & idē Ap̄ls ī aliis dicit, ꝙ velamen positū est in facie Moysi: cū aūt cōuersus fuerit quis ad dominū, auferet velamen. Dn̄s enim spiritus est: Vbi aūt spūs dn̄i, ibi libertas. Nouitatē sane spirit⁹ scio quosdā itelligētes illuc retraxisse vbi dicerēt nouū spiritū esse tāq̄ q ante nō fuerit, nec veteribus innotuerit: & nesciūt se in hoc grauissime blasphemare. Ipse em̄ spiritus est in lege, ipse in Euangelio, ipse semp cū patre & filio est, & semper est & erat & erit, sicut pater & filius. Nō ergo ipse nouus est, sed credētes innouat cū eos a veteribus malis ad nouā vitā & nouā religionis Christi obseruātiā adducit, & spiritales ex carnalibus facit.

» QVID ergo dicemus? Lex peccatum est?
» Absit. Sed peccatū nō cognoui, nisi per legem.
» Nam concupiscentiā nesciebā nisi lex diceret:
» Non concupisces. Occasione aūt accepta, peccatū per mandatū operatū est in me omnē cō
» cupiscentiam. Sine lege enim peccatū mortuū
» erat. Ego autē sine lege viuebā aliquādo. Sed
» cū venisset mādatū, peccatū reuixit: ego autē
» mortuus sum, & inuentū est mihi mādatum
» q̄d erat ad vitā hoc esse ad mortē: nā peccatū
» occasione accepta per mandatū seduxit me, &
» per illud occidit. Itaq; lex quidē sancta, & mā
» datum sanctum, & iustū, & bonū. Q̄d ergo bo
» nū est, mihi factū est mors? Absit. Sed peccatū
» vt appareat peccatū, per bonū operatum est
» mihi mortem, vt fiat supra modum peccans
» peccatum per mandatum.

¶In his locis positos crebro nos necesse est de F legum diuersitatib⁹ cōmouere. Hoc em̄ vult Paulus, qui sub vno legis noīe sensum de vno ad alterū tacitis indiciis transfert: illo vt arbitramur ꝓposito, quo & scripturę propheticae cōstāt, ne ea q̄ inspirata diuinitus, prolocut⁹ impolitis hoībus & min⁹ adhuc vel fidei vel studii deferētibus in ꝓpatulo ponerent, & pedibus (vt ita dixerim) cōculcāda traderētur: sed vt secūdū ea q̄ supra p quādā similitudinē dixim⁹, mysteriū regis ad paucos & occulatius perueniret. Ait itaq;. Quid ergo dicem⁹? Lex peccatum est? Putasti (inquit) me de lege Moysi dicere ꝙ peccatū est? Absit, ad vtrūq; sufficiat ꝙ neq; de lege Moysi loquor, neq; de ipsa dico ꝙ peccatū est. Sed peccatū non cognoui nisi p legē. Nā cōcupiscentiā nesciebā, nisi lex diceret, Nō cōcupisces. Intellige, inqt, de qua lege loquat, ꝙ nisi esset, peccatū nemo cognosceret. Nunq̄d Moysi lex est p quā Adā cognouit peccatū suū, & abscondit se a cōspectu dn̄i? Nūquid Moysi lex est per quā cognouit Cain peccatū suū & dixit, Maius est peccatum meū q̄ vt relinquar? Aut per quā Pharao cognouit peccatum suum & dixit, Dn̄s iust⁹ est, ego autem & populus meus impii? Q; si hi oēs & alii innumeri ante Moysi legem cognouerūt peccatum suū: non erit sine dubio Moysi lex de qua dicit Apostolus, Quia peccatū nō cognoui nisi p legē: & de qua dicebat, Et cōcupiscentiā nesciebā nisi lex diceret, Nō cōcupisces. Sed & illa lex de qua frequēter di G ximus, quę in hominū cordibus scripta est nō atramēto, sed spiritu dei viui: & docet vnūquēq; q̄d agēdū sit, quid cauēdū: ipsa est ergo per quā cognoscit homo peccatū suū. Aperte hic legē naturalē dicit tādiu ignorari a nobis q̄diu ętatis processu nō nouimus inter bonū & malū discernere, & a cōscietia nostra audierimus. Loquit̄ em̄ intra nos cōsciētia, & dicit, Nō cōcupisces. Sed quoniā nō semper, nec ex initio vt nascit̄ homo, lex ista inuenit̄ in homine, sed aliquādiu dū aetas nondū patit̄, sine hac lege viuitur: sicut ipse Paulus fatetur cū dicit, Ego aūt viuebam sine lege aliquādo, in

illo tēpore quo sine lege viximus,cōcupiscentiam nesciebamus.Nō dixit nō habebā,sed dixit nesciebā,tanq̄ quę esset quidem,ignoraretur tñ ꝙ esset concupiscentia. Vbi autē venit ratio,& lex naturalis locū in nobis ꝓcessu ętatis inuenit:docere nos cœpit quæ essent bona, & ꝓhibere a malis.Hoc ergo est dū dicit non cōcupisces, qđ ante nesciebam⁹ ab ipsa didicimus malā esse cōcupiscētiā: occasione autem accepta peccatū per mādatū operatū est in me oēm cōcupiscentiā. Lex illa de qua dicit,quia cōcupiscētiā nesciebā nisi lex diceret, Nō cōcupisces:ipsam etiā mādatū appellat cū ait,ꝙ occasione mādati hui⁹ quo cōcupiscere ꝓhibemur,peccatū vehemēter exarsit in nobis,& oēm operatū est in nobis cōcupiscentiā. Ideo nāq; in quo cōcupiscit caro aduersus spiritū, id ē aduersus legē q̄ dicit,Nō cōcupisces,etiā aduersat̃ ei,& certamē qđdā gerit,vt nō solū cōcupiscētię nō satisfaciat,sed etiā aduersariū vincat.Hæc est ergo occasio quā dicit venire ex mādato:Nescio quo etem pacto ea quæ ꝓhibent̃ ardētius desiderant̃, & ideo mandatū sanctū & iustū & bonū fit: Quod.n.prohibet malū,necessario bonū est.Dū ꝓhibendo concupiscētiā magis eā ꝓuocat & inflāmat,ꝓ bonū mihi operatū ē mortē.Indicat tñ Apostolus in his: ꝙ origo peccati ex cōcupiscētia orta sit,dum ꝓhibetur a lege siue Moysi quę dicit Nō cōcupisces,siue etiā vt supra exposuimus naturali,eo cōtētiosius qđ ꝓhibetur expetitur.

A Sciendū sane est ꝙ concupiscētia hic culpabilis ponitur:est autē & in multis laudabilis,sicut supra diximus.Sine lege em̄ peccatū mortuū est. Ego autē viuebā sine lege aliquādo.Sed vbi venit mādatū,peccatum reuixit:ego aūt mortuus sum, & inuētū est mihi mādatū qđ erat ad vitam,hoc esse ad mortē. De his pœne oīb⁹ iā in superiorib⁹ plene tractatum est: vnde ne eadē sępius reuoluamus, breuiter quę dicta sunt,in memoriā reuocabimus. Sine lege autē peccatū mortuum esse in nobis, hoc est anteq̄ ꝑ ætatē rationabilis īterna nos sensus vigeret,ostendimus: cū etiā exemplum pueri ꝑcutientis patrem aut matrem vel maledicentis adduximus:In quo secundū legem quidē prohibentē ꝑcuti vel maledici patrē aut matrē,peccatū fieri videt̃:sed istud peccatū mortuū esse dicitur quia lex nōdum adest in puero, q̄ eū doceat hoc qđ facit fieri non licere.Sine hac autem lege & Paulum & oēs hoīes certum est aliquādo vixisse,hoc est in ętate puerili. Omnes enim similiter per illud tēpus nōdum capaces huius naturalis legis existunt:Nam vtiq; nō videretur de hoc Pauli esse professio vera.Quomodo enim sine lege Moysi probabit̃ Paulus aliquādo vixisse cū ipse se hebręū ex hebręis,& octaua die circūcisum secundū legis pręcepta fateatur?Sed hoc modo quo diximus sine lege naturali vixit etiā ipse aliqū in pueritia. Quo in tēpore nō dixit nō fuisse in homine peccatū,sed mortuū fuisse,& reuixisse postmodū,vbi lex naturalis aduenięns ꝓhibuit cōcupiscentiam,cœpitq; lex veluti mortuū suscitare peccatum: Peccati nāq; natura hæc est,si fiat qđ lex fieri vetat.Reuiuiscente ergo peccato ego,inquit, B mortuus sum.Ego.quis?Anima sine dubio q̄ fecerat qđ lex fieri vetabat: Anima em̄ q̄ peccat ipsa morieť.Inuētum est ergo mandatum qđ datum fuerat ad vitam aię.s.vt eā doceret opera vitę,cessisse ei ad mortē:cū ꝓhibita nō tā refugit q̄ ardētius expetit.Mouet me tamē quomodo dixerit in his peccatū mortuū reuixisse. Videtur em̄ ꝙ nō possit dici mortuū nisi quod aliquādo vixerit,& postmodū vita caruerit.Sed hoc ipm̄ qđ dixit reuixit,nō nuper datā vitā,sed priorē redditā docet:ipe.n. sermo,reuixit,rursum vixisse significat. Si ergo aīa dicitur reuixisse peccato,quomodo de hoc sermōe Apostolus ait:Ego aūt viuebā sine lege aliquādo?Respōdēt Pythagorizantes hęretici qui docent aiam hoim prius in pecudibus,vel auibus,aut piscibus fuisse,& sic ad hoīes fluxisse,ꝓpterea dixisse Aplm̄:Ego autem viuebā sine lege aliquādo:quasi qui ante C q̄ in hoc corpus veniret humanū,vixerit ī eo ordine (verbi gratia) aut auiū,aut animaliū vbi lex nulla haberetur. Quō,inquit,ad hoc poterunt respondere,cū in aīa nō nuper exortū,sed qđ erat mortuū dicat reuixisse peccatum?& certū est ꝙ is qui reuiuiscit,vixit aliquādo?Nūq̄ ergo aīa in eo ordine fuisse videbitur vbi peccatum sine lege nec fuisse potuit nec vixisse. Hæc aduersum illos dicta sunt,q̄ Apostoli sermonē ad dogma impiū trahunt. Nos autē mortē hāc peccati beneficio dei datam dicimus tpe eo quo sine lege viueremus. Qꝫ etsi veniēte mandato qđ & sanctū & iustū & bonum est,reuiuiscit in nobis peccatum,& occidit nos:pctm̄ em̄ accepta occasiōe ꝑ mandatum seduxit me, & per illud occidit:nō est accusatio mādati ꝑ hęc ꝙ occasionē qua occidit me peccatū, venisse dicit ex mandato: sed hęc est dicti hui⁹ cōsequētia.Lex dicitur quæ D docet quid fieri debeat,quid caueri:& necesse est illā vt caueri dicat & doceat quale sit:quo ꝑ hoc caueri facili⁹ possit. Nemo em̄ pōt vitare qđ nescit.Si quis ergo edoct⁹ ꝑ legē qua le sit illud qđ caueri debet,nō tā caueat q̄ fa-

stat illud, occasione qdē legis nō faciendæ rei sciētiā videbit̄ accepisse: sed lex nō idcirco eū docuerat vt faceret qd nō debebat, & moreretur, sed vt nō faceret & viueret. Sic ergo peccatū occasione accepta p mādatū seduxit me, & p illud occidit. Aut certe qa freqnter dixit peccatū p mādatū seduxit me, & p illud occidit: potest hic peccatū vel ipm auctorē dixisse peccati: de quo scriptū est, Serpēs seduxit me: vel etiā psonā finxisse peccati, quæ visa sit hominē seduxisse occasione mādati, vt suauē faceret cōcupiscētiā: & anima dū suauitate concupiscētię delectat̄ præuaricādo per mandatū qd dicebat, Nō cōcupisces, moreretur. Sed ne hoc mādato legis ascriberet, ꝙ occasione pręcepti seducta est aīa & occisa, subiūgit Apostolus & dicit: Itaq lex qdē sancta, & mādatū sanctū, & iustū, & bonū. Bonū nāq est mandatum, & lex sancta est. Bona em̄ pręcepit, & bonorū obseruātiā mādat. Qd ergo, inqt, bonū est, mors mihi est? Absit. Obiectionē refellit necessario cōsurgētē, & dicit. Non ꝙ bonū legis & mādatū mortē mihi intulerit: sed peccatū, inqt, vt qd iniquū sit, p bonū mihi itulit mortē. Bonū nāq est mādatū si seruat̄: si vero non seruat̄, necessario erit illi malū q pdiderit bonū. Fit ergo ipm pctm̄ supra modū peccator ex occasione mādati. Diximꝰ & supius ꝙ quasi psonā finxerit peccati, & de ipsa dicat supra modū pctōrē effectū ipm pctm̄: de cuiꝰ psona loquor, occasiōe mādati. Minus em̄ peccati est si id qd nō ꝓhibet̄ admittas. Si vero vetita & interdicta cōmiseris, supra modū, vt ita dicā, peccator es: qa nō solū cōmisisti qd nō debuisti, sed & pceptū puaricatus es. Qꝫ aūt dixímꝰ peccatū peccatorē, maluimꝰ vitiū sermonis recipere q̄ sensum Apl̄i non integre exprimere: quia in latino sermone angustauit nos nomē peccati, qd neutro genere declinat̄: in Græco vero fœmininū est: & ideo peccatorē ipm nos appellauimꝰ: nā ibi peccatrix appellari potest.

» SCImus enim ꝙ lex spiritalis est, ego autē
» carnalis sum, vęnundatus sub peccato. Quod
» enim operor, ignoro. Nō enim qd volo bonū
» hoc ago, sed qd odi malum, illud facio. Si aūt
» qd nolo illud facio, cōsentio legi quoniā bona
» est. Nūc autē iam nō ego operor illud, sed qd
» habitat in me peccatū. Scio em̄ ꝙ nō habitat
» in me, hoc est in carne mea bonū. Velle enim
» adiacet mihi: perficere aūt bonū nō inuenio.
» Nō enim qd volo facio bonū, sed qd nolo ma
» lum hoc ago. Si em̄ qd nolo facio, iā non ego
» operor illud, sed qd habitat in me peccatum.
» Inuenio igitur legē volēti mihi bonū facere,
» quia mihi malū adiacet. Condelector em̄ legi
» dei secūdū interiorē hominē: video autē aliā
» legē in membris meis repugnātē legi mentis
» meę, & captiuantē me in lege peccati, quæ est
» in mēbris meis. Infelix ego homo quis me li
» berabit de corpore mortis huius? Gratia dei
» per Iesum Christum dominū nostrum.

D ¶ Sicut forte illa expositio quā de legū diuersitate tenebamus, violēter pręsumpta videat̄, aduertat nūc in Apostolo, quomodo nō solū legū, sed & psonarū diuersitas introducitur. Nā Paulus q in aliis dixit, Nō em̄ scdm carnē viuimus, sed secūdū carnē militamus, in pręsenti loco dicit se esse carnalē: & hic sub peccato dicit se esse venūdatū: q in alio dixit, Precio empti estis. Et iterum: Christus nos redemit. Et rursum in aliis dicit: Viuo aūt iā non ego, viuit vero ī me Christus. Et iterū q ait: Propter inhabitātē spiritū eius in nobis: nūc dicit, Quia nō habitat in me, hoc est in carne mea bonū. Qꝫ si nō inhabitat in carne eius bonū, quomodo dicit: Quia corpus nostrū templū est dei, & tēplū spiritus sancti? Sed & certe in qbꝰ cōfitetur a lege q̄ in mēbris suis est, & repugnat legi mētis suę, captiuū duci se in lege peccati, quomodo apostolicæ cōueniūt dignitati, & Pauli pcipue, ī quo Christus & viuit & loquit̄? Sed colligamꝰ ex his quomodo moris ē scripturę diuinæ, & psonas latēter, & res, & causas, de qbus dicere videt̄, & noīa cōmutare: imo potius eisdē noībus in aliis atq aliis rebꝰ, vt in pśenti loco ait Apl̄us, Scimus enim ꝙ lex spiritalis est. Hic adhuc qd dixit, Scimus qa lex spiritalis est, apl̄ica auctoritate pronūciat. Nō em̄ scit legē spiritalē esse q carnalis est, & sub peccato vęnūdatus est: sed qui habet ī se spm̄ dei, ille scit qa spiritalis est: qd de Moysi lege cōuenit dictū. Ipsa est nāq quę iis q spiritaliter ītelligūt, lex spiritalis est, & spūs viuificās: q vero carnaliter, lex lrę, & litera occidēs eē memorat̄. Qꝫ vero dicit, Ego aūt carnalis sum vęnūdatus sub pctō, hic iam tāq̄ doctor ecclesiæ psonā ī semetipm suscipit infirmoꝝ: propter qd & alibi dixit. Factꝰ sum infirmis infirmꝰ, vt infirmos lucrarer. Et hic ergo īfirmioribꝰ oībus, id est carnalibus, & q sub pctō vęnūdati sunt, efficit̄ Paulus carnalis, & sub pctō venundatus, & loquit̄ ea q̄ illis loqui moris est, vel excusationis, vel īcusationis obtētu. Ait ergo tāq̄ ex persona illoꝝ loquens, Ego autē carnalis sum, vęnūdatus sub peccato: hoc est secūdū carnē viuēs, & in peccati potestatē libidinis & cōcupiscētię pcio redactꝰ. Qd em̄ opora ignoro. Nō em̄ qd volo facio, sed qd odi hoc ago. Quod ergo ait, ꝙ ignoro qd operor, nō tā rē ipsam quā opat̄ qs

ignorat,licet carnalis sit, sed causam rei quã
A agit dicit ignorate. Quod eñ dicit, Nõ.n.qđ
volo ago,sed qđ odi illđ facio,ostẽdit ꝙ licet
carnalis sit,& sub peccato venũdatꝰ q hęc lo-
quitur:tñ etiã resistere aliquãtulũ vitiis cone
tur,legis scilicet naturalis instictu:sed vincat
a vitiis,& opprimat in vitiis, vt sępe accidit
(verbi gratia) cũ ꝑponit qs patiẽter ferre isti
gantẽ se,& ad vltimũ vincit iracũdia,& patit
hęc inuitus:irascit ergo etiã cum nolit irasci.
Hoc idem etiã timoris vitio accidere solet,vt
cõtra volũtatẽ qs metu & formidine terreat:
hoc in elatiõe subiti vel inopinati honoris sę
pe cõtingit, vt arrogãtior qs fiat & tumidior
q̃ vult. Vincit ergo in his singulis q nõdũ spi
ritalis est etiã cõtra volũtatẽ,qa voluntas ista
nondũ ita fortis,& ita robusta est,vt definiat
apud se vsq; ad mortẽ ꝑ veritate certãdũ:nec
talis est q dicat est est,nõ nõ: & ideo nõ potest
opari q̃ vult sed q̃ nõ vult. Tñ ex ea parte qua
nõ vult malũ, cõsentit legi dei qa bona est,q̃
ꝑhibet malũ: & cõsonãtiam quãdã ad legem
dei lex naturalis adducit, vt eadẽ velint atq;
eadẽ nolint. Qꝫ si scđm volũtatẽ legi dei con-
sentimꝰ, malũ ergo qđ facimus iã nõ nos sed
pctm̃ qđ in nobis est opat,id est lex & volũtas
carnis:quę captiuos nos ducit in lege pcti. Et
hic(id est Paulus carnalis)dicit,qa iã nõ ego
operor illud,sed qđ habitat in me pctm̃. Paulꝰ
vero spiritalis in aliis dicit, Quia abũdãtiꝰ q̃
oẽs illi laboraui:nõ aũt ego,sed gr̃a dei mecũ.
B Vt ergo iste labores suos nõ sibi,sed gr̃ę dei q̃
in ipso opabat ascribit:ita & ille carnalis opa
nõ bona non sibi, sed pctõ qđ in se habitat &
opat,adnumerat. Ideo ergo dicit: Non iã ego
operor illud,sed qđ habitat ĩ me peccatũ. Nõ
eñ habitat ĩ me,hoc est carne mea,bonũ. Nõ
dũ eñ ĩ eo Christꝰ inhabitat,neq; corpus eiꝰ
tẽplũ est spũs sancti. Verũtamẽ nõ vsquequa-
q; hic cuius ꝑsona ꝑponit,alienus est a bonis
sed ꝑposito quidẽ & volũtate cœpit bona re-
quirere, nõdũ tamẽ potest bona rebꝰ & opibꝰ
obtinere. Est.n.talis q̃dã infirmitas ĩ his q ini
tia cõuersionis accipiũt:vt cũ velint quidem
statim facere oẽ qđ bonũ est, nõ statim volun
tatẽ sequat effectꝰ. Nã & meditaror apđ semet
ipsum discernit(verbi causa)vt nõ irascat,&
hoc ĩ volũtate definit: sed qm̃ lõgo vsu & cõ
suetudine diutina vitiũ in eo iracũdię dñatũ
est,obsistit etiã volũtati ac ꝑposito:& ĩ solita
sibi rursus itinera vis furoris erũpit. Similiter
agit & libidinis vitium:pari quoq; cõsuetudi
nis morbo & mẽdaciũ surrepit, formido de-
terret: & in his singulis iste qui iam initia cõ
uersionis ceperat,cõpetenter dicit,ꝙ velle ad

iacet mihi,perficere aũt bonũ nõ inuenio. Nõ
eñ qđ volo bonũ hoc ago, sed qđ odi malũ
illud facio. Qꝫ si iudiciũ de bono habet volũ- C
tas,cõsuetudo autẽ carnaliũ vitiorũ,quæ lex
carnis vel lex mẽbrorũ appellata est,obsistit,&
surripit ex eo quod bona volũtate gero:licet
agã mala,tñ qa inuitus ago,cõsentio legi dei
qm̃ bona est. Odi.n.mala,& cupio agere bona
q̃ lex iubet. Qꝫ si cõtra volũtatẽ mala ago,vi
ctus cõsuetudine vitiorũ vsuq; peccãdi: nõ iã
ego hoc est iterior homo qđ bonũ volo hoc
facio,sed qđ habitat ĩ me pctm̃. Cõsuetudinẽ
nãq; peccandi pctm̃ noĩauit. Inuenio igit legẽ
volenti mihi facere bonũ qa mihi malũ adia-
cet. Cõdelector.n.legi dei scđm iteriorẽ homi
nem. In his vero (vt superiꝰ cõmonuimꝰ)nõ
vidẽtur elocutiones integre explicari,sed cõ-
iunctionũ vel abũdãtia,vel ꝓprietatibꝰ impe-
diri. Tali ergo quodã ordine legere debemus,
vt intellectus lucidior fiat. Igit qa malũ mihi
adiacet,volẽs facere bonũ inuenio legẽ dei,&
cõdelector ei scđm iteriorẽ hoĩem. Per quod
ostendit,ꝙ interior homo,hoc est volũtas &
propositũ quo initiũ accipit cõuerti ad dñm,
legi dei consentit,& delectatur in ea. Sed(vt D
superius diximus)nõ statim vt volũtatẽ quis
habuerit cõuerti ad bona, etiã vsus boni ope
ris subsecutus est. Cita eñ res est voluntas,&
sine impedimẽto cõuertitur:opus vero tardũ
est,qa & vsum,& artẽ,& laborẽ requirit ope-
rãdi. Quod vt euidẽtius fiat,vtamur etiã si-
militudine. verbi gratia, vult quis sapiens fie
ri,nec tamen statim vt voluit sapiens effectus
est,sed volũtas qdẽ pręcessit, nec sine volũta-
te aliqs sapiẽs fieri potest,sed tñ cũ voluntas
fuerit,adhibẽdꝰ est labor,studiũ,sollicitudo,
vigiliæ,doctrina, institutio:& vix aliquando
vsu longo & meditatione cõtinua sapiẽs effi
cit. Iste ergo ab initio quidẽ statim voluntatẽ
habuit vt esset sapiens:sed nõ statim affuit ei
opus sapiẽtię:sed in eo ipo erudit vt sapiẽter
faciat,qđ ante stulte & cõtra sapiẽtiã gessit:q̃
tamẽ itelligere quidẽ potuit q̃ stulte gesserit:
habebat iam studiũ sapientię,nõ tñ ita iam sa
piẽs erat,vt cauere posset ne qd insipiẽter ad-
mitteret. Iste ordo & de pudicitia habẽdus ẽ,
qm̃ nõ statim qs vt voluerit pudicitiã ꝑferet
etiã opere implebit vt nullis cõcupiscentię sti
mulis agitetur. Sic & de mansuetudine, & de
patientia,& de singulis qbusq; virtutibꝰ sciẽ-
dũ est. In qbꝰ oĩbus dici cõuenit:Quia cõde-
lector legi dei,hoc est virtutibꝰ scđm interio
rẽ hoĩem. Video aũt aliã legẽ in mẽbris meis, E
repugnãtẽ legi mẽtis meę,& captiuũ me du-
cẽtem in lege peccati, quę est in mẽbris meis.

Quod supra dixerat, Velle eñ bonũ adiacet
mihi, hic volũtatẽ boni legẽ mentis noïauit:
quæ lex mẽtis cõuenit cũ lege dei, & cõsentit
ei. Sed rursum motus corpis, desideria carnis
legẽ mẽbroꝝ dicit, q̃ captiuã ducit animã, &
peccati legib⁹ subdit. Certũ est nãq; ꝙ deside-
ria carnis aïam trahũt ad pctm̃, & eã legibus
eius subdũt: & sicut lex mẽtis q̃ cõsentit cũ le
ge dei si animã potuerit obtinere, adducit eã
ad legẽ dei: ita & lex q̃ in mẽbris est, & cõcupi
scẽtia carnis, si seduxerit animã, peccati eã le-
gibus subdet. Sed cũ hęc Paulus assumpta fra
giliore psona intra hoïem certamẽ habere do
cuisset, & ostẽdisset ꝙ etiã cõtra volũtatẽ per
desideria carnis aïa vsu ipso peccãdi in peccati
iura raperet: exclamatiõe vtit adhuc ex pso-
F na illius, & dicit. Miser ego homo, qs me libe
rabit de corpore mortis huius? Videt se mise
rũ, intra quẽ tot leges sibi inuicem repugnãt,
tot ꝑlia cõmouentur. Pugnat caro aduersum
spm̃, sps aũt aduersus carnẽ: lex q̃ in mẽbris
est repugnat legi mentis, & captiua ducit ani
ma in legẽ peccati, & sub iugo eius efficitur,
etiã cũ interior homo dei lege delectet. Quo-
modo in his tot & talibus malis nõ miserũ se
dicat homo, & in corpe mortis habitare? Me-
rito nãq; corpus mortis appellat in quo habi
tat pctm̃ qđ mortis est causa. Sit ergo excla-
matio hęc ex psona illi⁹, quẽ initia qđẽ cõuer
sionis accepisse describit Apostolus i eo ꝙ vo
luntas adiacet boni, sed nõdũ in effectũ vene
rit boni. Nõ eñ íuenit pficere bonũ, qa nõdũ
in eo vsus exercitiũq; inoleuerat virtutum.
G Rñdetur vero ei ad hoc qđ dixerat, Quis me
liberabit de corpe mortis hui⁹? iã nõ ex illius
sed apostolica auctoritate: Gratia dei p Iesum
Christũ dñm nostrũ. Vnde apparet ꝙ ppter-
ea hęc oïa describit Apl̃s, & mala quę intra
nos gerebant exposuit: vt ad vltimũ ostẽderet
& doceret de quantis nos malis, & de quantis
mortibus nos Christ⁹ eripuit. Qꝫ aũt moris
sit i scripturis diuinis sanctos psonas assume-
re peccantiũ, & magistros suscipere in semet-
ipsos infirmitates discipuloꝝ: ex libro quidẽ
psalmorũ plenissime ꝑdocemur cũ dicit: Nõ
est pax ossibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ,
quia iniqtates supposite sunt capiti meo &c.
vsq; Super me cõputruerũt & exarserũt cica-
trices meę a facie insipientiæ meę. Miseriis af-
flictus & curuatus sum vsq; in finẽ &c. quib⁹
H pœne integer hic scribit psalmus. Qꝫ si forte
alicui videbitur hæc Dauid magis de semet-
ipso pro his quę acciderant ei, dicere potuisse
q̃ de aliis: quid etiã de Daniele dicimus, cui⁹
peccatũ quidem nullũ refertur: sed vir deside-
riorũ dicit, tñ i ieiuniis & cilicio & cinere de
scribit, & oratio huiusmodi in qua inter cęte
ra etiã hęc dicit. Peccauimus, iniquitatẽ feci-
mus, iniuste egimus, & impietatẽ cõmisimus,
& discessimus, & declinauimus a mandatis &
iudiciis, & nõ audiuim⁹ seruos tuos prophe
tas, qui loquebant nobis in nomine tuo, & re
gibus, & principibus nostris, & patribus no-
stris, & omni populo terrę: & tibi dñe iustitia,
nobis aũt cõfusio faciei. Quis est q̃ in his ver-
bis negare possit ꝑsonã peccatoꝝ a Daniele
esse susceptã, pro qbus tãq̃ pro seipso hoc di-
cere videat? Vnde cõueniẽs est nos legẽtes di
cta sanctoꝝ, cũ ab eis tale aliqđ dici videmus,
intelligere & sentire ꝙ nostras in semetipsis
passiones atq; peccata describũt: & propterea
illi hęc deflẽt, vt illoꝝ fletib⁹ nos inuitemur
ad lachrymas. Cõsiderabãt eñ neminẽ ita du
rũ & ignarũ posse inueniri, qui cũ ab aliis vi-
deat vulnera sua lugeri, ipse nullũ de suis vul
nerib⁹ sensum doloris accipiat. Ita ergo & in
præsenti capitulo Apostolus ne quis nostrũ
erubesceret de his q̃ intra se geri sentiret: aut
etiã cõuersus ad dominũ, & mutata quis iam
volũtate, ne hęc adhuc intra semetipsum mo
ueri sentiẽs desperaret: ipse ea quasi in semet-
ipso geri describit, vt exẽplo Apostoli nec cor
poris naturę pudeat queq̃, nec ꝓ emẽdatione
desꝑet, nec maloꝝ suoꝝ multitudinẽ igno-
ret, ex quibus per Christi gratiam liberatur.

ITAQVE ego ipse mente seruio legi dei, ,,
carne autem legi peccati. ,,

❡Forte aliquis dicet, ꝙ Apostolus quia nunc I
vsq; nõ quasi ipse, sed assumpta alterius pso-
na locutus est, modo velut personę immuta-
tionẽ designãs dicat Ego ipse: vt ostẽdat hęc
dixisse ad seipsum idem Apostolus pertinere.
Dicit autẽ ꝙ mẽte seruiat legi dei, carne aũt
legi peccati: quasi tanta sit peccandi vis, tãta
carnis tyrannis, ꝙ nec Apostolus possit effu-
gere. Et propterea in aliis dixit, Maceto cor-
pus meum, & seruituti subiicio: ne forte cum
aliis prędicauerim ipse reprobus efficiar. Sed
hęc qui ex psona Apostoli accipit dicta, desꝑ
rationẽ mihi videtur incutere omni animæ,
ꝙ nemo sit prorsus q nõ peccet in carne: hoc
est enim seruire carnem legi peccati. Mihi er-
go magis videtur illius adhuc tenere perso-
nam quam supra in semetipso describit, quasi
volũtate iam & proposito ad meliora cõuer-
si, & mẽte atq; animo legi deseruiẽtis: nondũ
tñ ita obtinuisse, vt etiã carnis obœdientiam
in cõsensum mentis adduceret. Etenim quo-
niã in superioribus de mortificatione corporis
differuerat, & Christo cõmoriẽdũ esse docue-

rat,in his nunc q̃ nō sit ociosum hoc opus vi-
detur ostēdere, & docere ꝙ nō statim vt vult
aliqs,& vt ꝓposuerit bonū cōtinuo etiā facto
adimpletur:sed vel cōsuetudinis tāta vis,vel
vitiorū tanta dulcedo,vt cū animus intendat
ad virtutem,& legi deseruire decreuit,carnis
tamen desideria seruire peccato,& legibꝰ eius
parere persuadeant. CAP.VIII.

» NIHIL ergo nūc dānationis est his q̃ sunt
» in Christo Iesu,qui nō secundū carnem
» ambulāt:lex eñ spiritus vitę in Christo
» Iesu liberauit me a lege peccati & mortis.

A ¶Quę esset diuersitas in his qui velut in quo
dā certamine positi mēte qdē secūdū legē dei
viuunt,carnis vero desideriis agunt in legem
pcti:in supioribus docuit.Nūc vero de his di
cit,q iā nō ex parte in carne, ex pte in spū,sed
ex integro in Christo sunt:& pronūciat in his
nihil dānationis dignū,qa lex spiritus vitę in
Christo Iesu liberauit eos a lege pcti & mor-
tis.Lex aūt spūs vitę vna eadēq est quæ & lex
dei, sicut rursum vna eadēq est lex peccati &
mortis.Nihil ergo dānationis erit his q a le-
ge peccati quę est lex mortis,penitus liberant
& legi dei quę est lex spūs,seruiūt. Seruire au
tem legi dei,& esse sub lege spūs,hoc est Chri
sto seruire.Christo aūt seruire,hoc est seruire
sapiētię,iustitię,seruire veritati,oībusq simul
seruire virtutibꝰ. Vnde nō est putādū ꝙ subi
to qs & statim vt voluerit a seruitio legis pec
cati trāslatꝰ efficiat in Christo Iesu,ita vt ni
hil in eo iā obtētu pcti dānatiōis habeat. Req
rēs aūt i vnoquoq partes suas iustitia pbat:
si ita emēdatꝰ est iā & correctꝰ vt nihil in eo
iniusti opis iueniat,ex quo dānatio subsequa-
tur.Similiter & veritas reqrit i vnoquoq par
tē suā,si trāslatꝰ qs a lege pcti nulla iā ex par-
te inueniat obsequia veritatis cōtaminare men
dacio.Siliter & pudicitia partē suā discutit,si
nullis ab eo ipudicitiæ desideriis maculat.Sic
pietas,sic sapiētia ptes suas in vnoquoq discu
tiūt:quas si recte & integre in eo constare re-
pererint,tūc in Christo esse,& nihil dānatiōis
habere putabit. Quę vtiq dubiū nō ē qn vsu
& meditatiōe lōga & labore puigili cōparan-
tur:& ideo nō ociosis hęc accidere aut segni-
bus certū est,sed paulatim pficiēdo, & primo
pauca,tūc demū minima, ad vltimū si obtine
re potuerint nulla peccādo. Et hoc sentiēs vi
det mihi idē Apl's scripsisse in aliis,Præterita
obliuiscēs,ad futura me extēdēs: docēs p hæc
pterita debere esse ea in quibꝰ aliqd culpabile
fuerit,& obliuione dignū:futura vero quę in
Christo sūt:& hæc esse ad q̃ nosmetipsos debe
mus extēdere, eaq tota auiditate mētis expe-
tere:Lex ē sane spūs vitę. Nā de lege literę qđ B
diximꝰ ipsam debere itelligi legē dei, scdm eā
videlicet ptē qua lex esse dicit spiritalis:ideo
addidit, Lex spūs vitę,dicere hoc nō poterat:
de qua in aliis pnunciauerat ꝙ litera occidit,
hoc & i aliis ministeriū mortis dixerat. Verū
ꝙ ergo cōtinet lex,& literā occidentē,& spiri
tū viuificantē. Vnde cōsidera ne forte huius
rei formā teneat & illud lignū de quo scriptū
est,Sciendi bonū & malū. Vtrūq ergo in vno
sicut i lege cōtinet. Sed & illud nō omittamꝰ,
ꝙ hic qdē q libeat a lege pcti & mortis,spiri
tus vitę dicit:in Euāgelio aūt secundū Ioan-
nem,scriptū est dño dicēte,Si māseritis i ver-
bo meo,agnoscetis veritatē,& veritas libera-
bit vos.In quo mihi quidē videt,ꝙ quis ope-
re hęc a se diuersa videāt vel noie, tñ re ipsa
vnū sunt.Christꝰ.n.vita est, & ipse est q libe-
rabit,& hic spūs vitę liberat: & quomodo nō
in vtroq vna libertas est! Quæ eñ agit spūs,
hæc & Christus agit:& quem Christi spūs a-
git. Sicut.n.quos sanctificat spūs sanctus,san
ctificat Christꝰ:ita & quos liberat spūs vitę,li
berat & vita. Tantū est vt liberati a lege spūs
vitę,In Christo maneamꝰ, nec vltra inuenia-
mur seruire legi peccati. Quia sicut is q libe-
rat a lege spūs vitę,permanet in Christo q est
vita: ita qui seruit legi peccati permanet in
morte quę venit ex damnatione peccati.

NAM qđ impossibile erat legi,i quo infir- »
mabat p carnē,deus filiū suū mittēs in simili- »
tudinē carnis pcti,& de pctō dānauit pctm̄ in »
carne, vt iustificatio legis impleret in nobis: »
q nō scdm carnē ambulamꝰ,sed scdm spiritū. »
Qui.n.secūdū carnē sunt, q̃ carnis sūt sapiūt: »
qui vero secūdū spm̄,quæ sunt spūs sentiunt. »
Prudentia eñ carnis mors est,Prudētia autē »
spiritus vita & pax.Qm̄ sapiētia carnis inimi »
ca est deo:Legi eñ dei nō est subiecta,nec eñ »
potest. Qui aūt in carne sunt,deo placere nō »
possunt. Vos aūt in carne nō estis sed in spiri »
tu,si tamen spiritus dei habitat in vobis. »

¶Cū in superioribus tot leges nominauerit: C
dixit enim & legem mentis,& legem spūs vi-
tę:econtrario quoq legē in mēbris esse:& le-
gem mentis,& legē peccati cognominauerit:
hic nūc de qua harum lege dicat, Nam quod
impossibile erat legi in quo infirmabatur per
carnem:non est paruæ deliberationis eligere,
Puto tamen ꝙ legem Moysi & hic,sicut & in
aliis sępe diximꝰ, in duas partes Apostolus di
uidat,& aliud in ea carnē,aliud spm̄ nominet:
& illam qdē obseruātiā q̃ secūdū literā ge-
rit,sensum carnis appellet,sicuti dicit de hu-
iusmodi Iudęis:Frustra inflatos sēsu carnis suę:

Illā vero q̄ accipit spiritaliter, spm̄ nominat, sicut & alibi dicit: Litera occidit, spūs viuificat. In hoc ergo loco qd̄ dicit, impossibile legi: & in quo infirmabat p carnē, intellectus q scd̄m literā est accipi pōt. Ipse.n. impossibilis erat & infirmus, si scd̄m carnē, id est scd̄m literā sentiret. Quid em̄ tā impossibile q̄ sabbati obseruatio scd̄m literam legis, vt in multis sęp iā diximus? Iubet em̄ non exire de domo sua, nō se mouere de loco suo, nihil oneris leuare. Quę qa ipossibilia vident, Iudęi q scd̄m carnē legē obseruāt, inepta quędā & ridicula cōmētant, qbus ipossibilitatē legis sarcire videātur. Quid aūt de sacrificiorum ratiōe, quę simul oīs facta est ipossibilis? Quippe vbi nec tēplū est, nec altare, nec vllus prorsus sacrificādi locus: In qbus singulis lex, nō dicā impossibilis & infirma, sed plane iam mortua est. Nā ante mortē infirmabat, tūc cū sanguine vitulorum & hircorum conabat nec tn̄ poterat auferre: & infirmabat i legib⁹ leprę, quas nec explanare vnq̄ potuit, nec iplere. In his ergo oībus aliisq innumeris & ipossibilis erat lex, & infirmabat quātū ad carnis intelligētiā spectat: & ideo deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis peccati, & de peccato, vel (vt verius habetur apud Gręcos) & pro peccato dānauit peccatū i carne. Qd̄ dixit, In similitudinē carnis D peccati, ostēdit nos qdē habere carnē peccati: filiū vero dei similitudinē habuisse carnis peccati, nō carnē peccati. Oēs em̄ nos hoīes q ex semine viri cū muliere cōueniētis cōcepti sumus, illa necessaria vtimur voce quā dicit Dauid: Qm̄ in iniqtate concepit me mater mea. Verū q ex nulla viri cōtagiōe, sed solo spiritu sancto sup virginē veniēte, & virtute altissimi obūbrante venit ad corpus immaculatū, naturā qdē corporis nostri habuit: pollutionē tn̄ peccati q̄ ex cōcupiscētię motu cōceptis tradit, oīno nō habuit. Idcirco ergo in similitudinē carnis peccati venisse dicit fili⁹ dei, & pro peccato, ingr, dānauit peccatū i carne. Qz hostia p peccato factus sit Christus, & oblatus sit p purgatione peccatorum, oēs scripturę testant: & pcipue Paulus ad Hebręos scribēs, cū dicit: Hoc em̄ fecit semel semetipm̄ offeren do hostiā. Et iterū. Qui pprio filio nō pepercit: sed p nobis oībus tradidit illū. Per hāc ergo hostiā carnis suę, ęque dicitur p peccato dānauit peccatū in carne: sicut idē Apls̄ i aliis dicit: Quia apparuit in nouissimis diebus ad destructionē peccati. Et iterū Propheta dicit: Ipse peccata nostra tulit, & iniqtates nras portauit. Pro pctō ergo, hoc ē p hostiā carnis suę quā obtulit pro pctō, dānauit pctm̄ in carne

sua: vt iustificatio legis impleret i nobis, q nō scd̄m carnē ambulam⁹, sed scd̄m spiritū. Post hāc erem̄ hostiā carnis q̄ oblata est p pctō: & dānauit pctm̄, hoc est fugauit pctm̄, & abstulit, vt iustificatio legis impleret i nobis q legē scd̄m spm̄ custodimus, & nō scd̄m carnem: in qua pte scd̄m ea q̄ supra exposuimus impossibilis erat lex & infirma. Qui em̄ scd̄m carnem E sunt, q̄ carnis sunt sapiūt: qui vero secundum spm̄, q̄ sunt spūs. Hic iā apertius iter nos & Iudęos i medio statuēs legē Moysi dicit: Qui secūdū carnē sunt q̄ carnis sunt sapiūt, hoc est Iudęi quos dicit scd̄m carnē Israel, q̄ carnis legis sunt sapiūt in eo q̄ scd̄m carnē legē intelligunt: qui vero scd̄m spm̄, de his dicēs quos Iudęos dicit spū nō lr̄a, q̄ sunt spūs. Et adhuc sariat eūdē sensum, & sapit euidēti⁹ cū dicit. Prudētia.n. carnis mors est: prudētia aūt spūs vita & pax. Nūqd nō vnū atq idē est qd̄ dicit Prudētia carnis mors est, & illud, Lr̄a occidit? Igit prudētia carnis mors est. Cui⁹ mors est? Aię sine dubio. Qui.n. legē scd̄m carnē, id est scd̄m litterā, itellexerit, nō venit ad Christū, qui est vita: & ideo prudētia carnis mors est. Prudētia vero spūs, vita & pax. Vitā nāq & F pacē qd̄ est Christ⁹, habet q spiritaliter itelligit legē. Qm̄ sapiētia carnis iimica ē deo, legi em̄ dei nō ē subiecta, nec em̄ pt̄. Videt adhuc idē intellectus euolui. Quō em̄ sapiētia carnis hoc est carnalis itelligētia nō sit inimica deo, quę aduersat Christo, q̄ nō recipit eū quē misit de⁹: q̄ dicit, Nos legē habem⁹, & scd̄m legē debet mori, qa filiū dei se fecit? Quō ergo talis sapia, & talis itelligētia i lege dei nō dicat inimica deo: & legi ei⁹ ei q̄ scd̄m spm̄ ei⁹ nō ē subiecta, nec posset subiici? Quia sicut cōtraria sibi sūt mors & vita: ita cōtraria sunt sibi lr̄a, q̄ & sapiētia carnis ē, & spūs viuificās, q ve re lex dei ē. Qui aūt i carne sūt, deo placere nō possūt. Vos aūt i carne nō estis, sed i spū: si tn̄ spūs dei habitat i vobis. Eadē pdurat itelligēria. Qui i carne sunt, ingr, hoc est scd̄m literā sequunt legē, deo placere nō possunt. Hoc em̄ olim p Esaiā pnūciatū est a deo cū dicit: Ieiunia, & ferias, & diē magnū vestrū nō sustineo: Neomenias & sabbata vr̄a odit aīa mea. Sed & vos, ingr, in qb⁹ habitat spūs, si tn̄ habitat, in carne nō estis, sed i spū: hoc est, nō itelligētiā carnalē legis sequimini, sed spiritalē, p quā venistis ad spiritū viuificātē: si tn̄ actus vestri tales sint & cōuersatio, vt spm̄ dei i vobis habere mereamini. In duas ergo (vt dixi) partes G diuidēs legē Moysi, id est in spm̄ & carnē, quę sunt spiritus, quā & spiritalē legē appellauit, nobis tradidit: quę vero carnis sunt, carnali

bus Iudęis reliqt. Sic deniq; & illud iterpretatus est de Abrahã, cũ dixit. Sed is qdẽ q de ancilla, scd̃m carnẽ nat⁹ est: q autẽ de libera, p repromissionẽ: & sicut tũc is q secũdũ carnẽ nat⁹ ẽ, psequebat eũ q scd̃m spm̃, ita & nũc. Certũ est em̃, q scd̃m carnẽ sunt Iudęi, psequũt nosq sum⁹ nõ in manifesto, sed ĩ occulto Iudęi, & legem scd̃m spm̃ nõ scd̃m carnẽ custodimus. Illi ergo q scd̃m carnẽ sapiunt, cõsequẽter etiã repromissiões legis carnaliter sperãt. Nos vero eas spiritaliter expectam⁹, secũdũ sermonẽ Pauli dicẽtis: Vt repromissiones spũs accipiamus. Et iterũ. Bñdictus de⁹ & pater dñi nr̃i Iesu Christi, q bñdixit nos in oĩ bñdictiõe spiritali in cælestib⁹ ĩ Christo. Ex qb⁹ oĩb⁹ & q̃ sit lex scd̃m carnẽ, & q̃ scd̃m spiritum, vel q̃ spes
A repromissionis carnalis, ostendit. Põt & secũdũ aliã expositionẽ, si repetam⁹ ab initio q ĩpossibile erat legi in quo infirmabat p carnẽ, & de lege mẽtis ĩtelligi, quã supra dixit velle facere bonũ, sed p ĩfirmitatẽ & fragilitatẽ carnis implere nõ posse: & ppterea misisse deũ filiũ suũ ĩ similitudinẽ carnis peccati, & de peccato, hoc est p hostiã p peccato oblatã, dãnasse peccatũ. Tãta. n. remissione peccatorũ fugatũ est & exterminatũ de carne nostra peccatũ & cœpit in nobis iustificatio legis ĩpleri, illi⁹ dũtaxat legis q̃ delectat lege dei, q̃ implet cito cũ iã nõ resistit ei lex peccati q̃ erat in mẽbris nostris: si tñ non scd̃m carnẽ ambulemus, sed scd̃m spiritũ. Nam donec in carne est qs, & secũdũ carnẽ viuit: q̃ carnis sunt sapit. Cũ vero cõuerterit se ad spm̃, & mortu⁹ fuerit legi peccati & carnis: q̃ sunt spũs sapit. Nã scd̃m carnẽ sapere, mors aĩę est: scd̃m spiritũ vero, vita & pax est. quia sapiẽtia carnis inimica est deo: hoc est dũ caro resistit spiritui, & nõ ẽ subiecta legi mentis, q̃ lex dei est, inimica est deo: & ideo qa carnaliter viuunt, deo placere nõ possunt. Sed vos, inqt, nõ estis in carne, sed scd̃m spiritum viuitis, si tñ spiritus Dei habitat in vobis. Hęc possunt & scd̃m aliã (vt diximus) expositionẽ in loco coaptari. Eligat tamẽ qui legit, & qd̃ aptius probauerit hoc sequatur.

» SI qs autẽ spiritũ Christi nõ habet, hic non
» est eius. Si autẽ Christus in vobis est: corpus
» qdẽ mortuum est propter peccatum, spiritus
» vero viuit ppter iustificationẽ. Q; si spiritus
» eius q suscitauit Iesum a mortuis habitat in
» vobis: qui suscitauit Christũ a mortuis viuificabit & mortalia vestra corpora ppter inha-
» bitantem spiritum eius in vobis.

¶Q; cõstatibus & dialectica arte collectis vtatur syllogismis apostolus Paulus vel ĩ hoc loco vel in aliis eplis suis, nõ mihi exponẽdũ videt, ne forte nõ tã sentẽtię eius q̃ sermonis in quo nõ vult se peritum dici, assertores videamur eẽ: & ideo ppositũ magis apl'i sẽsum discutere pperabim⁹. In posteriorib⁹ vbi dixit: Vos aũt ĩ carne nõ estis, sed in spũ, si tñ spũs dei habitat ĩ vobis: duplici mõ qdẽ in spũ esse explanauimus. i. vel legẽ nõ scd̃m literã, sed secũdũ spiritalẽ sensum ĩtelligere: vel etiã mortificato corpore, spũs & nõ carnis legib⁹ viuere. Et nũc ergo qd̃ dicit: Si qs autẽ spm̃ Christi nõ habet, hic nõ ẽ eius: & subiũxit: Si autẽ Christ⁹ in vobis est: requirẽdũ est vtrũ diuersum sit spm̃ dei esse ĩ aliquo, ac spm̃ Christi: vel etiã ipm̃ Christũ, aut spiritũ ei⁹ q suscitauit Iesum a mortuis. Sed quãtũ vel cõsequentia loci pñtis intueor, vel illud qd̃ saluator in euãgelio de spũ sc̃õ dicit: Qui a patre pcedit, & de meo accipiet: & hui⁹ verbi explanationẽ ĩ cõsequẽtib⁹ iũgit dicẽs: Pater oĩa tua mea sunt, & mea tua oĩa: pterea dixit q de meo accipiet: cũ ĩquã tãtã hãc audio vnitatis ĩter patrẽ & filiũ aspirationẽ: spũs dei & spũs Christi vn⁹ atq; idẽ mihi spũs dici videt. Possumus tñ & hoc mõ ĩtelligere qd̃ dicit: Si qs autẽ spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius. C
Quia & reuera abrupte pnũciatũ videt, vt si qs nõ tãtus & talis esse meruerit, q spm̃ Christi habere dign⁹ sit, cõtinuo Christi esse denegetur: cũ in psalmis dicat, Meę sunt oẽs ferę syluarũ &c. vsq; Boues. Et si ferę & iumẽta eius sũt: quõ hoĩes nõ sũt ei⁹? Sed põt vt dixi hoc sic intelligi, vt illud ĩ euãgelio: Qui nõ tollit crucẽ suã & sequit me: nõ ẽ me dign⁹. Et hic ergo q nõ habet spm̃ Christi, hoc ẽ eodẽ spũ agit, vt p iustitia, p veritate, & verbo dei annũciãdo, p regno cęlorũ pdicando, p litera legis abiiciẽda, & spũ ei⁹ amplectẽdo aduersum pctm̃, p his oĩb⁹ q nõ ẽ vsq; ad mortẽ ei⁹ venire parat⁹: nõ est ei⁹ discipulus. Qui ergo nõ est talis, nec talẽ in se spm̃ gerit: hic creatura qdẽ ei⁹ est, sicut ferę syluarũ, & iumẽta in mõtibus & boues: sed discipulus ei⁹ nõ est. Sic ergo: Si qs spm̃ Christi nõ habet, hic nõ est ei⁹: Si aũt Christ⁹ ĩ vobis est, corpus qdẽ mortuũ est ppter pctm̃, spũs autẽ viuit ppter iustitiã: Spm̃ Christi & Christũ ĩ hoc loco vnũ mihi atq; idẽ dicere videt. In quo ergo Christ⁹ est, ipse dicit: Quia semp mortẽ Christi in corpore nostro circunferim⁹. Mors autẽ corpi peccati causa. i. ne peccet ĩponit. Q; si corp⁹ pctõ mortuum est: necessario spũs ad faciẽdã iustitiam viuit. Qui. n. in corpore mortu⁹ est, nec seruit pctõ: necesse est vt in spũ viuat, & seruiat iustitię. Sic & idẽ apl'us in quodã loco dicit tradidisse se quẽdã ĩ iteritũ carnis vt spiritus

saluus fiat. Q: si spūs ei⁹ q suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis: q suscitauit Iesum Christū a mortuis viuificabit & mortalia cor pora vestra ꝑpter ihabitātē spm̄ eius ī vobis.

R Qm̄ supra dixerat de his q ad silitudinē mor tis Christi corpa sua mortificāt ne peccēt, ne cessario nūc mētionē facit eius qui suscitauit Christū a mortuis: vt similitudine & pari ratione qua cōmortui sunt & cōsepulti, sciāt se p spm̄ ei⁹ q suscitauit Iesum a mortuis, viuifi cādos eē, & ad Christi similitudinē resuscitā dos a mortuis: & quaten⁹ id fiat ondit dicēs: Propter ihabitātē spm̄ ei⁹ in vobis. Si.n. spūs Christi habitat ī nobis necessariū videt spūi reddi habitaculū suū, tēpluq; restitui vel Iesū Tū hoc ipm ꝙ dicit vel spūs Christi, vel spūs dei, vel etiā ipse Christ⁹ ī nobis habitare, qua le sit ītuere: vtrūnā ex initio oīb⁹ iste spūs da tur, & postmodū pessimis & a deo alienis acti b⁹ effugat, scdm illd qd scriptū ē: Nō pmane bit spūs me⁹ ī hoīb⁹ istis, qa caro sūt: an vitę merito, & fidei gra postmodū dat, scdm ea q ī Actib⁹ Apostolorū docent, qa spūs sanct⁹ tā q linguę igneę venit sup vnūquēq; eoꝝ: vl' cer te sicut ī Euāgelio docemur, cū ipse Saluator posteaq resurrexit a mortuis ad discipulos di cit: Accipite spiritū sc̄tm̄, & insufflauit ī vnū quēq; eoꝝ. Vnde mihi videt ꝙ & meritis cō quirat donū hoc, & vitę inocētia cōseruet, & vnicuiq; secūdū pfectū fidei augeat & grę: & quāto purior aīa reddit, tanto largior ei spūs infundit. Qd aūt dixit, Nō pmanebit spiritus me⁹ ī hoibus istis, qa caro sunt: illuc respicit, vt qm̄ aīa eorū repudiata spirit⁹ seruitute ad carnis seruitia tota cōuertit, etiā ipa ei cui se cōiūxit carne, & cū qua vnū effecta ē, nō acce

E dit. Diuersis ergo modis hrī pōt spūs. Vel spi rit⁹ Christi habet, secūdū id qd supra dixim⁹ ex inspiratiōe diuina, vbi ait: Accipite spiritū sc̄tm̄, & īsufflauit ī eos: & rursum eo mō quo in Actib⁹ Apostolorū dixit gestū, vt diuersis linguis loqrent Apostoli. Est & ille mod⁹, q ī Regnorū libris refert cū dicit scriptura. Et in siluit spūs sup Saul, & cœpit ꝑphetare. Est & ille adhuc alius mod⁹, vt cū Saluator post re surrectionē cū Cleopha & alio discipulo iter agēs & apiēs eis scripturas afflauit eos spū oris sui, ita vt illi dicerēt: Nōne cor nostrū erat ardēs ītra nos cū apiret nobis scripturas? Vis aūt scire ꝙ nō solū Iesus loquēs tradidit au diētib⁹ spm̄ suū, sed & q ī noīe ei⁹ loquit ver bū dei tradit audiētib⁹ spm̄ dei? In Actib⁹ Apo stolorū habet quō loqnte Petro ad Corneliū replet spū sc̄tō ipe Corneli⁹ & q cū eo erāt. vñ & tu si loqris verbū dei, & loqris fideliter ex cōsciētia pura, nec ipe redarguaris verbis tuis quasi q aliter doceas, & aliter agas: pōt fieri vt loquēte te audiētiū corda sācti spūs ignis īflāmet, & cōtinuo cōualescāt & ardeāt ad cō plēda vniuersa q doces, & reb⁹ ī pleāt q sermo nib⁹ didicerint: & q sursū sunt qrāt vbi Chri stus est in dextera dei sedēs: q sursum sunt sa piāt, nō q sup terrā. Sed & sic vnusq;q; habere in se pbat spm̄ Christi. Christus sapiēs est. Si sit sapiēs secūdū Christū, & q Christi sunt sa piat: habet ī se p sapiētiā spiritū Christi. Chri stus iustitia est. Si qs habet ī se iustitiā, p iusti tiā Christi habet ī se spiritū Christi. Christus pax est. Si qs habet ī se pacē Christi, p spiritū pacis habet in se spm̄ Christi. Sic & charitatē & sanctificationē, & singula q̄cūq; Christ⁹ eē dicit: qui ha bet hæc, spm̄ Christi in se habere credēdus est, & sperare ꝙ mortale corpus suū viuificabit ꝑpter inhabitātē ī se spm̄ Christi.

ERGO fratres debitores sumus non carni „
vt secūdū carnem viuamus. Si enim secundū „
carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu „
facta carnis mortificetis: viuetis. „

E Spm̄ Christi habitare ī nobis, & dona spūs nobis collata, supius docuit. Cōsequēter ergo nūc addit ꝙ debitores sum⁹ eorū sine dubio quę a spū Christi cōsecuti sum⁹. Carnis autē, iqt, debitores nō sumus. Nō eī ꝑpterea nos fecit de⁹ ad imaginem suā, vt carnis seruitio essemus obnoxii, sed poti⁹ vt creatori suo aia deseruiens ipsa seruitio ac ministerio carnis vteret. Sed fortasse dicat aliqs: Quō carni nō sum⁹ debitores, cū & victū & vestimentū pui dere naturę necessitate cogamur? Sed vt ostē dat, nō carni aliqd cōferre, sed ipsam vitā car ni mancipare, culpabile haberi: ideo addit, Si .n. secūdū carnē vixeritis, moriemini. Quid sit aūt secūdū carnē viuere, sæpe iā dictū est, hoc est carnis desideriis indulgere. In hoc ergo ne gat nos esse debitores, sicut & alibi dicit: Et carnis curā ne feceritis in desideriis, & ī cōcu piscētiis: non vtiq; negās curā carnis habēdā in necessariis, sed in cōcupiscētiis. Ita ergo &

G hic: Si eī, ingt, secūdū carnē vixeritis, morie mini. & addit: Si aūt spiritu actus carnis mor tificeritis, viuetis. Et de hoc iā supra dictū ē, quomodo corpus qdē mortuū esse debeat ꝑ pter peccata, spiritus vero viuat ꝑpter iustifi cationē. Qui ergo secūdū spiritū agens morti ficat actus carnis: viuet propter inhabitātem in se spiritū vitę. Mortificat aūt qs actus car nis hoc modo. Fructus autem spiritus est cha ritas: Odiū est carnis actus. Odium ergo per charitatē mortificatur & extinguitur. Gau diū similiter fructus est spiritus: Tristitia ve

ro hui⁹ seculi, q̃ mortē operaꝛ, carnis est act⁹. Hoc ergo extinguiꝛ, si sit in nobis gaudiū spiritus. Pax fructus est spūs: dissensio & discordia carnis est act⁹: sed certū est discordiā mortificari per pacē posse: sic & patiētia spiritus, violentiā carnis extinguit, & bonitas malitiā perimit, & māsuetudo ferociā, & cōtinētia intēperātiā, & castitas impudicitiam necat: tali ꝙ ordine qui per spiritū actus carnis mortifi
A cat, viuet. Intuendū sane est, ꝙ sicut mortē nō istā cōmunē, sed illā pctī dicit: Si. n. scdm carnē vixeritis moriemini: & vitā nō hāc cōem, sed illā dicit ęternā, ad quā perueniet oīs q secundū ea q̃ supra exposuim⁹ pfectus spū mortificet actus carnis. Sed & illud scire debem⁹, ꝙ ista mortificatio actuū carnis per patientiā fiat: & non ad subitū, sed paulatim primo languescere eos necesse est in his q incipiunt. Tū deinde cū ardēti⁹ pficere cœperint, & abūdātiore spū repleri, act⁹ carnis nō solū lāguescere sed & rabescere incipiēt. Vbi vero ad pfectū iam venerint, ita vt nulla in eis prorsus vel in facto, vel in dicto, vel in cogitatu peccati oriātur indicia: tandē actus carnis mortificasse, & ad integrum morti tradidisse credendi sunt.

LIBER SEPTIMVS.

B SICVT diuersas cōmemotari leges in hac epistola a Paulo sub vno vocabulo legis ostēdim⁹, & diuersas mortes sub vna mortis appellatione nominari: ita & diuersos spirit⁹ nunc videmus sub vno nomine spiritus indicari. Ait ergo in præsenti capitulo.

» QVicūq. n. spū dei aguntꝛ, ii filii sunt dei. ¶In quo vtiq ipm dei spiritū dicit. & iterū in sequēti. Nō. n. accepistis, inquit, iterū seruitutis spiritū in timore. In hoc ostēdit spiritū seruitutis aliū esse q̃ illū quē supra dixit spiritū dei. Et ꝓpterea subiūgit. Sed accepistis spiritū adoptionis filiorū, in quo clamamus abba pater. In hoc spiritū adoptionis, ostēdit ipm esse quē dixit supra spm dei: de quo & repetit. Ipse em̄ spūs testimoniū reddit spūi nostro. hoc est ipse spiritus dei in quo patrē deū clamamus, testimoniū reddit spūi nostro. Quis spiritus noster? alius sine dubio est q̃ ille spiritus seruitutis q daꝛ in timore: vel hic qui ei de inuocatione patris testimoniū pbet. Omnes ergo homines, vt videꝛ, agūꝛ aliquo spiritu, sicut ipse Paulus scripsit. Scitis autē vos cū essetis gentes, quomodo ad idola muta agebamini. In hoc ostēdit ꝙ etiā gētes ad idola aguntur aliquo spiritu. Est ergo spiritus dei, qui & idem est spiritus Christi, idēq & spiritus sanct⁹ est. Sed & spiritus adoptionis idem dici videtur, sicut præsens apostolicus declarat sermo. Dauid quoq qui dicit: Spiritū sanctum tuum ne auferas a me, & spiritu principali cōfirma me de eodem dicere videtur: quemq principalem spiritū propterea arbitror nominatū, vt ostenderet esse qdē multos spiritus: sed in his principatum & dominationē spiritū sanctū, qui & principalis appellatur, tenere. Sicut em̄ multi sunt filii dei, vt scriptura dicit: Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes: vnus tamen est natura filius, & vnigenitus de patre, per quem omnes filii appellātur: ita & spiritus quidem sunt multi, sed vnus est qui vere ex ipso deo procedit, & cæteris omnibus vocabuli ac sanctificationis suę gratiam donat. Qꝫ autē plures sunt spirit⁹, declarat idē apostolus ad Hebreos scribens & dicens. Nōne oēs sunt ministeriales spūs ad ministeriū missi ꝓpter eos qui hereditatē capiūt salutis? Sed & Dauid dicit. Qui facit angelos suos spiritus. Et Daniel nihilomin⁹ testatur, & dicit: Benedicite spūs & animæ iustorum domino. & in præsenti loco Paulus. Ipse spiritus (inquit) testimonium reddit spiritui nostro. & in aliis. Vt integer spiritus vester & aīa & corpus in die domini nostri Iesu Christi seruetꝛ. Quæ omnia dubiū nō est qn de rationabilib⁹ spiritib⁹ dicta sint. Ap D pellanꝛ pręterea spūs mali & angeli mali, sicut & Dauid dicit: Emisit eis iram indignationis suę emissionē p angelos malos. & in Regnorū libris scriptū est de Saul: Et spūs dñi discessit a Saul, & suffocabat eū spūs malignus a dño. Atq in libro Iudicū referꝛ: Et īmisit de⁹ spiritum malignū inter mediū Abimelech, & iter mediū virorū Sicimorū. Hic ergo spūs malignus q dicitꝛ vel exisse vt suffocaret Saul, vl' Abimelech Sicimosq vt dirimeret, & a dominо exisse ac missus esse memoraꝛ: tanq̃ carnifex quidā intelligendus est missus ad exigēdas de peccatorib⁹ pœnas. Et q̄uis mali ꝓpter ppositum suū volūtatemq dicanꝛ: in his tñ q pœna digni sunt, diuinę volūtati exhibēt ministeriū. sicut & ille, de quo refert Micheas ppheta: Spūs mēdax: q cū a deo dictū fuisset, qs seducet mihi Achab? ille respondit. Ego seducā. & dixit dñs. In quo? At ille. Ero, inqꝫ, spiritus mēdax in ore omniū ꝓphetarū, & dicā, vt ascēdat i Galaad, & ibi cadet. & dixit dñs. Vade, seduces, equidem poteris. Sic ergo & ii qui dicūtur mali spiritus, officium deo erga pœnatū exhibent ministeria. Sunt ꝓterea & alii spūs, de qb⁹ dicit, In spū cōteres naues Tharsis: & spūs pcellę dicūꝛ: & spūs ardoris. Quos tū ego materiales magis q̃ rationabiles spūs

dixerim. Tali igitur de appellatione spiritus distinctione praemissa, nunc quod dicit.

» NON em̄ accepistis spiritū seruitutis ite
» rū in timore, sed accepistis spiritū adoptionis
» filiorum, in quo clamamus abba pater:

E ¶Quale sit videamus. Scriptū est & in Malachia ppheta. Filius honorificat patrē, & seruus dn̄m suū: & si pater sum ego, vbi est honor me⁹? & si dn̄s ego sum, vbi est timor me⁹? dicit dn̄s oipotēs. Certū est aūt q filii⁹ qs dei p adoptionis spm̄ fiat, seruus autē dei p spm̄ seruiat. Initiū ergo seruiendi deo, qa initiū sapiētię timor dn̄i ē, p spm̄ timoris implet, cū paruulus adhuc qs dicit. Et puulis qdē paedagogus est timor. Vn̄ & apl's de tali puulo dicit. Qdiu haeres puulus est nihil differt a seruo cū sit dn̄s oim, sed sub tutorib⁹ & pcuratoribus ē vsq ad pfinitū tps a patre. Ita & nos cū essem⁹ puuli, sub elemētis mūdi hui⁹ eramus seruiētes. Vides scdm concessam a deo sapientiā Pauli quō spm̄ seruitutis q dat in timore, hic tutores paruulorū ac pcuratores appellauerit, q vnūquēq nostrū donec puulus ē scdm interiorē hoiem i timore custodiat, vsque quo ad id ętatis veniat quo spm̄ adoptionis filiorū mereat accipe, & fit iā filii⁹ ac dn̄s oim. Oia em̄ nr̄a sunt, & cū Christo nobis oia donauit. Hoc ē ergo qd̄ docet Paulus, qa postea q cōmortui sum⁹ Christo, & spūs ei⁹ fact⁹ ē i nobis, nō iterū spm̄ seruituris accipimus i timore. hoc est nō rursus puuli & initia habentes effecti sum⁹, sed quasi pfecti semel iā accepimus spm̄ adoptionis, in quo spiritu clamamus: Abba pater. Neq em̄ patrē ali⁹ qs nisi filii⁹ vocat. Qd̄ vero addit abba, pfię lingue vocabulo id ipm̄ iterauit: velut si dixisset pater pf.

» IPSE em̄ spirit⁹ testimoniū reddit spiritui
» nostro q sum⁹ filii dei. Si aūt filii, & heredes,
» haeredes quidē dei, cohaeredes autē Christi: si
» tamen cōpatimur, vt & conglorificemur.

F ¶Ipse ergo spūs adoptiōis, p quē in filiū q adoptat reddit testimoniū, & cōfirmat spm̄ nostrū q sum⁹ filii dei, posteaq a spū seruituris in adoptiōis spm̄ venerimus, cū iā nihil insit timoris. i. nihil pter poenā gerim⁹, sed pter amorē patris cūcta pficim⁹. Bn̄ aūt nō aię, sed spūi, q melior i hoie ps est, dicit reddere testimoniū spūs dei. Pōt aūt ad discretionē eorū q spū seruitutis agunt i timore, & eorū q spū filiorū, etiā illd̄ assumi, q Abrahā hereditatē q dē suā dedit Isaac, filiis vero ancillarū, vel cōcubinarū nō hereditatē, sed dona dr̄ dedisse, vel mūera. In quo sine dubio hoc obūbrabat, q nec illi qdē penit⁹ sperneret q adhuc i timore seruiūt deo, sed sunt illis dona, sūt mūera,

heredita5 tn̄ p quā Christo cōglorificat, eorū ē q adoptiōis spm̄ merēt accip. Post hęc iā ex cōsequētib⁹ syllogismū nectit apl's, & dicit. Si spm̄ adoptiōis accepim⁹, ergo filii sum⁹. Mercedem nāq seru⁹ expectat, hereditatē fili⁹ sperat. Et rursum aliū cōclusiōis augmētū. Haeredes qdē dei, coheredes autē Christi. Heres qs efficit dei cū q dei sunt merēt accipe. i. incorruptiōis & imortalitatis gloriā, thesauros sapiētię & sciētię recōditos. Coheres vero Christi, cū trāsformabit corp⁹ hūilitatis nrę cōforme corpi claritatis suę: sed cū illd̄ adipisci meruerit, qd̄ dicit ipse Saluator. Pr̄ volo vt vbi ego sum & ipi sint mecū. Est pterea & illa dignitas coheredū Christi, q pr̄ qdē oē iudiciū dedit filio. Sed & fili⁹ dicit ad cohaeredes suos: Sedebitis & vos sup duodeci thronos iudicātes duodeci trib⁹ Israel. Et hoc mō coheredes suos Christ⁹ nō solū in prē hereditatis, sed & in cōsortiū potestatis adducit. Si tn̄ (inqt) cōpatimur, vt & cōglorificemur. Cōpatit ergo q dicit: Christo cōfixus sum. Viuo, ait, iā nō ego, viuit vero i me Christ⁹. Et iterū dicit. Si cōmortui sum⁹, & cōuiuem⁹. Si toleramus, & cōregnabim⁹. Vel etiā q dicere pōt, qa qd̄ deerat passionū Christi, repleo in corpe meo. Sicut autē Christū qa hūiliauerat se fact⁹ oboediēs vsq ad mortē, mortē aūt crucis, superexaltauit de⁹, & donauit illi nomē qd̄ est sup oē nomē: ita eos q Christo cōpatiūt, & passionū ei⁹ imitant exēplū, de⁹ cū illo exaltat i gloria. Hęc nāq via ē quā coheredib⁹ suis Christus apuit, vt neq ex fortitudine, neq ex sapiētia, sed ex hūilitate exaltēt: & ex tribulationū patiētia ęternę hereditatis consequātur gloriā. » G

» EXISTImo em̄ q nō sint cōdignę passiōes
» hui⁹ tpis ad futurā gloriā q reuelabit i nobis
» Nā expectatio creaturę reuelationē filiorū dei
» expectat. Vanitati em̄ creatura subiecta est nō
» volēs, sed pter eū q subiecit eā i spe, qa & ipsa
» creatura liberabit a seruitute corruptionis in
» libertatē glorię filiorū dei. Scimus em̄ q oēs
creatura ingemiscit & parturit vsq adhuc. H

¶Si qs itueat q p eo vt qs efficiat fili⁹ excelsi dei, & heres bonitatis ei⁹ glorię, Christiq vnigeniti filii dei coheres, etiā si i oim mādatorū obseruātia & iustificationib⁹ dn̄i sine qrela p manear, & pugili i his mēte pduret, si oia ēt poenarū gn̄a q iferri hūanę naturę vel extrisecus pōt, aut ēt si qs illa sustineat q de Iob scripta eē memorant, vbi nō solū ea q extra ipm in facultatib⁹ ac liberis eē videbant extinxit, verūetiā ossa & carnē ipsi⁹ contigit: & pcussit eū vulnere pessimo a pedib⁹ vsq ad caput, ita vt testā sumēs raderet saniē de hulcerib⁹ suis

fluētē: Si īquā his adhuc possunt esse grauio-
ra, q̄ pferat is q in hac vita breuissima in oīb⁹
tribulationē patit̄, q aīo & corpe cruciat̄, & cō
ferat hęc ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ in sc̄tis,
his q̄ ocul⁹ nō vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hoīs ascēdit, itelligere pōt quō Paul⁹ ista
cōsiderās dixit: Existimo. n. φ nō sint cōdignæ
passiōes hui⁹ tpis ad futurā gloriā q̄ reuelabi
tur ī nobis. Nihil qdē dignū īueniri, vel cōpa
rari ad futurā gloriā pōt. In quo. n. mortale i-
mortalib⁹ cōferas! aut iuisibilib⁹ visibilia! aut
A æternis tēporalia! aut caduca ppetuis! Si q̄ tñ
in pseuti vita velut q̄dā pñr semina glorię col
ligt futurę, ista, ingt, semiua ex tribulationib⁹
& passionibus colligunt̄, sicut & in aliis dicit
idē apostolus: Q d. n. in p̄senti momētaneū est
& leue tribulatiōis nrę, supra modū īmensum
ęternę glorię pōdus opat̄ iu nobis: nō respicie
tib⁹ q̄ vident̄, sed q̄ nō videt̄. Ostēdit. n. p hæc
φ q illa respicit q̄ nō vidit, & ęterna sūt: oēm
tribulationē q̄cūq̧ accidit ei, q̄uis lōga videa
tur mōmētaneā ducit & leuē, etiā si tormētis
subiiciat̄ & aculeis. Eo tpe quo suppliciis cor-
pus affligit̄ si aspiciat ad futurā gloriā q̄ reue
lāda ē, & cōsideret quō post tot tormēta cor
pus hoc humilitatis suę trāsformabit̄ vt fiat
cōforme corpi glorię filii dei, tribulationē p̄-
sentē mōmētaneā ducit & leuē: pōdus aūt fu
turę glorię graue, hoc est magnū deputat in
æternū: & quāto magis multiplicari sibi tribu
lationū viderit pœnas, tāto ampli⁹ itelligit si
bi pōd⁹ & magnitudinē glorię cumulari. Qz
aūt ex tribulationū quātitate mensura q̄dā &
magnitudo glorię colligat̄, puto affirmet etiā
Dauid pphera cū dicit: Secūdū multitudinē
dolorū meorū in corde meo, cōsolationes tuę
B lętificauerūt aīam meā. Vnde puto φ in p̄sen
ti vita cōsolatio q̄ dat̄ iustis, scd̄m mensuram
cruciatus vulnerū det̄: futurę vero gloriæ, de
qua apl'us dicit φ reuelabit̄ ī nobis, nō scd̄m
mēsurā passiouū: nō eñ cōdigue sunt hę pas-
siōes ad futurā gloriā: sed sicut ad Corīthios
dictū ptulimus, ex momētaneo & leui tribula
tionū nostrarū labore semina q̄dā collecta su-
pra modum imēsum nobis ęternę pōdus glo-
rię pparabūt. Qz vero etiā ī p̄senti vita iustis
secūdū mēsuram passionū suarum consolatio
diuina tribuat̄, cōfirmat idē apl's in secūda ad
Corīthios scribēs: Quia sicut abūdāt passiōes
Christi ī uobis, ita abūdat & cōsolatio uostra:
& nō dixit supra modū abūdat, aut ī mēsura
C sed quātū passiones suut, tātū & cōsolationes
Qz autē dicit: Ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ ī
nobis, supra iā puto φ sufficiēter ostēdim⁹ de
differētia gloriarū, q̄ sit gloria q̄ iā reuelata ē,

& q̄ sit q̄ reuelāda sit: & quō q̄ nūc videmus, p
speculū videm⁹ & in ęnigmate: tūc aūt cū ve
nerit filī⁹ hoīs iu gloria patris & sanctorū an
gelorū, videbim⁹ facie ad faciē, sicut & Ioānes
dixit, quia videbim⁹ eū sicuti est. Sed etiā illa
pōt videri gloria q̄ reuelāda est, cū de singulis
q̄busq̧ rationib⁹ mūdi, vel eoꝝ q̄ supra mūdū
sunt, cœperit doctrina cognosci: & thesauri sa
piētię ei⁹ & sciētię reuelari. Post hęc dicit. Nā D
expectatio creaturę reuelationē filiorū dei ex
pectat. Volēs ostēdere apostol⁹ quāta, q̄lisq̧ sit
gloria q̄ reuelāda est in ipo, vel in his q ī ago-
nes Christi integre desudauerint: ait etiā crea
turā (vtpote rationabilē) habere expectationē
quādā, & spem gerere tpis illi⁹ quo reuelāda
est gloria filioꝝ dei, hoc ē cū reuelabūt̄ ea q̄ p̄
parata suut his q filii dei vocari merebūt̄: aut
certe cū ablato ab his velamine quo obtegūt̄,
manifestati fuerit ipsi qa filii dei sūt. Quæ aūt
est creatura q̄ reuelationē filioꝝ dei expectat̄!
Hęc, ingt, q̄ nūc vanitati subiecta est. Subiecta
aūt nō volēs, nec spōte ppria, sed volūtate ei⁹
q dispēsat vniuersa. Propter ipm aūt subiecta
est: subiecta aūt nō ea cōditiōe vt maneat sē-
p subiecta vanitati, sed cū quadā spe. Quę aūt
sit spes ista, cōmemorat dicēs. Qm̄ ingt & ipa
creatura liberabit̄ a seruitute corruptionis ī
libertatē glorię filioꝝ dei. Ait aūt scire se Pau
lus, & similes sibi, qm̄ oīs creatura ingemiscit
& cōdolet vsq̧ adhuc, vel vt ī aliis habet̄ exē
platib⁹, cōgemiscit & pturit vsq̧ adhuc. Con
gemiscere aūt & cōdolere ē cū alio dolēte vel
gemēte gemere vel dolere: hoc est cū ipse qdē
causam gemēdi nō habeat vel dolendi, gemie
tū p eo q causam habet gemendi vel dolēdi.
Hoc aūt dicit facere creaturā p eo φ vanitati
subiecta est, & in seruitute corruptiōis est po-
sita. Hęc quātū ad ipsi⁹ apostolici sermōis or-
dinē ptinet explanata sint. Nūc repetentes dis
cutiam⁹ interius q̄ est ista vanitas cui creatu E
ra dicit̄ esse subiecta, & q̄ est ista corruptio de
cui⁹ seruitute liberandā se sperat. Mihi videt̄
φ de hac materiali & corruptibilis corporis
substātia ista dicant̄. Neq̧. n. corruptio alicui
quicq̄ nisi corpori dominat̄. Nā ille interior
homo qui secūdū deū creatus est, & ad imagi
nē dei factus, incorruptibilis est, & inuisibilis,
& secundū ppriā sibi rationē etiā incorpore⁹
dici pōt. Exterior vero hō & corpe corrupti-
bilis dicit̄. ppter qd̄ & Paul⁹ dicebat. Nā si is
q deforis est homo noster corrumpit̄, sed q in
tus est renouat̄. Interioris aūt hoīs in his re-
nouatio, vtpote q est rationabilis mēs, ī agni
tione dei & capacitate sancti spiritus constat.
Verū vt aliqua de tā pfūdis reb⁹ breuiter &

statim etiã chartulis cõmittamus, ex ipsa interioris hoĩs, hoc est aĩę mẽtisq̃ substãtia colligamus imaginẽ, quõ vanitati creatura subiecta est nõ volẽs, sed ꝓpter eũ q subiecit in spe: & ipsum (si videt) Paulum ponam⁹ in medio cuius vtriq̃ anima vel mẽs, q est interior eius homo, supergredit & ascẽdit oẽ qđ corporeũ est, qđ visibile, qđ sensui subiacet, & aspectui, & ipsius diuinę naturę efficit capax. Sed & tãta & talis aĩę eius substãtia q̃ rationes & intelligẽtiã cęlestiũ diuinorũq̃ sensuũ tenet (qbus ex causis deus viderit) subiecta est seruituti corporis corruptibilis, & vanitati eius deuincta est. Cõsidera eñ necessitates corporis, appetẽtiã cibi, digestionũ putorẽ, posteritatis te paradę verecũdiã, vt serit soboles, vt edit, vt nutritur, & vide i his quãta vanitas habeat, quãta corruptio, cui creatura animæ nobilis & rationabilis licet nõ volẽs subiecta est: subiecta tñ i spe, tẽpus videlicet sperãs quo liberetur in filiis dei cũ tẽpus libertatis aduenerit.

F Hoc est ergo & qđ in aliis apertius iã de se ipse dicebat Apostol⁹, Dũ sum⁹ ĩ habitaculo hoc ingemiscim⁹. Hoc & sapiẽtia p Salomonẽ dicebat, qa corruptibile corpus aggrauat aiam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitãtẽ. & idẽ Paulus: Dũ eñ sum⁹ in corpore pegrinamur a dño: & cupit magis peregrinari in corpore, & adesse ad dñm. Hæc idicat & multo apertius exponit & in eo vbi dicit: Coarctor aũt e duobus desideriũ habẽs reuerti, & cũ Christo esse: multo eñ meli⁹: pmanere in carne magis ꝓpter vos. In quo apte oñdit ꝙ nõ volẽs, quantũ ad ea spectat q̃ aĩę suę cõscius erat, corruptioni huic vanitatiq̃ seruiret, sed ꝓpter eũq̃ hæc ita voluit, & ꝓpter nos vt salui esse possimus: permanet aũt i carne ꝓpter nos: vt autẽ reuelati fuerit filii dei, & cõgregati in vnũ p ecclesiã quã statuit vni viro virginẽ castã exhibere Christo, tũc & ipse liberabitur a seruitute corruptionis: sicut & ipse dicit. Ego aũt iã immolor, & tẽpus resolutionis meę instat. Cursum cõsummaui, fidẽ seruaui: de cętero reposita est mihi corona iustitię. hoc est liberatum esse a seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Sed ab his si videt exẽplis etiã ad supiora cõscẽde, & vide ipsius solis, & lunę, ac stellarũ cæli, & totius mũdi ministeria: quõ subiecta sunt vanitati, corruptioniq̃ deseruiunt. Ad vsus nanq̃ hominũ aliũt segetes, arbores: fructus pducũt herbãq̃ cãporũ, atq̃ eosdẽ in se reuertẽtes anni circulos voluũt. Reparãt eñ q̃ pereunt, & pętertire rursum q̃ reparata sunt, finiũt. Ipsos quoq̃ angelos si ad sentẽtiam Pauli respicias quę dicit, ꝙ oẽs ministeriales sunt spiritus ad ministeriũ missi propter eos q hæreditatẽ capiũt salutis, itelliges tale qđ gerere, & huic rationi esse subiectos: credo etiã ipsos non volẽtes, sed ꝓpter eũ q subiecit eos in spe. Volũtati eñ illius qs resistit? Ego etiã de archangelis tale aliqđ intelligere, propheticis inuitor eloquiis. Quid eñ tãtę vanitatis, & tãtæ corruptionis inuenias, q̃ bella gerere in hoc mũdo? pugnas aduersum se tegñ & gentiũ cõmouere? Vide ergo ꝙ & in his pcipuũ archãgeli ci operis habet, sicut Daniel ꝑpheta testat cũ dicit qa archãgelus loquit ad eũ, q diceret ei ꝙ pugnauerit aduersum principẽ Persarũ: & nemo, inqt, fuit ĩ adiutoriũ nisi Michael princeps vester. Per hęc ergo singula dephẽditur rationabilis creatura vanitati esse subiecta nõ volẽs, sed ꝓpter eũ q subiecit in spe. Spes nãq̃ est, ab his rebus corporeis, & corruptibilibus aliqñ cessandi. Hanc eñ habet expectationem creatura ista rationabilis, vt reuelatio fiat filiorũ dei ꝓpter quos angeli mittunt in ministeriũ, vt & ipsi cũ his qbus ministrauerũt hęreditatẽ capiãt salutis: vt terrestriũ & cęlestiũ fiat vnus grex & vnus pastor, & fit deus oĩa in oĩbus. Et vt euidẽtius de his q̃ dixerat cõfirmaret, addidit: Scimus eñ ꝙ oĩs creatura cõgemiscit & cõdolet vsq̃ adhuc. Supius dixerat: Existimo eñ ꝙ nõ sint cõdignę passiones hui⁹ tẽporis ad futurã gloriã: & cũ ibi se existimare dixerit, & ĩ his scire se dixit ꝙ oĩs creatura congemiscit & cõdolet vsq̃ adhuc: G
quia scilicet nihil ĩ hoc sensu dubitatiõis habeat: Creatura eñ licet nõ volẽs subiecta sit, tñ quoniã volũtati cedit eius qui subiecit eã, affectũ quẽdã & charitatẽ circa eos exhibet, pro quibus videt esse subiecta: & p doloribus eoꝝ dolet, & p gemitibus gemit. Si vero (vt in aliis exemplaribus inuenit) legimus congemiscit & parturit: secũdũ illũ sensum accipiemus parturit, quo dicit Apostolus genuisse se p Euangeliũ eos, quos p fidẽ Christi produxit ad lucẽ: vel sicut de aliis dixit: Filioli mei quos adhuc parturio donec formet Christus in vobis. Parturit ergo creatura eos quos regenerat ad salutẽ. Q; si etiã hoc legẽtibus visum fuerit requirendũ, cur in supioribus tertio nominauerit creaturas, & nusq̃ dixerit, oĩs creatura, ad vltimũ vero dicat: Scimus enim ꝙ oĩs creatura cõgemiscit, & parturit, & condolet: potest sic intelligi, qa nõ oĩs creatura est quæ ingemiscit, & dolet, hoc est q̃ necessitati corporis corruptibilis subiacet. Oĩs autẽ creatura est q̃ dolẽtibus cõdolet, & q̃ gemẽtibus cõgemiscit. Omnis aũt creatura superior

agões & certamina nostra spectat, & dolet cũ vincimur. Cũ ergo vincimus gaudet, & multo plus q̃ nobis inest gaudere cum gaudentibus & dolere cum dolentibus.

" NON solũ aũt, sed & nos ipsi primitias spiritus hñtes, & ipi ĩtra nos gemim⁹ adoptionẽ filiorũ dei expectantes redẽptionẽ corpis nři. Spe.n. salui facti sum⁹. Spes aũt q̃ videt nõ est spes. Qd.n. videt qs qd sperat? Si aũt qd nõ videmus speramus: per patientiam expectamus.

A ¶Cõsuetudinẽ apostolicę elocutionis esse sępe docuim⁹, cũ dicit nõ solum, & nihil subiũgit cui aptari debeat, superiorib⁹ dictis esse referẽdũ, sicut ĩ pñti capitulo ĩtelligi daẽ. Tale nã ꝙ est qd dicere videẽ, nõ solũ oĩs creatura cõgemiscit, & cõdolet, sed & nos ipsi primitias spũs habẽtes ĩtra nos gemim⁹: & nos eñ expectam⁹ adoptionẽ filiorꝫ dei, & redẽptionẽ corporis nostri. Quis hoc ipso iã ꝙ Christo credimus, salutẽ nobis pstitã nouerim⁹: tñ in spe adhuc ẽ salus ista nõ aspectu visibiliũ. Si.n. iã videreẽ, nõ vtiꝙ spareẽ. Sperat.n. qs vt videat. Si vero videat q̃ sperabat: nõ est vltra sperare qd videt. Nos aũt spẽ nõ habemus in his q̃ videnẽ, ne ianis sit spes nřa, sed in his q̃ nõ videntur. Et ideo qa q̃ nõ videnẽ speram⁹, & tã magna sũt tãꝙ gloriosa, vt multis laborib⁹, multisꝙ tribulationib⁹, & periculis capianẽ: idcirco ea p patiẽtiã expectam⁹, tãq̃ vix aliqñ ventura. Hęc dixim⁹ directũ quẽdã & lucidiorẽ sermonib⁹ ipsis apostolicis ordinẽ dãtes. Nunc si

B videẽ qd est qd nouo hoc sermone indicet videam⁹, qd dixit: Sed nos ipsi primitias habentes spũs. Scriptũ est.n. vt scimus in lege. Primitias areę, & primitias torcularis nõ fraudabis & primitias oĩm frugũ tuarũ ĩferes ĩ domum dñi dei tui. Quid ergo sicut primitiæ areæ & primitię torcularis eiusdẽ liquoris ẽ cui⁹ torcular: ita ne videbiẽ & qd dicit primitiæ spũs ex multis reliqs spiritib⁹ sctis & beatis vn⁹ aliqs eẽ pcipuus? An illd poti⁹ intelligim⁹, ꝙ cũ scdm ea q̃ supius disseruimus multi sint spũs ministeriales ministrãtes in ministerio ppter eos q hęreditatẽ capiũt salutis: sub qb⁹ agens vnusqsꝙ credẽtiũ, velut sub tutorib⁹ & pcuratorib⁹ ĩstruiẽ vsꝙ ad pfinitũ tps a pře.i. vsq̃ quo ad legitimã ętatẽ aĩę pfectiõis aduenerit vbi qs iã supgressus spiritũ seruitutis quẽ acceperat ĩ timore, a quo velut pędagogo seruareẽ: dign⁹ efficiẽ accipere spm̃ adoptionis primitias spũs p quẽ adoptatus in filiũ possit primitiuorũ ecclesię q̃ in cęlis est sociari? Et sicut mlto differt filiũ eẽ ac seruũ, ita mltũ differt a ministerialib⁹ spiritib⁹ spũs sanct⁹, cui⁹ primitias Paulus cũ sui similib⁹ habere se dicit.

Vn⁹ hic modus sit quo sermonis huius intelligentiã potuim⁹ indagare. Videamus nũc & aliũ. Legimus apud ipsum apostolũ Paulũ dona vel gratias sancti spũs multos spũs noiari, cũ dicit. Nunc aũt qm̃ ęmulatores estis spiritaliũ ad ędificationẽ ecclesię, quærite vt abundetis. & itẽ alibi. Spũs pphetarũ pphetis subiecti sunt. Subiectos dicẽs prophetis, nõ quasi meliori inferiores, sed p eo ꝙ habẽs qs pphetię spiritũ nõ inuitus loqui cogiẽ, vt illi q habẽt spũs ĩmũdos, sed cũ vult & ratio postulat dicit: cũ vero dicere opportunũ non videbiẽ, silet: bene sciẽs qa tẽpus tacẽdi sit, & tẽpus loquẽdi. Et ideo non ad iniuriã diciẽ qa prophetis subiecti sũt spũs, sed ad dispẽsationẽ. sicut & illud dictũ accepimus a saluatore, quia tũc & ipse filius subiectus erit ei, qui sibi subdidit oĩa. Et hic eñ subiectus nõ quasi inferior dicitur. Quomodo eñ inferior dici potest q fili⁹ & oĩa est q̃ pater? Oĩa eñ, inquit, pater tua mea sunt. Sed in his quos pater subdit credẽtes in se, qm̃ in vnoquoꝙ eorũ se esse dicit, & se in eis dicit esurire, & sitire, & nudũ esse, & ꝙ pasci in eis, & indui profiteẽ: idcirco & in illis ipse diciẽ esse. Sed hęc per excessum quendam dicta sint, nũc aũt ad ppositũ redeamus. Dona ergo diuersa spũs a Paulo multi spirit⁹ appellanẽ: horũ aũt multorũ donorũ quicqd est summũ & magnũ sine dubio apostoli consecuti sunt, vt idonei essent (sicut & ipse Paulus dicit) ministri noui testamẽti, & vt repleri possint euangelio ab Hierusalẽ in circuitu vsꝙ ad Illiricũ: hoc qd in eos prę cęteris sublimius & præclarius collatum est sancti spirit⁹ donũ, merito primitias sancti spiritus appellauit. Et ideo dicit: Sed & nos ipsi. In quo specialiter designare videẽ apostolicã dignitatem. Nos ergo, inqt, ipi, hoc est apostoli primitias spiritus habentes, qui electi sumus ad hoc vt primitias spiritus acciperemus: etiã ipsi intra nos gemimus. Intantũ, inquit, nulla creatura est quæ doloribus & gemitibus vacet, vt etiã nos ipsi qui summa a spiritu sancto, & electa dona percepimus, tantũ expectãtes adoptionẽ filiorũ.i. perfectionẽ eorũ quos docere & instituere missi sumus, donec videam⁹ eos intãtũ proficere, vt adoptari mereanẽ in filios: necessario dolemus & gemim⁹. Donec nos ergo in quã qui instituimur ab aliis, negligim⁹, & moramur, & emẽdationis nostrę tẽpus lõgius ptelamus: donec nõ inuisibilia quęrim⁹, sed visibilibus delectamur: dolores apostolis cõmouemus, ac luctũ (vt ita dicã) vniuersę creaturę & gemit⁹ suscitam⁹. Vniuersa nãꝙ creatura cõgemiscit & cõdolet dutitię, dissimulatio

C (right margin, near top of column)

D (right margin, mid column)

nis nostrę dāna suspirās. Ali⁹ hic nobis explanationis ordo de primitiis spūs videt: si pbādus occurrit adhuc, addem⁹ & tertiū. Itē ipse Apostol⁹ dicit de dño Iesu Christo, ꝙ sit pri
E mogenitus oīs creaturę. Ne forte ergo vbi ille primogenit⁹ dicit oīs creaturę, tali qdā ratione etiā multoꝝ spirituū primitię dicat spiritus sanctus. Sit ergo iste expositionis terti⁹ modus. Probet aūt q legit, qd hoꝝ magis sensui conueniat apostolico. Si vero qd dixit, Et nos ipi primitias spūs habētes, de oib⁹ dictū q gratiā baptismi cōsecuti vident accipias: sperādū est illud qd idē Apostol⁹ dixit: Qꝫ si primitię sanctę, & massa: & si radix sancta, & rami. Qd etsi ita sit, tñ ipsi⁹ massæ i qua videt idicari multitudo fideliū, primitiæ necessario videbunt i aplis collocatę. Sic. n. scriptū est, qa in ecclesia posuit deus primo apostolos, secūdo pphetas, tertio doctores. Isti ergo q primo loco cōstituti sunt, cōpetēter primitias sancti spiritus gratiæ spiritalis habere credent. Nūc iā videamus quō adoptionē filiorū expectare se dicat q in superioribus dixit, qa ipse spirit⁹ testimoniū reddit spiritui nostro qa sumus filii dei: & iterū quō redemptionē corpis sperat qui in aliis dicit: Christ⁹ nos redemit. Sic (vt mihi videt) ipse hoc eo sermone q in sequētibus habet, absoluit. Ait eñ. Spe salui facti sumus. Qꝫ ergo filii sum⁹, & redēpti sumus, & ꝙ saluati sumus, in spe cōsistit. Nūc autē videmus p speculū, videmus in ænigmate, p speculū: & in ænigmate accipimus & adoptionē & redēptionē. Aduenit eñ plenitudo tēporū, & misit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege, vt eos q sub lege erāt redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Recepimus ergo adoptionē, sed istā q est p speculū & i ęnigmate. Cū aūt venerint q pfecta sunt, tūc adoptionē facie ad faciē cōsequemur. Qꝫ autē dixit redemptionē corporis nostri, ego arbitror ꝙ to
F tius ecclesię idicet corpus, sicut & alibi dicit: Vos aūt estis corpus Christi & mēbra ex pte. Oē ergo corpus ecclesię redimēdū spat Apostolus: nec putat posse dari q pfecta sūt singulis qbusq mēbris, nisi vniuersum corp⁹ i vnū fuerit cōgregatū. Pōt aūt & sic intelligi, vt redēptionē corpis nři dicat illā q in resurrectione futura ē, cū nō solū aię, sed & corpa aduenięt ante tribunal Christi, vt reportet vnusqsq ꝑpria corpis put gessit: & secūdū illd qd dictū est: Timete magis eū q pōt corpus & animā pdere in gehēnā. Et ideo dolēdū vnicuiq est in hoc seculo & gemēdū, ne forte p malos actus & pñtis vitę negligētiā nō mereat redēptionē corpis sui cōseq, sed iueniat cū ista sētētia q corp⁹ & aīam gehēnę ignib⁹ dānet. Post hęc dicit: Spe aūt salui facti sumus: Spes aūt q videt nō ē spes. Sicut supius de creatura dixerat, qa vanitati subiecta est ꝑpter eum q subiecit in spe: ita & hic de semetipso vel quoscūq secū annumerari nouit, dicit: Spe eñ salui facti sum⁹: sicut & gemitib⁹ creaturę suos quoq gemitus sociauit. Quō aūt i spe sit saluus, spes aūt nō sit in his posita q vident, sed q nō vident: iā supius edocuimus. Illud solū breuiter addem⁹, ꝙ ex his sermonib⁹ & ex illis in quibus dicit: Nō respiciētes ea q vident, sed q nō vident: edocet nos in futuris bonis nihil eoꝝ quę nūc vident, vel videri possunt spare debere, etiā si cælū videas istud visibile, etiā si terrā. Audi de his: Quia cælū & terra ꝑteribūt, visibilia eñ sunt. Qd vides qd spas? Nihil ergo prsus sperādū est i futuro de his q vident. Oculus eñ nō vidit, q ꝑparauit deus iis q diligūt eū. Videt aūt oculus cælū & terrā: non ergo oportet hoc qd videt, credi ꝑparatū eē a deo iis q diligūt eū: sed cælū qdē, immo potius cęlos multo eminētiores & excelsiores q est illud firmamētū qd videri oculis pōt. Sed & terra sperāda est, nō tñ hęc q arida dicit, & oculis subiacet, sed illa erit mansuetorū terra quā oculus nō vidit. Euidēs eñ est Apostoli sentētia, q docet nō visibilia & corpalia sperāda in futuris, sed spiritalia & æterna: qa q vident tēporalia sunt, & cū tēpore finiunt: quę aūt nō vident, ęterna sunt, q sperāda Apostolus docet. Idcirco nāq & ipsa corpis nři reparatio ex corruptibili icorruptibilis, & ex mortali imortalis, & ex ifirmitate in virtutē restituit, & ex aīali corpore corp⁹ efficit spiritale vt cū spiritale factū fuerit, possit etiā iuisibilibus pfrui bonis: q bona i pñti seculo nō vidētes, p spem speramus, p patiētiā expectamus.

SIMIliter autē & spiritus adiuuat infirmi „
tatem nostram. Nam qd oremus sicut opor- „
tet nescimus, sed ipse spiritus pro nobis inter- „
pellat gemitib⁹ inenarrabilibus. Qui aūt scru „
tatur corda, scit quid desideret spiritus, qa se „
cundum deum postulat pro sanctis. „

¶Cum in superioribus dixisset, ꝙ omis creatura his qui in agone huius vitæ sunt positi congemisceret & cōdoleret, hoc est cōlaboraret, viresq conferret, tū etiā seipsum Paulus ac sui similes pferre gemitus p laborantibus memorasset: vt p hoc solaretur in certamine positos, cum viderent omnes sanctos vniuersamq creaturam affectu secum labores gemitusq coniūgere: addit nunc excelsius aliquid & sublimius. Ne (inquit) parum putetis ꝙ omnis nobiscū cōgemiscit & cōdolet creatu- G

ra, ne parum videaẗ φ nos ipsi gemimus pro
laboribus vestris, etiá diuinę ipsi naturę erga
agones nr̃os (vobiscũ em̃ me quoq; cõiũgo)
inest quidam miserationis affectus. Ipse enim
(inquit) spiritus adiuuat infirmitaté nostrá.
Deniq; qd adorare, quid a deo petere opor-
teat, ignoramus. Interdũ em̃ quę cõtraria sa-
luti sunt cupimus infirmitate cogẽte. Sicut
enim qs in ægritudine corporis positus non
ea quę sanitati conducũt, sed ea quæ pręsens
desideriũ suggesserit, poscit a medico: ita &
nos in huius seculi infirmitate languẽtes in
terdum a deo petimus qd non expedit nobis.
Deniq; ego ipe Paulus q hęc loquor ad vos,
cũ mihi propter sublimitaté reuelationũ ne
extollerer datus fuisset a domino angelus Sa
tanę, q me colaphizaret, ter dñm rogaui vt
discederet a me, nesciẽs qd orarẽ: & ideo qa
nesciebá scd̃m φ oportet orare, me nõ audi-
nit dñs, & dixit mihi: Sufficit tibi gr̃a mea:
ná virtus in infirmitate perficiẗ. Si ergo qd
oremus secũdũ φ oportet nescimus: sed ipse
spũs interpellat p nobis gemitibus inenarra-
bilibus, magnũ nescio qd Paulus I gemitib⁹
A sentit. Ecce em̃ iá tertio gemit⁹ ponit. Ná &
creatura (inqt) ingemiscit, & nos ipsi gemi-
mus, & ipse spũs gemitibus interpellat deũ p
sanctis. Addidit sane in his gemitib⁹ quos p
spiritũ dicit deo offerri, φ sint inenarrabiles:
hoc aũt neq; de totius creaturę, neq; de suis
gemitib⁹ dixit. Et vide si possum⁹ in istis ge-
mitibus multũ fiducię & libertatis I cõspectu
dei intelligere, φ oratio quę cũ dolore & ge-
mitu offerẗ deo, accipiat fiduciá a spũ sancto
ascẽdẽdi ad deũ. Deniq; Adá cũ peccasset, p-
didit fiduciá, & abscõdit se a facie dei. Sãctus
autẽ Dauid dicit: Quia gemitus meus a te
nõ est abscõditus. Sed videamus quid est qd
dicit, Ipse aũt spiritus interpellat pro nobis.
B Hoc em̃ & Ioãnes Iesum facere designat, cũ
dicit: Filioli hęc scribo vobis vt nõ peccetis:
si aũt peccauerit aliqs nostrũ, aduocatũ habe
mus apud patrẽ iustũ Iesum q interpellat p
nobis: & hic, Spũs interpellat pro nobis. Hoc
aũt facit spũs iuuás infirmitaté nostrá. Quæ
aũt sit infirmitas nr̃a, ipe dñs docet cũ dicit.
Spiritus prõptus, caro aũt infirma. Igiẗ infir
mitas nostra ex carnis infirmitate descendit.
Ipsa est em̃ q̃ cõcupiscit aduersus spm̃: & dũ
cõcupiscẽtias suas ingerit, puritatẽ spũs ipe-
dit, & synceritatẽ orationis offuscat. Sed vbi
viderit spũs dei laborare spm̃ in aduersando
carni, & adhęrẽdo sibi, porrigit manũ, & ad-
iuuat ifirmitatẽ ei⁹: & velut si magister susci
piẽs ad rudimẽta discipulũ, & ignorantẽ pe-
nitus literas, vt eũ docere possit & ĩstituere
necesse habet Iclinare se ad discipuli rudimẽ
ra, & ipse prius dicere nomẽ literę, vt respon
dẽdo discipulus discat: & fit quodámodo ma
gister incipiẽti discipulo similis: ea loquẽs &
ea meditás q̃ incipiẽs loq debeat ac medita-
ri: Ita & sanctus spũs vbi oppugnationibus
carnis pturbari nostrũ spm̃ viderit, & nesciẽ
tẽ qd orare debeat secũdũ φ oportet, ipse ve
lut magister orationẽ p̃mittit: quá noster spi
ritus si tñ discipulus eẽ sancti spũs desiderat
prosequaẗ: ipse gemitus offert, qbus noster
spũs discat ingemiscere; vt repropitiet sibi
deũ. Si vero spũs qdẽ doceat, at noster spũs id
est mẽs nostra nõ sequaẗ, suo vitio infructuo
sa ei fit magistri doctrina. Et istud Paulus in
mysteriũ itra hominẽ geri sciẽs, dicebat: Ná
si linguis loquar, spũs aũt meus nõ oret, mẽs
mea sine fructu est: spm̃ suũ dicẽs gratiá san
cti spũs, q̃ a deo oĩb⁹ daẗ. Vnde & cohortás
nos vt nõ habeam⁹ infructuosum hoc sancti
spũs bñficiũ, addidit & dixit. Quid ergo est?
Orabo spũ, orabo & mẽte: psalmũ dicam spũ
psalmũ dicá & mẽte. Igiẗ q̃uis hęc inenarrabi
lia esse Paulus ipse signarit, & inenarrabilib⁹
gemitibus gemerẽ: tñ prout possibile nobis
fuit, imaginẽ quádá rerũ q̃ diuinitus geruntẽ
quasq; ipse obiectus pfert, edidim⁹. Qui aũt
spiritalis est examinet oĩa, & si qd his altius
inuestigare poterit habeat apud se: fidelis
em̃ spũ celat negocia. Admonendi tñ sunt q C
prosperitatem sibi præsentis vitæ, & sanitatẽ
vel diuitias, vel honores postulant a deo: q
quid orent secũdum φ expedit nesciũt. Sæpe
enim fit vt ad damnũ animæ vel opprobriũ
eius sempiternũ cõcedanẗ p̃sentia hæc lucra
& dignitas secularis. Et ideo illud magis te-
nẽdum est, qd in oratione docuit dominus:
Fiat volũtas tua. Qui aũt scrutaẗ corda scit
qd desideret spũs, qa deũ postulat p sanctis.
Ostẽdit qdẽ deum nõ tá verba nostra in ora D
tione, q̃ cor mentẽq; perpẽdere: ipse em̃ est q
scrutatur corda & renes: qd aũt secũdo dicit
φ spiritus interpellat: hoc est qd edocet non
minimá dispensationẽ per spiritũ sanctum in
hominibus geri. Quis em̃ vnigenitus filius
dei pro salute humani generis incarnatus &
passus sit: & morte sua destruxerit mortẽ, &
resurrectione reddiderit vitá: insigni⁹ tamẽ
absq; incarnatione magnifice geritur etiam
per spiritũ sanctũ. Tamẽ φ & ille pro impiis
mortuus est: sic em̃ & ipse Paulus ostẽdit cũ
dicit: Adhuc enim Christus cũ infirmi esse-
mus secundum tempus pro impiis mortuus
est: sanctus autẽ spiritus non pro impiis iam

interpellat, sed pro sanctis: & interpellat non
secũdũ carnẽ, sed secundum deum. Christus
aũt nõ secundũ deũ mortuus dicit, sed secũ-
dũ carnem. Ideo non verbis offerre dicit spi-
ritus interpellationem pro sanctis, sed gemiti
bus, & non communibus istis gemitibus, sed
inenarrabilibus. Quomodo enim enarrari po
test quod spiritus dei loquitur deo, cum in-
terdum nec ipse quidem noster spirit⁹ quod
sentit & intelligit, sermone possit exponere?
›› SCimus aũt qa diligentibus deũ omnia co-
›› operant in bonũ, his q secũdũ ꝓpositũ voca-
›› ti sunt sancti. Nam quos præsciuit & præde-
›› stinauit conformes fieri imaginis filii sui, vt
›› sit ipse primogenitus in multis fratribus.
B ¶ Si spirit⁹ (inquit) interpellat ꝑ nobis gemi
tibus inenarrabilib⁹, & vniuersa creatura cõ
gemiscit, & dolet vsq nunc: quæ liberabit tũ
demũ a seruitute corruptiõis cũ libertas glo
riæ filiorũ dei aduenerit: quõ nõ cõpetẽter ꝓ-
nũciabit: Scim⁹ ꝙ diligẽtibus deũ oia coope-
rant in bonũ? Intãtũ eñ oia cooperant & cõ
laborãt his q diligũt deũ, vt & ipe spũs adiu
uet: nec dedignet diuina natura dux esse iti-
neris ad bonũ. Verũtñ si sunt aliq habentes
spũm seruitutis ĩ timore, alii vero sunt supe-
riores his q spm̃ adoptiõis accipiũt, ex eo ꝙ
nõ iã timore deũ, sed amore venerant; & ꝙ ꝑ
fecta in eis charitas foras mittit timorẽ: vi-
dẽdũ est ne forte non oia coopetent in bonũ
iis q adhuc in spiritu ꝑmanẽt seruitutis: sed
aliqua qdẽ etiã ipsis cooperent, nõ tamẽ oia:
& nescio si ad ipsum bonũ, seu potius (vt ita
dixerim) ad ianuas boni ꝑducant. His vero
q diligunt deũ, & toto ei inhærẽt charitatis
affectu (vt dixim⁹) collaborant, & iuuãt, atq
aliqd sui studii conferũt: quaten⁹ eos in ipso
bono qd nunq̃ potest ꝑmutationẽ recipere,
cõstituãt. Q; si alii sunt q diligũt deũ, & alii
q spm̃ seruitutis accipiũt: vidẽdũ est ne forte
C & hoc qd dicit: His q secũdũ ꝓpositũ vocati
sũt, & quos ꝑsciuit, & ꝑdestinauit cõformes
fieri imaginis filii sui: nõ cõueniat illis qui in
spiritu seruitutis sunt. Possunt eñ & illi vo-
cati quidẽ dici, non tamẽ secundũ ꝓpositum
vocati: & ꝑ eo ꝙ adhuc in spiritu seruitutis
sunt, nõ possunt statui inter multos fratres
quorũ primogenit⁹ est fili⁹ charitatis, & ima
go inuisibilis dei, ac primogenit⁹ ois creatu-
ræ. Sed & hoc qd dixit, Cõformes imaginis fi
lii sui: volo reqrere cui⁹ formæ cõformes fie-
ri dicunt. Legim⁹ eñ filiũ dei aliqñ in forma
dei, aliqñ in forma serui esse ꝓpositũ. Cui er-
go formæ harũ duarum cõformes dicat futu
ros Ap̃lus eos q diligũt deũ; & quibus omnia
cooperant in bonũ: nõ ociosi discriminis mi-
hi videt eẽ. Arbitror ergo scd̃m ea q̃ in aliis
idẽ Paul⁹ designat, vbi dicit, Filioli mei quos
iterũ parturio donec formet Christus in vo
bis: ꝙ formari in his q ad perfectionẽ tẽdunt
Christ⁹ dicat scd̃m hoc ꝙ verbũ est, vt in eis
verbi dei synceritas ad purũ iformet: & secũ
dũ hoc ꝙ veritas ẽ, & veritas ĩ eis absq vlli⁹
fuci admixtione cõsistat: & scd̃m hoc ꝙ sapiẽ
tia est, vt sapiẽtia dei in eis illa quã inter ꝑfe-
ctos loquit Paul⁹, pura, & absq vllo erroris
diuerticulo cõseruet. Sic & scd̃m oia q̃ Chri
stus est, vel iustitia, vl' sãctificatio, vel cæteræ
quæq virtutes, si in eis forment ad liqdũ: isti
videbunt ad illã formã q̃ in forma dei est, cõ
formes imaginis esse effecti. Si vero adhuc ĩ
initiis qs cõuertet, Initiũ aũt sapiẽtiæ timor
dñi: & in timore adhuc positus prima cult⁹
dei elemẽta suscipiat scd̃m formã serui: quã
suscepit ad hoc vt rudibus & ignaris timorẽ
dei iduceret: cõformes fieri itelligẽdi sũt ii q
prima initia ĩ dei timore suscipiũt, qa (inqt)
quos præsciuit & ꝑdestinauit cõformes fieri
imaginis filii sui. Puto enim ꝙ sicut non de
oibus dixit q prædestinati sunt, ita nec de oi-
G bus quos præsciuit. Nõ.n. scd̃m cõmunẽ vul-
gi opinionẽ putãdũ est bona malaq præscire
deum, sed secundum scripturæ sanctæ cõsue-
tudinem sciẽdũ est. Obseruet eñ qui studio-
sus est in scripturis, sicubi inuenit scripturã
dicere ꝙ malos præscierit deus, sicut in ꝑsen
ti loco de bonis manifeste dicit, quia quos ꝑ-
sciuit & ꝑdestinauit cõformes fieri imaginis
filii sui. Si eñ quos præsciuit hos & ꝑdestina
uit cõformes eẽ imaginis filii sui, nullus au-
tẽ malus conformis potest imaginis esse filii
dei: manifestũ ẽ ꝙ de bonis tãtũ dicit, ꝑsciuit
quos ꝑdestinauit cõformes fieri imaginis fi-
lii sui. Cæteros vero nõ mõ ꝑscire, sed ne sci-
re qdẽ dicit de⁹. Nouit.n. de⁹ eos q sunt ei⁹.
Ad eos aũt q nõ sunt digni vt sciant a deo,
Saluator dicit. Discedite a me vos operarii ini
qtatis: qa nõ cognoui vos. Sic ergo & in hoc
præsenti loco quos ꝑsciuit deus, ipsos & ꝑde
stinauit cõformes fieri imaginis filii sui: cæte
ri autem præsciri non dicuntur, non ꝙ aliqd
latere possit illã naturã quæ vbiq est, & nusq̃
deest: sed quia oẽ qd malũ est, scientia eius
vel præscientia habetur indignũ. Quos ergo
præsciuit, & prædestinauit. Sed & hoc ituere,
si præscire & prædestinare dici potest deus de
iis qui nondum sunt: vel iis qui sunt quidẽ,
nondum tamen conformes sunt imaginis fi-
lii ei⁹: & præscientiã in hoc esse magis cõue-
nit, q̃ in eo qd futurũ sit id qd nõdum est: in

hoc enim volũtas magis est q̃ præsciẽtia cõdi
toris. Nã præsciẽtia in quo videbitur, cũ id qđ
futurũ est, pẽdeat in factoris arbitrio? Vide-
bitur fortassis ab attẽtis lectoribus etiã hoc
requiri, cur nõ dixerit cõformes filii sui: sed cõ
A formes imaginis filii sui. Dicet enĩ q excitat
hęc, ꝙ sicut ipse filius q imago dei inuisibilis
dicitur, quãtũ ad ꝑsonã specialis est ab illo cuiꝰ
imago est: ita & hic q̃ dicitur imago filii eius,
alia debet esse cuiꝰ imago est. Et q̃uis ardua
hęc videantur & difficilia: tñ vide si possumus
illud dicere, ꝙ q̃uis omnis q se ad eã formã
quã supra posuimꝰ excoluerit, imago sit dei,
hoc est imago filii dei: tñ specialis ac ꝓpria
imago eius q̃ eũ totũ atq; ex integro suscepit,
& in semetipsa formauit, ipsa anima Iesu di
cẽda est: quę se ꝑ oĩa verbo ac sapiẽtię dei ita
coaptauit, vt in nullo prorsus ab eius simili
tudine decolor haberetur: ita vt quicũq; summã
perfectionis ac beatitudinis cõsectatur, ad illiꝰ
imaginẽ ac similitudinẽ tẽdat quę primo lo-
co & super cęteras oẽs filii dei imago est: ita
vt sit ipse primogenitus in multis fratribus,
in his videlicet quorum conformatione filii
dei imaginis ipse primatum tenet.

" QVOS aũt prędestinauit hos & vocauit:
" & quos vocauit hos & iustificauit: Quos au
" tem iustificauit illos & magnificauit.

B ¶Supra dixit, Quos prędsciuit, hos p̃destina
uit: & nũc addit, Quos aũt p̃destinauit illos
& vocauit: & quos vocauit hos & iustifica-
uit. Et si p̃sciuit & p̃destinauit cõmuni opini
one sentiamꝰ: videbitur vtiq; q iustificatus est,
propterea iustificatus esse qa prædestinatus
est: & qui prędestinatus est, propterea p̃desti
natus esse qa p̃cognitus est. Et rursum econ-
trario intelligis: Si qs aũt iustificatus nõ est:
ideo nõ est iustificatus qa nõ est vocatus: &
qa non est vocatus, ideo non est prædestina-
tus: & qa prędestinatus nõ est, ideo nõ est p̃-
cognitus. Vide in quã absurdã sentẽtiã deci
dãt hi, q pręsciẽtiã dei in hoc tãtũ accipiũt,
quasi q & quę postmodũ futura sunt ante p̃-
noscãt. Inuenitur enĩ secũdũ hęc postea quę su
pra exposuimus: nõ p̃scisse deus quos nõ prę
destinauit. Et rursum si ad cõmunẽ referatur
intelligẽtiã hoc qđ dicit: qa quos vocauit il-
los & iustificauit: ingẽtẽ fenestrã patefacie-
mus iis q negãt esse i hoĩs potestate vt saluꝰ
fiat. Aiũt enĩ. Si deus quos p̃sciuit illos & p̃-
destinauit: & quos p̃destinauit, illos & voca-
uit: & quos vocauit illos & iustificauit: ni-
hil culpę habent ii qui non iustificantur, qa
nec vocati sunt, nec prędestinati, nec pręco-
gniti. Cũ etiã illud aperte nobis aduersetur, ꝙ
non oẽs qui vocantur, etiã iustificantur. Nã &
Iudas Aplus vocatus est, sed nõ est iustifica-
tus: qa & si iustificatũ eũ cõtẽdat aliquis eõ
ipso quo vocatus est, nõ est certe glorificatꝰ.
Sed & illi de qbꝰ dicit Apls, ꝙ naufragauerũt
a fide: vocati qdẽ fuerũt, sed nõ sunt iustifi-
cati. Secũdũ euãgelii parabolas illi ad quos
missi fuerant serui, & excusauerũt se, vocati
fuerũt, sed nõ sunt iustificati: & ille q ingres
sus cõuiuiũ regis nõ habuit vestẽ nuptialẽ;
vocatꝰ est, sed nõ est iustificatꝰ. Cũ ergo hæc
singula sic se habeãt, quõ videbitur verus esse
sermo Apostoli, quẽ vel de p̃noscẽdo, vel p̃de
stinãdo, vel de vocãdo, vel etiã de iustifican
do memorauit? Sed ego secũdũ ea q̃ supra ex C
posuimꝰ, quõ noscat vel p̃noscat deus, ad cõ
suetudinẽ scripturę redeũdũ puto, q̃ verna-
cula quadã appellatione i hoc sermone, id est
in cognoscẽdo vti solet, velut cũ dicit, Et cõ
gnouit Adã vxorẽ suã, ꝓ eo vt dicat, admi-
xtus est vxori suę. Et iterũ de Rebecca dicitur:
Virgo erat, vir nõ cognouerat eã. Sed & de
filiis Leui dicitur cũ pręuaricatores punirent;
ꝙ nõ cognouerit vnusquisq; patrẽ suũ, aut
matrẽ suã. In qua sine dubio hoc ostenditur, ꝙ
nõ iũxit affectũ suũ & amorẽ cũ patre vel ma
tre. Sed & multa secũdũ hũc sensum in scri-
pturis de cognoscẽdo inuenies dicta: & ideo
etiã in p̃senti loco constat Apostolũ secũdũ
scripturę sacrę cõsuetudinẽ posuisse sermo-
nẽ cognoscẽdi: vt illos ostẽderet p̃cognitos a
deo, i qbꝰ sciẽs quales essent, amorẽ suũ deus
affectũq; posuisset, secũdũ etiã illud qđ scri-
ptũ est: Cognouit dñs eos q sunt eius: cũ vti
ꝙ quãtũ ad istã cõmunẽ scientiã ꝑtinet, dñs
non solũ eos q sui sunt, sed & eos q errant a
se, nõ ignoret. Sed cognouisse eos dicitur, hoc
est in dilectione habuisse, sibiq; sociasse. Ita er
go quos p̃sciuit deus, illos & p̃destinauit: &
quos p̃destinauit, illos vocauit: & quos voca
uit, illos & iustificauit. Superest nobis adhuc D
illius q̃stionis absolutio, quõ quos vocauit
illos & iustificauit: cũ secũdũ ea q̃ supra dixi
mus cõstet multos esse vocatos, paucos aũt
electos. Sed videtur mihi esse q̃dã vocationis
differentia secũdũ illud qđ in superiori capi
tulo exposuimus, ꝙ oẽs qdẽ vocati sunt: nõ
tñ oẽs secũdũ ꝓpositũ vocati sunt. Nã hi q
secũdũ ꝓpositũ bonũ & bonã voluntatẽ quã
circa dei cultũ gerũt vocantur, ipsi sunt q secũ
dũ ꝓpositũ vocati dicuntur: & isti sunt q voca
ti iustificati sunt. Bono enĩ eoꝝ ꝓposito de-
erat sola vocatio. Hi vero q nõ habẽt bonũ
fixũq; ꝓpositũ, vel erga diuinũ cultum, vel
erga opus bonũ, vocãtur quidẽ & ipsi, ne eis

excuſatio relinquatᷣ,& hęc ipſi poſſint cauſa
ri cū iudicantᷣ,qa & nos ſi vocati fuiſſem⁹ po
tuiſſem⁹ vtiq̄ iuſtificari: & nō ſolum iuſtifi-
cari,ſed & glorificari: Ideo ergo vocantᷣ qdē
& ipſi,ſed quaſi ſi in terra petroſa ſeminetᷣ ſe
mē: cito qdē exoritᷣ,increſcēte aūt tribulatio
nū ſole,qa nō habēt altā radicē boni ꝓpoſiti,
cōtinuo areſcūt & pereūt: & ipſi ſunt de qb⁹
E dicit Apl's,qa naufragauerūt a fide. Quos er
go vocauit,id eſt quos ſecūdū ꝓpoſitū voca
uit boni: illos & iuſtificauit. Qꝫ ſi ſcd̄m pro-
poſitū ad deū referatᷣ,hoc eſt vt ſcd̄m dei ꝓ-
poſitū,q ſciēs ī eis religioſam mētē,& ſalutis
ineſſe deſideriū,vocati dicantᷣ: nō videbitᷣ his
quę expoſuimus etiā hoc eſſe contrariū. Hoc
ergo pacto,neq̄ in p̄ſciētia dei vel ſalutis,vel
ꝑditionis noſtrę cauſa conſiſtit: neq̄ iuſtifica
tio ex ſola vocatione pendebit: neq̄ glorifica
ri de noſtra penitus poteſtate ſublatū eſt. Nā
& ſi cōmuni intellectu de p̄ſciētia ſentiam⁹,
nō ꝓpterea erit aliqd,qa id ſcit deus,futurū:
ſed qa futurū ē,ſcitᷣ a deo anteq̄ fiat. Nā & ſi
(verbi gratia) fingimus deum nō pręnoſcere
aliqd,futurū ſine dubio erat,ꝙ ita vtputa Iu
das proditor factus eſt,& hoc ita futurū pro
phetę p̄dixerūt. Nō ergo qa ꝓphetæ prędixe
rūt,idcirco ꝓdidit Iudas,ſed qa futurus eēt
ꝓditor, ea quę ille ex ꝓpoſiti ſui nequitia ge
ſturus erat p̄dixerūt ꝓphetæ: cū vtiq̄ Iudas
in poteſtate habuiſſet vt eēt ſimilis Petro, &
Ioanni ſi voluiſſet,ſed elegit pecuniæ cupidi
tatem magis q̄ apoſtolici conſortii gloriā: &
hāc eius volūtatē futurā p̄uidētes ꝓphetę,li
brorum tradiderūt monumētis. Vt aūt ſcias
nō in p̄ſciētia dei vniuſcuiuſq̄ ſalutis cauſam po
ni,ſed in ꝓpoſito & actib⁹ ſuis: vide Paulum
verentē ne forte cū aliis prædicauerit ipſe re
prob⁹ efficiatᷣ,macerare corpus ſuū,& ſubii-
cere ſeruituti. Hoc aduerſus eos q nobis hu
iuſmodi queſtionē obiiciūt,etiam poſſumus
dicere. Si quos p̄ſciuit,illos & prędeſtinauit,
nō aūt oēs p̄deſtinauit,ergo non oēs p̄ſciuit:
F & ſecūdū eos erūt aliqua quæ ignoret de⁹. Si
vero prenoſcere ſecundum hęc accipiatᷣ quæ
ſupra diximus,hoc eſt in affectum recipere ſi
biq̄ ſociare: verum erit ꝙ ſicut non omnes
prædeſtinauit,ita neq̄ omnes præcognouit.
Sic em̄ & is dicitur non cognouiſſe peccatū.
Nunquidnā dicemus ꝙ neſcierit is qd eſſet
peccatū, id eſt ꝙ neſcierit homicidium pc̄m̄
eſſe,vel adulteriū,vl' furtū,& his ſimilia? An
hoc eſt qd̄ dicitᷣ neſcire pc̄m̄,quia peccato ſe
non miſcuit,neq̄ adheſit ei peccatū? Sicut &
alibi ſcriptū eſt: Qui ſeruat mādatum nō co
gnoſcet malū verbū,hoc ē nō recipiet verbū
malū,nō credet,nō audiet libēter,neq̄ admit
tet ingredi mētē ſuā. Quos ergo ſecūdū hūc
modū p̄ſciuit de⁹,illos & p̄deſtinauit: & quos
p̄deſtinauit,illos & vocauit,ea vocationis di
ſtinctione qua dixim⁹: & quos vocauit,illos
& iuſtificauit: & quos iuſtificauit,illos & glo
rificauit. De glorificatiōe poſſum⁹ & in præ
ſenti ſeculo illud intelligere qd̄ dicit Apoſto
lus. Nos aūt omnes reuelata facie gloriā dn̄i
ſpeculantes eadem imagine trāſformamur a
gloria in gloriam,tanq̄ a dn̄i ſpū. Eſt ergo &
hęc gloria,quā iuſtificati qq̄ in p̄ſenti vita ꝑ
cipiunt: eſt & illa quæ ſperatᷣ in futuro, cum
corpus hoc humilitatis noſtrę ſeminabitᷣ in
contumelia,& ſurget in gloria: & eſt alia glo
ria ſolis,alia gloria lunæ,alia gloria ſtellarū,
& ſtella a ſtella differt in gloria,ita erit reſur
rectio mortuorum.

QVID ergo dicemus ad hęc? Si deus ꝓ no ״
bis,qs contra nos? Qui etiā proprio filio ſuo ״
non pepercit,ſed pro nobis oīmbus tradidit ״
illum: quomodo nō etiam cum illo oīa no ״
bis donauit? ״

¶De⁹ quōꝓ nobis ſit manifeſtum eſt ex his G
quę ſupra expoſuit,id eſt ꝙ ſpūs dei habitat
in nobis,vel ꝙ ſpiritu dei agimur, vl' ꝙ ſpm̄
adoptionis accepim⁹,vel ꝙ ſumus filii dei,&
hęredes,& cohęredes Chriſti,vel ꝙ primiti-
as ſpirit⁹ accepimus,vel ꝙ ipſe interpellat ꝓ
nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹,vel ꝙ vniuer-
ſa creatura nobis cōgemiſcit,& cōdolet, vel
ꝙ oīa nobis cooperantᷣ in bonū diligentibus
deū,vel ꝙ ſecūdū ꝓpoſitū vocati ſumus,& p̄
cogniti,& prędeſtinati,& iuſtificati,& glori
ficati. hoꝝ em̄ oīm veluti epilogū faciēs & ſi
mul oīa repetens ait: Quid ergo dicem⁹ ad
hæc? hoc eſt,ad hęc omnia q̄ ſupra diximus.
Quia ſi ſic de⁹ pro nobis eſt,vt hęc nobis cū
cta cōceſſerit: qs eſſe aduerſum nos poterit?
Nō quo omnino neminē nobis eſſe dicat ad
uerſariū. Quō em̄ ſtabit illud qd̄ dictum eſt a
Petro: Aduerſarius veſter diabolus ſicut leo
rugiēs circuit q̄rens quē trāſuoret? Sed hoc
oſtendit, ꝙ deo agente pro nobis, contem-
ptibilis & nihili efficitur aduerſarius noſter.
Similiter autem & Dauid dicit. Dn̄s illumi-
natio mea,& Saluator meus, quem timebo?
Domin⁹ protector vitę meę,a quo trepidabo?
Nō ergo nullū dicit eſſe quē metuat,& q ad
uerſetᷣ ei: Sed q̄uis (inqt) appropiēt ſup me
vt edant carnes meas q tribulant me inimici
mei: tamē dn̄o defendēte vitā meā, infirmati
ſunt & ceciderūt. Dat p̄terea idiciū maximū
īgētis ergo nos amoris dei: q itātū (iqt) nos
dilexerit, vt nec ꝓprio filio pepercerit,ſed ꝓ H

nobis oib⁹ ad passionē tradidit eū. Et vt maiore nos admiratione constringeret, addidit sermonem ingentis arcani conscitū dicens: qa proprio filio nō pepercit. Dixerat eñ supius, ꝙ etiā nos qui spiritum adoptionis accipimus, filii dei sumus. Ne ergo cōmuni ista appellatione filioꝝ vnū aliquē ex his tradidisse putaretur q in filios videbantur adsciri, addidit pprio filio: vt eū qui solus ex ipso deo ineffabili natiuitate generat, ostenderet. Pro nobis ergo omnib⁹ tradidit eū, nō illa traditiōe qua scriptū est: Tradet aūt frater fratrē in mortē, & parētes filios: sed tradidisse eum dr hoc ipso ꝙ eū cū in forma dei esset, passus est exinanire seipsum, & formā serui suscipere, & vsq ad mortē crucis puenire: vt in ipso omnibus exēplū obœdiētię poneret, & viam resurrectionis a mortuis aperiret. Pro oibus ergo tradidit eū: non solū p sanctis, nō solū pro magnis: sed & p minimis omnino q sunt in ecclesia, tradidit filiū ppriū pater: & ideo etiā si minimoꝝ aliquē & infirmorū lędat qs percutiēs eius infirmā cōsciētiā, in Christum peccare dicit: qm̄ quidē scandalizat animam

A pro qua Christus mortuus est. Quia ergo p oibus nobis tradidit filiū pater, nullus omnino nec minimus qdē q est i ecclesia cōtemnēdus est: & ideo dñs ipse dicebat. Si qs scandalizauerit vnū ex pusillis istis minimis, melius est molā asinariā circa collū ei⁹ ligari, & pcipitari eū in mare, q̄ vt scādalizet vnū ex his. Deus ergo q nos pciosos pprii filii p nobis pciosum sanguinē fundēdo fecit: quomodo nō cū ipso omnia nobis dedit? Nihil est siue visibilis, siue inuisibilis creaturæ, qd filio possit adæquari: nullo enim pacto creatori suo creatura potest conferri: & si creator ipse donatus est nobis, quomodo nō cum ipso creatura nobis donabit? Quis sermo hic dupliciter possit itelligi, id est ꝙ cū illo oïa donabit. Nā & hoc pōt videri, ꝙ si habemus in nobis Christū secūdū hoc ꝙ verbū, sapiētia, & veritas, & iustitia, & pax est, & cętera oïa quę de eo scripta sunt, cū hac plenitudine virtutū oïa nobis donabunt: vt iā nō i vnū ex oibus creaturis, & paruū terræ hūc locū quē nunc videm⁹, habitare timeam⁹: sed oïa q̄cūq creauit de⁹ visibilia, & inuisibilia, occulta, & manifesta, tpalia, & ęterna cū Christo piter habeamus. Pōt aūt & alio mō sic itelligi qd dicit, cū ipso oïa nobis donauit: hoc est ipsi qdē vt heredi, nobis vero vt cohęredib⁹ ei⁹ pariter cū ipso pfrui vniuersa dabit creatura.

» QVIS accusabit aduersus electos dei? De⁹
» qui iustificat. Quis est q cōdemnet? Christus
» Iesus q mortuus est: immo q & resurrexit, q
» est ad dexterā dei, q etiā interpellat p nobis.

B Videt mihi qd ait: Quis accusabit aduersus electos dei? de diabolo dicere. Nullus eñ ita electus & ita magnus, quē ille nō audeat accusare, nisi ille solus q peccatū nō fecit, qui dicebat hęc: Nūc venit princeps huius mūdi & i me nihil iuenit. Sed q̄uis ille exerceat neq tiā ppositi sui deo iustificāte & delente sicut nubē inigtatē electorū suoꝝ, & sicut caliginē peccata eoꝝ, & a prioribus delictis eos dealbāte vt niuē, & sicut lanā cādidā faciēte: qd proficiet accusator? Sed & cū Christus p eis mortuus sit, imo poti⁹ a mortuis resurrexerit, & stet a dextris patris, & interpellet pro his: qs eos poterit cōdemnare? In superiorib⁹ sanctus spūs interpellat p nobis (inqt) gemitibus inenarrabilibus: hic, Christus Iesus q mortu⁹ est, & resurrexit, ipse iterpellat p nobis. Deus q pprīū filiū tradidit p nobis, ipse iustificat electos: qs erit vltra q audeat condēnare? Sed diligētius ituere quō Apl's nusq̄ in sermonib⁹ suis ab insita sibi cautela discedat. Non dixit, qs accusabit aduersum vocatos, sed aduersum electos. Nisi eñ fueris electus, nisi i oib⁹ te exhibueris pbabilē deo, habebis accusatorē. Si eñ causa tua mala est, si te crimē tuū astringit: qd tibi pderit aduocatus, etiā si Iesus sit q interpellat? Iesus eñ veritas est: Nō pōt ergo p te veritas fallere. In quo tibi opitulabit aduocatus: ne accusatoris calumniis inuoluaris, ne tibi pterita peccata q̄ tibi p baptismū deleta sunt, iputētur? Si vero post hęc iterum delinquas, nec vllis hęc pœnitētiæ lachrymis diluas, accusatori tuo criminādi te materiā dabis: & q̄uis Iesus interpellet p nobis: nō pōt tñ dicere Iesus tenebras lucē esse, neq amarum dulce. Si ergo vis vincere qd iudicaris, fac qd de iusto scriptū est. Dispone sermones tuos in iudicio, ppara opa tua ad exitū: memēto nouissimorū tuoꝝ, & nō peccabis: ne tibi cōtigat illud qd de quodā scriptū est: Cū iudicat exeat condēnatus. Vide aūt quō audias, ꝙ Iesus interpellat p nobis. Ipse est eñ de quo & alibi scriptū est, qa pater neminē iudicat, sed omne iudiciū dedit filio: & sicut ipse est hostia, & sacerdos, & ipse est in forma serui, & in forma dei: sic ipse est aduocatus & iudex.

QVIS ergo separabit nos a charitate dei? »
tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? »
an periculū? an psecutio? an gladius? sicut scri »
ptū ē: Quia pter te mortificamur tota die »
existimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in »
his oibus supamus pter eū qui dilexit nos, »

Pro his (inqt) oĩbus quę supra enumeraui mus, id est φ iam non sumus in carne, sed in spiritu, & φ spirit⁹ dei habitat in nobis, & φ Christus in nobis est, p quē corpus qdē mortuū est propter peccatū, spũs aũt viuit ꝑpter iustificationē, & φ iã nõ sumus debitores carni vt secũdũ carnē viuamus, qa spũ actus carnis mortificauimus: & φ p spm̃ adoptionis filii effecti sum⁹ dei, & si filii, etiã hæredes dei cohęredes aũt Christi: & φ vniuersa creatura congemiscit nobis & cõdolet reuelationē filioꝝ dei expectãs: & φ diligẽtib⁹ nobis deũ oĩa cooperant̃ in bonũ: & φ ꝓsciuit & ꝓdestinauit nos cõformes imaginis filii sui qui secundũ ꝓpositũ vocati sum⁹: cũ p his (inqt) oĩbus beneficiis quę consecuti sumus, fixi & radicati in charitate dei sumus: quis nos ab ea poterit separare? Tribulatio si venerit, dicemus ad deũ, In tribulatione dilatasti sum⁹. Angustia si fuerit mũdi, & ex necessitate corporis veniẽs: sapientię dei & scientię latitudinē reqremus, in qua nos angustare nõ potest mũdus. Redeã eñ ad scripturarũ diuinarum amplissimos campos, intellectũ verbi dei spiritalē requirã, & nulla me ĩ eo coarctabit angustia. Per largissima enim spatia intelligẽtię mysticę, & spiritalis equitabo. Persecutionē si patiar, & cõfitear Christũ corã hominibus: cert⁹ sum φ ille me cõfitebitur coram patre meo qui in cęlis est. Fames si affuerit, turbare me non potest: habeo eñ panem vitę q de cęlo descendit, & reficit aĩas esurientes. Nec aliquãdo potest panis iste deficere: est eñ ꝑfectus & æternus. Me nuditas nõ cõfundit. Indutus sum eñ dominũ Iesum Christũ, & habitaculũ nostrũ qd de cęlo est, superindui spero: Oportet eñ mortale hoc induere immortalitatē, & corruptibile hoc induere incorruptionē. Periculũ nõ timebo. Dñs. n. illuminatio mea, quē timebo? & domin⁹ defensor vitę meę, a quo trepidabo? Gladius terrenus terrere me nõ põt. Habeo eñ mecum gladiũ spũs qd est verbũ dei: & mecũ est viuẽs, & efficax sermo dei, qui est penetrabilior omni gladio vtrinq acuto. Si ergo gladius mũdi venerit super ceruices nostras: maiorē mihi ad deum cõciliat charitatē. Dicã nãq ad eũ, qa scriptũ est: Propter te mortificamur tota die, existimatus sum vt ouis occisionis. Non eñ mihi sufficit vna hora mori p Christo, vel cruciri: sed tota die, hoc est omi vitæ meę tẽpore. Si eñ totã vitã meã in ꝑsecutionibus & periculis agam: dicã φ nõ sunt condignæ passiones hui⁹ tẽporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Breue est eñ huius vitę tẽpus, exiguũ qd in persecutionibus ducimus: ęternum vero & perpetuũ qd expectamus in gloria. Et ideo in his (inqt) oĩbus superamus nõ nostra virtute, sed p eum qui nos dilexit. Dũ eñ in illius amore pẽdemus, sensum dolotis nõ recipimus. Illi⁹ eñ charitas qui nos dilexit, & nostrũ ad se rapuit affectũ: cruciatum corporis, & dolorem sentire nos non facit. Ideo ergo in his omnibus superamus. Tale aliquid & in canticis sponsa dicit ad verbum, qa vulnerata (inqt) charitate ego sum. Ad hunc ergo modũ & anima nostra a Christo vulnere charitatis accepto, etiam si tradat gladio corpus, non sentiet vulnera carnis præ vulnere charitatis.

CERtus sum enim quia neq mors, neq vita, neq angeli, neq principat⁹, neq virtutes, neq instãtia, neq futura, neq fortitudo, neq altitudo, neq ꝓfundũ, neq creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

D Duos videt ordines apostolus ostẽdisse eorũ quę hoĩbus tẽtationes suscitare cõsueuerũt. Et ĩ his qdē quæ prius disseruim⁹ humanarũ tentationũ intelligit ordo descript⁹: de quibus etiam Corinthiis dicebat, vtpote qui maiora ferre nõ poterãt, Tẽtatio vos nõ apprehendat nisi humana. Fidelis aũt deus qui nõ ꝑmittet vos tẽtari supra id qd potestis. Nũc vero in his sermonib⁹ quos habemus in manibus, non humanas tentationes indicat, sed maiores humanis: & ideo puto φ in prioribus cũ enumerasset singula quæq ad vltimũ dixit, Sed in his oĩbus superam⁹. In his vero secũdi ordinis tẽtationibus nõ ita cõsidẽter dicit, supetam⁹, sed valde tenuiter ait, qa nihil hoꝝ poterit nos separare a charitate dei quę est in Christo Iesu. De humanis eñ tẽtationibus tanq̃ paruis & leuib⁹ cõsidẽter nos eas supare ꝓnũciat: illas vero supiores, & pl⁹ q̃ humanas, etiã si supare & ꝓsternere nõ valemus, hoc. n. solius Christi opus est, q exuit ꝓ̃cipatus & potestates triũphans eas in semetipso: tñ adhuc victorię locus est, etiam si oẽs in nos ĩpugnationũ suarũ machinas torferint, qñ a charitate tamen dei nos minime separamur. Sed iã tẽtem⁹ singula discutere, & qd de vnoquoq sermone Apli sentiẽdũ sit E pro viribus aperire: q̃uis altiora cõtigisse videat Apls, q̃ expositiõi vl' nostra sufficit virtus, vl' ratio breuitatis admittit. Reqram⁹ tñ si oĩa ista q̃ enumerauit Apostolus, an q̃dã ex ipsis (hoc eñ studiosi quærũt) humanas animas a charitate dei separare contẽdãt, & propterea moliant̃ in nos cuncta quæ patimur,

Videt̃ eñi posse qdẽ hęc agere, vt a charitate dei separemur, mors fortassis, & angeli, & principatus, & virtutes aduersantes nobis si ne dubio & p̃sentia quę sunt vtiq̃ lubrica & caduca: sed & p̃fundũ potest similiter itelligi: Vita aũt futura, & altitudo, & creatura alia, quõ a dei charitate separare nos conent̃ nõ ociosum videt̃ exponere: nisi qs forte dicat hyperbolice hoc Apostolũ dicere: hoc est nõ solũ p ea q̃ accidere possunt, sed ne p ea q dẽ quę euenire oĩno non possunt, vllo pacto a dei charitate deflectimur. Verbi causa, vt si alia nobis daret̃ vita q̃ hęc illa q̃ a deo data est, aut si futurorũ spes alia p̃mitteret̃ nobis, vel altitudo, vel etiã creatura alia q̃ est illa q̃ pro nobis cõgemiscit & cõdolet, qđ fieri vtiq̃ nõ potest: nec ista qdẽ a charitate dei separare nos possent. Est ergo hic vnus expositionis modus. Videamus tamen ne forte possit etiã iste intellectus admitti. Mors quã hic dicit, ille accipiẽdus est quẽ supra exposuimus inimicũ Christi destruendũ nouissimũ, dici. Qui vtiq̃ p̃pterea mors dicit̃, q̃ sicut hęc cõmunis mors animam separat a corpore, ita a charitate dei animã separare & ille cõtẽdit: & hęc vtiq̃ est animę mors. Potest ergo fieri vt sit & aliqua vita de pte illi⁹: q̃ cũ ipso agit vt nos a charitate separet dei, q̃ vita est peccati. Nisi eñi mala esset hęc vita, nũq̃ nos sua deret Ap̃ls vt moreremur peccato, & ĩ morte Christi baptizaremur, & consepeliremur ei. Põt ergo fieri vt hęc vita peccati sit q̃ nos cupit separare a charitate dei. Ego aũt puto q̃ & singula quæq̃ peccata habeãt aliquã vitã suã intra nos: nã vnũquodq̃ vitiũ vita peccati est. Quãto ergo plura ĩtra nos vitia dep̃hẽdunt̃, tãto plures esse peccatorũ vitę videbunt̃ in nobis. Et propterea forte dictũ sit, qa melior misericordia tua sup vitas. Neq̃ angeli, neq̃ principat⁹, neq̃ virtutes. In p̃mptu est angelos illos intelligere, qb⁹ ignis ætern⁹ a Saluatore cũ diabolo dicit̃ p̃paratus: Principat⁹ aũt & virtutes, illas sine dubio aduersum quas nobis certamẽ est: vel illos principatus & potestates: de qb⁹ dicit: Cũ aũt destruxerit oẽm p̃cipatũ & virtutẽ. Et qb⁹ & princeps hui⁹ mũdi appellat̃. Post hęc, Neq̃ p̃sentia (inqt) siue instãtia. Põt hoc de his dictũ videri: quos i aleis idẽ Ap̃ls rectores mũdi hui⁹ tenebrarũ noĩauit: Vel etiã q̃ p̃sentiũ rerũ voluptas, & delectatio, & vana hui⁹ mũdi gloria studeat nos a charitate dei deducere, q̃ est in Christo Iesu dño nostro. Post hęc videamus q̃ sint futura, q̃ volũt qdẽ: sed nõ possunt Paulũ & similẽ ei⁹ separare a charitate dei. Dupliciter mihi etiã hoc ĩtelligẽdũ videt̃. Possunt eñi ĩtelligi ab eo tpe quo hæc scribebat: vt hoc dicere videat̃: si qua tẽtamẽta, si q̃ tribulationes supuenerint, a charitate dei me separare nõ poterũt. Vel etiã futura intelligi ea q̃ mũdũ hũc excedẽtib⁹ excursura sunt, cũ princeps hui⁹ mũdi, alięq̃ virtutes q̃ sub ipso sunt, retinere certabũt aĩam de corpore p̃ficiscẽtẽ: sed nõ poterũt retinere eas: qb⁹ p̃fecta charitas q̃ est ĩ Christo Iesu foras mittit timorẽ. Videbat̃ aũt hũc sensũ affirmare & illa scriptura q̃ dicit: Dũ eñi sumus ĩ corpore peregrinamur a dño: cupim⁹ aũt magis peregrinari a corpore, & adesse ad deũ: & cõuitimur aũt siue absentes, siue p̃sentes placere ei: absẽtes nos dicẽs ĩ corpe positos, p̃sentes aũt de corpore recedẽtes: & ostẽdit q̃ studeãt sancti etiã de corpore recedentes placere deo. Si ergo in eis p̃fecta sit charitas: nec vlla q̃ futura sunt in qbus placẽdum est deo, poterũt eos ab ipsa separare: tũ vtiq̃ nõ placebũt deo hi q̃ tã mobiles erũt in charitate dei vt possint ab ea separi. Hæc nobis duplici mõ dicta sint de futuris. Põt aũt fieri, vt sit & aliqs ali⁹ terti⁹ horũ superior, quẽ q̃ inuestigare potuerit dignũ iudicet his p̃ferre. Subiũgit deinde: Neq̃ virtutes. Species videt̃ esse vna ex pluribus rationabilibus creaturis: nõ in corpore mortali vitã ducẽs, sed vt angeli: ex alio tñ ordine q̃ sunt angeli. Et ipsę ergo virtutes habẽt certamẽ separe nos a charitate dei: sed nec ipsę (inqt) poterũt, si radicata sit & fundata. Sit̃ & altitudo, & p̃fũdũ ipugnãt nos, sicut & Dauid dicit: Multi q̃ debellãt me de alto: sine dubio cũ a spiritibus nequitię de cœlestibus vrgeret̃: Et iterũ De profundis clamaui ad te dñe: cũ ab his q̃ in inferno deputati sunt, & gehẽnę spiritib⁹ impugnaret̃. Sed nec hęc (inqt Paulus) separe nos poterunt a charitate dei. Neq̃ (inqt) creatura alia. Potest intelligi aliam creaturã dixisse p̃ter hãc quã videmus: est eñi alia nobis inuisibilis. Nũc autẽ põt & sic accipi p̃ter illa q̃ superius enumerauimus: hoc est angelos, & virtutes, & siqua est alia creatura, ne singula p species enumerãdo longũ sermonẽ trahere videret̃ & supfluũ. Aut & alio modo. Q̃m̃qdẽ sciebat Paulus multas & inumeras creaturas dei: quarũ etiã nõ oẽm, sed ex parte sciẽtiã ceperat: quarũq̃ species & noĩa ĩ p̃senti loco ignorent̃: De quibus & in aliis itẽ Ap̃ls dicit Saluatorẽ ascẽdisse sup principatũ, & potestatẽ, & virtutẽ, & dñationẽ, & oẽ nomẽ qđ nominat̃ nõ solũ in hoc seculo: sed etiã in futuro: Propterea ergo q̃m scit hæc

nō posse in pſenti ſeculo, ſed in futuro nominari, dixiſſe videbiť: Neq; vlla creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei. Verũtñ oſtēdit Paulus ex his oĩbus ſalutis ſuę cõfidẽtiã: cũ iã neq; angelis aduerſantibus, neq; virtutibus impugnãtibus, neq; pſentib⁹, neq; futuris ſibi oblectatiõib⁹, neq; vlla prorſus creatura aduerſante, a charitate dei ſe poſſe diuelli dicit: nec ex vllo tot aduerſatiorũ capere metũ: vt verũ oſtēderet φ pfecta charitas foras iã miſit timorem. Habuit eñ aliqñ ipſe metũ, & timuit ne forte caderet: & iſte q modo cęleſtiũ virtutũ aduerſum ſe ſi cõmouerẽtur bella nō metuit, aliqñ carnē ſuam vel metuit, & ex ea cõſurgẽtes inſidias formidauit: qñ dicebat ſcribẽs ad Corīthios. Macero corpus meũ, & in ſeruitutē ſubiicio: ne forte cũ aliis pdicauerim ipſe reprobus efficiar. Et ideo prę cęteris omnibus carnis inſidię formidandę ſunt: & ille qui de nobis pcedit hoſtis cauendus eſt ipſe: donec in tantũ pfectum veniat anima, vt dulcedine charitatis dei aſtricta corporis blandimenta & carnis illecebras abhorreſcat vnus cum deo ſpiritus facta.

CAP. IX.

„ VERitatem dico in Chriſto, nō mētior,
„ teſtimonium mihi phibẽte cõſcientia
„ mea in ſpiritu ſancto: qm̃ triſtitia ẽ mi
„ hi magna, & cõtinu⁹ dolor cordi meo. Opta
„ bam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto
„ pro fratrib⁹ meis, qui ſunt cognati mei ſecũ
„ dum carnem, qui ſunt Iſraelitæ: quorum ad
„ optio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum,
„ & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa: quo
„ rum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecũdum
„ carnem, qui eſt ſuper omnia deus benedictus
„ in ſecula ſeculorum. Amen.

E ¶ Videns Paulus φ ſi ſecundũ ea in qbus ſupra expoſuit, nulla in cęleſtibus vel terreſtribus, pſentibus vel futuris aduerſantibus ſibi creatura poſſit a Chriſti charitate ſeparare: cõtrariũ & incredibile videreť qđ nũc dicere pponebat, optare ſe a Chriſto quẽ tam inſeparabiliter diligebat, anathema fieri, hoc eſt alienũ effici, & mẽdacii notã ſubire videreť: ſatiſfactionẽ pmittit, vt nequaq̃ de ei⁹ ſermone dubiteť, & dicit: Veritatẽ dico ĩ Chriſto, nō mētior teſtimoniũ mihi phibẽte cõſciẽtia mea in ſpiritu ſancto. Sed videam⁹ quare dixerit, Veritatẽ dico in Chriſto, quaſi oſtẽdẽs eſſe aliquã veritatẽ q̃ nō ſit in Chriſto. Et vide ſi poſſum⁹ tali quodã mõ veritatẽ q̃ eſt in Chriſto, ab ea q̃ nō eſt in Chriſto, diſtiguere: q͂a & alibi idẽ Apl̃us dicit: Eſt veritas Chriſti in me, q͂a nō mētior. Veritas ergo Chriſti eẽ credẽda ẽ ibi, vbi & reliquę virtutes q̃ Chriſtus eſſe deſcribũť: id eſt, vbi iuſtitia, vbi pax, vbi eſt verbũ dei, ibi eſt & veritas Chriſti. Eſt aũt veritas & in iiuſtitia: vt ſi (verbi cauſa) dicamus, dęmoniũ illud Phytonis, qđ in actibus Apoſtolorũ refert in ancilla quadã habitaſſe, & clamaſſe poſt apoſtolos, q͂a hi ſerui ſũmi dei ſunt, q annũciãt hoĩb⁹ viã dei: erat veritas in his verbis: verũ eñ erat qđ dicebatur: ſed nō erat iſta veritas ĩ Chriſto: & propterea cõuerſus ad eã Paulus dixit: Obmuteſce, & exi ab ea. Sed & illđ veritas erat qđ dixit Caiphas: Expedit vobis vt vnus moriať hõ p populo, & nō vniuerſa gens pereat: ſed tñ iſta veritas nō fuit in Chriſto: & ideo apoſtolus ad diſtinctionẽ veritatis ei⁹ quæ extra Chriſtũ eſt, ſe dicit ĩ Chriſto loq veritatem. Sed & hoc qđ dicit, Teſtimoniũ mihi phibẽte cõſcientia in ſpiritu ſancto: ſimiliẽ mihi habere videť intelligẽtiã. Reddit eñ teſtimoniũ cõſciẽtia etiã gẽtib⁹, ſecũdũ φ in ſuperiorib⁹ idẽ Apoſtolus ait: Teſtimoniũ reddẽte eis cõſciẽtia, & inter ſe inuicẽ cogitationũ accuſantiũ, aut etiã defendẽtiũ. In illis ergo in qb⁹ cogitatiões eorũ habẽt aliqd qđ accuſent, & cõſcientia ad teſtimoniũ venit, non põt dici p quot malis actib⁹ in ſpiritu ſancto cõſciẽtia teſtimoniũ reddat. In Apl̃o vero vbi iã cogitatio nō habet qđ accuſet, recte cõſcientia in ſpũ ſancto teſtimoniũ reddit. Vide tamẽ magnitudinẽ pectoris apoſtolici, a dei charitate nō põt ſepari. Qđ loquor, ĩ Chriſto loquor: qđ in conſcientia habet, in ſpiritu ſancto cõtinetur. Qui queſo cęli, qui throni, quæ ampliſſimæ virtutum cęleſtium mentes, tã amplis ſedibus totam poterũt capere trinitatẽ? Qm̃ (inquit) triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Eſto, habeas triſtitiam: eſto, dolorem capias de perditione fratrum tuorum qui ſunt cognati ſecundũ carnem: nunqd eouſq; vt optes anathema fieri a Chriſto? & quid tibi pdeſt illoꝝ ſalus, ſi tu a ſalute ſepareris? & cur ſaluabis alios ſi ipſe pereas? Nunquid ita eſt? Sed ego didici a magiſtro, & domino meo, q͂a qui vult animam ſuã ſaluã facere, pdet eã: & q perdiderit eã, inueniet eã. Quid ergo mirũ ſi Apoſtolus p fratribus ſuis anathema fieri velit, q ſciat eũ q in forma erat dei, exinaniſſe ſe de ea, ac ſuſcepiſſe formam ſerui, & factum eſſe pro nobis maledictũ? Quid ergo mirũ ſi cũ domin⁹ pro ſeruis maledictũ ſit factũ, ſeruus pro fratribus anathema fiat? Hæc aũt arbitror φ & Moyſes cũ peccaſſet populus dicebat ad dominũ, Et nũc ſiquidẽ remitte eis peccatum,

F

G

remitte: sin autẽ, dele me de libro vitę quem scripsisti. Quid ergo? inferiorem vis Moysi Paulũ videri? Ille deleri se petit de libro vitæ pro fratribus suis: Paulus non debet optare
A anathema esse ꝑ fratribus suis? Sed fortasse dicat aliqs, ꝙ Moyses hoc offerẽs salutẽ populo meruit impetrare: Paulus vero optat q dem, sed non est auditus. Quid si ostendam tibi magis Paulum auditum esse q̃ Moysen? Oẽs eñ illi q ꝑ Moysen exierant, ceciderunt in deserto. Posteri vero eoꝝ qui terrã repromissionis acceperũt: etiã nũc iactantur ab ea exules, & extorres. Paulus vero audi quid dicat de Israel. Nolo vos (inqt) fratres ignorare mysterium hoc, q͂a cæcitas ex parte Israeli cõtigit, donec plenitudo gentiũ subintraret,
B & sic omnis Israel saluus fieret. Vides ergo ꝙ exauditus est Paulus: & q͂a se obtulit anathema, salutẽ meruit fratribus. Et ideo mihi videtur illa oĩa pręmisisse, ꝙ nulla vis possit eum a charitate dei diuellere: vt cũ se offert anathema pro fratribus suis, nõ lapsum eius passibilem iudices: sed sicut ille qui inseparabilis est a patre per naturã, & immortalis in mortẽ venit, & in infernũ descẽdit: ita & iste imitando magistrum, cum separari a Christi charitate nõ possit, i Christo anathema fiat pro fratribus suis, deuotione vtiq͂ nõ ꝓuaricatione. Q̃ autẽ cognati secundũ carnẽ sint Paulo Israelitę, expositiõe nõ indiget. Quoꝝ (inqt) adoptio filioꝝ. Adoptati eñ sunt filii Israel a deo tunc cum diuideret excelsus gentes, & dispergeret filios Adam secũdũ numerũ angeloꝝ: & facta est portio domini Iacob, funiculus hęreditatis eius Israel. Ista est ergo adoptio filiorũ, & glorię testamentũ, & legis
C latio. De gloria datę legis sæpe iam dictũ est sicut & ipse Apostolus dicit. Si enim qđ euacuatꝰ ꝑ gloriã, hoc est vetus testamẽtũ: multo magis qđ manet in gloria est, euãgelii scilicet ꝑdicatio. Sed qđ dicit testamentũ & legis latio: vnũ fortasse dicere videatur. Lex enim quæ lata est: ipsa etiã testamentũ appellatur. Sed ego hanc esse distinctionẽ puto, ꝙ legislatio quidem fuerit vna, & semel habita per Moysen. Testamenta frequẽter statuta sunt. Quoties eñ peccauerũt, & abiecti sunt, toties exhęredati videnť. Et rursum, quoties repropitiatus est deus, reuocauit eos, & in hęreditatẽ suę possessionis adduxit: toties reparasse testamẽtũ, & hæredes eos scripsisse credẽdus est. Et obsequiũ & promissiones. Obsequium sacerdotalia dicit officia: Promissiones q̃ patribus factę sunt, & spérãtur dandę his q per fidem filii dicũtur Abrahę. Certum est tñ ꝙ etiã secũdum carnem ex ipso genere, hoc est Israelitico fuerint non solum patres, sed & Christus sicut ꝑ prophetã dicit. Vęh illis q͂a caro mea ex ipsis est. Cur aũt vęh illis? Quia natus est Iesus in ruinã & in resurrectionem multoꝝ: & q͂a ab illis quoq͂ caro erat, repudiatus est, & a gẽtibus a quibus ignorabatur susceptus est: sicut & ꝑ Dauid dicit: Populus quẽ nõ cognoui seruiuit mihi. Ex ipsis ergo est & Christus secũdũ carnẽ, q est sup oĩa benedictus deus ĩ secula. Christũ aliud secũdũ carnẽ esse, & aliud scđm spiritũ, iã & in prioribus huius epistolę ptibꝰ designauit, vbi dicit. Qui factus est ex semine Dauid scđm carnẽ: q ꝑdestinatus est filius dei in virtute secũdũ spiritũ sanctificationis. Et quõ secũdũ spi- D
ritũ filius dei sit, & scđm carnẽ filiꝰ Dauid, plenius ꝑ viribus exposuimus. Quẽ ergo ibi secũdũ spiritũ filiũ dixit, hic ꝓcedẽte doctrinę ordine ꝓficiẽtibus vtpote auditoribꝰ, deũ qui est sup oĩa benedictus ipm esse ꝓnũciat. Et miror quõ qdã legẽtes qđ idẽ Apostolus in aliis dicit: Vnus deus pater ex quo oĩa, & vnus dominus Iesus Christus ꝑ quẽ omnia: negent filiũ dei deũ debere ꝓfiteri, ne duos deos dicere videanť. Et qđ de hoc loco Apostoli faciẽt: in quo aperte Christus super oĩa deus esse perscribitur? Sed nõ aduertũt q hęc ita sentiũt, ꝙ sicut dñm Iesum Christũ non ita vnũ esse deũ dixit, vt ex hoc deus pater nõ dominus dicať: ita & deũ patrẽ non dixit ita esse vnũ deũ, vt deus filius nõ credatur. Vera est eñ scriptura quę dicit: Scitote q̃ñ dñs ipse est deus. Vnus autẽ vterq͂ est deus q͂a nõ est aliud filio diuinitatis initium q̃ pater: sed ipsius vnius paterni fontis (sicut Sapientia dicit) purissima est emanatio filius. Est ergo Christus deus sup oĩa. Quę omnia? Illa sine dubio q̃ & paulo ante diximus, sup principatus, & potestates, & virtutes, & omẽ nomẽ qđ nominať nõ solũ in hoc seculo, sed etiam in futuro. Qui autẽ super omnes est, sup se neminẽ habet. Nõ eñ post patrẽ ipse, sed de patre. Hoc autem (id est sapiẽtia dei) etiã de sancto spiritu ĩtelligi dedit, vbi dicit. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ. Et q cõtinet oĩa, sciẽtiã habet vocis. Si ergo filius dei sup omnes dicit, & spiritus sanctus cõtinere oĩa memorat, Deus aũt pater est ex quo oĩa: euidenter ostẽditur natura trinitatis, & substantia vna, quæ est super omnia.

NON aũt ꝙ exciderit verbũ dei. Non eñ »
oẽs q ex Israel, hi sunt Israelitę: neq͂ semen »
sunt Abrahę, oẽs filii: sed in Isaac vocabitur »
tibi semen, id est nõ q filii carnis, hi filii dei: »

,, sed q filii sunt pmissiõis æstimant in semine.

E ¶Quoniã supra dixerat pro fratribus suis q sunt cognati secundũ carnem, qui sunt Israelitæ, optate se anathema fieri, quorũ esset adoptio filioꝝ, & legislatio, & promissio: de his nũc dicit quia verbũ dei non excidit: hoc est promissio q̃ ex eis facta est, non euanuit. Qui eñ verus fuerit Israel, non ex carnali genere tñ de Abraham genus ducens: non enim qui filii carnis sunt, hi filii sunt dei: sed q secũdũ repromissionem fidei de Abraham descendit, ipse etiã dei promissa cõsequit. Nam de genere Israel multi sunt, sed non oẽs Israel appellant. Israel nanq a deo videndo nominat⁹ est. Sic & ipse Iacob dicit, Vidi dominũ facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. Ergo quia vidit deũ, Israel appellat⁹ est. Qui vero nõ videt eũ qui dixit, Qui me videt, videt & patrem: Israel nõ potest dici. Nec quia semẽ sunt Abrahę, omnes etiã filii sunt. Hæc discretio iam tũc designabatur in Abraham cũ ei multos filios habenti, quos apostolus filios carnis appellat, in solo Isaac q erat repromissionis filius, seminis sui posteritas poneretur. Et nunc ergo qui secundum Isaac repromissionis filii sunt, id est fidei illi⁹ per quam promissionem Abraham meruit futurę heredítatis accipere, ipsi tantum deputãtur in semẽ, & ipsis hereditatis successio declaratur.

,, PROmissionis eñ verbũ hoc est. Secũdum
,, hoc tempus veniã, & erit Sarræ filius. Nõ so
,, lum autem illa, sed & Rebecca ex vno cõcubi
,, tu habens Isaac patris nostri. Cum enim nõ
,, dũ nati fuissent, aut aliqd boni egissent, aut
,, mali, vt secundũ electionem propositum dei
,, maneret: nõ ex operib⁹, sed ex vocante dictũ
,, est ei, qa maior seruiet minori, sicut scriptũ
,, est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

F ¶Proposuit apostol⁹ psequi, ꝙ licet repudiatus sit populus Israel per infidelitatem, nõ tamen pmissiones dei quę erga eos habitę fuerãt, deciderũt & frustratę sunt: docetq ꝙ cũ multi filii fuerint Abrahę, in solo Isaac facta est repromissio. Nõ eñ (inquit) qui filii carnis sunt, hi filii sunt dei. Et contendit ostẽdere, quomodo Isaac nõ sit fili⁹ carnis, sed sit fili⁹ dei, & redit ad ea q̃ de ipso in Genesi scripta sunt. Promissiõis (inquit) verbũ hoc est: Ad hoc tempus veniam, & erit Sarræ filius. Non ergo (inquit) p ordinẽ natiuitatis carnalis Isaac nascitur: quippe cum & Abrahã emortuo iã corpore haberetur, & vulua Sarę esset iam emortua (sicut supra dictum est) sed per virtutem eius q dixit: Ad hoc tẽpus veniam, & erit Sarrę filius. Merito igitur nõ carnis, sed dei filius dicitur, qui ex aduẽtu & sermone nascit Dei. Hęc ergo (inquit) ratio nõ solũ de Isaac, sed & de Iacob recipiẽda est. Nam & Rebecca (inquit) nõ solum secundũ carnalẽ natiuitatis ordinẽ protulit partum. Cum eñ ex vno cõcubitu Isaac geminos cõcepisset, nõdum partu editi, neq vllis actib⁹ puerorũ malive inter homines habiti, erga Iacob diuina habet dilectio: & dicit ꝙ maior seruiet minori: & Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Cur aũt ita sit, docet: Vt secundũ electionem (inquit) propositũ dei maneat, non ex operibus sed ex vocante dictum est. hoc est vt non q filii carnis, sed q filii Dei sunt, ipsi deputent in semen. Sicut eñ ibi ex multis filiis carnis Isaac eligitur a Deo q adoptet in filios dei: ita & hic ex duob⁹ minor eligitur Iacob, q adoptetur in filios dei: & sic verum sit ꝙ promissiones dei nõ in filiis carnis, sed i filiis dei cõstẽt. Sed hęc oñia eo spectãt, vt illud pbet apostolus, ꝙ si vel Isaac vł Iacob p his meritis electi fuissent ad ea quę i carne positi quęsierãt, & per opera carnis iustificari meruissent, posset vtiq meriti eorũ gratia ad posteritatẽ carnis quoq & sanguinis ptinere: Nunc vero cum electio eoꝝ non ex operib⁹ facta sit, sed ex pposito dei, ex vocãtis arbitrio, pmissionis gratia nõ in filiis carnis impletur, sed in filiis dei: hoc est qui similiter vt ipsi ex proposito dei eligant, & adoptentur in filios. Completur nanq etiam in his illud quod supra exposuimus: qa quos pscíuit, illos & pręd estinauit: & quos pdestinauit, illos & vocauit: & quos vocauit, illos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & glorificauit. Quęcũq aũt ex his sermonib⁹ supra exposuimus, eadem etiã ad pręsentis loci dispensationem satis abundeq sufficiunt, ne iterato fastidium legentibus generemus.

QVID ergo dicemus? Nunquid iniquitas ,,
est apud deum? Absit. Moysi enim dicit: Mise ,,
rebor cui misertus sum, & misericordiã pręs ,,
stabo cui miserebor. Igitur nõ volentis neq ,,
currentis, sed miserẽtis est dei. Dicit eñ scri ,,
ptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui ,,
te, vt ostendam in te virtutem, & annunciet ,,
nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius ,,
vult miseretur, & quem vult indurat. Dicitis ,,
itaq mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati ,,
enim eius quis resistet? ,,

¶Legentem hęc meminisse attentius conuenit G similitudinis illius, quã in superioribus libris de apostoli sermonis dispẽsatiõe posuimus: vt tanq̃ regię cuiusdã domus, quę multiplicibus ingressibus egressibusq distincta,

& ex vno in aliud cõclaue ita transeat, vt vix
ingrediẽtis iudicia, aut egrediẽtis appareãt:
ita etiã Paulum diuinorũ secreta paululũ q-
dẽ subaperientẽ videri: non tamẽ plane aper-
teq; pandentẽ. Deniq; cũ p his quæ superius
dixerat de Isaac & Iacob: φ p electionẽ & ex
proposito dei anteq̃ aliqd opis boni malive
gessissent deus dixerat vel de illo: Ad hoc tẽ
pus veniam: & erit Sarræ filius: vel de hoc,
Iacob dilexi, Esau aũt odio habui: cũ i psenti
capitulo introduxisset aliquã personã velut
contradicentem sibi & quæstionem mouẽtẽ,
& diceret: Nũquid iniquitas est apud deum?
Sed nõ volentis, neq; currẽtis, sed misericor-
diæ dei est: et si Pharaonẽ ppterea elegit, vt
in ipso potẽtiam suæ virtutis ostẽderet: et si
ipse cui vult miseret, & quẽ vult indurat: vt
quid de hoibus (ingt) qritur? & cur q peccat
culpatur, cũ talis de vnoquoq; ipsius volun-
tas habeatur? Hęc ergo & his similia cõmo-
uenti, atq; in huius se mysterii cubiculũ pro
teruius & importunius ingerẽti, cũ increpa-
tione dignissimæ exclamationis occurrit, &
dicit. O homo tu qs es qui contra respõdeas
deo? Quasi diceret. Tu quis es qui te in aulã
regis immergis, & interioris cubiculi ausus
es secreta penetrare? Idcirco igit & nos in ta
lib9 suspẽso pede tãq̃ in aula regia positi pau
ca sermone, plura silentio trãseamus, ipso no
bis Paulo Apostolo magistro & duce huius
itineris facto. Igit ex persona contradicentis
sibi dicit Apostolus: Nunquid iniquitas est
apud deũ? & statim in initiis respõdet, Absit:
vt ad omnia cętera q̃ ex persona contradicen
tis obiicienda sunt, ab Apostolo semp respõ-
A deri videat: absit. Iste ergo q contradicit, vtit
& Moysi verbis, qbus dicit ad eũ dñs. Misere
bor cui miserebor, & misericordiã præstabo
cui miserebor. Qd si est (inquit) nõ ergo vo
lentis neq; currentis salus, sed eius cui mise-
retur. Nã Pharaoni (inquit) dicitur, qa ad
hoc ipm te suscitaui, vt ostẽdã in te virtutẽ
meã, & vt annũciem nomen meũ in vniuersa
terra. Vt ex hoc videatur ostẽdi, φ si ad hoc
electus est Pharao, vt p eũ virtus dei hoibus
declaretur: nõ fuit in eius potestate φ periit.
Et addidit post omnia. Ergo si cui vult mise
retur, & quẽ vult obdurat: hoc est (inquit)
qd asseueras tu q cõtradicis, qa sine causa cõ
queritur & arguit homines deus. Si eñ ipse
quẽ vult eligit, & quẽ vult abiicit, voluntati
illius qs resistet: per quẽ omnia? Illud sine du
bio cõtradictio ista molit, φ in hoĩe nõ sit li-
bertas arbitrii: nec habeat vnusquisq; pote-
statẽ sui vt saluetur aut pereat. De qbus ple-
nius qdẽ a nobis in eodẽ libello vbi de arbi-
trii libertate disseruimus: p viribus singula
quęq; discussa sunt, q̃ ad instructionẽ satis su
perq; sufficiãt. Paucis tamẽ etiam nũc de his B
quę ibi dicta sunt, admonebimus. Qd dixit:
Nõ volentis neq; currentis, sed miserẽtis est
dei: ita accipit, sicut Dauid dicit in Psalmo:
Nisi dñs ædificauerit domũ: in vanũ labora-
uerũt q ædificãt eã. Nisi dñs custodierit ciui
tatẽ: frustra vigilat q custodit eã. In quo ostẽ
dit nõ φ is qui domũ ædificat nihil agat, &
ociosus sit, & ita eã ædificet domin9: sed ipse
quidẽ quãtũ est i homine vim sollicitudinis
& laboris expẽdat: sic vt obstaculis omnibus
amotis opus pueniat ad pfectũ. Cũ ergo per
hęc doceat φ homo qdẽ laborẽ impendat &
sollicitudinẽ, Deus aũt successum operi tri-
buat, & effectũ: piũ & religiosum est ideo &
bonũ qd in se est operis summa, deo magis q̃
homini putare. Sic & cũ Paulus plãtabat, &
Apollo rigabat: Deus dare dicit incremẽtũ.
Et additur. Itaq; neq; q plantat, neq; qui ri-
gat est aliquid, sed qui incrementũ dat deus.
Ita ergo etiã præsenti loco possumus dicere.
Itaq; neq; qui currit est aliqd, neq; q vult, sed
qui effectũ dat deus. Qui eñ vult, & q cur-
rit, hoc videntur esse qd est ille qui plantat:
& eũ qui rigat nihil dicit esse Apostolus: nõ
φ nihil agant: sed φ ad comparationẽ dei q
incremẽtum dat operi vel effectum, illi nihil
esse ducant. Sed & hoc qd dicit ad Pharaonẽ C
qa ad hoc ipsum te suscitaui vt ostẽdam in
te virtutẽ meã: quale sit videamus. Certũ est
deum non solũ scire vniuscuiusq; ppositũ ac
voluntatẽ, sed & pręscire. Sciens autẽ & pno
scens tãq̃ bonus dispensator & iustus, vniuſ
cuiusq; motibus & pposito vtit ad ea opera
perficiẽda quę vniuscuiusq; animus ac volũ-
tas eligit. Velut si verbi gratia dicam9, pater
familias si qs sit sapiẽs & iustus & habẽs mul
ta seruitia: nõne quãta fieri sagacitate potest
cõtẽplabit quoq; ex his animus aptus sit ad
rus colẽdũ, & ipsos ruri deputabit? cuius ve
ro ad negociãdũ: cui9 etiã nutriẽdi pecoris,
cuius vero ad ministeriũ, & obseruãdi cubi-
culi sui aptũ probat ingeniũ: & ita vnũquẽq;
competẽtibus officiis, vtpote sapiens manci-
pabit? Verũ qm̃ non latet eũ siue paterfami-
lias, siue rex iste sit, φ necesse sit interdum re-
bellare subiectos, & disciplinæ iura corrũpe-
re, & ob hoc correctione ac verberibus indi-
gere: necesse est ergo vt eligat ex oĩbus apta
ad hoc ingenia, siqua illa sunt atrocius inci-
tata, q̃ suis qdẽ motibus ferãtur, emẽdationẽ
tñ delinquẽtibus necessariam cõferãt. Pona-

mus ergo vel patremfamilias istum, vel regē vidisse tempus, quo emēdari debuissent hi q cōtra mores ac disciplinam mīta cōmiserūt, & elegisse durissimum aliquem, & his ipsis q corripiēdi sunt multo duriorē, qui p sceleribus suis iam nō sit dignus emendatione, sed morte. Volēs ergo interitum eius ad emēdationem pficere cęterorum, mittēs eum ad illos quos morte ei⁹ corrigi cupit, dicit ei: qa ad hoc ipm te suscitaui vt ostēdā in te virtutem meam, & vt annunciē nomē meū in vniuersa terra. Vide em ꝙ non dixit, qa ad hoc ipsum te feci: alioquin ad cōditorē referri videret culpa: sed ait, ad hoc ipm te suscitaui: hoc est vt p animi tui malitiā quā tibi infrunite & sine dei timore viuēdo q̄sisti, & i alios irroget vtilis & fructuosa correctio, & in te ipsum ad posteritatis exēplum famosissimus

C cōferat interit⁹. Qđ aūt dicit, Cui vult miseretur, & quē vult indurat: ex his q̄ in Exodo scripta sunt videtur assumere. Ibi enim dicit: Indurabo cor Pharaonis vt ne dimittat populū. Indurabat cor Pharaonis hoc mō: noluit deus subitā & plenam dare in eum vindictam. Quis em esset consummatę malitiæ tamen per patiētiam suam nec ipsi facultatē cōuersionis excluserat: & ideo primo leuioribus, tum etiā paulatim ingrauescentibus in eū verberib⁹ vtebat. Sed qđ deus gerebat per patientiā, ex hoc ille indurabat ad cōtēptū: maiorem sibi iram recondēs, ita vt ad ipsum dici cōueniat illud qđ scribit Apostolus, An diuitias bonitatis & longanimitatis contemnis: ignorans qm̄ patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secūdum duritiam aūt tuā & cor impœnitēs thesaurizas tibi ipsi irā in die irę. Non ergo quē vult deus indurat, sed qui patiēter obtēperare noluerit, induratur. Superfluum ergo est quod dicis tu q apostolo aduersaris: Quid ergo adhuc queritur? Voluntati em̄ eius quis resistit? Voluntati quidē dei certū est ꝙ nullus obsistat: sed voluntatē eius iustam rectamꝗ esse scire nos conuenit. Attende quid dicit. Vt boni enim aut mali simus, nostrę volūtatis est: malus aūt ad cuiusmodi verbera, & bonus ad cuiusmodi gloriā destinetur, voluntatis est dei.

» O HOmo tu qs es q respōdeas deo? Nunqd
» dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me fe
» cisti sic? An nō habet potestatem figulus lu
» ti ex eadem massa facere aliud quidem vas in
» honorem, aliud vero in contumeliam?

D Legimus in euangelio, q preue & infideliter requirebāt a dño in qua potestate hęc faceret q̄ faciebat, & quis ei dedisset hāc potestatem, ne respōsione qdem dignos habitos. Similiter quoꝗ & in psenti loco motum videmus apostolū aduersum insolētes quęstiones, per ea quę respōdet proponentis contumaciā confudisse. Ait enim. O homo tu quis es q cōtra respōdeas deo? Hoc ē enim homo apud deum, qđ apud figulū lutū. Et sicut seruus nequam si forte videbiť dño fieri debere aliquod opus, qđ & rōnis & vtilitatis plenū sit: ille aūt operari nolēs quę dñs iubet, & discutere incipiat, & regrere a dño: vt quid hoc opus fieri iubes? cui prodest? cui necessarium est? Cōtumacis ergo quæ erit tam digna responsio, nisi vt dicatur ei. Tu quis es qui contra respōdeas dño? Ita placet, ita dño videť. Non puto aūt ꝙ si fidelis seruus & prudens interroget, volens intelligere, & admirans sapientiā dñi, ꝙ dicatur ei, Tu quis es? Deniꝗ cum Daniel propheta voluntatē dñi desideraisset agnoscere, vnde & vir desideriorū appellat⁹ est: nō ei dictū, tu qs es, sed missus est angelus, q eū de oībus dispēsationibus dei & iudiciis edoceret. Et nos ergo si aliqd secreti dei & recōditi desideram⁹ agnoscere, si desideriorum & non cōtemptionū viri sumus: occultius in diuinis literis inserta dei iudicia fideliter & humiliter requiramus. Propterea nāꝗ & dominus dicebat: Scrutamini scripturas: sciēs hæc non ab his qui in aliis negociis occupati trāsitorie vel audiūt, vel legūt: sed his q recto & simplici corde, iugi labore, continuisꝗ vigiliis alti⁹ scripturas diuinas scrutantur, aperiri: ex qbus me nō esse bene noui. Si quis tñ sit qui ita quęrat, īueniet. Verū & nos p viribus ad ea quæ habenť in manibus cōuertamur. Nunqd dicit figmētū ei (inqt) q se finxit. & reliqua vsꝗ ad Cōtumeliam. Et apud Hieremiā pphetā tale aliquid legimus, vbi iubeť a deo introire in domū figuli, & vidERE eū fingētē: vtꝗ vas collapsum de manibus suis recolligēs rursum finxit illud scdm voluntatem suam. Et factus est (inqt) sermo dñi ad eū dicēs. Nūquid ego non possum facere domū Israel sicut figul⁹ iste? Et sapiētia dicit. Vasa figuli pbat fornax, & hoīes iustos tentatio. Habet ergo nostri deus potestatē, sicut & figulus luti: vt faciat ex massa eadē vasa ad honorē, & vasa ad cōtumeliam. Tibi ergo q insolēter respōdes deo, hęc audisse sufficiat. Qui vero opera dei sapiēter in dispensationibus ei⁹ desiderat cōtueri, audiat in alio loco de his ipsis Paulum diuinorū secretorū conscium disputātē. In domo aūt magna nō sunt (inquit) tantūmodo vasa aurea & argētea, sed & lignea, & fictilia, & alia quidem ad

honorē:alia aūt ad contumeliā.Si ergo quis emundauerit semetipsum ab his:erit vas ad honorem sanctificatū, & vtile dño ad omne opus bonū paratum.Audi Paulum in his in quibus non habuit proteruum contradictorem,quomodo vasorū diuersitates aperuit. Nā ibi vbi auditor nō erat dignus,sed cōtra dictor erat,sola fictilia vasa cōmemorat: hic aūt & aurea dicit esse,& argētea,& lignea,& fictilia: & alia quidem esse ad honorem, alia vero ad contumeliā. Similiter & hic memorauit rationē quare alia ad honorē,alia vero ad contumeliam fiant:ibi siluit, hic aperuit.

A Si eñ quis emūdauerit semetipsum (inqt) ab his sine dubio peccati sordib⁹,erit ad honorē vas sanctificatū, & vtile dño ad omne opus bonū paratū. Restat igitur vt q se non emūdauerit, nec p pœnitētiā peccati maculā abluerit,fit vas ad cōtumeliā. Q3 & si auxerit malitiā,& cōuerti per duritiam mentis & cor impœnitēs omnino cōtēpserit:erit iā nō solum vas cōtumeliç,sed & vas irç. Ita ergo rationē quā ibi indigne poscentibus claudit, hic digne desiderantibus pādit:per quā etiā illud qđ paulo ante de Iacob & Esau proponit,apertius explanat. Vt eñ Iacob esset vas ad honorē sanctificatū,& vtile dño ad omne opus bonū paratū,anima eius emundauerat semetipsam:& videns deus puritatē eius, potestatem qppe habens ex eadem massa facere aliud vas ad honorē,aliud ad contumeliam, Iacob qdē q (vt diximus) emundauit semet ipsum,fecit vas ad honorē: Esau vero cuius animā non ita putā nec ita simplicē vidit,ex eadē massa fecit vas ad contumeliā. Vt autē scias ꝙ pro puritate & simplicitate animæ Iacob factus fuerit ad honorē vas:audi quale ei diuina scriptura simplicitatis testimoniū phibet. Et erat (inqt) Iacob homo simplex habitās domū. Ideo ergo Apostolus dicit de eis:Quia pri⁹ q̄ nascerent dicit de eis: Iacob dilexi,Esau autem odio habui.

» QVOD si volens deus ostendere iram,&
» notā facere potētiā, sustinet in multa patien
» tia vasa irç apta in interitū, vt ostēderet di
» uitias gloriç suç in vasa misericordiç quç p̄
» parauit in gloriā,quos & vocauit nō solū ex
» Iudçis,sed etiā ex gētib⁹:sicut in Osee dicit:
» Vocabo non plebem meam,plebem meam:&
» non dilectam, dilectam:& nō misericordiam
» consecutam,misericordiam cōsecutā: & erit
» in loco vbi dictū est eis,nō plebs mea vos,ibi
» vocabuntur filii dei viui.

B ¶ Sępe de incōpositis elocutionibus Apostoli defectibusq; earū cōmonuim⁹,qđ & in p̄senti loco nihilominus inuenitur. Nō enim redditur ad aliqđ hoc qđ ait ī principio capituli, Q3 si volens deus (verbi causa) vt & in aliis ipse dixit,ꝙ si primitiæ sanctæ & massæ: hic nihil tale reddit, sed quasi vagā coniūctionē istā reliquit:quæ etiā si nō assumat,lucidior absq; ea dabitur intellectus. Verbi causa, vt ita legamus. Volens deus ostendere iram,& notā facere potentiam suā,sustinet in multa patiētia vasa irç apta in perditionē, vt notas faceret diuitias gloriæ suç in vasa misericordiç.In quo hoc videtur intelligi: ꝙ dū sustinet deus & patiēter fert incredulos & infideles:notā facit hominibus & patiētiā,& potētiam suam.Patientiā,dū diu sustinet,si forte resipiscant,& cōuerrant.Potentiā,dū aliquādo punit, & flagitia non vsquequaq; inulta derelinqt. Et rursum in vasis misericordiæ, hoc est qui semetipsos emūdauerūt ab omni sorde peccati,ex qua mūdus nō est qsq̄ etiā si vnius diei fuerit vita eius sup terrā:notas facit diuitias gloriç suç,quç vasa nō irrationabili aliqua,aut fortuita gratia, sed cū ea supradictis sordib⁹ se expurgauerāt, p̄parauit in gloriam.Qđ autē subiūgit,Quos & vocauit,pro eo vt si dixisset,sicut nos quos vocauit non solū ex Iudæis, sed etiā ex gentibus. C
Superiora eñ quasi de Pharaone q fuit vas irç,& de filiis Israel qui erāt vasa misericordiç,psecutus videt. Hic ergo qđ subiungit, Quos & vocauit.i.nos:nō solū ex Iudæis sed etiā ex gentibus,similitudinem videtur assumete:hoc est,vt ita dictum videatur:sicut & nos sumus vasa misericordiæ quos vocauit non solum ex Iudæis,sed etiam ex gentibus. Hęc quātū ad ipsius apostolici sermonis ordinē explanationēq; verboꝝ ptinet,dicta sint. Nūc breuiter repetētes aliqua etiā de intellectu interiore requiramus. Quomodo ergo deus notam faciet irā suā?Per vasa (inquit) irç aptata ad pditionē.Obstupesco ego intra memetipsum sancti spiritus cōsiliū i diuinis voluminibus contuēs.Nā irā qdē dei quç est a natura eius extranea,notam fieri hominibus dicit, sicut præsens hic Apostoli indicat locus:bonitatē vero eius, & dulcedinem,qđ naturç ei⁹ est pprīū, abscōdi memorat,& occultari,sicut Dauid dicit. Q3 magna multitudo dulcedinis tuç domine, quā abscōdisti timētib⁹ te.Quid ergo causç dicem⁹ ꝙ deus D iram manifestat hoibus, & dulcedinē cęlat? Scit sine dubio fragile esse hominū genus,& ad lapsum procliue per negligentiā,qbus expediat magis esse sub metu irç,q̄ spe benignitatis dei & dulcedinis relaxari:sicut & sapiē

tia dei dicit. Qui parcit baculo, odit filiũ suũ.
Si.n. percusserit eũ virga, non morietur: ani-
mam autẽ eius saluam faciet a morte. Notã
ergo facit potentiã suam deus, dum impios
castigat & corripit: vt secũdũ scripturę sentẽ
tiã dũ flagellat pestilẽs, innocẽs astutior fiat.
Notas aũt facit diuitias etiã glorię suę in va
sis misericordię quę præparauit in gloriã. In
notescũt diuitię dei, dũ erga eos q inter ho-
mines spernunt, & humiles sũt, misericordia
eius ostẽdit: q non in diuitiis suis, nec in po-
tentia, sed in dño sperãt. Sicut tũc Hebręorũ
gẽs desperata inter hoĩes & abiecta, a deo mi
sericordiã consecuta est: ita & nunc populus
gentiũ q spernebatur, & desperabatur ab his
qui in circũcisione gloriant, misericordiã cõ
secutus est. Sed illud est qđ acrius debemꝰ in
tendere, quia & illi consecuti sunt misericor
diam, & plębs dei appellati sunt, & dilecti dei
fuerunt: sed qm̃ obseruare acceptam gratiã
nescierũt, dicitur ad eos in qbus mœchabat
commemoratio Israel: Dimisi eã, dedi ei libel
lum repudii in manus suas. Et itẽ alibi. Facti
estis mihi in satietatẽ, iã nõ dimittã peccata
vestra. Et per Hieremiã dñs dicit: Sicut spelũ
ca hyęnę facta ẽ mihi hęreditas mea. Ne for-
te etiã nos qui nõ sumus plębs dei, sed per di
uitias glorię suę vocauit nos plębẽ suã, & qa
nõ fuimus dilecti, sed facti sumus dilecti, & fi
lii dei viui: si nõ vt filii dei & filii lucis am-
bulemꝰ, si nõ vt plębs dei ita agamꝰ, vt vidẽ-
tes hoĩes opera nostra bona magnificẽt patrẽ
nostrum qui in cęlis est: verẽdũ est ne illũ ser
monẽ incurramus apostoli quo ait: Si.n. deꝰ
naturalibus ramis non pepercit: nec tibi par-
E cet. Testimoniũ sane hoc qđ de Osee assumit
apostolus, quãtũ ad locũ ipsius pphetæ perti
net, non videt de gentibus, sed de ipso Israel
dici: sed vt in superioribus diximus, ex simili
Paulus sumit exemplum, vt ostẽdat φ sicut
illis quondã cũ abiecti essent & desperati, di-
ctũ est primo: Vos non populus meus, & ego
nõ sum vester deꝰ: & addidit post hęc: Et erit
in loco ĩ quo dictũ est, nõ mea plębs vos, vo-
cabũtur & ipsi filii dei viui: ita (inqt) & nos
quos vocauit nõ solum ex Iudęis, sed etiã ex
gentibus, q ante nõ eramꝰ plębs eius, nũc plę
bẽ suã vocauit, & nõ dilectã, dilectã: & ĩ loco
vbi dictũ est nobis, nõ plębs mea vos, ibi voca
bimur filii dei viui. Sed fortassis requirãt a no
bis hi qui ex circuncisione sunt, & dicãt: Vbi
em̃ dictum est ad vos, quia nõ sitis plębs Dei
vos: vt ibi vocemini filii dei viui? afferẽt em̃
φ deus hæc in Iudęa locutus est: in ipa enim
tãtũmodo notus est deꝰ: & nihil hęc ad nos

spectent, qa lex ad eos qui in lege sunt loqui-
tur. Immo ego ostendã locum multo dignio
rem, vbi deũ loqui & decuit & possibile fuit.
Neq3 em̃ consequenter deus loqui in monti-
bus & rupibus, & quibuscunq3 terrenis locis
dicitur: sed in mẽte hominis loquitur deus,
in sensu rationabili, & in principali cordis: &
vbi cum alieni & indigni a deo actus cõsciẽ-
tia redarguente culpant: ibi inquã pronũcia
tur, ibi dicit ad singulos quosq3., qa nõ plębs
mea vos. Si vero emũdet se quis ab his & pu
rificet, & pax dei quæ exuperat omnem men
tem, cor eius incipiat custodire: ibi hoc est ĩ
cordis secreto pacificus effectꝰ, filius dei cõ
scientia astipulante vocabitur.

ESAIas autem clamat p Israel: Si fuerit nu ,,
merus filiorum Israel tanq̃ arena maris, reli ,,
quiæ saluæ fient. verbum enim consummans ,,
& abbreuians in æquitate. ,,

❡Post ea quæ p dei sapiẽtiã loquitur Paulus F
inter pfectos secreta & abscõdita diuinæ dis-
pensationis, exposuit & ostendit qua ratione
quove ordine vel iram deus ostẽdat in vasis
irę, vel diuitias gloriæ suæ in vasis misericor
dię: & docuit φ vas irę fiat vnusq̃sq3 ex eo φ
p duritiã suã & cor impœnitens thesaurizat
sibi iram. Vasa aũt misericordiæ sunt hi q se
emundauerũt ab his, & ad omne opus bonũ
pparauerũt. Nũc vt hæc ipsa maiore aucto-
ritate cõfirmet, etiã in pphetis docet hæc eẽ
scripta. Esaias (inquit) clamat p Israel: Si fue
rit numerꝰ filiorum Israel tãq̃ arena maris,
reliquiæ saluæ fient. Prouidens etenim de fu
turis ppheta videbat φ plurimi ex Israel, &
hi maxime q arenę maris cõparant, p duritiã
suam & cor impœnitens futuri erãt vasa irę
aptata ad pditionẽ, nõ credẽtes vitæ suæ, sed
dominũ maiestatis crucifigentes. Si ergo (in
quit) fuerint tanq̃ arena maris, reliquię saluę
fient. Illi qui non saluãtur, tanq̃ arena maris
sunt: reliquiæ vero quę saluæ fient, tanq̃ stel
lę cęli sunt. Verasq3 em̃ promissiones quæ ad
Abraham factę sunt, cõtinet sermo. Erit (in-
quit) semẽ tuũ sicut arena maris, & sicut stel
lę cęli. & hoc est quod dicit. Verbũ enim con
summans & abbreuians in ęquitate.

QVIA verbum breuiatum faciet dominus ,,
super terram. ,,

❡Verbum breuiatum, vbi multi vocati sunt G
pauci aũt electi. Possumus autẽ & totius do
ctrinę verbũ dicere breuiatũ, vt qđ prius lex
& prophetę continebant in latitudine præce
ptorũ, veniẽs dñs pronũciaret, & diceret. Di-
liges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo,
ex totis viribus tuis, & ex tota anima tua, &

proximum tuū ſicut teipſum. In his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. In quo euidenter prophetas & legē duobus his ſermonibus breuiauit. Poteſt verbum breuiatum dici fides ſymboli quę credentibus traditur: in qua totius myſterii ſumma paucis nexa ſermonibus continetur.

ET ſicut ꝓdixit Eſaias, Niſi dn̄s Sabaoth reliqſſet nobis ſemen: ſicut Sodoma facti eſſemus: & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus.

A ¶Qd̄ ſemen Eſaias a dn̄o dicit derelictum? Illud ſine dubio qd̄ idem Apoſtolus exponit in aliis, cū dicit ad Abrahā dictū eē. Tibi dabo terrā hāc, & ſemini tuo. Nō dixit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed ſemini tuo, tāq̄ in vno qd̄ eſt Chriſtus. Non ergo eſt aliud qd̄ dicit Eſaias, Niſi dn̄s reliqſſet nobis ſemē, id eſt niſi dediſſet nobis Chriſtum, vt ex nobis naſceret̄, ſicut Sodoma fuiſſemus, quātū ad impietatis magnitudinē ſpectat: niſi qa & grauiſſimū aliqd apud Iſraelitas geſtum eſt. Nā Sodomitę in hoſpites inceſti referunt̄ & impudici: populus vero Iſrael in eū ſacrilegus extitit: q cū dominus maieſtatis ſit, pater eorū & dici voluit & eſſe. Niſi ergo ſemē iſtud dominus reliqſſet, per qd̄ reliquię ſaluę fierēt & vaſa miſericordię ſaluarētur: interiſſet populus ille vt Sodoma. Et tn̄ nō ocioſe Eſaias ſemē nominauit qd̄ relictū eſt. Semē nāq̧ dicitur qd̄ ſeminat̄ ī terra, & fructū multiplicē reddit: docēs per hæc etiā Chriſtū ſeminādū eſſe, id eſt ſepeliēdū in terra, & inde reſurgētē fructū plurimū totius eccleſiæ multitudinis prolaturū, ſicut & ipſe dn̄s dicit. Niſi granū frumēti in terrā ceciderit, & mortuū fuerit, fructum non affert: ſi autem mortuū fuerit, fructum plurimum affert.

QVID ergo dicemus? ꝙ gentes quæ non ſectabantur iuſticiam, apprehenderūt iuſticiam, iuſticiam autem quæ ex fide eſt.

B ¶Videatur fortaſſis hoc cōtrariū eſſe vel illis de qbus ſupra diximus, ꝙ vnuſqſq̧ emundet ſe & expurget, vt fiat vas vtile, & vas miſericordię: vel illis q̄ in ſupioribus diſſeruimus ꝙ naturali lege in qua ſine dubio eſt & iuſtitia: vtantur etiā gētes. Quomodo ergo hic dicit gētes q̄ nō ſectabant̄ iuſtitiā, cōprehēdiſſe iuſtitiā? Vide ergo ſi hoc modo poſſumus reſpōdere, aliud ſectari, aliud inſectari habere. Sectari dicit̄ ille q per doctrinā, & lectionem multā aſſequi aliquid cupit: vnde & a ſectando ſectę appellatę ſunt huiuſmodi doctrinę quæ hominū traditione diſcuntur. Gētes vero qa legē tabulis vel libris ſic ſcriptam nō habuerūt, non dicuntur ſectatę eſſe iuſtitiam: habuerūt tn̄ inſita quæ lex eos naturalis edocuit. Idcirco ergo proximi fuerūt iuſtitiæ ei quæ ex fide eſt, id eſt Chriſto.

ISrael vero ſectando legem iuſtitię, in legem iuſtitiæ non peruenit.

¶Et hic locus ſicut ſupra obſeruandus. Diximus eñ ī vno eodēq̧ verſiculo diuerſe noīari leges. Certū eſt eñ ꝙ Iſrael ſectabatur legē iuſtitię ſecūdū literā: ſed in legē non ꝑuenit. C
Quam legem? Sine dubio ſpiritus. Neq̧ eñ hoc diceret Apoſtolus: ꝙ legem quā ſectabatur, & quā tenebat, & quā habebat, in hāc nō perueneris. Reddit ergo rationem, cur in legem Iſrael non potuerit peruenire.

QVAre? Quia nō ex fide, ſed q̄ſi ex opibꝰ.

¶De fide Chriſti & operibus legis abunde in initiis huius epiſtolę diſſeruimus: & ideo ne eadē ſępius iteremꝰ, pſentē locū paucis ipſiꝰ Apoſtoli ſermonibus explicemus, qbus dicit. D
Ignorātes eñ dei iuſtitiā, & ſuā q̄rētes ſtatuere, iuſtitię dei nō ſunt ſubiecti: finis eñ legis Chriſtus ad iuſtitiā omni credēti. Quia ergo legē ſectabātur, nō ſecūdū opera iuſtitię dei, ſed ſecundū opera ſuę iuſtitię: idcirco

OFfenderūt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidē offenſionis & petram ſcandali, & omnis q crediderit in eum, non confundetur.

¶Sciēdū aūt eſt, ꝙ in Eſaia ꝓpheta hoc teſtimoniū ita ſcriptū ſit: Ecce ego mittā in fundamēta Sion lapidē precioſum, electū, angularē, pręclarū in fundamēta eius: & qui crediderit in eū nō erubeſcet: Apoſtolū aūt lapidē offenſionis & petrā ſcandali de alio loco ipſius Eſaiæ prophetę huic teſtimonio inſeruiſſe, in quo ita ſcriptū eſt: Et nō tāq̄ lapidi offenſionis occurret is ei, neq̧ vt lapidi ruinæ: & ex vtroq̧ loco excerpētē q̄ aſſertionibus cōmoda videbātur aptaſſe. Verūtamen dn̄s Ieſus quē plurimis ſed ſalutaribus & bonis nominibꝰ cōpellari inuenimus, mirū fortaſſe videat̄ cur in hoc loco quē de Eſaia ꝓpheta ſumpſit Apoſtolus: lapis offenſionis & petra ſcandali nominet̄: cū vtiq̧ bono dn̄o, & patris boni bono filio q̄cūq̧ ſalutaria vident̄ aptanda ſint, vt pax, iuſtitia, & veritas, & oſtiū quo intrat̄ ad patrē, & paſtor, & leo de tribu Iuda, vel catulus leonis q excitatur a ſomno, vel ſanctificatio, vel redēptio, & cętera huiuſmodi q̄ dignationi eiꝰ cōuenire videant̄. Sed vide ſi poſſumꝰ etiā lapidē offenſionis & petrā ſcādali oſtēdere q̄tenꝰ ei cōpetēter poſſint aptari. Offenſio & ſcādalū vnū ꝓpe atq̧ idē ſignificāt. Scādalū eteni dicit̄ cū in via obiex aliqs inuenit̄, qui greſſum ince-

dentis vel scādentis impediat. Inde ergo scandalū tractum est. Quia igitur hi qui erant in Sion vias nō bonas incedētes, iter pditionis cōcito pede currebāt, malis suis fauentes inuicem, sicut ppheta dicit, quia laudatur pec cator &c. vsq; benedicet. Veniēs ergo dñs & saluator noster arguere cœpit vias eorum & dicere: Vęh vobis Scribę & Pharisęi. & iterū, Vęh vobis diuitibus. & iterū, Vęh tibi Hierusalem, quę occidis pphetas, & lapidas missos ad te. Sed & multa his similia dicēs, & arguens eos, impedire cœpit vias perditionis eorū: & effectus est eis lapis offensionis & petra scādali, non sinens eos ingredi viam latā quæ ducit ad mortē. Sic deniq; & in Osee ppheta scriptum est de his qui peccati iter incedunt. Propter hoc (inquit) ecce ego sepiam viam eius spinis, & obstruam viam eius, & semitam suam non inueniet. Ponam⁹ ergo iterum, si videtur, in medio ipsum Paulum, qui acceptis quōdam epistolis a sacerdotib⁹ Damascum pgebat vt omnes viros ac mulieres Christo credentes vinctos pduceret Hierusalem. Cum autem ageret istud iter peccati, occurrit ei domin⁹ Iesus in via, & ad tēpus eū cęcitate percussit, & factus est illi quātum ad ipsum propositum spectat quo illuc pergebat lapis offensionis & petra scādali, vt illud iter peccati quod tenebat, explere nō posset. Sed conuersus credidit ei qui viam suam exclusērat, & quibusdam sentibus cōminationis obstruxerat: & credens in eum non erubescet.

LIBER OCTAVVS. CAPVT. X.

FRATRES, volūtas qdem cordis mei, & obsecratio apud deum fit pro illis ī salutē. Et reliqua, vsq; Nō sūt subiecti. ¶ Et ex initio & pręcedēte textu epistolę diximⁿ Paulum nūc pro gentib⁹, nūc etiam pro Israel facere sermonem. Quia
E
ergo in his quæ nuper exposita sunt, multis testimoniis aduersum Israel vsus est prophetarū, ita vt proferret de Esaia, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essem⁹, & sicut Gomorra siles fuissemus: & iterum, Si fuerit numerus filiorum Israel tanq̄ arena maris, reliquiæ saluę fient: & hic addit quia Israel sectās legem iustitiæ in legem iustitiæ nō peruenit: propterea nūc cōsolari rursus populum suum volēs, & per hoc inuitare ad fidē, dicit. Fratres, volūtas qdem cordis mei & obsecratio apud deū fit p illis ad salutē. Et causam cur voluntas sua & obsecratio pro illis habeatur, ostendit dicēs.

TEstimoniū perhibeo illis q; ęmulationem quidē dei habeāt, sed nō secundū scientiam. ¶ Quis (inquit) tot & tantis inuoluti sunt peccatorum suorum malis, tamen ineffabilis zelus & ęmulatio dei, hęc me commouit causa, vt obsecratio fieret pro ipsis ad deū, vt vī in fine aliquādo perueniant ad salutem. Habent enim zelum dei, sed non secundū scientiam. Et probat quomodo non secūdum sciētiam zelum dei habent, dicens.

IGNOrātes eñ dei iustitiā, & suam quærentes statuere, iustitię dei non sunt subiecti. ¶ Nō multū ergo pdest habere zelum dei, & nō habere scientiā dei. Deniq; Iudæi putātes zelū se dei habere, sacrilegi extiterūt in filiū dei, qa nō secūdū sciētiā zelati sunt: sicut Phinees fili⁹ Eleazari, q secūdū sciētiā zelatus interemit Madianitidē pariter & Israelitā fornicātē cū ea: & sicut Helias q dixit, Zelās zelatus sum omīpotēti deo Israel qa dereliquerūt pactū domini filii Israel, prophetas tuos occiderūt, & altaria tua subuerterūt: & sicut Matharhias, de quo in p'mo libro Macabbęorū scriptū est qa zelatus est in lege dei: & intremuerūt renes ei⁹, & accēdit furor eius secūdū iudiciū. Hoȝ omniū zelus & æmulatio secūdū scientiā fuit. Iudæorū vero zelus nō erat secūdū sciētiā idcirco, qa ignorātes dei iustitiā ppriā statuere conabanť, id est q̄ hol bus iustitia videbať, iplere: cū vtiq; ipsos magis iustitię dei q est Christ⁹ cōueniret obœdire. Sed vide nūc ne forte nō illis solis dici sermo iste videatur, qui zelū dei habent, sed nō secundū sciētiā. Similiter enim potest dicere apostolus & de aliis, qa testimonium phibeo eis q; timorē dei habeant, sed nō secundū sciētiam: & de aliis qui charitatē dei habent, sed non secundū scientiā. Si eñ habeat quis affectum erga deū, ignorat aūt q; qa charitas patiēs est, debet esse benigna, nō inuidens nō perperā agēs, nō inflata, nō ambitiosa, nō quęrēs quæ sua sunt: hęc & his similia si ī charitate nō habeat, sed ī solo affectu diligat deū: cōpetenter & ad ipsum dicet q; charitatē dei habet, sed non secundū sciētiā. Similiter aūt dici pōt & de alio, q; fidē dei habet, sed non secūdū sciētiā, si ignoret q; fides sine operib⁹ mortua est: & q; fides dei nō ī solis verbis ē, q̄ interdū ab alio cōposita vel scripta dicūť, sed in affectu mētis. Talē quondā habuit illa q̄ dixit, Si tetigero fimbriā vestimēti eius salua ero. Si qs ergo non ita habeat fidem vt ex actib⁹ suis bonis cui credit ostēdat, pōt & ad ipm dici q; fidē dei habet, sed nō secūdū sciētiā. Potest & de alio dici q; charitatē dei hab

bet ſed non ſecundū ſcientiā: quippe ſi ab ho-
minibꝰ laudari vult. Et alius abſtinēs dici po
teſt, ſed nō ſecundū ſciētiā: ſi propterea ieiu-
nat vt hoībus placeat. Et ſic p̄ ſingula quæq̄
quæ gerimus, niſi ſcientiā & intellectum gera
mus: poteſt ad nos dici, ꝙ habemus zelum bo
ni operis, ſed nō ſecūdū ſciētiā. Et ideo danda
eſt præcipue opera ſcientię, ne res nobis infe-
liciter accidat, vt in fide poſiti fruſtremur a fi
de: zelū habentes bonorum decidamus a bo-
nis. Vis aūt ſcire ꝙ poteſt qui ſcientiā nō ha-
bet euaneſcere in fide? Audi ipſum Paulū qui
buſdā dicentē: Niſi ſine cauſa credidiſtis. Ac-
cidit ergo ſine cauſa crediſſe his qui ſcien-
tię operā nō dant: vt in eo qđ crediderūt etiā
A intellectū veritatis accipiāt. Deniq̄ & Apoſto
li hāc eſſe differentiam fidei ſimpliciter tradi
tæ, & fidei quę eſt ſecundū ſcientiā peruiden-
tes: dicebāt ad Saluatorē, Auge nobis fidem,
hoc eſt, vt habētes eā fidem quæ nō eſt ſecū-
dū ſcientiā, habeamus eam quę eſt ſecundum
ſcientiā. Intantū Iudæis teſtimoniū perhibet
Paulus, ꝙ æmulationem dei habeant, licet nō
ſecundū ſcientiam: tamen quia vtcūq̄ habent
ęmulationem dei, cauſam dederunt Apoſtolo
qua obſecrationē pro illis offerret deo. Meliꝰ
eñ eſt habere zelum dei, licet non ſecundum
ſcientiā, q̄ penitus non habere. Qui enim ha-
bet, ſicut ſcriptū eſt, dabitur ei vel in nouiſſi-
mis cū omnis Iſrael ſaluus fiet. Qui autē non
habet, etiam quod habet auferetur ab eo.
,, FINIS eñ legis Chriſtus ad iuſtitiā omni
,, credēti. Moyſes enim ſcribit, ꝙ iuſtitiā quę ex
,, lege eſt qui fecerit homo viuet in ea. Quę au
,, tem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit. Ne dixeris in
,, corde tuo, quis aſcendet in cęlum? id eſt Chri
,, ſtum deducere. Aut quis deſcendet in abyſ-
,, ſum? hoc eſt Chriſtum a mortuis reuocare.
,, Sed quid dicit ſcriptura?
B ¶Finis eñ legis Chriſtus, hoc eſt perfectio le
gis, & iuſtitia Chriſtus eſt, ſed credētibus. Nō
credētes vero qui nō habēt Chriſtū, pfectionē
non habent legis: & idcirco nec ad iuſtitiā po
terunt peruenire. Moyſes enim ſcribit, ꝙ iuſti
tiā quæ ex lege eſt qui fecerit homo viuet in
ea. Quæ autē ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit. Iā &
in ſupioribus Apoſtolus duarū iuſtitiarū fece
rat mentionem, vbi dicit, ꝙ ignorans dei iu-
ſtitiā, ſuā iuſtitiā ſtatuere quærebat Iſrael: &
hic nunc duas iterū iuſtitias dicit: vnam quę
ex lege eſt, & alterā quæ ex fide eſt. Sed mihi
videt̃ ꝙ illa quā ſupius dixit ignorari ab Iſra
el dei iuſtitiā, ipſa ſit iuſtitia hęc q̄ ex fide eſt:
illa vero de qua dicit, Suā iuſtitiā volētes ſta
tuere: ipſa ſit de qua & hic Moyſi verbis inſi-
nuat, ꝙ iuſtitiā quæ ex lege eſt qui fecerit ho
mo viuet in ea. Sed vide iuſtitiarū differētiā
pariter & vitarum. Illa eñ iuſtitia dei, id eſt
Chriſtus, qui factus eſt nobis iuſtitia a deo, &
pax: vide quomō dicit. Hæc eſt aūt vita ætee-
na, vt cognoſcāt te ſolū verū deū, & quem mi
ſiſti Ieſum Chriſtū. Hæc ergo iuſtitia nō tan-
tū vitā prębet, ſed æternā vitā. Illa vero legis
iuſtitia quā q̄ fecerit homo nō dixit in æter-
nū, ſed tātūmodo viuet in ea: ꝙ finis legis (vt
Ap̄lus dicit) Chriſtꝰ eſt: nec ipſa q̄ ex lege eſt
iuſtitia, ſine Chriſto adimpleri poterit: q̄a fi-
nē legis nō ſuſcipit Chriſtū. Hęc ergo q̄ ex fi-
de eſt iuſtitia, quæ eſt Chriſtus, tanq̄ viuēs &
ſubſiſtēs hęc (inquit) dicit. Ne dixeris in cor-
de tuo, q̄s aſcēdit ī cęlū? hoc eſt Chriſtū dedu
cere: Aut q̄s deſcēdit ī abyſſum? hoc eſt Chri
ſtū a mortuis reuocare. Nec mirereris ꝙ cum
Chriſtus ipſe ſit iuſtitia, quaſi de alio ita de
ſe hęc dicere videat̃. In multis eñ locis inue-
nies Saluatorē quaſi de alio ita de ſe loqui: vt
in Euangelio dicit: Et ſtatuet oues a dextris,
hœdos aūt a ſiniſtris: & dicet his q̄ a dextris
ſunt, & iterū q̄ a ſiniſtris ſunt, ea quæ ſcripta
ſunt. Qđ ergo ait, Ne dixeris ī corde tuo, q̄s C
aſcēdit in cælū, aut q̄s deſcēdit in abyſſum, ex
ceptis his q̄ media interſerit, hoc eſt Chriſtū
deducere, vel a mortuis reducere, & prope eſt
verbū in ore tuo, & in corde tuo: ex Deutero
nomio videt̃ aſſumptū, vbi hoc mō ſcriptum
eſt. Mādatū hoc qđ ego mādo tibi hodie non
eſt ſuperexaltatū a te, neq̄ longe a te. Non eſt
in cælo vt dicas: Quis aſcendet nobis in cælū
& accipiet nobis illud, vt audiētes faciamꝰ il-
lud? Neq̄ trās mare eſt vt dicas, Quis tranſ-
ibit nobis trās mare, & accipiet illud, vt au-
diētes faciamus illud? Iuxta te eſt verbū val-
de in ore tuo, & ī corde tuo, & ī manibꝰ tuis
vt facias illđ. Cū ergo hæc a Deuteronomio
aſſumpta ſint, & Ap̄lus ſcribat, ꝙ iuſtitia quę
ex fide eſt ipſa hæc dicit, q̄ eſt Chriſtus: ordi-
ne pio quæ in Deuteronomio dicunt̃ Ap̄lus
a Chriſto dicta eſſe pronūciat. Ipſe eſt ergo q̄
dixit: Mandatum hoc qđ ego do vobis hodie
nō eſt ſuperexaltatū neq̄ lōge: & cætera quæ
ſequunt̃. Quid ergo eſt qđ per hoc Ap̄lus do
cet? Ne. ſ. dicamus in corde noſtro, & putemꝰ
ꝙ Chriſtus in alio loco cōtinet̃, & non vbiq̄
eſt, ac per oīa ipſe diffunditur: quippe qui cū
eſſet in terris, dicebat ꝙ eſſet & in cęlo. Sic eñ
loquebatur ad Apoſtolos ſuos: Nemo aſcen-
dit in cælū niſi qui deſcēdit de cęlo filius ho
minis qui eſt in cælo. Non dixit qui fuit, ſed
qui eſt in cælo. Et rurſum ne putemus eū eſſe
in cælo tantūmodo, vacare autem eius præ-

sentia abyssum: ideo iustitia quę ex fide est di cit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascẽdit ĩ cælũ? Et quasi hoc simile sit dicẽti Christũ dedu cere de cęlo: ideo addidit Apl'us, hoc est Chri stũ deducere. Et rursum si quis mẽte & cogi tatione descẽdat in abyssum, putãs ibi tantũ contineri Christũ: quasi simile sit Christũ re uocare a mortuis, ita subiũgit, hoc est reduce re Christum a mortuis. Sed ita (inquit) debes sentire de Christo tanq̃ de verbo, & veritate, & sapiẽtia, & iustitia dei. Hæc aũt oĩa non in loco quærunt, sed vbiq; adsunt: neq; ab inferni locis euocãtur: sed mente sola intellectuq; capiuntur. Tanq̃ verbum ergo & sapientia.

" PROPE est verbum in ore tuo & in corde
" tuo: & hoc est verbũ fidei quod prędicamus:
" ꝙ si cõfitearis in ore tuo dñm Iesum, & credi
" deris in corde tuo ꝙ deus suscitauit eũ a mor
" tuis, saluus eris. Corde eñ credit ad iustitiã,
" ore autem confessio fit ad salutem.

D ℭDebemus etiã hoc scire, ꝙ aliud est possibilitatẽ esse in aliquo, aliud efficaciã vel efficiẽtiã, qđ Gręci endelechiã & energiã vocãt. ver bi causa, paruulus nup natus possibilitate rationabilis homo est, potest eñ esse rationabilis si adoleuerit: & possibilitate etiam faber & gubernator & grammaticus dicitur: possibile eñ est vt horũ aliqđ sit. Efficacia vero vel efficientia, hoc est re ipsa atq; effectu, nihil eorũ est dum est paruulus: sed si cœperit vel ratiõis iam capax esse, vel aliquid fabrilis artis, aut cuiuslibet alterius efficere: tunc iã efficacia rationabilis dicit, vel faber, vel si qđ aliud est qđ effectu operis agit. Hoc ergo mõ etiam Christus q est verbũ dei, possibilitate quidem iuxta nos, hoc est iuxta oẽm hoĩem esse credendus est, tanq̃ ratio paruulis. Efficacia vero in me esse dicit, cũ in ore meo confessus fuero dñm Iesum, & in corde meo credidero ꝙ de⁹ illum suscitauit a mortuis. Vis autem scire ꝙ adest vbiq;, & medius est etiã corũ qui ignorãt eũ, & nõ cõfitentur? Audi quomodo Ioãnes Baptista de eo hæc ipsa testat. Medius vestrũ stat quẽ vos nescitis, q post me venit. Est ergo medius etiã inter eos qui eum nesciunt, sed possibilitate eis medius est non efficacia. Possunt eñ eũ capere, sed nondum capiunt. Efficacia vero vel efficiẽtia est inter illos medius quibus dicebat: Vbicũq; fuerint congregati duo vel tres in noĩe meo, in medio eorũ sum. Isti eñ confitebãtur in ore suo dominũ Iesum, & credebãt in corde suo ꝙ deus illum suscitauit a mortuis. Alioquin absurdũ, si & inter eos qui in nomine eius cõgregant, medius esse dicit, & inter eos qui eum nesciunt?

nisi huiusmodi differentia teneatur, ꝙ inter ignorantes & nondum credentes possibilitate medius dicitur: inter credentes vero efficacia, id est rei ipsius & operis effectu. Verũ & illud obserua: quod ait: Quia si confitearis in ore tuo dominũ Iesum, & credideris ĩ corde tuo ꝙ deus suscitauit illũ a mortuis, saluus eris. Videbit enim quibusdã per hæc, ꝙ etiam si desint alicui boni operis priuilegia, etiam si virtutibus operam non dederit: hoc ipso tamen ꝙ credidit, nõ pereat, sed saluetur, & habeat salutẽ etiam si beatitudinis gloriam habere non potuerit. Sed vide ne magis illud intelligi debeat, ꝙ qui vero & non falso confitetur ore dominum Iesum, & corde credit: pariter cõfiteat se dominatui subiectũ esse sapientię, & iustitię, & veritatis, & omnibus q̃ Christus est: nec sibi vltra esse dominũ mãmonam id est neq; auaritiã sibi vltra, neq; iniustitiam, neq; impudicitiã, neq; mendacium dominari. Semel eñ dominũ Iesum Christum confessus nulli horũ se seruire ꝑmittet. Sed & credens in corde suo ꝙ deus eũ suscitauit a mortuis, certum est ꝙ suscitauit eum ad iustificationem sui. Alioquin quid proderit scire me & credere ꝙ Iesum suscitauit deus a mortuis, si in me ipso non habeam eũ suscitatũ? Ergo si non in nouitate vitę ambulo, & vetustatis peccandi cõsuetudinẽ fugio: nondũ mihi Christus surrexit a mortuis. Ad hũc autẽ sensum etiã ea conueniunt quæ sequuntur, quando ait:

DICIT eñ scriptura, ꝙ omnis qui credit "
in eum non confundetur. "

ℭHoc autem apud Esaiam scriptum est. Q; si omnis qui credit in eũ nõ erubescit: erubescit autẽ omnis qui peccat, sicut Adam peccauit, & erubuit, & abscondit se: qui adhuc ruborẽ peccati incurrit, credere non videtur.

NON enim est distinctio Iudæi & græci. "
Idem eñ ipse dñs omniũ diues in omnes q in "
uocant eum. Omnis enim quicũq; inuocaue- "
rit nomen domini, saluus erit. "

ℭQuomodo nõ sit distinctio in fide Iudæi & græci, supra iã frequenter ostendimus. Q; autem idem sit dñs omnium, secundũ hæc accipies quæ nuper edidimus: hoc est si iustitia nobis & veritas & sanctificatio & sapiẽtia, qđ totũ est Christus dominus, dominetur. Hæc sunt eius diuitiæ, vtpote in quo thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi. Quas tamen diuitias nõ dixit largiri eũ omnibus hominibus, sed omnibus quicunq; inuocauerint nomen eius. Sed & in hoc similis videtur quęstio vt in prioribus oboriri: Neq; enim omes quicunq; inuocauerint nomen eius, salui esse E

possunt etiã si nõ egerint opera inuocati nominis digna: maxime cũ & sapiẽtia dei in prouerbiis dicat, Erit enĩ tempus cũ inuocabitis me, ego autẽ nõ exaudiã vos. In quo videtur mihi sapientia coarctare & perurgere eos qui saluari volunt, vt citius inuocent sapientiam neq; morenť, neq; differãt: ne forte cum statutũ tẽpus acceptabileq; pterierit, in quo poenitendi facultas est, tarde hi post hæc inuocent vbi poenitẽtiæ locus nõ est: & tũc dicit qa inuocabitis me, & ego nõ exaudiã vos. Sermo tñ hic quẽ ponit Aplus, id est, Quicũq; inuocauerit nomẽ dñi saluus erit, apud Iohel Prophetã hoc modo scriptus est: Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum sanguinẽ & ignẽ vaporẽ fumi: Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, anteq̃ veniat dies dñi magnus & nobilis: & oĩs quicũq; inuocauerit nomẽ dñi saluus erit. Videtur mihi tñ grande aliquid in scripturis diuinis sub hoc inuocationis nomine designari: nõ est de qualibuscũq; viris, sed ingẽtibus & pręcipuis. Scribitur enĩ q Enos prius sperauit inuocare nomen dñi. & in psalmis, Moyses & Aaron in sacerdotib9 ei9, & Samuel īter eos q inuocãt nomẽ ei9. & reliqua vsq; Loquebať ad eos.

» QVOmodo ergo inuocabunt in quem nõ
» crediderũt? Aut quomodo credent ei quẽ nõ
» audierũt? Quomodo vero audiẽt sine prædi-
» cãte? Quomodo aũt prędicabũt nisi mittanť?
» Sicut scriptum est, Q̃ speciosi pedes euange-
» lizantium pacem, euangelizantium bona.

A ¶Manifeste apparet in his per hoc qđ dicit, Quomodo ergo inuocabũt in quẽ non crediderũt? illud qđ superius posuit de Propheta dictum, q omnis quicũq; inuocauerit nomen dñi saluus erit, Subiũgit. Quomodo ergo inuocabunt in quẽ nõ crediderunt? Christo enĩ Iudæi nõ crediderunt, & ideo nec inuocãt eũ cui nõ crediderũt. Sed & in principio epistolę quã ad Corinthios scribit, vbi dicit, Cum omnibus qui inuocãt nomẽ dñi Iesu Christi in omni loco ipsorũ & nostro: eum cuius nomen inuocať deũ, Iesum Christũ esse pronunciat. Si ergo & Enos, & Moyses, & Aaron, & Samuel inuocabant dñm, & ipse exaudiebat eos: sine dubio Christũ Iesum dominũ inuocabãt: & si inuocare domini nomen, & adorare deũ, vnũ atq; idem est, sicut inuocať Christus, & adorãdus est Christus: & sicut offerimus deo patri primo omnium orationes, ita & dño Iesu Christo: & sicut offerimus postulationes patri, ita offerimus postulationes & filio: & sicut offerimus gratiarũ actiones deo, ita gratias offerim9 Saluatori. Vnum namq; vtriq; honorem deferendum, id est deo patri & filio, diuinus docet sermo cũ dicit, vt honorificent filium sicut honorificant patrem. B Quod autẽ de epistola ad Corinthios proposuimus, vbi Apostolus primo quidẽ dicit de ecclesia dei quæ est Corintho, Sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis: & post hæc quasi alterius gradus & alterius ordinis, ita subiũgit quosdã, de quibus dicit: Cum vniuersis qui inuocãt nomen dñi Iesu Christi in omni loco ipsorũ & nostro: videbiť fortassis habere aliquid differentiæ, q illos quidẽ ecclesiam dei nominat, & sanctificatos, & vocatos sanctos: istos autem tantũ q inuocãt nomẽ dñi nostri Iesu Christi. Et vide ne forte ista diuersitas tale aliquid ostẽdat, quale & præsens videtur habere capitulũ: in quo docet nõ posse inuocare nomẽ dñi, nisi prius credať in Christũ. Cum autẽ crediderit quis Christo, etiã si nondũ sanctificatus sit, & ecclesię corpori sociatus, tñ necesse est vt iã inuocet eũ cui credidit. Christus enĩ venit mundũ reconciliare deo, & credẽtes sibi offerre patri. Quos autẽ offert patri, spirit9 suscipit, vt sanctificet eos, tanq̃ cælestis ecclesiæ primitiuorum membra viuificet, atq; in soliditatem totius corporis perfectionemq; restituat: vt ita demum ecclesia dei nõ habens maculam aut rugã appellari mereanť. Prius ergo q̃ ad gradũ istius perfectionis accedãt, tanq̃ mediatoris dei & hominũ inuocẽt nomen dñi nostri Iesu Christi. Postea vero q̃ spiritus dei fuerit in corde eorũ clamãs abba pater: ipse spiritus etiam eos nomẽ patris edocet inuocare. C Ideo ergo quomodo (inquit) inuocabũt, in quẽ nõ crediderũt? & in hoc arctissima eos cõclusione cõstringit. Salus (inquit) non est nisi inuocãti, nemo vero inuocat q nõ credit. Ergo quia non creditis nõ inuocatis: & quia non inuocatis non saluamini. Sed quomodo credẽt ei quem non audierũt? Q̃ nõ audierũt possumus sic intelligere, qa vel ipsum in carne positũ, vel Apostolos prædicãtes de eo audire noluerunt. Sic enĩ & ipẽ dñs dicit, Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Potest autẽ & hoc intelligi, q etiã nunc & semper Christus tanq̃ verbũ & ratio vnicuiq; loquať ĩ corde: & de pietate doceat, de iustitia suadeat, de castitate, de pudicitia, & de omnib9 simul virtutibus protestetur: sicut & ipse dicit, Oues meę vocẽ meã audient. Sic deniq; & in corde Pauli loquebať: ita vt & ille diceret: An experimentũ quæritis eius q in me loquitur Christus? D Sequiť. Quomodo audiẽt sine pdicante? In hoc magis prædicãtiũ sermonẽ Christum

ostendit audire: in quibus secundũ ea quæ su-
pra diximus, Christus loqui & docere mõstra
tur. Quomodo aũt p̃dicabũt, nisi mittantur?
Difficultas mihi quędã in hoc sermone videt
exurgere. Si eñ ita intelligimus, ꝙ propterea
nõ prædicẽt q̃a nõ mittant, nullo autẽ p̃dicã-
te nõ audiẽt, nõ credẽtes aũt non inuocabũt,
nõ inuocãtes nõ saluabunt: colligitur ex his,
vt causa qua nõ sunt saluati, ad vitiũ redeat
auctoris, qui nõ miserit prędicãtes. Sed magis
ad illũ nos qui rectiorem intelligentię tramí-
tẽ cõtinet, deflectam9: & q̃d dixit, Quomodo
prędicabũt nisi mittãtur, sic accipiamus quasi
dicat Apostolus: Nos pręcones & prædicato-
res Christi nõ possemus prędicare, nec annun
ciandi nobis virtus illa subsisteret, nisi adesset
nobis ipse qui misit. Q; si prædicantibus no-
bis audire non vultis, vestra iam culpa est: &
si audiẽtes nõ creditis, & nõ credentes nõ in-
uocaris, & non inuocantes salui esse nequitis.
Quia ergo missi sunt ad prędicationem, idcir
co, de his q ab ipso missi sunt scriptum est: Q;
speciosi pedes euãgelizantiũ pacẽ, euãgelizan
E tiũ bona. Q; pedes hic speciosos nõ corpora-
les, sed spiritales dicat, puto ꝙ q̃uis amic9 sit
quis literæ, negare non possit. Neq; enim in
id ridiculi deducet apostolicũ sensum, vt euã
gelistarũ pedes ꝙ corporeis oculis videri pos
sint, putem ab eo decoros dici & speciosos.
Sed illi sunt decori & speciosi pedes qui am-
bulãt per viã vitæ, secũdũ illũ qui dixit, Ego
sum via. Intellige decoros & speciosos euãge-
lizantiũ pedes qui per talẽ viã merẽtur ince-
dere. Isti sunt ergo pedes q̃bus & Paulus cu-
currisse cursum se dixit: sed sic cucurrisse vt
cõprehẽdat, id est animo quo tendit & prope
ratur ad cælũ. Gratissime autẽ pedes istos esse
firmauit, quos Iesus discipulis lauat, & linteo
quo præcinctus est tergit. Et q̃uis corporali-
ter specie fuerit impletum, tñ Petro hoc solũ
quod fieri videbat nõ intelligenti, & quasi ho
noris causa ne sibi seruo pedes lauaret domi-
nus recusanti: audi q̃ ꝓfundi mysterii prodi-
tur sermo. Si te (inquit) non lauero, nõ habe-
bis partẽ mecũ. Et iterũ aliã similẽ huic vocẽ
tanq̃ de se credẽtis sciẽtiæ profert thesaurus
& dicit. Quod ego feci vobis, nescitis modo,
scietis aũt postea. & addidit: Quia si ego dñs
& magister laui vestros pedes, & vos lauare
pedes alterutrum. Exemplum eñ dedi vobis.
Videamus ergo q̃d sit istud exẽplũ, quo ma-
gistri discipulorum lauare debeãt pedes, aut
de qua aqua lauare. Si quis inueniat aquã vi-
uã, & si quis accipiat bibere a Iesu, & aqua il-
la fiat in eo fons aquę salientis in vitam ęter-
nã, iste de hac aqua doctrinæ spiritalis potest
lauare pedes discipulorũ, & omnes ex animo
ipsorũ immũditias sordesq; diluere: & hoc fa-
ciens datũ a magistro implebit exemplũ. Spe-
ciosi ergo sunt pedes euangelizantium bona.
De istis vt puto etiã pedibus in Cãticis Cãti-
corũ Sponsa dicit ad verbum dei: Laui pedes
meos, quomodo inquinabo eos? Et de ipsis ni-
hilominus dicitur: Tibiæ tuæ sicut columnæ
marmoreę cum basibus argenteis. Et fortassis
q̃a hęc pulchritudo est in pedibus Euangeli-
starum, propterea nõ vult eos dominus Iesus
calceamẽtis operiri, & occultare speciem pul-
chram, sed pręcepit eis neq; calceamentũ ha-
bere in via. Quæ autẽ bona sunt quę euange- F
lizant, hoc est quæ annũciant, videamus. Q; -
uis hoc ipsum quod dicit euangelizare inter-
pretetur bonum annunciare: quę sunt tamen
bona quæ bonis addidit, requiramus. Vnum
& verum bonũ est Deus, cuius imago bonita
tis eius est filius, & spiritus eius, qui dicitur
bonus. Istud ergo vnum bonum, q̃a in deo pa
tre & filio & spiritu sancto est, bona nomina-
uit: hoc est eñ quod annũciant Euãgelistę, se
cundũ pręceptum domini & saluatoris nostri
dicẽtis. Ite, docete omnes gentes, baptizantes
eos ĩ nomine patris, & filii, & spiritus sancti.
Hęc sunt ergo euãgelizantium bona. Sed q̃m
& ipse bonus nuncius dicitur, & annunciare
de bonis: illa sit ratio ꝙ non solum bona nũ-
ciant, sed & bene bona nunciant. Sunt eñ nõ
nulli qui annũciant quidẽ & prędicant de pa-
tre, & filio, & spiritu sancto nõ syncere, nõ in-
tegre, vt sunt oẽs hęretici, q patrẽ quidẽ & fi
liũ & spiritũ sanctũ annũciant, sed non bene,
nõ fideliter annũciant. Aut eñ male separant
filiũ a patre, vt alterius naturę patrẽ, alterius
filiũ dicãt: aut male cõfundũt, vt ex trib9 cõ-
positũ deũ, vel trinæ tantũmodo appellatio-
nis in eo esse vocabulũ putent. Qui aũt bene
annũciat bona, ꝓprietates quidem patri, & fi-
lio, & spiritui sãcto suas cuiq; dabit: nihil au-
tem diuersitatis esse cõfitebitur in natura vel
in substãtia. Qui ergo ita annunciant euãge-
liũ, nõ solũ bona annũciant, sed bene & inte-
gre annũciant bona. Exemplũ vero de Esaia
videt assumptum, sed ibi Propheta ad ipsum
dñm euãgelizãdi officiũ prætulit: ita eñ ait.
Quoniã ipse q loquebar adsum, tanq̃ orans in
mõtibus, vt pedes euãgelizãtiũ auditũ pacis,
vt euãgelizãs bona. Verũ videt mihi Paulus,
q̃a Propheta dixerat: Vt pedes euãgelizãtiũ
auditum pacis, vt euangelizans bona: & hoc
quasi ex alterius comparatione memorasse:
velut si diceret, ita adero vt homo qui euang

gelizat pacẽ,& euangelizat bona.Hoc autem faciũt Apostoli:idcirco de semetipsis hoc dictum,hoc est de Apostolis,accepisse:ad quorũ comparationẽ futurũ & euangelizaturum bona per Prophetas dixerat Christus.

" SED nõ omnes obœdiunt euãgelio.Esaias
" enim dicit.

A ¶Neq; enĩ omnes ex gẽtibus euãgelio crediderunt,neq; omnes ex Israel. Plures tamen & multo plures ex gẽtib⁹ q̃ ex Israel.Quod ergo ait Apostolus q̃ Esaias dixerit,

" DOMINE quis credidit auditui nostro?

¶Quis pro raro dictũ est: & obseruare debemus q̃ sermo hic in scripturis interdũ pro raro, interdũ oĩno p̃ nullo ponit. verbi gratia, vt cum dicit, Quis sapiens & intelliget hæc? Quis ascẽdet in mõtẽ dñi? &,Quis est homo qui vult vitã?in his oĩbus rarũ quẽq; significat. Vbi vero dicit,Quis ascẽdit in cælũ,hoc est Christũ deducere,vel q̃s descẽdit in abyssum,hoc est a mortuis reducere: hic q̃s nullus intelligit. Nullus est enĩ q ascẽdit in cælũ Christũ inde deducere.Nũc ergo,Dñe q̃s credidit auditui nostro, q̃d dicit Esaias, rarum

B quẽq; significat. Scire nos tũ cõuenit,q̃ Dñe quis credidit auditui nostro,in hebręis exemplaribus dñe nõ habet, sed iuxta interpretationẽ.LXX. seniorũ:sic & Ap̃lus hoc probãs q̃d apud illos est,posuit dñe. Videtur tamen Esaias hæc ex p̃sona Apostolorũ p̃phetare, q̃bus creditũ fuerat p̃dicationis officiũ: & ipsi cũ raritatem credentium pręcipue de populo Israel vident,ad dominũ dicũt:Domine,quis credidit auditui nostro?Sicut & illud ex p̃sona illorum dicitur. Quia annunciamus sicut puer ante ipsum, sicut radix in terra sitienti. Et ipsi sunt nihilominus qui dicunt velut cũ ipso positi,& videntes eũ in habitu humano, quia vidimus eũ,& non habebat speciem neq; decorẽ,& reliqua.Sed si ad personas ipsorum prophetarum referãtur hæc verba, quasi qui apud dñm cõquerantur,q̃ iis qui de Christo prophetauerint, nemo aut admodũ pauci ex populo crediderint:nõ videbitur alienũ.Aut non est putandum,q̃ Moyses dicat ad dominum,Domine,nemo credidit auditui meo?Si

H enĩ credidissent literis meis,credidissent vtiq; & Christo:de ipso enim ego scripsi.

" ERGo fides ex auditu.Auditus autem per
" verbum Christi.

C ¶Hic verbũ Christi prædicationẽ de Christo significat. Neq; enĩ illi soli crediderũt q verbum ab ipso domino loquente audierunt,sed multo plures sunt,qui aliis eum prædicantibus audierunt: sicut & ipse dñs prædixerat, loquens ad Thomã.Quia vidisti me(inquit) credidisti:beati qui non viderunt & crediderũt.Omne ergo verbũ q̃d Apostolus, & si qui alii ab ipso accepta gratia de Christo prædicauerũt,verbũ Christi esse pronunciat. Sed & in ecclesia si quis sapientiam quę ex deo est,& veritatẽ dei loquat, si quis viã dei quę Christus est doceat,& iustitiam eius exponat: sine dubio quod loquitur verbum Christi est.

SED dico.Nunquid non audierunt?Equidem In omnem terram exiuit sonus eorum, "
& in fines orbis terræ verba eorum. "

¶Hoc de psalmo decimooctauo assumit: vbi ait.Nõ sunt loquelę neq; sermones,q̃bus non audiantur voces eorũ.In oẽm terrã exiuit sonus eorũ,& in fines orbis terrę verba eorum. In quo pro linguarũ varietate & sermonum gẽtes sine dubio intelligunt: & dicit q̃ Apostolorũ Christi in omnem quidẽ terrã sonus exiesse:in fines vero orbis terrę nõ sonus,sed verba peruenerint. Quod ita intelligi potest, q̃a terram imperitos quosq; & indocibiles homines dicat,ad quos nõ verba,in quib⁹ ratio fidei cõtinet,& explanatio sapiẽtiæ,sed sonus fidei cõmuni & simplici p̃dicatiõe peruenerit: Finẽ vero orbis terrarum eruditiores quosq; & prudẽtiores appellauerit. Finis enĩ p̃fectionẽ indicat rerũ. Ad hos ergo tales nõ sonum vocis,sed verba & rationẽ peruenisse pronũciat:q̃a vtiq; audientes sermonem fidei etiam scrutari possunt & p̃quirere scripturas diuinas:vt cognoscãt eorum verborũ quę eis per Apostolos annũciata sunt veritatẽ.Et hãc esse in his differentiã sciẽs Ap̃lus,id est in sono & verbis, quodã loco ita dicit:Et sermo me⁹ & p̃dicatio mea nõ sunt in suasoriis sapientię verbis,sed in ostẽsione spiritus & virtutis:vt ostẽderet verbũ quidẽ esse quo p̃ virtutẽ spiritus sapiẽtia dei lucidius explanat:prædicationem vero hãc esse,Propheta de qua dicit, q̃ in oẽm terram exiit sonus eorũ: in qua scilicet simplex annunciatio fidei, & simplicioribus q̃busq; sufficiẽs. Sed & alibi de semetipso dicit,q̃ sit prædicator, & Ap̃lus, & magister gentiũ. In quo Ap̃lus quidẽ generalis indicat nomen officii,qui nõ solũ prædicet, sed & doceat.Prædicet quidẽ simplicẽ fidẽ,vt illis quibus ait:Nihil enĩ aliud iudicaui me scire inter vos nisi Christũ Iesum & hunc crucifixũ. Doceat vero eos q̃bus dicebat, Sapientiã aũt loquimur inter perfectos. In quib⁹ ostenditur q̃ illis quidem sonum prædicationis intulit, his vero sapientiam dei per verba disseruit.

SED dico. Nunquid Israel non cognouit? "
Primus Moyses dixit. Ego ad æmulationem "

„ vos adducam in non gentem, in gentem insi-
„ pientem, in iram vos mittam.

E ¶ Videtur ea quę superius dixit, de gentibus prolocutus, nūc vero vt sibi moris est etiam de Israel subiungere: & vult ꝙ inexcusabilis sit Israel testibus idoneis cōprobare. Ipse (inquit) Moyses dicit ex psona dei: Ego ad ęmulationē vos adducā in nō gentē: de Christianis sine dubio dicēs, qui a deo ad æmulationem prioris populi increduli & cōtemptoris assumpti sunt. Sed videatur fortassis gentē a deo fidei merito & deuotionis electam, Moyses iniuriosius cōpellasse, cū dicit, in non gentē: ita nihili ducere, vt nec gentē eā appellare dignetur, aut & si appellet, insipientes nominare. Sed non est iniuriosus Moyses, vtpote amicus dei, erga electos eius, nec contumelia videbitur in sermone si ratio sermonis appareat. Vnaquęq; gēs, verbi causa, Aegyptiorū, aut Syrorū, aut Moabitarū pro eo ꝙ propriis terminis, & lingua, & habitu, & moribus atq; institutis discernitur, gens illa vel illa appellatur: & neq; Syri, Aegyptii aliquādo dicuntur: neq; Moabitę, Idumęi appellanť, aut Arabes Scythæ. Christiani vero nō est vna gens, sed ex oībus gentibus vnus populus: & ideo Moyses pro summo honore nō gentē eā nominauit, quia nō erat vna gens, sed si ita dici potest, oīm gentiū gētes. Verū excludi videbimur i his quę subsequūtur, vbi dicit: In gē tē insensatā, in irā vos inducā: ꝙ & gentē eā, & insipientem nominauerit. Verū nec in hoc quidē famulus dñi Moyses contumeliā facit populo dei: sed præuidebat in spiritu ꝙ si qs vult sapiens esse, in hoc mundo insipiēs fieri debet, vt sit sapiens apud deū: & quia nō cognouit mūdus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: quia per prædicationem crucis Christi, quæ est stultitia gentibus, cōgregabitur populus qui fiat in hoc mundo stultus, vt sit sapiens apud deū. Irascātur ergo Iudæi ꝙ ipsis excusantib⁹ & refutantib⁹ ire ad cōuiuium regis inuitatę sunt gentes, nō aspicientes ad ea quæ dudum de hoc mysterio

„ ESAIAS autē audet & dicit. Inuētus sum
„ a nō quærentibus me, palam apparui his qui
„ me nō interrogabant. Ad Israel autē quid di-
„ cit? Tota die expandi manus meas ad popu-
„ lum non credentem, & contradicentem.

F ¶ Sicut in superioribus sępe ostēdimus Apostoli Paulū nunc de gentibus, nunc de Israel facere sermonē, nec tamen euidēter & palam in mutationē declinare personæ: ita & Esaias in his sermonibus facit, quos ad exemplum Apostolus protulit: & primas quidē partes, id est, Inuētus sum a non quærētibus me, palam apparui inter illos qui nō interrogabant me: sine dubio de gentib⁹ dicit: & vbi ille personam latenter immutat, Apostolus euidentem distinctionē sermonibus suis dedit in eo qd addidit: Ad Israel autem quid dicit? Et superiora quidē ad gentes, sequētia vero exponit ad Israel esse referēda, in quibus ait. Tota die expādi manus meas ad populū nō credentem & contradicentē. Sed primo olm qd ait, Esaias audet & dicit, videamus. Quid audet? vel quę hęc prophetę audacia? Si intēdamus verbis beati Stephani dicētis, Quē eñ prophetarū nō psecuti sunt patres vestri, qui annūciabār de aduētu insti? nūc Esaię intelligimus audaciā, qui persecutionib⁹ & morte postposita ausus est tamen de aduētu iusti prædicare: & pro bono audet etiā mori. In quo tamen simul & illud ostenditur, ꝙ non vt aliqui putāt, prophetę nesciebāt quid dicerēt, & quasi alienato sensu suo prophetabāt. Quod enim dicit Apostolus de Esaia: quia audet & dicit, hoc indicat ꝙ mortem contēnens & persecutiones quę inferebātur, q̄uis sciret sibi imminere periculum, audet tamen & prædicat verbum dei: sicut & ipse Paulus dicebat, *Scio ꝙ vincula & carceres manēt me Hierosolymis: sed ego nō facio chariorem animā meā mihi. Si ergo & Esaias sciebat quidē secundū se esse & interficiendū ab impiis, audet tñ, & ex persona Christi dicit:* Inuentus sum a non quærentibus me: certum est ꝙ gentes erant quæ Christum nec quærere nouerāt, nec de eo interrogare didicerant: inuenerūt tamen quem non quęsierunt, quia ipse eos prior quæsiuit: Pastor est eñ bonus, & ouem quę perierat, requisiuit: & sapientia est quę drachmā perditā quæsiuit, & quęrens inuenit. Iudęi autem vsq; adhuc quærunt de Christo, & interrogant scripturas de eo, & nō inueniūt: qa crux eius eis est scandalū. & ideo dicit ad eos. Tota die expandi manus meas ad populum nō credentem, & contradicentē. Hoc est, cū penderet in cruce, illi nō solū nō īuenerūt eū, sed insup dixerunt: Si filius dei es, descēde nūc de cruce, & credimus tibi. Sed audi qd in sapientia Salomonis dicat, ꝙ nō inuenietur ab his q tentāt eū: apparebit vero his qui nō sunt increduli ad eū. Sed ne hoc quidē a nobis cōuenit ignorari, ꝙ in exemplaribus hebręorū nō habetur, Et cōtradicentē. Apostolus autē secutus est. LXX. interpretū veritatē in suis scriptis: & sicut illi interpretati sunt, exponit. G H

CAPVT. XI.

" DICO Igitur: Nūquid repulit deus plebem suam? Absit.

A ¶Quoniā ex his quæ supra dicta sunt videret forsitā populus Iudæorū repulsus esse a deo, nec aliqd spei gerere: si quidē in æmulationem induxerit eū deus in nō gentem, & in irā, & in gētem insensatā: & manifestus sit his qui eū nō quærebāt: & inuētus sit ab eo qui de eo nō interrogabat: propterea Aplus volens ista curare, & ostēdere quātū supsit salutis populo Israel si credāt, & nō idcirco repulsi sunt quia gens sit Israel, sed qa increduli fuerint, ait: Nō repulit deus plēbē suā quā præsciit. Et vt hoc præsenti probaret exemplo subiungit.

" NAM & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin.

B ¶Et tñ fidē Iesu doceo, & annuncio, quia ipse est Christus. Qa si mihi non obfuit q̄ sum Israelita ex semine Abrahā, quo min⁹ Christo crederē, & ex fide eius iustificarer: certum est q̄ non repulit deus plebem suam quā præsciuit. Quomodo aūt illos quos pñsciuit & vocauit, & quos vocauit illos & iustificauit, iam supra dictū est: q̄ præscire deū nō tātum præcognoscere futura, qđ nec dubitari pōt, sed probare, & sciētia sua digna ducere in scripturis ponatur. Verū ne parū videret q̄ exēplo suo nō esse repulsam plebem dei docebat Apostolus: validiora requirit exempla, & dicit.

" AN nescitis in Helia quid dicit scriptura? Quēadmodū interpellabat deū aduersum Israel? Dñe prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderūt, & ego relict⁹ sum solus, & q̄rūt aīam meā. Sed qd dicit diuinū respōsum?

¶In quibus docet q̄ Propheta aliquādo zelo est repletus dei, cū aliquādo apud deū querelā populi puaricatoris exponeret: qui non solū prophetas occidisset, & altaria subuertisset, verum & Heliam qui videbatur solus superesse prophetis dñi, conaretur extinguere. Et hoc Helia apud deū deplorāte, audi quid ad eum oracula diuina respondeant.

" RELIQVI mihi septem millia virorū qui non curuauerunt genua sua ante Baal.

¶Baal idoli nomen est, ad cuius cultum populus ille relicta dei lege deciderat. Hæc sunt quæ Apostolus ad exemplum temporis præsentis adducit, & addit.

" SIC igitur & in hoc tempore reliquiæ secundū electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Si autem gratia: iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia.

C ¶Ostendendū ergo nobis pro virib⁹ est, quō sicut factū est sub Helia, vbi oēm populū propheta simul putauerat refutatū: inueniuntur septē millia viri, qui permāserāt in testamēto dei: sic factū est etiā in aduētu Christi, & his tēporibus qbus prædicabat Paulus. Et vide si possumus forte Ioannē Baptistā, qui Saluatoris pcessit aduētū, ponere in loco Heliæ: quādoquidē & Euāgelista tale ei testimoniū phibet, q̄ in spiritu & virtute veniret Heliæ: & ipse dñs dixerit de eo: Et si vultis scire, ipse est Helias. Qui habet aures audiēdi audiat. Hic ergo qa in spiritu & virtute venerat Heliæ, intātū desperauerat de populo illo, vt nō eos diceret filios Abrahæ, sed generationem viperarū, & his adderet: Nolite dicere q̄ patrem habemus Abrahā. Dico eñ vobis q̄ potēs est deus de lapidibus suscitare filios Abraham. Huic ergo ista de populo cōquerenti respondeatur a dño Saluatore nostro. Ego scio quos elegerim. Et iterū. Oues meę vocē meam audiūt, & ego pcedo eas, & sequunt me meæ. Et iterum. Habeo alias oues quę nō sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Quid aūt & ipse numerus septē millia virorū indicet videamus. Septimus numerus ad requiē pertinet: Septima eñ die requieuit de⁹. Audi ergo & Christ⁹ credentes sibi quomodo ad requiē inuitat, & dicit. Venite ad me oēs qui laboratis, & onerati estis, & inuenieris requiem animabus vestris. Ad istum ergo septenariū numerū ptinet ois, qui veniēs ad Christū deposuit onera peccati, & requiem salutis inuenit. Recte ergo Apostolus dicit, q̄ sic & ī hoc tēpore reliquię secūdū electionem gratiæ saluæ factæ sunt: reliquias dicēs eos qui ex circūcisione crediderūt, tam Apostolos cū quibus se quoq̄ annumerat, q̄ cæteros qui cū ipsis secuti sunt fidem Iesu Christi. Sed q̄ dicit secundū electionem gratię factas esse reliquias, hæc mihi videt superflua esse electionis adiectio: potuit eñ dicere, reliquię per gratiā saluę factę sunt. Sed ostendit p hæc esse gratiā & sine electione, & cum electione. Nam oēs quidem qui per fidē saluātur, sine dubio per gratiam saluātur: qui autē per electionē gratiæ saluātur, perfectiores animæ mihi vidētur ostēdi. Sicut & Israel dicitur omnis qui descendit de genere Israel: ille autē verus Israel est qui mēte pura, corde syncero videt deū. Et hoc accipere possumus: q̄ oēs quidē qui ad fidem veniūt Christi, per gratiā veniūt: qui vero donū gratiæ operibus virtutis & puritate cordis exornāt, isti nō solū per gratiā, sed per electionē gratię saluari dicūt a Christo. Deniq̄ & ipse Apostolus Paulus si quis eū in verbis D suis diligēter obseruet, videt quomodo huiusmodi distinctionib⁹ vtit. Alibi secūdū car

nem nominans Israel, alibi super eo carnis omino non faciens mentionem, sicut in praesenti loco: vbi cum diceret, ꝙ non repulit deus plebem suã, & nobilitatẽ Israeliticę animę vellet exponere, ait: Nam & ego Israelita sum. In secũda vero ad Corinthios vbi quibusdam de Israelitico genere secũdum carnẽ gloriantibꝰ cogiť respõdere, vide quid pręmisit. Quae loquor (inqt) nõ secuudũ deũ loquor, sed quasi in insipiẽtia in hac substãtia gloriãdi, qm̃ quidẽ multi gloriantur secundũ carnẽ, & ego gloriabor. Et post aliquãta dicit, Hebraei sunt, & ego: Israelitę sunt, & ego: semẽ Abrahae sunt, & ego. Sic ergo vbi de Israel loquebať, illo interiore hoĩe (talis est em̃ plebs illa quam pręsciit deꝰ, & nõ repulit) nõ dicit secũdũ carnẽ Israel. Ad eos vero q carnis genere gloriabãtur p̃misit, ꝙ de huiusmodi gloriatione neq; secundũ deũ loquereť, neq; in sapientia, sed vt ipse dicit ĩ insipiẽtia. Tales ergo sunt reliquiae quę secũdũ electionẽ gratiae saluae factae sunt. & addidit. *Si aũt gratia, iã non ex operibus.*

E Sciẽdum est ꝙ opera quae Paulus repudiat, & frequẽter vituperat, nõ sunt iustitię quae mandanť in lege: sed ea in qbus hi q secundũ carnẽ legẽ custodiunt, glorianť: id est vel circũcisio carnis, vel sacrificiorum ritus, vel obseruatio sabbatorũ & neomeniarũ. Haec & huiusmodi sunt opera ex qbꝰ dicit neminẽ potuisse saluari, & de quibus in ipo loco dicit, ꝙ nõ ex operibus. Alioquin gratia, iam nõ est gratia. *Si* em̃ per hęc quis iustificatur, non gratis iustificať. Qui aũt per gratiã iustificať, ista qdẽ opera ab eo minime qrũtur: sed obseruare debet ne accepta gratia inanis fiat in eo: sicut & Paulus dicit, Quia gratia eiꝰ in me vacua nõ fuit, sed amplius q̃ oẽs illi laboraui. Et iterum addidit tanq̃ memor gratiae: Nõ ego (inquit) sed gratia dei mecũ. Non facit ergo inanẽ gratiã ille qui digna ei opera subiũgit, & gratię dei nõ existit ingratus. Qui em̃ post cõsecutã gratiã peccat, ingratus fit ei q praestitit gratiã. *Si* autẽ nõ inanẽ feceris gratiam, multiplicabiť tibi gratia, & tanq̃ mercedẽ boni operis gratiarũ multitudinẽ consequeris: sicut & ipse scribit, & Petrus in epistola sua dicit: Gratia vobis & pax multiplicabiť in recognitione dei. Et iterũ alibi. Vt boni dispensatores multiplicis gratiae dei.

QVID ergo? qđ quaerebat Israel hoc non est cõsecutus, electio aũt consecuta est: caeteri vero excaecati sunt sicut scriptum est.

F ¶In his Apl'us Israel ĩ duas diuidit ptes, quarũ vnã electionẽ vocat, quae consecuta sit qđ quęrebat: aliã caeteros appellat, qui nõ solum consecuti non sunt qđ quęrebãt, sed excaecati sunt spiritu cõpunctionis. Quibus etiã deum dedisse dicit oculos vt nõ videãt, & aures vt nõ audiãt, vsq; ĩ hodiernũ diem: hoc est vsq; ad consummationẽ seculi. Sed quaestio nobis moueť, quomodo de bono deo dictum videať ꝙ ipse dederit oculos residuo Israel qbus non videãt, & aures quibus nõ audiãt. Et vide ne forte hęc magis retributio sit & merces ĩcredulitatis, secũdũ ea q̃ in superioribus exposuimus: vbi qa nõ pbauerũt deũ habere in notitiã, tradidit eos deꝰ in reprobũ sensum: & hic em̃ oculos & aures cordis nõ corporis dicit quia excaecati sunt & nõ audiũt: hi vtiq; qui Christũ vidẽtes ĩ corpore, & audiẽtes doctrinã, neq; credere operibꝰ quę videbãt, neq; verbo qđ audiebãt oboedire voluerunt. Verũ de hac q̃stione sufficiẽter nobis in primis huius epistolę partibꝰ dictũ est. Vbi vero scriptũ sit hoc ipsum qđ dicit Apl's, *Sicut scriptum est,*

DEdit illis deus spiritum compunctionis, ,,
oculos vt non videant, aures vt nõ audiant ,,
vsq; in hodiernum diem. ,,

¶Ego hactenus inuenire nõ potui. *Si* quis vero F diligẽtius q̃ nos intẽdit in scripturis diuinis, si inuenerit manifestet. Puto tñ hoc modo dixisse Apostolũ, Cęteri vero excęcati sũt: sicut scriptum est de eis, Dedit illis deꝰ spiritũ cõpunctionis, vt suis verbis dicere videať dedisse eis spiritũ cõpunctiõis, secũdũ ea quae de caecitate oculorũ, & auditu auriũ p Esaiã dicta sunt. Esaias enim ita dicit, Vade, & dic populo huic: auditu audietis, & non intelligetis, & vidẽtes videbitis, & nõ videbitis. Incrassatum est em̃ cor populi huiꝰ, & auribus suis grauiter audierũt, & oculos suos clauserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Hunc ergo sensum Esaiae videtur Apostolus suis quidem sermonibus protulisse, sed ꝙ prophetae sensum dicebat, addidisse: *Sicut scriptum est. Similiter* autem & de his facit quae per Dauid dicta esse pronunciat.

ET Dauid dicit. Fiat mensa eorum in la- ,,
queum, & in captionem, & in scandalũ, & in ,,
retributionẽ illis. Obscurentur oculi eorũ ne ,,
videant, & dorsum eorum semper incurua. ,,

¶Qđ.n.dicit, Fiat mẽsa eorum ĩ laqueũ, & ĩ ca- G ptionẽ, & ĩ scãdalũ: In captionẽ in psalmo nõ habeť scriptũ, neq; ĩ nostris .LXX. interpretũ exẽplaribꝰ, neq; ĩ hebręorum. Et rursum in psalmo habeť, Fiat mẽsa eorum corã ipsis ĩ laqueũ: Apostolus autẽ nõ posuit corã ipsis. Haec de sermonũ ordine & assumptorũ testimoniorũ qualitate memorauimus: vt ostendamus per

singula,ꝙ auctoritas Apostoli nequaꝗ He-
breorũ exéplarib⁹ fidẽ facit,nec verbis sẽp ĩ
terpretatũ seruat,sed scripturarũ sensum ver
bis quibus cõpetit explicat.Nunc ergo videa
mus quõ propositi capituli sensus debeat ex-
plicari.Cęcitatẽ cordis, ꝙ reliquus Israel,hoc
est qui non credit,excæcatus est,duobus pro
pheticis testimoniis ꝓbat , vel quod de Esaia
vel qđ ex Dauid videt̃ assumptũ,& in vtroq;
quodãmõ idẽ sensus exponit̃. Nã & hic oculi
eis dant̃ qbus nõ videãt,& aures qbus nõ au-
diãt:& illic optat̃ vt corã ipsis mẽsa eorũ fiat
in laqueũ,& in captionẽ, & ĩ retributionẽ, &
in scandalũ:& vt obscurent̃ oculi eorũ ne vi-
deãt:& quõ hęc digne credantur dici,& ma-
xime ex persona Christi in psalmo, nõ ociosũ
videt̃ ostẽdere. Vide ergo si hoc modo possu
mus explicare qđ quærit̃.Sicut oculis corpo-
ris vtit̃ vnusqsq; ad videndum siue bona, siue
mala,& in potestate habet vel eleuare oculos
ad cęlũ,& per id qđ videt cõditorẽ eius agno
scere,& collaudare creatorem,vel cõferre ad
spectacula circi, vel theatri, vel quarumlibet
sordidarũ oblectamẽta visionũ:qbus aut libi-
dinẽ,aut rapacitatẽ,vel alia queq; vitia amãs
inflãmetur:ita mihi intelligo animę etiã ocu
los,qb⁹ alii vtunt̃ qdẽ vt verbũ dei & doctri-
nã veritatis agnoscãt, ac sapientię eius quoti
die capiant ꝓfectũ:alii vero vtunt̃ his oculis
in contrariũ exercẽtes.s.semetipsos, quotidie
inquirẽtes quõ dogmata veritatis infringãt,
& fidẽ Christi quãtũ ipsis videt̃ impugnent.
Ponamus ergo aliquẽ orare pro his q perspi-
caces & argumẽtosi sunt in falsa sciẽtia,& di-
cere:Det illis deus oculos vt non videãt per
uersi sensus acumina:& aures vt nõ audiant,
mẽdacii.s.magistros: & obscurent̃ oculi eorũ
ne videant:non tibi videtur amplectendus is
qui hęc optat eis per q̃ eorũ peccata minuan-
tur?Multo eñ melius est nõ sapere,q̃ male sa-
pere. Non inquã tibi videtur,ꝙ Marcion qui
aduersum creatorem deũ blasphema scripta
cõposuit,vel Basilides,vel Valẽtinus,vel cæ-
teri doctores prauorũ dogmatũ beati fuissẽt,
si nullos qb⁹ ĩ malis sapiẽtes erãt cordis ocu
los habuissent? De his & Esaias dicit. Vę scri
bẽtibus.Scribẽtes eñ nequitiã scribunt. Simi
liter autẽ & ꝓ his qui male docẽt,& mala lo-
quũtur,orat Dauid in Psalmis,& dicit.Muta
efficiãtur labia iniqua,quæ loquuntur aduer
sus iustum scelus in superbia & contemptu.
Ergo & de his Israel dicit̃. Obscurẽtur oculi
eorũ ne videãt,& det illis deus oculos, vt nõ
videãt.Hæc quantũ ad oculorum cæcitatem
pertinent,quæ male viuenti incredulo Israel
tanq̃ pro remedio quodã dari a deo videtur,
dicta sint.Nunc etiã de mensa quæ in laqueũ A
& in captionẽ,& in scãdalum,& in retributio
nem eis fieri dicitur,videamus.Sed primo ad
eos pauca dicenda sunt qui allegorias in scri-
pturis diuinis refutant,& irridere solent eos
qui nõ in oĩbus sequuntur historicũ sensum.
Dicant ergo nobis si mẽsam hic Iudęorũ illã
dicit Propheta in qua prãdere vel cœnare so
lent,vt ipsa eis fiat in laqueum, vt capiat eos?
vel si ipsa mẽsa efficiatur eis in retributionẽ,
vt ab ipsa pro his quę deliquerũt recipiãt vl-
tionẽ:vel quomodo eis in scandalum fit,expo
nãt.Q3 si de his singulis explicare nõ valent,
& risum suũ ĩ cõfusionẽ viderint versum:tũc
nobiscũ pariter veniãt,& requirãt de scriptu
ris diuinis qualiter mensa hæc Israel possit in
telligi.Nobis ígit̃ pro captu sensus nostri ita
videt̃,ꝙ oẽs scripturę q̃ ante aduẽtũ dñi erãt
apud Israel(primis enim illis credita sunt elo
quia dñi)& omne qđ appellat̃ vetus testamen
tũ,mẽsa est Israel: in qua mẽsa si quis volebat
edere verbũ dei,a ꝓpositis sibi legis & prophe
tarũ sermonibus pascebatur:& hãc puto esse
mensam de qua dicit Salomon.Si sederis cœ-
nare ad mẽsam potẽtis,diligẽter intellige quę
apponunt̃ tibi:& mitte manũ tuã sciens quia
talia te parare oportet.Sed & Saluator vbi di
cit,Cum manducaueritis & biberitis ad men
sam meã:quid aliud mẽsam eius intelligimus
nisi dignos,& eos qui capere possunt verbũ
sapiẽtię,& rerũ sciẽtiã docere? Hoc & in Pro-
uerbiis Salomon de sapiẽtia ꝓstat̃ dicẽs: Sa
pientia ædificauit sibi domũ, & supposuit se-
ptẽ colũnas : Immolauit victimas suas,miscuit
in cratera vinũ suũ,& parauit mensam suam.
Oĩs ergo scriptura mensa est sapiẽtiæ. Sed vi- B
deamus quõ hanc mensam orat Dauid fieri
Israeliticis incredulis in cõspectu eorũ in la-
queũ,& in scãdalũ,& in captionẽ, & in retri-
butionẽ.Fit eis in laqueũ scriptura diuina, cũ
legunt ea quæ de Christo ꝓphetata sunt:Hic
ædificabit ciuitatẽ meã,& captiuitatẽ popu-
li mei cõuertet:& dicũt non esse hæc sub Iesu
cõpleta:Neq; eñ ædificauit(vt aiunt) ciuita
tem dei,neq; captiuitatem populi reuocauit.
Sed hęc dicũt,quia sedentes ad mẽsam poten
tis non faciũt illud qđ ammonuit Salomon,
ꝙ intelligibiliter intelligãt quę apposita sunt
eis.Non eñ visibiliter hęc,sed intelligibiliter
hoc est spiritaliter, facturus est Christus , &
prophetatus est Christus.Nã ædificauit vere
ciuitatẽ dei,sed ex lapidibus viuis, in quibus
suscitauit filios Abrahæ : ex ipsis ædificauit
ecclesiã dei,vt conuertat captiuitatẽ populi,

eorũ quos in peccatis captos diabolus detinebat. Illis ergo nõ ita intelligẽtibus, mensa hæc scripturę diuinę facta est ĩ laqueũ, & in captionẽ. Potest autẽ & illa captio mẽsę hui⁹ videri qua dñs eos cepit cũ dixit ad eos: Quid vobis videtur de Christo cuius filius est? At illi respõderũt: Dauid. Et dñs, Quomodo, ĩquit, Dauid vocat eum dñm dicẽs: Dixit dñs dño meo? & nõ potuerũt ei respondere verbũ. Fit aũt & in retributionẽ eis hęc mensa, vt breuiter dicã, secũdũ verbũ dñi quo ait: Putatis ꝙ ego accusem vos apud patrẽ? Est qui accuset vos Moyses: & scdm illud qđ Apostolus dicit Quicũꝙ per legẽ peccauerũt, per legem iudicabunt. Fit aũt & in scãdalũ mẽsa hæc hoc mõ. Ex scripturis didicerũt Iudęi, ꝙ Christus manet in æternũ: Iesum vero vidẽtes in carne, & nõ solũ in carne, sed etiã in morte, & mortem crucis, scandalizabant in eũ nescientes ꝙ passus est ex infirmitate carnis, sed viuit ex virtute dei. Hęc ergo singula qa nõ intelligibiliter acceperunt quæ apposita sunt eis ad mensam potentis, scandalizati sunt: & ipsa mensa scripturarũ diuinarũ facta est in scandalũ eis: & obscurati sunt oculi eorũ secũdum ea quæ supra diximus, & dorsum eorum curuatũ est semp. Neꝙ eñ deberẽt vltra cęlum aspicere q in creatorẽ cæli peccauerũt, & ĩ dñm maiestatis. Sed & vnicuiꝙ nostrũ verẽdũ est, ne forte hęc diuinorũ mensa verborum, ad quã videmur cõsedisse vt cibũ verbi dei ꝓ possibilitate sumamus, fiat in laqueũ, vel in retributionẽ, vel in scandalũ: si non intelligibiliter, & vt dignum est, mũdos ex ea, & puros, ac spiritales cibos sapiẽtię capiamus: etiã illud pariter obseruantes ne immũdis & sordidis vestimentis .i. corpore ac corde polluto ad mensam sapientię considea mus: & speciẽ futuri in cælis cõuiuii iã nũc meditãtes, per cõuersionem & pœnitentiam indumẽta quotidie mũdiora & nuptialia ꝑparemus: quibus vtẽtes aulã sapiẽtię & thalamos filii regis intrare mereamur.

» DICO ergo, nũquid sic offenderunt vt caderẽt? Absit. Sed ex illorũ delicto salus est gẽtibus, vt illos ęmulent. Qꝫ si delictũ illorũ diuitię sunt mũdi, & diminutio eorũ diuitię gentium: quanto magis plenitudo eorum?

C ℭCũ exposuisset Apostolus ea in qb⁹ repudiatus est Israel, & introductę sunt gẽtes, & enumerasset etiã Prophetas, q de cęcitate ipsoꝝ, & laqueo, & retributione scãdali ꝑdixerãt: ne rursum gẽtibus insultãdi causas & elationis materiã ꝑberet: ipm Israelis lapsum dicit talẽ fuisse, non vt illi caderẽt, sed vt delicto suo salutẽ gẽtib⁹ darẽt: & ait, Dico ergo: Nunqd sic offẽderũt vt caderẽt? Absit. Sed ex illoꝝ delicto, salus est gẽtib⁹. Et quõ ex illoꝝ delicto salus gẽtibus detur, ostẽdit: hoc est vt cõuersionem gentiũ vidẽtes, & testamentũ dei, qđ ipsi prius acceperãt, illis traditũ: & legẽ ac ꝓphetas apud eos maiore & digniore haberi obseruãtia: zelum capiãt etiã ipsi in nouissimis saltem tpibus: & sicut nunc illorũ lapsus salutẽ gẽtibus dedit, ita gẽtium fides & cõuersatio Israel æmulationẽ cõuersionis cõferat & salutis. Obseruandũ tñ est, ꝙ aliud ponit offendere ac delinquere, & aliud cadere: & offensioni quidẽ vel delicto remediũ ponit: cecidisse autem eos quasi desperatio in hoc sit aliqua, nõ recipit. Dicit eñ. Nunquid sic offenderũt, vt caderẽt? Absit. Sed illorũ delicto salus gẽtib⁹. Et est mirum quõ in tot & talibus quę de eis oĩs epistolę textus exponit, cecidisse tñ eos neget Apostolus. Sed videt mihi ꝙ Paulus cadẽdi differẽtias bene nouerit, & aliud sciat eẽ cadere, secundũ illud qđ scriptũ est. Septies cadit iustus, & resurgit. & iterum: Noli mihi insultare inimica mea, qa cecidi, & resurgam. & secũdũ ꝙ Hieremias dicit. Nũquid q cadit nõ adiiciet vt resurgat? aut qui auersus est nõ reuertetur? Sed & Iob de semetipso dicit. Tempore cõstituto paratus est ei cadere sub aliis, & donũ eius diripi ab alienis. & in quarto Regnorũ libro scriptũ est. Cecidit Ezechias ab elatione cordis sui. Et oẽs hi casus de quibus in supradictis sermonib⁹ scripturã ꝓnũciasse memorauimus, habent vtiꝙ resurrectionẽ: & euersio eorũ habet cõuersionẽ. In ꝑsenti vero capitulo, quasi sciẽs Apostol⁹ ꝙ si cecidissent resurgere oĩno nõ possent: ita negat eos cecidisse, & valde excusat in eo qđ dicit: Nũquid sic offenderũt vt caderent? Absit. Ne forte ergo ad aliũ casum respiciẽs Apostolus Israel excuset, & abneget cecidisse illũ de quo dicebat dñs & saluator noster: qa videbam Satanã sicut fulgur cecidisse de cęlo. Sed & illũ de quo Esaias dicit: Quomodo cecidit de cælo Lucifer, q mane oriebat? Hunc ergo talẽ casum negat cecidisse Israel. Illorũ eñ vel in fine seculi cõuersio erit tũc cũ plenitudo gentiũ subintrauerit, & oĩs Israel saluus fiet: istius aũt q de cęlo cecidisse dicitur, nec in fine seculi erit vlla cõuersio. Hũc ergo casum quẽ superi⁹ diximus .i. in quo q cadit non adiiciet vt resurgat, similẽ esse huic quã in ipso loco offensionẽ noĩat Apostolus aduertam⁹, & qđ delictũ appellat: qđ mihi tale videt esse. Siquando iustus in vno aliquo victus, verbi causa, vel in fragilitate carnis, vel alio quolibet delicto ceciderit, non tñ ideo ab omni legis obseruan- D

tia ceciderit, sed iustitiã teneat, misericordiã colat, fidem, pietatẽ, mansuetudinem seruet, & legem dei non negligat meditari: de hoc possumus dicere, quia nũquid sic offendit vt caderet? Absit. Quia Israelitæ q̃uis redemptorem suũ negauerunt, & eos qui ab ipso missi sunt lapidauerũt, & persecuti sunt: tamen habent adhuc aliquid residui. Est apud illos meditatio legis, licet non credentes, nec intelligant. Est apud illos & æmulatio dei, licet non secũdũ sciẽtiã. Et propterea dicit Apostolus, q̃a non sic offenderunt vt caderẽt: hoc est vt ab omni legis dei obseruantia vel meditatione declinarẽt: Et huiusmodi casum delictum nominauit. Illorum, inquit, delicto salus gentibus. Propterea ergo Dauid sciens huiusmodi esse delicta, in quibus qui ceciderit non resurget, nec in consummatione seculi, dicebat:
A Delicta siue lapsus quis intelligit? Sequit̃ post hęc. Q̃ si delictum illorum diuitiæ mundi, & diminutio eorum diuitię gentium: quãto magis plenitudo eorum? Considera in his dei sapientiam, quomodo apud eum nec ipsa quidem delicta & lapsus inutilitati cedunt. Sed cum vnusquisq̃ ex proposito sui libertate delinquat, dispẽsatio diuinę sapientię hoc ipso in quo illi damno suæ negligentiæ pauperes fiunt, alios diuites facit: etenim cum diuideret deus gẽtes, & dispergeret filios Adam, statuit terminos gentium, & reliqua vsq̃ Hæreditas eius Israel. Illis autem angelis quibus pars gentium distributa, seducentibus quodammodo singulos quosq̃ de parte domini ac deprauantibus, fecerunt eos offendere, ita vt diceret dominus per prophetam: Facta est mihi portio mea desiderabilis in execratione. Necessarium fuit vt illa repudiata, esset alia pars domini super terrã: quę gloriam, & testamentũ, & legislationẽ, & obsequia cultus dei (quæ omnia diuitię erãt partes dñi) susciperet, & pars domini p̃ illa parte quæ offenderat vocaretur. Idcirco delictum illorũ fiũt diuitię mũdi. Nũc eñ iam nõ vna Hebræorum gens, sed totus mundus pars domini effecta est. Sic enim ipse Saluator dicit. Quia ego veni nõ vt iudicẽ mũdum, sed vt saluetur mundus per me. Et ne ambiguũ videretur mundi nomen, quoniã quidẽ sæpe ad cęlũ & terram sępe ad solã terrã, interdũ vero ad omnes homines mundi appellatio refertur: idcirco repetit Apostolus, & manifesti[9] in quo dixerit mũdum designat. Ait eñ. Hęc diminutio eorum
B diuitiæ gentiũ. Q̃d eñ illis qui offenderunt diminutum est, & ablatũ: ad diuitias gentium collatum est, quę per fidẽ pars domini effecta

sunt hæreditas eius. Bene autẽ ad diminutionem reddidit plenitudinẽ, & nõ sine p̃fundo quodã sensu populũ Israel Paulus plenitudinẽ vocat: in quo ego pro viribus meis tale aliquid intelligo. Nũc quidẽ donec omnes gentes veniũt ad salutẽ, congregantur diuitię dei ex credentiũ multitudine: sed donec Israel in incredulitate perstitit, nondũ plenitudo portionis dñi dicitur esse completa. Deest eñ ad integrũ populus Israel. Cum vero plenitudo gẽtiũ subintrauerit, & Israel in nouissimo tẽpore per fidẽ venerit ad salutẽ, ipse erit populus qui prior quidẽ fuerat, sed nouissim[9] veniẽs ipsam quodãmodo hereditatis & portionis dñi plenitudinẽ cõpleat. Et ideo plenitudo appellatur, quia quod deerat in portione dei, in nouissimis ipse cõplebit: & ita omnipotẽtis & boni dei dispẽsatio delicta aliorũ fructuosa aliis efficit, sicut ĩ p̃senti delicta Israel diuitias mũdi facit: & imminutionem eorũ diuitias gentiũ. Iam sane fiet ex gẽtium delictis quę necessario delinquũt, tale aliquid, omniũ enim dispẽsator, & aliquibus ex eis diuitias cõfert: ne hoc quasi spiritale solius Israel fuisse videatur, sed æquitas apud iustũ & bonum deum super omnibus habeatur, etiam tu qui legis apud temetipsum ista require.

VOBIS enim dico gentibus. Q̃diu quidẽ „
ego sum gẽtium apostolus, ministerium meũ „
honorificabo: si quo modo ad æmulandum „
prouocem carnem meam, & saluos faciam ali „
quos ex illis. Si enim amissio eorum reconci- „
liatio est mundi: quæ est assumptio nisi vita „
ex mortuis? „

C Sicut sæpe dixi, obseruauimus in hac ep̃la Paulũ, aliquãdo pro Iudæis, aliquãdo pro gentib[9], interdũ vero ad alterum horum, vel ad vtrũq̃ facere sermonẽ, sicut cũ dicebat: Si autẽ tu q̃ Iudęus cognominaris: q̃si ad Iudęũ loquẽs: & iterum, Iudęo primũ & Græco, quasi ad vtrũq̃: nũc vero aperte ad gentes, hoc est ad eos maxime qui in vrbe Roma ex gẽtibus crediderunt dicit: Vobis enim dico gentib[9]. Quid ergo dicat gentibus videamus. Q̃diu quidem ego sum, inquit, gentium Apostolus ministerium meũ illustrabo, si quo modo in æmulationem immittam carnẽ meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Dicet aliquis: Q̃d ait, q̃diu sum gentium apostolus, hoc videtur ostendere, q̃ non semper erit gentiũ apostolus, sed completo ministerio aliorum quorumlibet apostolus sit futurus. Sed quantum & ex ipsius sermonib[9], & ex rerum gestarum ratione colligitur, q̃diu in hoc mũdo fuit permansisse in fide & veritate gẽtium apostolus

comprobatur. Quid ergo dicemus? Nunquid nam tanq̃ seruus bonus & fidelis, qui in pauca fuerit fidelis, sciebat se super multa constituendum, & Apostolum futurum etiam post exitum suũ, nõ solum gentium, sed & Israelitarum, & aliorum fortassis inuisibiliũ ibi vbi benedicunt spiritus & animę iustorum dominũ: hymnũ dicunt, & superexaltant eum in secula? An potius simpliciter debemus accipere Q̃diu ego sum gẽtiũ Apostolus: sicut & dominus ad Apostolos dicit: Ecce ego vobiscũ sum omnib⁹ dieb⁹ vsq; ad consummationẽ seculi: non φ dicat se post consummationem seculi nõ futurũ cũ eis, sed vt ostẽderet se nunq̃ ab eis discessurũ vsq; ad cõsummationẽ seculi. Dicat ita & Apostol⁹: Q̃diu ego sum Apostolus, dixisse pro semp, & sine fine. Vera autẽ istarum recipi debeat expositio, relinquimus legẽtis arbitrio. Igitur q̃diu est gẽtium Apostolus, Paulus ministeriũ suum illustrare se dicit: & quid tã dignũ q̃ vt vnusq̃sq; ministeriũ qd p dei prouidentiã suscepit, exornet? Exornat autẽ, & illustrat ministeriũ, qui bene ministrat: sicut econtrario dehonestat ministeriũ suũ, & notabile facit, qui negligenter & indigne ministrauerit. Verbi causa, in ministerio ecclesię diaconus, inquit, qui bene ministrauerit, bonũ gradũ sibi acquirit: & multã fiduciã in fide Iesu Christi. Si autẽ non bene ministrauerit: hoc est si non se talẽ exhibuerit qualem describit Apostolus, grauẽ: nõ bilinguem, nõ multo vino deditũ, non turpis lucri appetitorẽ: sed habẽtẽ mysteriũ fidei i cõsciẽtia pura: nõ iã bonũ gradũ, sed malã sibi poenã conquirit, tanq̃ qui cõtumeliã fecerit diuino ministerio. Similiter aũt & q presbyterii gradũ suscepit in ecclesia, satagat illustrare ministerium presbyterii. Ad ipsum eñ pertinẽt & illa q̃ de p̃sbyteris ad Titũ scribit Apostolus: & ea quę Esaias scribit, cũ dicit: Ipse dñs in iudicio veniet cũ p̃sbyteris populi, & cũ principib⁹ eius iudicabit. & addit: Vos autẽ vt qd succẽditis vineã meã, & direptio pauperũ in domib⁹ vestris est? Vt qd iniuriã facitis populo meo, & personas pauperũ cõfunditis? Secũdũ hęc autẽ & episcopus illustrat ministeriũ suũ in episcopatu, si sit secũdum φ describit Apostolus irrephẽsibilis, vigilãs, prudẽs, ornatus, hospitalis, doctor: nõ vinolentus, nõ percussor: sed modestus, nõ litigiosus, nõ auarus: domũ suã bene regẽs, filios habens in obsequio cũ omni grauitate: nõ elatus superbia, ne in iudiciũ incidat diaboli. Qui talis est, illustrat ministeriũ episcopatus sui: vt ipse audiat: Euge serue bone & fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Similiter autẽ & vidua si permaneat in orationib⁹ die ac nocte, & obsecrationibus: illustrat ministeriũ viduitatis suę. Si vero sit talis qualem Apostolus notat, ociosa, verbosa, & nõ solũ verbosa, sed & curiosa, loquẽs q̃ nõ oportet, sed in deliciis degẽs, viuens mortua: hęc dehonorauit, & non illustrauit ministeriũ viduitatis suæ. Eodẽ modo etiã virgo consecrata deo nõ illustrat ministeriũ virginitatis suæ, nec illustrat lãpadẽ suã: sed econtrario lumen eius extinguit, & efficitur vna de insipientibus virginibus. Hęc eadẽ in ecclesia vnusquisq; positus apud semetipm reputet, vt in quocũq; loco stat, siue in clero, siue in plæbe, illustret ministerium suũ fidei: & tales faciat actus suos, vt videntes homines opera eius bona magnificent patrem qui in cælis est. Hoc enim faciebat Paulus docendo gentes, quorum erat apostolus: & instruẽdo infirmos alere, paruulos lacte alendo, robustis fortiorem verbi cibũ præbendo: errantes, & in fide titubantes, ac velut in abortum quendam redactos, materno affectu rursum parturiendo donec Christus formetur in eis. Et per hęc omnia illustrando ministeriũ apostolatus sui, in æmulationẽ fidei & zelũ bonæ conuersationis adducebat carnem. i. secũdum carnem cognatos: vt si nõ omnes, aliquos tñ saluos faceret ex illis. Sic ergo dũ peruigilem curã, & iugẽ sollicitudinẽ erga doctrinã gentiũ gerit, & conuersationẽ eorũ ac vitã valde p̃babilẽ facit: vidẽtes hæc Israelitas qui erant cognati eius secũdũ carnem, ad imitãdos eos qui proficiũt in fide dei inuitat, & prouocat: & est gloria ministerii eius cũ ex eruditione etiã illis profectus accesserit. Si enim amissio eorũ recõciliatio est mũdi, quæ est assumptio nisi vita ex mortuis? Hoc mihi ostẽdere his sermonibus videt Apostolus, φ abiecto Israel & ad gẽtes necessario prædicatione translata mũdus recõciliatus est deo: secũdũ φ scriptũ est: Quia deus erat in Christo mũdũ reconciliãs sibi, nõ reputãs illis delicta ipsorũ: & iterũ sicut Paulus dicit: Qui posuit in nobis verbũ recõciliationis: p qd verbũ dicebat: Rogamus pro Christo recõciliamini deo. Sic ergo inquit, Israelitię gẽtis huius abiectio reconciliationẽ præstitit mũdo. Et si tãta fuit erga gentes ista gratia, q̃ sublata ab ea vniuersum mundũ deo recõciliare sufficeret: quantũ putas tũc merebitur mũdus, cũ etiã gens ista reconciliari merebitur deo? Et quid illud sit qd ex recõciliatione Israel mũdus acquirat, breuiter ostendit dicens: Vita ex mortuis. Tunc eñ erit assumptio Israel, qñ iã mortui vitam

recipient,& mundus ex corruptibili incorruptibilis fiet,& mortales immortalitate donabuntur.Absurdum nãq; videretur si vt offensio ipsorum reconciliationem mundo donauerit,assumptio ipsorum non maius aliquid mundo & præstantius largiretur.

" QVOD si delibatio sancta est,& massa: &
" si radix sancta,& rami.Q2 si ex ramis aliq fra
" cti sunt, tu aũt cum oleaster esses, insertus es
" in illis,& socius radicis & pinguedinis oliuæ
" factus es:noli gloriari aduersus ramos. Q2 si
" gloriaris,nõ tu radicem portas, sed radix te.
" Dicis ergo,fracti sunt rami, ego inserar. Be-
" ne ꝑpter incredulitatẽ fracti sunt. Tu autẽ fi
" de stas:noli altum sapere,sed time. Si eñ de⁹
" naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec
" tibi parcat.Vide ergo bonitatem & seuerita-
" tem dei:in eos quidem qui ceciderunt seueri
" tatem:in te autem bonitatem dei, si perman-
" seris i bonitate.Alioquin & tu excideris. Sed
" & illi si non permanserint in incredulitate, in
" serentur.Potens est enim deus iterum insere-
" re illos.Nam si tu ex naturali excisus es olea-
" stro,& contra naturam insertus es in bonam
" oliuam:quãto magis hi secundum naturam
" inserentur suæ oliuæ?

A ¶Nescio quõ qui de schola Valentini & Basilidis veniũt,hęc ita a Paulo dicta nõ audiẽtes,putẽt esse naturã animarũ quæ semper salua sit,& nũq̃ pereat,& aliã quæ semp pereat, & nunq̃ saluet:cũ Paulus aperte dicat fractos esse ramos bonæ oliuæ ꝑpter incredulitatem suam,& ibi seueritatis indiguisse vindicta: & rursus oleastri ramos,quæ apud illos natura perdita ponitur, insertos esse radici pinguis oliuæ.Sed illis p hęc facilis responsio.Nihilominus aũt etiã nobis qui vnam esse naturam ẽmmo omniũ rationabiliũ dicimus,& ad salutẽ æqualiter habilẽ,& ad perditionẽ si negligat:occurri põt & dici:Quomodo ergo Paulus oliuã bonã,& oleastrũ ponit:cũ vtiq; si sciret esse naturã vnã omniũ,diuersi generis arborũ nõ introduxisset exẽplũ. Dicẽdum ergo ad hæc.Sicut omnis materia corporalis cum sine dubio vnius naturæ sit,per accidẽtes sibi qualitates diuersas species profert,vel corporũ,vel arborũ,vel herbarũ:ita & cũ omniũ rationabiliũ vna natura sit,arbitrii æqualiter libertate donata:vniuscuiusq; ꝓprii motus ex arbitrii potestate prolati, vel ad virtutẽ, vel ad libidinem subiectã sibi animã perducentes vel in bonę eã,vel in malę arboris formãt speciẽ:vt aut bona dicať arbor, si per arbitrii potestatẽ delegerit bona:aut mala dicať si elegerit mala: & sic vnusquisq; secundum proposita sui motus aut bona oliua,si iter virtutis ĩcedat:aut si contraria sectetur,oleaster nominabitur.Inde deniq; & dñs in Euangelio dicebat.Aut facite arborẽ malã,& fructũ eius malũ:aut facite arborẽ bonã,& fructũ ei⁹ bonũ. Vt ostẽderet arborẽ bonã vel malã nõ nasci, sed fieri. Iam vero si accidit aliqd ad arbitrii libertatẽ,qd extrinsecus vel ad mala ꝓuocet, vel horteť ad bona: per ineffabiles quasdã diuinę prouidẽtię dispẽsationes in nullo consequentiã ꝓpositę absolutionis offendit.Habet eñ in semetipso natura rationabilis vigẽtem (& hęc arbitrii)libertatẽ,q̃ vel obœdire si velit,ꝓuocãti:vel si nolit,spernere possit hortãtẽ.Qd aũt diximus,ꝙ materię corporali accidentes extrinsecus qualitates reddunt species diuersas,aliquas quidẽ ad multũ tẽpus ꝑmanẽtes,aliquas ad breue:nõnullas vero non solum annis exiguis,sed interdũ etiã mensibus aut diebus paucis vix durãtes: ita intelligiť. B
Verbi causa:Species cæli,& solis,ac lunæ, vel astrorũ,talib⁹ quibusdã formatæ sunt qualitatibus quę vsq; ad seculi finẽ perdurare sufficiãt,& vsquequo liberẽtur a seruitute corruptionis in libertatẽ glorię filiorũ dei.Alię vero sunt terrenorũ corporum qualitates,& in ipsis multa differẽtia. Nonnullorũ eñ animaliũ corpora,vel arborũ,vel auiũ,multis admodũ possunt durare tẽporib⁹: aliorũ vero paucis aut valde exiguis.Q2 si hęc bene intellexisti,trãseamus nũc ab exemplis corporeę qualitatis ad naturę rationalis qualitatem:& vide quõ alię quidem in qualitatibus beatitudinis secula multa perdurant: & aliæ qualitates ꝑfidiæ vel malitiæ nihilominus secula multa cõsumunt:aliæ ex ipsis paruo tempore,vel in virtutibus,vel in malitiis manent: alię perexiguo,alię admodum breui.Quorũ per singula notitiam nos quidem homines,vtpote corruptibiles,corporis pondere prægrauati, perexiguã aut etiã nullã capere possumus. Qui vero scrutať omnia etiam alta dei, spiritus sanctus vniuersa nouit:& nota facit cui ipse voluerit reuelare.In his etenĩ ꝑcipue.i.in dispẽsatione rationalis naturæ, apostolicum illud dicendum est.O altitudo diuitiarum sapientiæ,& scientiæ dei,q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius.Sic ergo vnusquisq; ex arbitrii potestate, aut bona oliua,aut oleaster efficitur: aut Israelitici generis,aut alterius culpabilis gẽtis: vt dicatur de eo:Quia alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt ab vtero,locuti sunt falsa : ita vt sint peregrini testamentorum, & hospites ꝓmissionum dei. Et alii in deum iactantur ex

vtero, & dicũt. In te iactatus sum ex vtero, de
C ventre matris meę deus meus es tu. Sed quoniã (vt diximus) permanet semp naturæ huic libertas arbitrii, possibile est vt cũ sit qs Israeliticę gẽtis, & bonę oliuę ramus, decidat in incredulitatẽ, & frãgatur: & rursus alius q elegerat gentis esse culpabilis, & peccatricis, & p hoc ramus oleastri dicebaẽ, si conuertaẽ ad fidem (habet enim in se arbitrii libertatem, qua conuerti possit ad fidem boni) inseritur bonę oliuæ per fidem, & efficitur socius radicis, & pinguedinis oliuę. Radicẽ vero hãc alii Abraham nominant, alii Seth, alii aliquẽ vnum ex patribus bonę mẽtis ponũt. Ego aũt radicem aliã quæ sancta sit, & sanctas primitias nescio nisi dñm nostrũ Iesum Christũ. Ipse est enim primitię omniũ, vel delibatio, vt in præsenti loco habemus Apostoli, secũdũ id qđ alibi dicitur de eo: Qui est primogenitus oĩs creaturę. Huic nanq radici omnis qui saluatur inseritur, & ex hac delibatione sancta omis massa humani generis sanctificatur: & vere sicut radix sancta, manentibus in se ramis sanctitatis pinguedinẽ præbet, dũ per spiritũ suũ sanctũ adhęrẽtes sibi viuificat, verbo excolit, sapientia floridos reddit, & in omniũ virtutũ plenitudine afferre fructus vberes facit: ita vt & ipsa dicat de eis: Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei. Etẽm si rami q fracti sunt, p pter incredulitatem fracti sunt, & qui stant, si de stant: quis alius erit in quo stant nisi Iesus Christus? & quis est alius a quo per incredulitatẽ fracti sunt, nisi ipse cui non crediderunt? Semper ergo quicunq aduenæ ad fidẽ, vel ad cõuersationẽ Israel veniebant: Christo q erat verus Israel inserebantur. Præcipue tamen ex tempore aduentus eius multus oleaster insertus huic radici, vel ramis eius: Apostolis scilicet & prophetis dei: vt q inseruntur eis, socii
D fiant radicis & pinguedinis Christi. Post hæc docet nos Apostolus, nõ extolli aduersus radicẽ fractos ramos Israelitas, neq ĩsultare eis: qa non nos radicem portamus, sed radix nos. Non eñ habemus qđ non accepimus. Si autẽ accepimus, quid gloriamur quasi non acceperimus? Tum deinde quasi quibusdam impudẽtibus insultantibus & dicentibus: Sed fracti sunt rami: bene propter incredulitatem fracti sunt, vt ego insererer qui credebam: hos ergo reprimens Apostolus dicit. Illi quidem per incredulitatem fracti sunt, & tu insertus es per fidem, & in fide stas: sed memento φ omnis q se exaltat humiliabitur: & ideo noli superba sapere, noli alta & elata proloqui. Quis enim in radice stes, & bene stes: timeto tamen vidẽs φ & alii quibus insultas ibi steterunt vbi tũ stas: & cum ibi non esses, ad oliuæ huius radicem aliunde trãslatus es: & possibile est etiam te peccare. Nam hoc ipso φ superbis & exaltaris, iam peccas: & scito quoniam si deus naturalibus ramis non pepercit, nec tibi parcet. Post hæc vero qui superbit & insultat lapsis, altioribus ab Apostolo sensibus humilitatis ĩbuitur, & dicit ad eum. Tu qui hæc dicis, vide bonitatem & seueritatem dei: & cum vides seueritatem eius erga fractos ramos, metuendum tibi est ne forte & tu dum superbis & insultas lapsis, seueritatem dei quæ peccatores perurget incurras ipse peccando. Bonitas eñ eius permanet in his qui in bonitate permanserint. Alioquin eodẽ ordine & tu, si in bonitate non manseris excideris: & illi si in incredulitate non permanserint, inserentur. Deo enim non est impossibile iterum inserere illos si recedant ab incredulitate per quam fracti sunt. Quãdoquidem facilius videtur proprię arboris ramos radici suæ reddere q̃ inserere alienos. Quod autem dixit, ex naturali oleastro: & iterum, secundum naturam inserẽtur E suæ oliuæ: naturam oliuæ vel oleastri secundum hoc debemus accipere qđ supra exposuimus. Arbitrii libertas naturam fecerit vnicuiq vel oleastri, vel bonæ oliuæ. Obseruandum sane est, φ hi quidem qui ex propria oliua ceciderunt, fracti dicuntur: Hi vero qui ex oleastro inseruntur, si iterum peccauerint, non frangendi, qđ vtiq esset leuius, sed excidendi appellantur. In quo vehemẽtior profecto dei seueritas indicatur: si posteaq̃ cum esset oleaster, & ex peccatorũ sylua collectus ad radicẽ fidei ac sanctitatis adductus est, rursus amaros malitiæ proferat succos. Sed ne hoc quidem lateat nos in hoc loco: φ non eo ordine Apostolus oliuę, & oleastri similitudinem posuit, quo apud agricolas habetur. Illi eñ magis oliuam oleastro inserere, & nõ oliuę oleastrum solent: Paulus vero apostolica auctoritate ordine commutato res magis causis, q̃ causas rebus aptauit.

NOLO vos ignorare fratres mysteriũ hoc, „
vt non sitis apud vosmetipsos sapientes: quia „
cæcitas ex parte contigit in Israel, donec ple „
nitudo gentium intraret: & sic omnis Israel „
saluus fieret, sicut scriptũ est: Veniet ex Sion „
qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob: „
& hoc illis a me testamentum cum abstulero „
peccata eorum. „

¶ Adhuc ad eos qui ex gentibus crediderant F quasi elatos & superbientes aduersus ramos qui fracti sunt, putantes φ nõ dei bonitate &

ineffabili dispensatione sapiētiæ eius, sed suis meritis cōsecuti sunt, vt illis defractis ipsi cū essent oleastri insererentur in bonam oliuam dicit : Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis apud vosmetipsos sapiētes. Quia insultare lapsis, & gloriari aduersus ramos qui fracti sunt, nō fit per dei sapientiam: sed per humanam culpabilem, & ignorantem mysterium dei. Qui enim secundum deum sapit in beneficiis dei, non insultat abiectis: sed cū timore gratias agit misericordiæ largientis. Est ergo mysteriū qd̄ ignorabat ab iis qui insultabant, huiusmodi: quomodo in dispersione filiorum Adam cæteris quibusq; gentibus secūdum numerū angelorū distributis, ꝓpria quædā pars dei facta sit Israel: sicut ī aliis & sicut oportet in his ipsis paulo super⁹ memorauimus : ad quos & repromissio bonorū & testamenta, & legislatio facta est . Manente ergo parte domini in statu suo, possibile non erat nos q eram⁹ gētes introire in hæreditatē dei, & in scepetri ei⁹ iura succedere. Idcirco igitur patitur deus ex parte, id est non omnib⁹, sed aliquibus ex Israel fieri cæcitatem: ab illis sine dubio angelis obtentu inuidiæ & æmulationis illatam, qui cæterarū gentiū sortiti fuerant principatum. Passus est ergo deus, & cū possit prohibere noluit: vt pro iis qui cæcitate decepti . i. cordis obtusione prolapsi sunt, ipsorū qui istos deceperant portionem suam deus faceret: vt quodammodo in eo ipso quo ceperant caperentur . Auertentes enim ad se per peccati illecebras dei plebem, locū fecerūt gentibus ingrediendi in hæreditatem dei, deo cū ipsis communi quodam & æquissimo iure habēte iudiciū: vt donet illis plebem dei quā in cæcitatis captiuitate detinerēt: quasi ad vicem eorū, quos ab initio ex portione dei & segregata eius hæreditate subtraxerant, gentiū numerus redderet. Cū vero plenitudo gentiū fuisset expleta, & æmulatione salutis eorum cœpisset Israel discutere a semetipso cæcitatē cordis, & eleuatis oculis suis Christum verū lumen aspicere: ita secūdū præcedētes prophetias salutem quam obcæcatus amiserat Israel quæreret instigatus, dicens apud semetipsum illud propheticū: Reuertar ad virū meū priorem, qm̄ meli⁹ mihi erat ante q̄ modo. Q₃ autem hæc illis ꝓmissa sint per ꝓphetias, in multis qdem propheticis voluminib⁹ inuenit: ponemus tn̄, qd̄ sufficiat ad præsens, vnū de Hieremia testimoniū, ita cōtinens: Si exaltet cælū in excelsum, & terra humiliet deorsum, ego nō reprobabo genus Israel pro omnibus quæ fecerunt. Si ergo ꝓ eo vt introiret gentiū plenitudo, cæcitas facta est in Israel pro omnibus quę fecerūt: sine dubio cū ingressa fuerit gentiū plenitudo cæcitas cessabit. Q₃ si vis, inqt, A
Apostolus, scire quomodo etiā post cæcitatē saluādus sit Israel, audi quō scriptum est: Veniet ex Sion qui liberet, & auertat impietatē ab Iacob: & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorū. Sciendū sane est, ꝙ in Propheta Esaia, vnde testimonium istud Paulus assumit, ꝓ eo qd̄ dixit Apostol⁹: veniet ex Sion, scriptū est: Veniet ꝓpter Sion: & qd̄ ait hic: Cū abstulero peccata eorū: ibi omino scriptū nō est, sed nec apud Hebręos qdē: Apostoli tn̄ auctoritate sumptū est. Interim veniens dn̄s ex Sion liberet, & auertat impietates ab Iacob. Auertit autē impietates ab eo secundū illud qd̄ scriptū est : Quia deleuit dn̄s sordes filiorū & filiarū Sion, & sanguinē mundauit de medio eius spiritu iudicii, & spiritu vltionis: & hoc ita fieri testamētū erat ei a deo, vt sic ab eis auerterent impietates, & auferrent peccata. Quis autē sit iste ols Israel qui saluus fiet, vel q̄ erit ista plenitudo etiā gentiū, deus solus nouit, & vnigenitus eius: & si qui forte amici eius sunt, ad quos dicat: Iā nō dicā vos seruos, sed amicos : qa nota vobis feci omnia quę audiui a patre. Hoc tn̄ potest etiā nostro sensui occurrere, ꝙ sicut Israel qdiu ꝑmanet secūdū carnē Israel, & non etiā secūdū spiritū factus fuerit Israelita verus mēte vidēs deū. ꝑtingere nō pōt ad salutē: ita nec gētes qdem oēs oīno saluari possunt, nisi q̄ intra plenitudinē fuerint repertę, quęcūq; illa est q̄ ab Apostolo nominat. Ita ergo mysteriū dei ineffabili quadā sapiētię eius dispēsatione tractat, vt etiā cū sibi anima sortē malorū ipsa consciuerit, ille qui nouit vniuersa disponere, abiectionem eius, & pœnā, aliorū faciat salutē. Sed & B
illud videtur mihi in loco diligētius contuēdū, ꝙ cæcitatē istā nō dicit omni Israel contigisse, sed ex parte. Reliquię enim secundū electionē gratię saluę factæ sunt. De quibus reliquiis & Esaias ꝓphetauerat dicens : Nisi dn̄s Sabaoth reliqsset nobis semē &c. Istæ ergo reliquię in beatitudine conferunt cū plenitudine gentium: cæteri vero qui excęcati sunt ex Israel, conferūtur his gētibus q̄ nō potuerūt ad plenitudinem peruenire. Si ergo quę inueniunt in sermonibus prophetarum de repromissionibus scripta beatitudinem continētia si de Israel, ad reliquias istas quæ electæ sunt ptinēt: si de gentibus, ad plenitudinē spectāt. Siqua vero tristia, si quidem de Israel dicuntur, ad illos sine dubio reliquos qui excæcati sunt referuntur: si vero de gentibus, illos pro

fecto qui sunt extra plenitudinem stringunt. Omnia tñ finis perurget, & eos quidẽ q beati sunt, siue illi ex Israel, siue & ex gẽtibus veniant, praesentis temporis euãgelicę doctrinae sermo purificat: vt sint tales sicut erãt illi ad quos dominus dicebat: Ecce iam vos mundi estis pp̃ter sermonẽ quẽ locutus sum vobis. Qui vero verbi dei & doctrinę euãgelicę purificationes spreuerit, tristibus & poenalibus purificationibus semetipm̃ reseruat: vt ignis gehennę in cruciatibus purget, quẽ nec Apostolica doctrina, nec euangelicus sermo purgauit: secũdũ illud quod scriptũ est: Et purificabo te igni ad purificationem. Verum hęc ipsa purgatio quae per poenã ignis adhibetur quãtis temporib⁹, quantisve seculis de peccatoribus exigat cruciatus, solus scire potest ille cui pater omne iudicium tradidit: qui ita diligit creaturam suam, vt pro ipsa euacuauerit semetipm̃ de dei forma, & serui formam susceperit: humiliãs semetipsum vsq; ad mortem: volẽs omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Verũtamen meminisse semper debem⁹, ꝙ pręsentẽ locũ Apostolus q̃si mysteriũ habere voluit, quo. s. huiusmodi sensus fideles quiq; & perfecti intra semetipsos velut mysteriũ Dei silentio regant, nec passim imperfectis & minus capacib⁹ proferant. Mysterium regis (ait scriptura) cęlare bonum est.

" SECVNdum Euangelium quidem inimi-
" ci propter vos, secundum electionem autem
" charissimi propter patres: sine poenitẽtia enĩ
" sunt dona, & vocatio dei. Sicut enĩ aliquan-
" do & vos nõ credidistis deo, nunc autem mi-
" sericordiam consecuti estis propter incredu-
" litatem eorum: ita & isti non crediderunt in
" vestram misericordiam, vt & ipsi misericor-
" diam consequantur.

C ¶Eadem prosequẽs adhuc de Israel & gentibus Apostolus, & ramis ei⁹ oleastri qui insultabunt ramis oliuę fractis, imputans etiã hęc addit: ꝙ Israel secundũ euangelium quidem inimic⁹ factus est deo, quia nõ credidit Christo: quantũ autẽ spectat ad honorificentiam patrũ, electus est, & charissim⁹ habetur apud deum. Semel autem donata electione semini patrum, & dilectione concessa: seruat sine dubio deus dona & vocationẽ suam erga semen eorũ, quorũ meritis id aliquãdo largitus est: nec poenitudo incurrit in deũ etiam si minus digni videantur existere, hi erga quos pmissa patribus beneficia cõferuntur. Verũ (vt saepe cõmonuimus) etiã in pręsenti loco illa est obseruanda distinctio, ꝙ Israel quidẽ qui inimicus est deo, ille dicatur q clamat de Christo: Tolle tolle, crucifige eũ. Quomodo enĩ nõ dicãtur inimici deo, qui vel tũc, vel etiã nũc dixerint ista, vel dicãt? Sed quod dicit: Propter vos, quorũ saluti. s. inuidẽtes ꝓhibẽt Apostolos gentibus loqui, & persequẽtes eos qui annunciant Christũ. Secũdũ reliquias vero quae saluandae dicuntur, in quibus electio credentium secuta est ex Israel, charissimi sunt propter patres. Quorũ. s. fidẽ sequẽtes, credunt in eũ qui suscitauit Iesum a mortuis. Et secũdũ hoc erga huiusmodi semen sine poenitentia sunt dona, & vocatio dei. Post hęc vero latentes & profundiores incredulitatis eorum aperit causas, & dicit. Quia sicut vos gentes quõdã non credebatis deo, nec tamen idcirco penitus reliquit vos deus, sed aliquando ad vitã misericordiã consecuti estis: occasio tñ in vos conferendę misericordię, populi Israel incredulitas extitit: ita etiam hi qui nũc de populo Israel non crediderũt, & pro incredulitate sua derelicti sunt, vt ad vos dei misericordia flecteret, non vsquequaq; relinquentur in incredulitate sua: sed cũ plenitudinis gẽtium fuerit impleta dispẽsatio, etiam ipsi misericordiam consequentur. In quo volens Apostolus bonitatem dei ostendere, ꝙ incredulitatem illorum salutem facit, inquit.

CONclusit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. "

¶Non quo ipse eis iniecerit incredulitatis ꝓpositũ, sed ex ipsorũ incredulitatis proposito credendi aditũ aliis q prius increduli fuerant patefecit. In his autẽ positus locis Paulus, & altius intuens huiusmodi causas, quomõ de⁹ malũ ꝓpositũ nõ continuo resecet, & excidat, sed compatit, & reseruat: prospiciens ꝙ aliqd boni in aliis facturus sit per alterius propositum mali: ab his opinor de quibus loquebat, retulit oculos cordis sui ad ipsam malitię originem, ꝙ eam ex initio in his quibus oborta est, quicũq; illi sunt, pullulantem, & arbitrii libertate crescentem vtile non iudicauerit resecare: sed permiserit eos vti proposito suo, sciens & prospiciens ꝙ multoꝝ profectus & vtilitas ex malitię illorũ occasione cõsurget: & ĩ tantũ apud deũ virtuti locus est, vt & malitię opus q̃uis illi pniciosa sit de quo pcedit, bene ficiũ tamẽ pstare dispẽset ei cui agones commouet, cũ fuerit superata. Cõsiderãs ergo sanctus Apostolus tantae esse bonitatis dei diuitias: & tantũ diuinę sapientię opus erga rationabiles agi naturas, & ꝙ tantum deus diues est in misericordia, & diues in oẽs q inuocant eũ: & tãtę est bonitatis, & patientię, & lõganimitatis

mitatis repēte interioribus eā cordis oculis intuēs, immēsitatēq; earū prospiciēs, stupore simul & pauore percussus exclamat & dicit:

» O ALTItudo diuitiarum sapiētię & scien
» tię dei, q̄ incōprehēsibilia sunt iudicia eius,
» & inuestigabiles viæ eius.

A ℭVū.n.humanę mētis sensus ita possit opinari, vt seruata vnicuiq; arbitrii libertate, alterius malitię opus vertatur alteri ad damnationem, alteri ad salutem: & vincēti se malitia palmā cōferret, q̄ vtenti se pnicië præberet? His ergo generali, quātū videtur, Aplus ratione pspectis exclamat & dicit: q̄ tāta est altitudo diuitiarū dei & sapiētię ei⁹, tāta est altitudo, & sciētię nihilominus tāta est altitudo (ad omnia em̄ hæc altitudinis sermo deseruit) vt scrutari iudicia ei⁹: qb⁹ vnāquāq; animā atq; oēm naturā rationabilē dispēsat, nemo sufficiat: nec vias dñi qb⁹ puidētia incedit inuestigare aliqs possit. Aliqs autē dicimus nō solū hoīm, sed & toti⁹ creaturę. Ne q̄.n. iscrutabilia iudicia, neq; iiuestigabiles vię eius dicerent: nisi qa nulla est creatura q̄ vel inuestigare valeat vel scrutari. Solus est em̄ filius q nouerit patrē, & solus est spirit⁹ sanctus q scrutatur oīa etiā altitudinē dei. Et ideo hāc altitudinē dei, quā & inscrutabilē dicit & iiuestigabilē, creaturę oī inscrutabilē & iinuestigabilē dicit. De filio vero & spiritu sancto dicere ista nō poterat, qa filius in euāgelio dicit ad patrē: Pater oīa mea tua sunt & tua mea. & de spiritu sancto ipse Paulus pnūciat dicēs. Nemo.n. scit hoīm q̄ sunt hoīs, nisi spūs hoīs q̄ i ipso est. Ita & q̄ i deo sunt: nemo cognouit nisi spūs dñi. Vides ergo q̄ Paulus in pñti capitulo in his q̄ dicit.

» Q VIS.n. cognouit sēsū dñi, aut qs cōsiliari⁹
» ei⁹ fuit: aut qs prior dedit illi, & retribuet ei?

B De creaturis dicat: naturam vero trinitatis excipiat. Quippe cui nihil fit cū creatura cōe, nisi beneficētię opus. Sed & qd̄ ait: Quis illi cōsiliarius fuit? nō quasi minus ipse sufficiēs cōsilio indigeret alterius: sed cōsilii pticipem nullā qdē in creaturis esse pnūciat. Cōsilium vero sapiēti necessario in sapiētia sua est qdē Christus, & in sanctitate qdem spūs sanctus. Simili autē modo & Quis prior dedit illi, & retribuet ei, itelligēdū est. Nemo em̄ aliqd factori suo prior cōtulit: quippe cū etiam hoc ipm qd̄ est, vnusqsq; a cōditore susceperit.

» Q VOniā ex ipo, & p ipm, & i ipo sunt oīa.

C ℭVides quō in vltimis ostēdat, q̄ in olbus q̄ supra dixit segregauerit mysteriū trinitatis. Sicut em̄ in psenti loco qd̄ ait: Qm̄ ex ipso, & p ipm, & in ipso sunt oīa: cōuenit illis dictis quę idē Apostolus i aliis memorat locis cū dicit: Vn⁹ deus patet ex quo oīa, & vnus dñs noster Iesus Christus p quē oīa: & iterū spū dei dicit reuelari oīa: & p hęc designat in oībus esse puidētiā trinitatis: ita & cū dicit, Altitudo diuitiarū, prē ex quo oīa dicit esse, significat: & sapiētię altitudinē, Christū q est sapiētia ei⁹, ostēdit: & sciētię altitudinē, spiritū sanctū, q etiā alta dei nouit. Verūtamē qd̄ dicit Ex ipso: hoc ipm q̄ sumus indicat: Per ipm aūt, q̄ p ei⁹ puidētiā dispēsamur i vita: In ipso vero, q̄ pfectio oīm & finis i ipso erit tūc cū erit deus oīa i oib⁹. Et tūc ipsi gloria in secula. Amē. In secula pp̄ter hoc q̄ pfectio oīs nō intra vnū seculū cōcludit: sed i multa ptēdit: & vix aliquādo adimplenda sperat. Iūgit aūt & Amen: vt intelligamus p illū ad istā beatitudinē veniendū: de quo scriptū est in Apocalypsi: Hęc dicit qui est Amen.

LIBER NONVS.

VM PER OMNEM Textū D epłę in superiorib⁹ docuisset Apłs quō a Iudęis ad gētes, a circūcisione ad fidē: a litera ad spiritū: ab vmbra ad veritatē: ab obseruātia carnali ad obseruātiā spiritalē religio sūma trāslata sit: & hęc ita futura ppheticis ostēdisset vocib⁹ designata: iā nūc spiritalis hui⁹ obseruātię: ad quā cultus dei ritū docuit eē trāslatū aggredit mores & istituta sancire, & ait.

CAP.XII.

OBSECRO Itaq; vos fratres per miseri »
cordiam dei. »

ℭQm̄, inqt, ostendimus a sacrificiis carnalibus recedendū, secūdū q̄ & propheta dicit, Hostiā & oblatiōes noluisti: nec placita sunt tibi: nūc, ait, doceo vos qbus hostiis delectet deus. Et hęc doceo nō quasi imperās: nihil.n. proficit legis imperiū: sed quasi qui officium susceperim recōciliādi vos deo. Obsecro vos fratres, & obsecro nō p potentiā: sed p misericordiā dei. Quia em̄ (sicut supra ostendi) oēs cōclusi sunt sub pctō: nūc iam nō in meritis: sed i misericordia dei salus humana cōsistit. Quid autem est qd̄ vos obsecro?

VT exhibeatis corpa vr̄a hostiā viuētē, san »
ctā, deo placētē: rationabile obsequiū vestrū. »

ℭObsequiū hic cultum dicit. Qui cultus qm̄ E dudū in pecudū mutorū corporib⁹ cōsistebat nūc, inqt, in corpore rōnabilis hoīs offerat, & corpora magis vestra q̄ pecudū flāt sacrificiū deo, atq; i sacris altarib⁹ collocent. Hi.n. q mēbra sua mortificāt ab incētiuo libidinis & furoris: & act⁹ corpis sui deo placitos ha-

bēt,hostiā viuentē,sanctā,deo placentē ratio nabiliter offerūt:& legē sacrificiorum quę I Leuitico lata est,scdm spiritalē intelligētiā cōplēt. Verbi causa,vt ibi offerebāt vitulū primo I loco,vel scdo arietē,aut tertio hircum, aut quarto turtures,vel etiā pullos colūbarū:vt I his vniuscuiusq aīa putificaret p qlitate gestorum:hæc nūc I suo corpore vnusqsq purificās,& spiritali sensu discernēs,rōnabili obsequio viuentē hostiā obtulit deo. De quibus singulis cū I libro Leuitici aliq̄ dicerem⁹, pro virib⁹ explanare tentauimus: quomodo vnusqsq rationabili obsequio cult⁹ dei, si superbiā corpis sui vincat,imolet vitulū:si ira cūdiā superet,arietē iugulet:si libidinem vincat,I holocaustū offerat hircū:si vagos & lubricos cogitationū refecet volat⁹,colūbas & turtures imolauerit.Sed hęc(vt dixi)si quis
F scire dignū putat,ibi lati⁹disserta repiet.Nūc aūt Paulus obsecrat credētes in Christo, vt corpora sua exhibeāt hostiā viuētē,sāctā,deo placētē. Viuētē dicit hostiā,quę vitā hoc est Christū I se gerit,& dicit:Mortē Iesu in corpore nro circūferim⁹,vt & vita Iesu Christi in corpe nro manifestet.Sāctā dicit,in q̄ sp̄us scūs habitat, scdm q in alio loco dicit, An nescitis qa tēplū dei estis,& sp̄us scūs habitat I vobis?Placētē deo,vtpote a vitiis & peccatis separā.Hęc aūt oīa rōnabilis cult⁹ ē dei. Potest eīn pro tali cultu reddi ratio,& ostendi q dignū ē deo tales hostias imolare: Arietes aūt,& hircos,& vitulos imortali & Icorporeo deo offerri nulla ratio recta & honesta suscipiet.Hęc ergo ita fieri,& ita colere Deū eos q Christo crediderūt,nō solū docet apl's, sed obsecrat p mīam dei:vt ondat p hoc humano generi(qm̄ pclíue est ad delictū)huiuscemodi hostias dei miseratiōe puisas,qbus si vnq̄ lapsus acciderit, p rōnabile obsequiū & hostias eo mō quo supra dixim⁹ imolatas,reparari possit aīa ac restitui ad salutē. Q₂ aūt multę sunt mīæ dei, designat Paulus in scda ad Corinthios dicēs:Benedict⁹ De⁹,& pater dñi nri Iesu Christi,pf misericordiarū.Audi deū sicut Christi pf est,& sapientię pater est, & iustitię pf est(q̄ oīa Christ⁹ est)ita esse misericordiarū patrē.Ergo Christus sicut & cętera oīa,& mīa est:ipse est misericordię mltę nō vna:hoc est sicut thesauri sapiētiæ & sciētię in ipo sunt,sed sunt absconditi,ita & misericordię thesaurus in ipo est,sed est absconditus:ne forte si ad subitū & ante tēpus pferat, faciat me,& si qs mihi similis I desidia eē voluerit,negligētem. Videbit ergo pcipue hostia viuēs,& sancta, & deo placēs,corpus eīs

se incontaminatū.Verum qm̄ videmus non- G nullos sacdotum,aliquos etiā apostolorum habuisse cōiugia: nō vsquequaq possumus de sola virginitate sentire,quis in huiuscemodi hostiis habere pri⁹ ordinē possit: sicut in lege, alia erat hostia sacerdotis,alia principis, alia synagogę,& alia vnius aīæ. Et quis I ecclesia prima post apostolos hostia martyrū,secūda virginū videat,tertia cōtinentiū: puto tamē q neq illi q in cōiugiis positi sunt,& ex consensu ad tps vacāt oratiōi,velut Nazaræorum vota soluētes,si I cęteris sancte agāt & iuste, negādi sunt corpa sua exhibere posse hostiā viuētem,sanctam,deo placentē. Nec rursum corpora virginū vel continentiū,si aut super bię macula,aut auaritiæ sordibus,aut linguæ maledicę,vel mēdacii immūditia polluātur, hostiam sanctā & deo placentē putanda sunt ex sola virginitate corporis obtulisse.Quia I lege hostia cū offerretur, inspiciebatur a sacerdote diligētius nō solum si ex mūdis esset animalib⁹,sed ne aut in oculo haberet vitiū, aut in auribus,aut in pedib⁹:ne claudum,ne luscum,ne eeulsum diuino admoueret altari. Sic ergo per omnia membra discutitur & pertractatur hostia viuēs,sancta, deo placēs, quæ rationabiliter offerenda est.

ET nolite conformari huic seculo.

¶Sciēdū est q in greco habet, Vt pbetis quę H sit volūtas dei bona & beneplacita & pfecta. Sed nos qa vn⁹ I vtroq pōt sensus videri,cōsuetudinē seqmur latinorum.Nolite,inquit,cōformari huic seculo.In quo ostēdit esse quādam formā huius seculi, & aliā esse seculi futuri:& si qui sunt q amant psens seculum,& ea q̄ sunt in hoc mūdo,scdm formā seculi psentis aptant:q vero nō respiciūt ea quæ vident,sed q̄ nō vidētur & æterna sunt: transformant & renouantur ad futuri seculi formā.Et īde fit vt nō agnoscat eos hic mūdus, sed odio habeat & psequat,sed agnoscāt istā formā angeli dei,q sūt de illo seculo vēturo. Et sīle mihi videt esse hoc,dicto illi quo ait: Sicut portauim⁹ imaginē terreni,portemus & imaginē cęlestis. Vide ne forte cū venerit ira in cor tuū,cōformē te facias huic seculo: similiter & cōcupiscentia mala,& auaritia,& cętera qbus pręsens seculum delectatur, formā tibi pseuti seculi imponāt.Si vero econtrario māsuetudo,patientia,lenitas,continētia,fides,veritas,cęteraq virtutes habitent in sensu tuo,cōformē te futuri seculi faciēt: & ita pulchram animę tuę speciem reddent: vt verbū dei qd despondit eam sibi in misericordia & fide,dicat ad eā:Tota es formosa

amica mea, & macula non est in te. Intende autem diligentius quod ait:

" SED reformamini ĩ nouitate sensus vestri.

A ¶Vt ostẽdat formã qdẽ culpabilẽ. Pri⁹.n.formã malitiæ habuit oĩs aĩa. Sed adhortať ex hoc sermo apostolic⁹, vt illa abiecta ad singularũ virtutũ speciẽ reformemur: & ita demũ possim⁹ reuelato vultu cordis dñi gloriã speculari ab hmõi imagine transformari. Quõ aũt in hoc trãsformemur, ipe docet dicẽs: In renouatione sensus nrĩ. Renouať aũt sensus nr̃ p exercitia sapiẽtiæ, & meditationẽ verbi dei, & legis ei⁹ ĩtelligẽtiã spiritalẽ: & quãtũ qs quotidie ex scripturarũ pficit lectiõe, quãto alti⁹ intellect⁹ ĩcedit, tãto semp nou⁹ magis & quotidie nouior efficiť. Nescio autẽ si põt renouari sensus q piger est erga scripturas diuinas & ĩtelligẽtiæ spiritalis exercitia: qb⁹ possit nõ solũ ĩtelligere q̃ scripta sunt, verũ ea applicare apti⁹/& manifestare diligẽti⁹. Põt tñ fieri vt nõ oĩs sensus ĩ hoc possit renouari, vt agnitiõe sciẽtię dilateť. Põt eñ renouari sẽsus ad iustitiã, ad cõtinẽtiã, ad misericordiã, fidẽ, patiẽtiã. Sed vide qd in sequẽtibus huic renouationi sensus adiũgat Apl's.

" VT probetis quę sit voluntas dei, qd bo-
" num & beneplacitum, & perfectum.

B ¶Et vtiq̃ nisi ad oẽs renouatus sit sensus, & totus dei sapiẽtia illuminat⁹: pbare nõ põt q̃ sit volũtas dei. In multis eñ putať esse volũtas dei, & nõ est. In quo is vtiq̃ q sensum nõ habet renouatũ, errat, & falliť. Est aũt re vera nõ cuiusq̃ sensus, sed valde renouati: & (vt ita dicã) ad dei iã imaginẽ reformati, pbare ĩ singulis qbusq̃ q̃ agim⁹, q̃ loqmur, q̃ cogitam⁹: si sit volũtas dei: & nihil oĩno vel agere, vel dicere, vl' cogitare qd volũtati dei nõ senserit cõuenire. Quæ sit, inqt, volũtas dei, qd bonũ, & bñplacitũ, & pfectũ. Nõ põt alid velle de⁹, nisi qd bonũ est: & vtiq̃ qd bonũ est & pfectũ, sine dubio hoc deo placet. Si vero secũdũ hoc qd diximus apud græcos haberi .i. vt pbetis q̃ sit volũtas dei bona & beneplacita & pfecta: potest qdẽ idẽ qd supra dixim⁹, videri, q̃ oĩs volũtas dei bona sit, & beneplacita, & pfecta. Potest aũt & tale aliqd ĩ his sermonib⁹ sentiri, qa Dei qdẽ volũtas semp bona est: sed nõ semp ei⁹ bona volũtate dispẽsari meremur, neq̃ beneplacita & pfecta. Verbi causa, vt vngereť Saul in regẽ: fuit qdẽ volũtas dei: sed nõ beneplacita, neq̃ pfecta. Irascẽs eñ populo, q refutauerat deũ habere sup se regẽ: regẽ eis hoĩem iussit institui. Sed & propheta ex psona dei dicit. Dimisi eos secundũ desideria cordis eoꝝ, vt irẽt in cupiditatib⁹ suis. Sic ergo aliquãdo fit volũtas dei in his quibus cõcupiscim⁹ & desideramus. Sed & q renouat⁹ est sensu, pbare debet si volũtas dei hęc bona est bñplacita atq̃ pfecta: & nõ talis quę magis desideriis nr̃is indulgeat q̃ vtilitatib⁹ cõsulat. Sed iã ad sequẽtia cõuertamur.

DICO enim per gratiã quæ data est mihi "
omnibus qui sunt inter vos. "

C ¶Sciẽdũ primo est, q̃ vbi nos habemus, oĩbus q sunt ĩter vos: in gręco habeť, Oĩ q est inter vos. Qui sermo vtiq̃ ad eos ĩdicat verbũ fieri: q cũ ante nõ fuerint, nũc esse cœperint. Deus eñ (vt dicit Apl's) vocat quę nõ sunt tãq̃ q̃ sunt: Non sunt autẽ hi q pticipes non sunt eius q vere est, q dixit ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: q est, misit me ad vos. Qd ergo ait Paulus: Dico eñ oĩb⁹ q sunt inter vos: vel vt in gręcis haberi dicimus, oĩ q est in vobis, simile est ac si diceret: Dico enim oĩ q in deo est, nõ plus sapere q̃ oportet sapere. Verũtamẽ videndũ est, q̃ Paulus (sicut & in aliis dicit) nõ in suasoriis sapiẽtiæ carnalis verbis: sed per gratiã q̃ sibi data est loquiť. Est eñ multa differẽtia per gratiã loquẽtis, & per humanã sapiẽtiã. Deniq̃ ex rebus ipsis sæpe cõpertũ est: nõnullos eloquentes & eruditos viros nõ solũ in sermone, sed & ĩ sensibus ppotẽtes, cũ multa ĩ ecclesiis dixerint, & ingẽtem plausum laudis acceperint: nemĩnẽ tñ auditorũ ex his quæ dicta sunt cõpũctionẽ cordis accipere, nec pficere ad fidẽ: nec ad timorẽ dei ex recordatione eoꝝ q̃ dicta sunt incitari: sed suauitate quadã, & delectationẽ sola aurib⁹ capta discediť: sæpe aũt viros nõ magnę eloquẽtię, nec cõpositiõi sermonis studẽtes, verbis simplicibus & incõpositis multos infideliũ ad fidẽ cõuertere, superbos inclinare ad humilitatẽ, peccãtib⁹ stimulũ cõuersionis infigere. Et hoc vtiq̃ signũ est, sicut in pręsenti Apostolus dicit: p gratiã loq q̃ data est ei. Ego aũt puto, nõ solũ ĩ verbo dei ecclesiã docẽtibus adesse gratiã: si talis sit sermo qualẽ supra diximus, q auditorẽ nõ tã delectet, q̃ stimulet, & ad profectũ aliquẽ virtutis adducat: sed & in omnib⁹ fere quę aguntur in vita: ita esse dephẽdet. Est eñ aliquis q & qd agit, & qd loquiť, habet gratiã: & alius q interdũ & prudẽtius loquitur, & diligẽtius ac laboriosius agit, neq̃ in verbis, neq̃ in gestis suis inuenit gratiã. Deniq̃ sicut & ĩ aliis iam scriptũ esse diximus, qa & Ioseph inuenit gratiam in cõspectu principis carceris, & Hester inuenit gratiã apud regem. Repperimus autẽ in quodã secretiore libello scriptũ quasi angelum quẽdã gratiæ: qui etiã voca-

D (margin, beside "sæpe cõpertũ est")

bulum ex gratia traheret: Anahel.n.dicit,qđ est interpretatū gratia dei: Hoc ergo scriptura illa cōtinebat,ꝙ missus esset a domino iste angelus ad Hester,vt ei gratiā daret apđ regem.Sic ergo alia virt⁹ est sermonis,q ꝑ gratiā dicit: & alia vis doctrinę,quę potestas vocatur.Alius sermo est ex eruditiōe cōmuni, qui q̄uis lautus sit,& arte cōpositus,tamē si nō ꝑ gratiā vel dicitur,vel scribitur: delectare fortassis pōt legentē,adducere aūt ad fidē nō pōt auditorē.Paulus igitur nō solum ista quę dicit ꝑ gratiam dicit, sed & auditoribus suis precatur gratiā dari: & nō solū gratiā,sed & multitudinē gratię. Sic em̄ scribit: Gratia vobis multiplicet.Et in oībus epistolis suis dicit,Gratia vobis,& pax.Sed videamus quidē ꝙ per gratiā quæ data est sibi,apostolus dicit oībus qui sunt inter Romanos.

» NON plus sapere q̄ oportet sapere,sed sa-
» pere ad sobrietatem.

E ¶Videtur adhuc ad superbiētes ramos oleastri,& insultātes quidē bonę oliuę,etiā hunc aptare sermonē,& dicere eis:nō debere pl⁹ sapere q̄ oportet sapę.qđ simile est illi sermoni quē dixit: Noli supbe sapere q̄ oportet. Sciendum tamen est,ꝙ & cęteri eruditi viri vtuntur hac definitiōe:vt naturā vel causam peccati in eo ponant,si addatur aliquid virtutibus,aut minuatur. Verbi gratia, Iustitia virtus est: & si quid minus aliquis facit q̄ iustitia patitur,sine dubio iniust⁹ est.Si quis vero sub specie iustitię erga vindictas nimius fiat,& seuius agat:in vltionis crudelitatem ex iustitia deuolutus est. Vnde & Salomon dicit: Noli fieri in multo iust⁹.Similiter & libertas si intra temperantiā suam sit,virtus est:si minus habet,timiditas.si ampli⁹,temeritas nominatur.Pari modo & prudētia si in sua mensura sit,virt⁹ est:si minus habeat,īprudētia: si plusq̄ oportet,malitia appellat.Inde puto ꝙ & serpēs ī paradiso prudētior dict⁹ sit cęteris bestiis,hoc est excedēs prudētię mensurā, & in ptes malitię plapsus.Inde & filii hui⁹ seculi prudētiores dicunt q̄ filii lucis:plus em̄ sapiūt q̄ oportet sapere. Et sic ī singulis qbusꝙ virtutib⁹ potest aliqs plus sape q̄ oportet. Potest aliquis etiam ī castitate plus sapere q̄ oportet sapere:vt sunt illi q attendunt spiritibus seductoribus,& doctrinis dæmonioꝝ ī hypocrisim falsa loquētium,cauteriatā habētes cōscientiā suā,ꝓhibentiū nubere,& abstinere a cibis quos de⁹ creauit.Isti plus sapiūt de castitate q̄ oportet.Min⁹ aūt sapit q̄ oportet luxuriosus & incestus.Ego aūt dico ꝙ hęretici plus sapiūt de Christo q̄ oportet sape, qui negant eū filium dei creatoris esse,sed alterius nescio cui⁹ melioris dei.Sed & illi pl⁹ de Christo sapiūt q̄ oportet sapere,q negant eum in carne venisse,& natū esse de virgine: sed cęleste ei corpus assignant.In his ergo oībus Paul⁹ nos vult nō plus sapere q̄ oportet sape,sed sapere ad sobrietatē.Qđ in gręco dicit sophrosyne,in nostris codicib⁹,hoc est in scripturis diuinis sobrietas a maiorib⁹ interpretatū est.Ab aliis tamē eruditis viris tēperātia ponit:quę tēperātia vna ex quatuor generalib⁹ virtutib⁹ habet.Et in hoc loco ergo melius apostoli dicta lucerēt si haberemus & nos scriptum secundū græci sermonis virtutem,sed sape ad tēperantiā:id est,vt in omnibus quę agimus,vel quę loquimur, vel q̄ sentimus,temperātiam teneamus.In iis em̄ quæ supra enumerauimus,neꝙ amplius,neꝙ minus fieri debere,sed modū seruare,nouit sola temperantia.Post hæc ait.

Et vnicuiꝙ sicut deus diuisit mēsurā fidei. »

¶Hoc est vt sciat vnusqsꝙ & intelligat q̄ in F eo sit mēsura gratiæ dei,quā cōseq meruit ꝑ fidē.Interdū em̄ accidit,vt qs a deo sapiat in ope charitatis,aut vt sapiat in officio visitādi,aut erga misericordias pauperū,aut circa debilium curā,aut erga viduarū & pupilloꝝ defensionē,aut erga hospitalitatis sollicitudinē.hęc ergo singula diuisit vnicuiꝙ de⁹ secūdū mensurā fidei. Sed si is qui accepit gratiā vt de vno aliquo hoꝝ saperet, non intelligit mensurā gratię sibi datæ: sed velit sapere de sapiētia dei,de verbo doctrinę,de profundioris scientię ratione,in quo gratiā nō accepit: & non tā discere velit,q̄ docere q̄ nescit: iste cū minus sapiat,plus vult sapere q̄ oportet. Nō enim sapit ad temperātiam,vt custodiat vnicuiꝙ sicut deus diuisit mēsurā fidei. Verum vt euidentius adhuc apostolus designaret,introducit exemplum & dicit.

Sicut em̄ in vno corpore multa mēbra ha- »
bemus,oīa aūt membra nō eundē actum ha- »
bent:ita multi vnum corpus sumus in Chri- »
sto,singuli autem alter alterius membra. »

G ¶Ordinatissime ꝑ hęc cōponēs oē corpus ecclesię:vt sicut mēbra corporis singula quæꝙ ꝓprios hn̄t actus,& officiis suis vnūquodꝙ deseruit,nec tn̄ possibile ē vt nō cōsensu mutuo sibi ī uicē cedāt:ita(inqt)& ī ecclesia q̄ est corp⁹ Christi,diuersos singuli habem⁹ act⁹. Verbi gřa:Ali⁹ studiū oīne erga sapiētiā dei & doctrinā verbi adhibet,& ī meditatiōe legis diuinę die ac nocte ꝑsistit:& ē magni huius corporis oculus. Alius,vt supra dixim⁹, erga ministeriū fratrū,& indigentiū curā &

est sancti huius corporis manus. Alius studio suus auditor verbi dei: & auris est corporis. Alii ad visendos decũbẽtes, & egredos tribulãtes, & positos ĩ necessitatibus eruẽdos est impiger: & pars sine dubio ecclesiastici corpis appellaẽ. Et ita inuenies vnũquẽq; p posse erga vnũ aliquod officiũ spiritale opera dare, cetera vero sequẽtia habere. Neq;.n.hoc dicimus q vnũ sufficere debeat: sed secundũ formã propositi exẽpli: sicut, verbi gratia, oculus speciale officiũ habet vt videat: verũtamen est ex omnibus & in oibus mẽbris, & cũ singulis agit oia, & cũ ipso singula q̃q; agũt oia: ita & qui p gratiã fidei vnũ aliquod bonũ speciale meruit: illud quidẽ principaliter administrat, in oibus vero actibus socius cũ

A ceteris habetur & particeps. Quomodo aũt corpus istud ĩ Christo sit.i.in veritate, & sapientia, & iustitia, & sanctificatione, quæ oia Christus est, sepe iã diximus. Iã vero si in hoc corpore, verbi gra, vt sit aliqs oculus, qd est in corpore toto nobilius: vel manus qd sequẽti loco haberi potest, aut auris, aut lingua, aut cetera queq; q̃ videnẽ honestiora esse: & rursus vt sit aliqd aliud mẽbrũ ex his q̃ videntur inhonestiora esse: ipe aliqd cause pstitit, an dei volũtate absq; vllis oĩno causis ille illud vel illud cõstitutus sit mẽbrũ, supra nostrã itelligẽtiã eẽ puto. Verũ ne hi q naturas diuersas afferũt animarũ, & a diuersis cõditoribus institutas, locũ cõfirmãdi dogmatis sui inuenire videanẽ: ea q̃ nobis in superioribus de vasis honoris & vasis contumelie disserta sunt: etiã presenti sufficiant loco. Nũq̃ eñ concedẽdũ est, vt siue in præsenti, siue in preteritis, siue etiã in futuris seculis: non ita vnũquẽq; dispẽser diuina puidẽtia, vt vniuscuiusq; meritũ arbitrii libertate collectũ materiã prebeat dispensanti. Iustus est eñ deus: & iniustitia non est apud eum.

» HAbẽtes donatiões scdm gratiã q̃ data est
» nobis differentes, siue pphetiã scdm ratione
» fidei, siue ministeriũ iu ministrãdo, siue q do
» cet in doctrina, q exhortatur in exhortãdo.

B CCũ dixisset singulos quosq; credẽtiũ mẽbra esse vnius corporis Christi: nũc quasi diuersorũ mẽbrorũ diuersitatẽ operis dinumerat. Verbi gratia, velut oculo visum, ita menti q̃ est interior oculus, pphetie assignat officiũ: & alii tãq̃ manui ministeriũ ascribit, alii tãq̃ lingue doctrinã tribuit: similiter etiã cetera. Illud quoq; qd nobis in superioribus ambiguũ videbaẽ, absoluit, vbi querebamus vtrũ vnũqdq; mẽbrũ ad honesta, vel minus honesta corporis officia aliqd ex se cause prebens do veneritan nullis ex causis, sed sola dei volũtate honestũ, vel minus honestũ esse mẽbrũ vnicuiq; delegatũ sit. Qd ergo ibi minus nobis clarũ fuit: hic Apls euidẽter aperuit dicẽs, siue pphetia, siue ministeriũ, siue reliq dona gratiarũ scdm ratione fidei dari: quis sermo iste: hoc est ratione fidei: apd latinos minus pprie trãslatus videaẽ. ἀναλογία eñ in greco, nõ tã ratio q̃ mẽsura cõpetẽs dici potest: vt qa vno nõ pōt, duobus sermonibus explicet. Secũdũ ergo fidei mensurã vnicuiq; diuersitates dari pnũciat gratiarũ: vt, verbi causa, accepta quis gratia illud vel illud mẽbrũ in Christi corpore fiat. Et hic qdẽ mẽsurã fidei causam capiẽdarũ posuit gratiarũ: ad Corinthios vero scribẽs ait: Vnicuiq; aũt daẽ manifestatio spiritus ad id qd expedit. & post pauca addit: Oia aũt opaẽ vnus atq; idẽ spũs diuidẽs vnicuiq; prout vult. Vnde mihi videẽ tã ad Romanos q̃ ad Corĩthios scribẽs, tres capiẽde gratie modos docere, vt ex nobis ĩ eo agi aliqd ostẽdat: plurimũ tñ ĩ dei largitione cõsistere. Ponit ergo & mẽsurã fidei esse, p quã qs gratiã capit: ponit & ad id qd expedit: & spiritũ diuidere put vult. Vt ergo ĩ nobis tãta fides inueniaẽ, quãta possit sublimior gra prometeri, nostri opis videẽ & studii: vt aũt ad id deẽ qd expedit, & vtile sit accipiẽti, dei iudiciũ est, vel oĩno si dari velit ĩ ipo ẽ. Ideo & ĩ aliis idẽ Apostolus dicit: Nũc aũt deus posuit ĩ corpore vnũquodq; mẽbrũ put voluit. Voluit autem deus secundũ fidei mẽsuram C que est in nobis, vel voluit ad id qd expedit. Nisi forte & ita aliquis hoc velit intelligere. Deus posuit ĩ corpore vnũqdq; mẽbrũ prout voluit: vt voluit ad mẽbrũ magis referatur: hoc est put voluit, put elegit, put operã dedit: ne videaẽ de hoĩe arbitrii potestas auferri. Verũtamẽ ex hoc qd ait dari gratiã ad id qd expedit, potest fieri vt & si sit ĩ aliquo mẽsura fidei, tãtoq; excellentiorẽ gratiã mereaẽ accipere: si sanctus spiritus futura prospiciẽs expedire accipiẽti nõ iudicet, necessario diuidit vnicuiq; prout vult & expedit. Deniq; nõ nullos videmus accepisse gratiã doctrinæ vel exhortationis ad plebẽ: & ex hoc ipso elatos atq; in superbiam versos in iudiciũ incidisse diaboli: alios accepisse qdẽ gratiã, sed negligentia animi & vite desidia corrupisse: vnde erat ille qui acceptũ denarium in sudario colligauit, nec operari ex eo aliquid voluit. Propterea deniq; & Apostolus scribit ad charissimũ sibi filiũ dicẽs: Noli negligere gratiã q̃ in te est: tãq̃ sciens posse gratiã per negligentiam deperire. Qd autem dixit secũdum rationem

tionē vel mensurā fidei: puto iam plene in superiorib⁹ expositū q̄ sit fides quæ a nobis requiratur, & quæ sit quę a deo per gratiā dat: secūdum hoc qd idē Apostolus dicit, Alii fides ī eodē spū: & itē vbi apli ad dñm dicūt, Auge nobis fidem: q̄ fides qdē q̄ speret & credat, & absq̄ vlla dubitatiōe cōfidat, in nobis est: ratio vero fidei ipsius & scientia & perfect⁹ eorū intellectus quæ credim⁹, donat a deo. Sed & illud ī hoc loco nō omittam⁹, qd videt secretioris esse mysterii. Si em̄ in p̄senti seculo dat deus vnicuiq̄ gratiā secundū mēsurā fidei, sine dubio & ī futuro dabit vnicuiq̄ gratiā p mensura meritorū: & si in p̄senti seculo talis est dispēsatio dei, talis erit etiā ī futuro: quomodo non in p̄teritis seculis quæ fuerūt ante nos, similis dei dispēsatio erga omnē rationalem creaturā fuisse crederet? Sed iā videam⁹ q̄ sunt dona q̄ enumerat secundū gratiā data: Prophetia, inqt, & ministeriū & doctrina, & exhortatio, & tributio: hoc est p̄statio, & p̄esse, & misereri. his iūgit charitatē & cętera. De qb⁹ dicet fortasse aliqs: Si hæc oīa p gratiā dat: nō erit ī culpa si quis nō p̄phetet, aut nō ministret, aut non doceat, aut nō exhortet, aut nō tribuat, aut nō p̄sit, aut nō misereatur, aut nō diligat: quia horū omniū gratiā nō accepit. Sed ad hęc dicem⁹: sicut ē fides quā docuimus esse ī nobis, & rursus est fides q̄ p gratiā dat, sicut supra diximus scriptū esse, Alii fides ī eodē spū: ita etiā in vno quoq̄ hoꝝ q̄ supra enumerauim⁹ a Deo per gratiā dari, erit & ī nobis aliqd, ad cui⁹ vnusquisq̄ mēsurā vel rōnē, gratiā p̄meret. Neq̄ em̄ de sola sapiētia accipiēdū illd qd scriptū est, q̄ si sit aliqs pfect⁹ i filiis hoīm, si desit ei sapiētia q̄ ex deo est, ad nihilū deputabit. Eodē nāq̄ mō possum⁹ dicere, etiā si sit aliqs perfectus ī filiis hoīm, si desit ei fides q̄ ex deo ē, in nihilū reputabit: ita & si pfect⁹ sit ī doctrina qs, & desit ei doctrina gratiæ q̄ ex deo est, in nihilū reputabit. Et ita in oībus quæ enumerata sunt, est qdā perfectio inter filios hominū, quā labore & studiis p̄priis assequunt, siue in sapientia, siue in doctrina, siue in aliis officiis: quę tñ si non habeant gratiam a deo datā, nihil erūt. Quia si desit eis gratia spiritus: nec mēbra esse corporis Christi possūt. Sed in his qrit si pōt esse aliqua in nobis vel ex nobis p̄phetiæ species, quæ nō totum habeat ex deo, sed aliquantulū ex humanis studiis capiat. Hoc qdē apud cęteros valde impossibile videbitur, apud Paulum tamen euidenter probatur dicētē: Aemulamini autem dona maiora, magis autem vt p̄phetetis. In quo quis ęmulatur in ministeriū, & doctrinā & exhortationē, & cętera, per hoc q̄ adhibet erga hęc studiū & laborē: ita & erga prophetiam fieri debere ostēdit apostolus. Vnde p̄phetia intelligēda est hęc, quā docet apostolus, non illā esse per quā dicit, Hęc dicit dñs: illa enim vsq̄ ad Ioannē: sed illā de qua idem apostolus ait: Qui prophetat, oīb⁹ loquitur ad ędificationē & exhortationem & consolationem. Prophetia autē dicitur apud Paulū cum quis loquit hominibus ad ædificationē & cū loquitur ad exhortationem & consolationem: & ideo adhibere studiū ad huiuscemodi p̄phetiam possibile nobis est, & in nostra potestate: vt nobis in dei ope sudantibus secūdum rationem & mensuram fidei, si hæc facimus, addat & illam quę ex deo est p̄phetiam. Est aūt secūdum apostolum etiam alia species p̄phetię, quā dicit: Si vero p̄phetetis intret aūt quis infidelis, vel idiota, arguitur ab omnibus, iudicat ab oībus, occulta quoq̄ cordis ei⁹ manifesta sunt: & tūc cadens in faciem pronūciabit q̄ vere deus in nobis est. Sicut em̄ spiritus dei omnia scrutatur, ita & verbū dei oīa quę in occulto sunt perscrutat: maxime cū verbū viuens sit & efficax, & penetrabilius omni gladio vtrinq̄ acuto, penetrans vsq̄ ad diuisionem animę & spiritus cōpagum quoq̄ & medullarum. Etenim cū oramus ī ecclesia, & sermo tractat, tūc vnusquisq̄ intra semetipsum conscientia stimulatur recognoscēre ex his quę dicūtur propria peccata, recordante siqua forte in occulto cōmiserit. Interdum autē existimatio ipsa prudētium, vel ex vultu, vel ex moribus, vel ex motu vniuscuiusq̄ colligentium, prophetiæ speciē tenet. Hæc nobis de prophetiæ gratia dicta sint. Post hæc sequit. Siue ministerium in ministrādo. Possum⁹ hæc omnia ad illā reuocare regulā, quę superius dicta est: hęc est, Nō plus sapere q̄ oportet sape. vt verbi causa dicamus, non debere eum qui ministrat, in ministrādo plus sapere q̄ oportet: & qui docet, ī doctrina nō plus sapere q̄ oportet: & q exhortat, in exhortando non plus sapere, q̄ oportet sapere. Multi em̄ accepto ministerio vel accepta doctrina pl⁹ sapuerūt q̄ oportet sapere: & elati in arrogantiā, vel in deliciis resoluti, p̄cipites corruerūt. Qui exhortatur in exhortādo. Species ē doctrinę & verbi, quo afflictę animę, scripturarū diuinarū prudēter aptatis & ī vnū collectis sermonib⁹, releuāt. Accidit. n. sæpe aię tribulationum nimietate desperatio: nec facile reparari, aut resici qbuscūq̄ verbis pōt, q̄uis polita illa sint & plau-

fibilia. Si vero sermo habẽsvirtutẽ gratię dei fuerit adhibitus: tũc cor ei⁹ penetrat, & cõsolationẽ prębet, ac spem reuocat desperatione submota, scdm ꝙ p prophetã dictũ est a dño: Sacerdotes loquimini in corde Hierusalem.

„ QVI tribuit, in simplicitate. Qui praeest, „ in sollicitudine. Qui miseretur, in hilaritate.

A ℭQui tribuit & præest indigẽtibus, oportet itaqr, in simplicitate cordis hęc facere: hoc est ne videatur quidem indigẽtibus bene facere corde vero laudẽ q̃rat ab hominibus. Nõ est ergo simplicitas si aliud agi videat in manibus, & aliud q̃ratur in corde. Qui aũt pręest fratribus, vel q p̃est ecclesiæ, in sollicitudine esse debet: non humanarũ causarũ, nec secularium rerũ: Hęc eñ sollicitudo aliena debet esse ab his q ecclesię pręsunt. Sed talem recipiat sollicitudinem qualem Apostolus dicit. Cõcursus in me quotidian⁹ sollicitudo oĩm ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego nõ vror? Qui ergo pręest ecclesiis, talẽ sollicitudinem habere debet, & illã aliã secularẽ omnino habere non debet. Qui miseretur, in hilaritate. Videtur fortassis vnũ atq̃ idẽ esse qđ supra dixerat: Qui tribuit, in simplicitate: & hoc, id est q miseref, in hilaritate. Sed mihi videt vnũ fortasse opus esse: nõ tñ opis ipsius vn⁹ affectus. Aliud est eñ dare indigenti, & aliud affectu misericordiæ cum indigenti partiri: & ideo non vult in tali opere esse tristitiam. Qui eñ erogat pecuniã suã, si infidelis sit, & recepturũ se desperet, necessario tãq̃ qui eam perdiderit contristat: Qui vero cũ fide & spe hoc agit, in hilaritate & lætitia agit: certus & ꝙ parua hęc quę pro mãdato Dei expẽdit indigẽtibus: sibi opes cęlestiũ diuitiarũ, insup autem & æternam conferant vitam.

„ CHAritas sine simulatione.

B ℭ Ego puto ꝙ omnis charitas quæ non est secũdũ deũ, simulata sit, & vera nõ sit. Eteñ creator animę deus idcirco ei cũ cęteris virtutibus etiã affectũ charitatis inseruit, vt diligat deũ, & ea quæ vult deus. Cũ ergo hoc opus anima dedit charitati, qcũq̃ aliqd aliud dilexerit q̃ deũ, & q̃ deo placent: charitas in eo ficta & simulata diceda est. Sed & si qs proximũ suũ diligat, & cũ errantẽ eũ viderit nõ cõmoneat, nõ corrigat: simulata ista charitas diceda est. Et ideo nihil habere adulatoriũ, nihil fucatũ charitas debet: sicut & alibi idem Apostolus dicit. Charitas de corde puro, & consciẽtia bona, & fide non ficta.

„ ODIENtes malum, adhęrentes bono.

C ℭMirũ fortasse si quidem inter cætera bona virtutũ assumitur etiã odiũ, & tãq̃ necessario ab Apostolo ponitur. Vnde certũ est in esse animæ odii affectum: est enim laudabile odisse vitia, odisse peccata. Nisi eñ quis odio habeat vitia: nõ potest amare, nec cõseruare virtutes. Verbi gratia: Si quis pudicitiã custodire proponat: nõ potest eam tuto seruare, nisi odium quoddã & execrationẽ aduersum impudicitiam sumat. Difficilis enim & valde difficilis est illa continentia, vbi desideratur illud a quo abstinet: & cupiditas animi solo metu futuri iudicii refrenatur. Periculosa hæc valde periculosa sunt, nisi secũdũ consilium Apostoli odientes malum & peccata: & quodãmodo aduersum ea odiorũ bella peragentes, adhęreamus bono. Obseruãdum etiam hoc, ꝙ sicut in aliis dicit: Qui adhęret domino vnus spiritus est: ita & hic dicit, ad hęreamus bono: sine dubio vt contingat nobis vnum esse cum bono.

CHAritatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes. „

D ℭHoc est mãdatum, vt diligamus inuicem, sicut & deus dilexit nos. Cum sit primũ post primũ: Primũ nãq̃ est diligere deum: & inter homines iterum hoc primũ est, vt inuicem diligamus: nescio quomodo quasi vltimũ & minus necessariũ inter homines spernitur, & odium qđ nobis insitũ esse diximus ad hoc vt mala odio habeamus: præpostero ordine exercemus i bonos: & vitia carnis ac peccata diligẽtes fratrem odio habemus. Nec aliter accidit odisse nos quẽ nõ oportet, nisi q̃a diligimus quæ nõ oportet. Si enim putas aliquẽ impium esse: & ideo non iudicas eum diligẽdũ: audi ꝙ Christus pro impiis mortuus est. Aut si q̃a peccator est frater tuus: ideo eũ nõ putas diligendum: audi ꝙ Christus in hũc mũdũ venit peccatores saluos facere. Si vero iustus est, multo magis dilectione dign⁹ est: Dominus enim diligit iustos.

HONOre inuicem præuenientes. „

E ℭHoc est qđ & dominus docuit, cũ notaret Scribas & Pharisęos prima sibi loca in cõuiuiis vendicantes: & docet, vt cũ vocatus fueris ad cœnam, in nouissimo recumbas.

SOLLIcitudine non pigri. „

ℭSuperius eũ qui pręest, in sollicitudine debere esse cõmonuit: nunc vero omnibus dat hoc in commune mandatum, ne quis nostrũ audiat a domino: Serue male & piger.

SPIRItu feruentes. „

ℭEt hoc integrũ spectat. Vult eñ, vt nos q sub lege spiritus viuimus: nihil remissum, nihil tepidũ habeamus in nobis, sed cũ feruore spiritus, & calore fidei cuncta peragamus.

,, DOMino seruientes.

¶Ille domino seruit,qui potest dicere:Nobis vnus domin⁹ Iesus Christus, per quē omnia & nos per ipsum: nec vltra ei aut libido,aut auaritia,aut inanis gloria dominat̄.Scio aūt in nonnullis latinorum exemplaribus haberi,Tēpori seruiētes:qđ mihi videtur incōuenienter insertū,nisi quis forte ita dictum putet,vt in aliis idem apostolus ait:Tēpus breue est,superest vt qui habent tanq̄ non habētes sint:vel vti illud dictum est, Redimentes tempus quoniam dies mali sunt.

,, SPE gaudentes,in tribulatione patientes.

F ¶Spe gaudet qui non respicit ea q̄ videntur, sed ea q̄ non vident̄ expectat:& qui scit quia non sunt cōdignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabit̄ in nobis. Idem ipse & in tribulatione patiens erit,quia tribulatio patientiam operatur,patientia probationem,probatio vero spem:si tamē sermonem qui subsequitur impleamus,id est

,, ORAtioni instantes.

¶In quo eīn nō sufficit hūana fragilitas,auxilium dei orationibus implorandum est.

,, VSIbus sanctorum communicantes.

¶Memini in latinis exēplarib⁹ magis haberi Memoriis sanctorū cōmunicantes: verū nos nec cōsuetudinē turbamus,nec veritati præiudicamus:maxime cū vtrūq; cōueniat ędificationi.Nam vsibus sanctorū honeste & decēter non quasi stipem indigentibus pbere, sed cēsum nostrū cū ipsis quodāmodo habere cōmunē: & meminisse sanctorū siue in collectis solennibus,siue pro eo vt ex recordatione eorū proficiamus,aptum & conueniens videtur.

,, HOSPItalitatem sectantes.

¶Q; digne hospitalitatem sectantis magnificentiam vno sermone comprehendit . Dicens enim sectādam esse hospitalitatem,non illud solum ōstēdit, vt venientē ad nos hospitem suscipiamus:sed & requiramus, & solliciti simus,& sectemur,ac perquiram⁹ vbiq; hospites:ne forte in plateis sedeant,ne extra tectū iaceant.Recordate Lot,& inuenies q; non illū hospites,sed ipē quęrierit hospites.& hoc erat hospitalitatem sectari.

,, BENEdicite persequentibus vos, benedicite,& nolite maledicere.

G ¶Moralem locum latius apostolus exequens actus,mentē,propositū,os quoq; ipsum discipulorum,linguamq; cōponit. Non vult credentes Christo de ore suo pferre maledictū, sed bene loqui,bene dicere,bene pcari: vt ex hoc & boni dñi serui,& boni magistri credātur esse discipuli.Sciendū tū est,q; sermo hic benedictionis in scripturis diuerse positus inuenitur.Nā & deus benedicere vel hoīes,vel cęteras quę creauit,inuenitur.Item hoīes vel cęterę creaturę deū benedicere iubentur.Sed dei quidē benedictio aliquid muneris semper his qui ab eo benedicunt̄ impertit: homines vero Deū benedicere,pro eo qđ est laudare, & gratias referre,dicunt̄.Hic tñ apostol⁹.Benedicite,& nolite maledicere,quasi cū prouocamur ab inimicis,vel cū instigamur iniuriis, monet ne p maledictis maledicta reddamus, sed faciamus qđ ipse de semetipso scribit vbi dicit:Maledicimur sed benedicimus.

,, GAVdete cū gaudētib⁹, flete cū flentibus. H

¶Habēda est etiā hic cōpetens & apta distinctio.Nō eīn quibuscūq; gaudiis, christianorū gaudia socianda sunt:nec quibuscunq; fletibus lachrymæ nostræ iungendæ sunt.Non eīn si videam gaudere aliquē super quęstu pecunię,aut possessionū latitudine,aut secularis honoris eminentia:cōgratulari debeo talibus,q sciam q; huiusmodi gaudia luctus sequantur & lachrymę.Intantū nō est gaudendū de talib⁹:vt dñs discipulis suis ne ide quidē gaudere concesserit,q; dęmonia sibi videbāt eē subiecta,sed ait eis: Nolite gaudere q; dęmonia vobis subiecta sunt:sed gaudete,inquit,quia noīa vestra scripta sunt in libro vitæ.Et nos igit̄ si videam⁹ ab aliquo tale op⁹ geri,qđ in cęlo scribi dignum sit:siue iustitię opus,siue charitatis,siue pacis,vl' misericordię:& ita gestū,vt in librū vitę referri mereatur: debemus gaudere cū talib⁹.Sed & si quē videam⁹ ab errore cōuersum relictis ignorātię tenebris ad lucē veritatis venisse,& remissionē peccatorū & grām sancti spūs meruisse: debemus gaudere cū talib⁹.Similiter aūt flere cū flentib⁹,nō cū illis q flēt mortuos suos iubemur,aut q flēt dāna secularia:sciētes q̄a huius seculi tristitia mortē operat̄. Nō sunt ergo iūgēdę lachrymę cū talibus,sed cū illis flēdum est de quibus dicit dñs: Beati q flent qm̄ ipsi cōsolabuntur.Si qui flent pro peccatis suis,si quis post delictū cōuertit ad pœnitētiam,& errorem suum lachrymis lauat : si quis ingemiscit etiam in habitaculo isto positus, & ad Christū redire desiderat:& secūdū desideriū lachrymarū profusione lauat: iungamus cū talib⁹ lachrymas nostras, & gemitus sociemus.Tristitia q̄ secundū deū est,salutem stabilem operatur per pœnitentiam.

IDipsum inuicem sentientes. ,, I

¶Sermo iste nō natura sui,sed interptatione obscurior fact⁹ est.hoc ē.n.qđ dicit, vt ita de fratre sentiam⁹,vt de nobis ipsis,& ita velim⁹

proximo, ficut & nobis volumus: vt in euan
gelio dominus dicit: Quę vultis vt faciãt vo,
bis homines, eadem & vos facite illis.

,, NON alta sapiẽtes, sed hũilibꝰ cõsentiẽtes.
❡Superbiã super omnia refugiẽdã docet, hoc
em̃ beneplacitũ est deo. Et merito superbia fu
giẽda est, cũ scriptũ sit, Quia initiũ disceden
di a deo supbia est. Vñ apl'us in vno sermone
institutionẽ humilitatis cõmẽdat. Cõsentire
enim humilibus, amare humiles, atq; inclina
re se ad eos: hoc est cõsuescere imitari eum q
cum in forma dei esset, formã serui suscepit,
& humiliauit se vsq; ad mortem.

,, NOlite esse prudentes apud vosmetipsos.
A ❡Qui sibiipsi prudens esse videt, hic cũ arro
gãtia stultus est: nec põt verã sapiẽtiã dei sci
re, q suã stultitiã quasi sapientiã colit. Deniq;
in superioribꝰ hanc fuisse incredulitatis cau
sam Iudęis, ipse Paulus edocuit, dicẽs de eis:
Quia ignorãtes dei iustitiã, & suã iustitiam
quęrentes statuere: iustitię dei nõ sunt subie-
cti. Sic ergo & qui apud semetipsum sapiens
est, non potest esse sapiens apud deum.

NVLLI malum pro malo reddentes.
❡Si malum inferre peccare est: & reddere ma
lũ nõ vt qbusdã videt iustũ est, sed simile pec
catum est, aut (vt ego arbitror) etiã grauiꝰ.
Nã ille qui malũ prior intulit, nõ sentit ma-
lũ esse qđ fecit. Qui aũt reddidit malũ: eo ipo
quo ad vlciscẽdũ est motus, cõfessus est sensis
se malũ esse qđ reddidit. Et ideo respiciẽdum
est semper ad eum qui dixit: Mihi vindictam
& ego retribuam, dicit dominus.

,, PROuidentes bona non tantum corã Deo
,, sed etiam coram omnibus hominibus.
❡Corã hominibus, cõtraria erit illa apostoli
ipsius sententia quæ dicit: Ego si hominibus
placere vellem, Christi seruus nõ essem. Sed
qui vitæ suę ac morũ atq; actuũ tenet librã,
vt nõ possit ab vllo hominũ reprehendi: iste
bona corã oĩbus hoĩbus puidet. Sed & hoc
aduertamus, quomodo nõ dixit Apostolus,
hominibus placeamus, sed vt prouideamus
bona corã oĩbus hominibus, hoc est agamus
nos bona coram oĩbus hominibus, siue illis
placeant quę bona sunt, siue non placeant.

,, SI Possibile est, quod ex vobis est, cũ omni
,, bus hominibus pacem habentes.
B ❡Sciẽs Apostolus pacẽ inter quos pax habet
nõ ex vna parte, sed ex vtraq; cõstare: ne nos
alterius animus si forte ĩpacatus extiterit, a
bono pacis ĩpedire videret: moderatissimũ de
dit pceptũ, vt ĩter inimicos noster animꝰ sem
per sit paratus ad pacẽ, & discordię culpa nõ
penes nos sit, sed penes alterũ cõstet. Sed for-
tasse dicat aliqs: Quõ potest fieri vt pacẽ cũ
oĩbus hoĩbus habeamus? & quid facienꝰ de
scriptura q̃ dicit: Furẽ videbas & cõcurrebas
cũ eo, & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas?
Ideo ergo Apostolus bene addidit: Qđ ex vo
bis est: hoc est, qđ pposito vestro & fidei ve-
strę cõuenit: cũ malis em̃ habere pacẽ & soci
etatẽ, fidei vestrę ppositoq; nõ cõuenit. q̃uis
& alio ĩ loco possit haberi distictio. Aliud est
em̃ hoĩes amare, aliud crimina diligere. Qui
hoĩes amat, amat creaturã Dei: qui crimina
diligit, diaboli sectator inuenit. Qui ergo pfe
cti sunt, hoc ipo q; oderũt crimina, homines
amãt: & odio habẽtes in eis illud qđ peccãt,
illud qđ deus creauit amare non desinũt.

NON Vos vindicantes charissimi, sed da ,,
te locũ iræ. Scriptũ est em̃, Mihi vindictam, ,,
& ego retribuam, dicit dominus. ,,
❡Hi q seipsos nõ vĩdicãt, quomodo irę locũ C
dẽt, dupliciter mihi videt ĩtelligi. Nã & hoc
ipso q; (verbi causa) manũ manu nõ referiũt,
aut cõuicio cõuiciũ nõ reddũt: irę illius q fe
cit iniuriã ptrãseũdi & euanescẽdi locũ dede
rũt. Nemo em̃ ita rabidus iuenit, q illata in
iuria si vicẽ nõ recipiat iterũ sęuiat: sed quasi
effuso ac digesto furore, necessario mitescit.
Est ergo & grãde lucrũ vbi & peccãtis multi
tudo cõpescit peccatoꝝ, & iiurię passio patiẽ
ria pbabilis fit apđ deũ. Est aũt & hoc modo
iræ locũ dare, qñ p his q̃ inferunt iniuriis q
peccãt scđm ipsius Pauli sentẽtiã irã sibi the
saurizãt ĩ die irę: tũc cũ reddet deꝰ vnicuiq;
secũdũ opa sua. Si ergo nosmetipsos vindice
mus: nõ est magnũ qđ p iniuria suscepta red
dimꝰ: verbi causa, aut palmã p palma: aut sa
xũ p saxo, aut p cõtumelia sermonis nihilo
minꝰ cõtumeliã. Si vero seruemꝰ ea vindictę
dei, in eo q lęsit nos locũ damꝰ irę, illi sine du
bio, quã sibi ipse suis malis actibus thesauri
zat, quę de eo ĩ iudicio dei multo grauiores
q̃ nos inferre possumus exigat pœnas.

SED si esurierit inimicus tuus, ciba illum: ,,
si sitierit, potũ da illi: hoc enim faciẽs carbo- ,,
nes ignis congeres super caput eius. ,,
❡Hęc qdẽ & dñs in euãgeliis pcipit: Et q̃uis D
in propatulo sit intellectus iste, quo scđm ea
quę supra diximus: inquãtũ inimicis & lędẽ-
tibus nõ solũ vicẽ nõ reddimus, sed & bona
pręstamus: intãtũ pœnas eoꝝ in dei iudicio
cumulamus: Est em̃ vere iusta dãnatio si ar-
guant ante dñm iis intulisse mala a qbꝰ pce-
perint bona: Tamẽ videamꝰ ne forte dignius
aliqd mãdati huiꝰ cõtineat intellectus. Dicit
em̃ & Hieremias ppheta ad peccatricẽ filiã
Babylõis, Habes carbones ignis, sede sup eos.

hi erũt tibi in adiutoriũ. Fortassis ergo & isti carbones ignis q cõgregant sup caput inimici, ad adiutoriũ ipsi⁹ cõgregant. Pôt.n.fieri vt amẽs ferus & barbarus inimicus, si sentiat bñficiũ nostrũ, si humanitatẽ, si affectũ, si pietatẽ videat: cõpũctionẽ cordis capiat, cõmissi pœnitudinẽ gerat, & ex hoc ignis ĩ eo qdã succẽdat, q eũ pro cõmisso cõsciẽtię torqueat, & adurat: & isti erũt carbones ignis q sup caput ei⁹ ex nr̃o misericordiæ & pietatis ope congregant. Caput vero principale cordis appellat: & merito caput dicit, cui⁹ intellectu & prudentia membra regunt vniuersa.

,, NOli vinci a malo, sed vince in bono malũ.

E ¶Vincit a malo q malis puocat⁹ reddit malũ. In bono aũt vincit malũ, q acceptis malis restituit bona. Certũ est ẽm hãc esse mali naturã, vt ex similibus suis augeat & crescat: sicut ignis, si ignẽ iũgas: sicut noctis tenebræ, si aeris nubilũ societ. Bonũ vero si adhibeas, exterminat malũ. Cõtraria nãq; cõtrariis perimunt: sicut per aquã ignis extinguit, & p lucem tenebræ fugant. Sed fortasse dicat aliqs, Paulũ p imperitiã sermonis a proposito decidisse: proposuit ẽm loqui de bonis gratiarũ q̃ per spiritũ sanctũ dant. Et qdẽ qd ait, Siue pphetia, siue ministeriũ, siue doctrina, siue exhortatio, possunt hęc ad dona spiritalia ptinere. Fortassis & hęc q̃ sequunt: Qui tribuit, in simplicitate: q pẽst, ĩ sollicitudine: q miseret, in hilaritate: supiorib⁹ possũt adiũgi. Ea vero q̃ post hæc enũerat, vt sit charitas sine simulatiõe, odiẽtes malũ, adhærẽtes bono, & charitatẽ fraternitatis ĩuicẽ diligẽtes, & honore inuicẽ pueniẽtes, & cætera huiusmodi: pcepta poti⁹ dicat eẽ q̃ dona. Sed cõsiderem⁹ diligẽtius ne forte qm̃ qdẽ in his oĩbus moralẽ locũ tractare instituit, & nõ solũ ĩ fide veritatis stabilẽ, verũ & ĩmobilẽ in moribus ornatũ facere christianũ: ideo ad munera gratiarũ etiã moralia pcepta cõiũgit, vt ostẽdat christianis etiã hęc dari per gratiã dei. Sunt ẽm & nõnulli gẽtiliũ cõpositis morib⁹, & honestis institutis: q tamen hoc ipm̃ qd habẽt, nõ ad deũ referũt, nec ab ipso sibi datam gratiã cõfitent, sed aut propriæ industrię ascribunt, aut super magistris institutoribus gloriant. Nobis aũt ostẽdit apostolus, omne qd bonũ est, a deo esse, & per spiritũ sanctũ dari: sicut & Iacobus aplus dicit: Omne datũ bonum, & omne donũ perfectũ desursum est descendens a patre luminũ: vt q gloriat, in domino glorietur. Videamus ergo nũc quid in consequentibus dicat Apostolus.

CAPVT. XIII.

OMNIS ANIMA Potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. ,,

¶Videt mihi in hoc valde laudabiliter animã noĩasse, quã subiacere potestatibus iubet. F
Nunq̃ ẽm dixisset, oĩs spũs subiaceat potestati: sed oĩs aĩa. De qua differentia sępe iã diximus, q interdũ p aĩam, interdũ p carnem, interdũ p spm̃, homo noĩat. Sed cũ a parte meliori nominãdus est, quasi q spiritalis intelligi debeat spũs dicit: quãdo ab inferiore, aĩa: cũ vero a deteriore noĩat, caro dicit: & hoꝝ testimonia de scripturis sępe ptulim⁹. Nunc ergo qm̃ pręcepta credẽtib⁹ ponit Apl̃us, & vult nos qetẽ quãtũ in nobis est pñtis vitæ pacẽq; seruare. Et si quidẽ tales sumus q conĩũcti dño vnus cũ eo spiritus sumus: domino dicimur eẽ subiecti. Si vero nõdũ tales sum⁹ sed cõmunis adhuc aĩa est in nobis q̃ habeat aliqd huius mũdi, quæ sit in aliqbus alligata negociis: huic pcepta apostolus ponit, & dicit vt subiecta sit potestatibus mũdi. Quia & dñs dixit, vt hi q habẽt in se superscriptionẽ Cęsaris, reddãt Cęsari quę sunt Cæsaris. Petrus & Ioãnes nihil habebant qd Cæsari redderẽt. Dicit.n.Petrus, Aurũ & argẽtũ nõ habeo. Qui hoc nõ habet: nec Cæsari habet qd reddat, nec vnde sublimiorib⁹ subiaceat potestatib⁹. Qui vero habet aut pecuniã, aut possessiones, aut aliqd a seculo: audiat, Oĩs anima potestatibus sublimioribus subiaceat.

NON est potestas nisi a deo. ,,

¶Dicet fortasse aliqs: Quid ergo? & illa potestas quę seruos dei persequit, fidẽ impugnat, religionẽ subuertit, a deo est? Ad hoc breuiter respõdebim⁹. Nemo est q nesciat q & visus nobis a deo donat⁹ est, & audit⁹ & sensus. G
Cũ ergo hęc a deo ĩ potestate nostra sint, tñ vti visu vel ad bona vel ad mala possum⁹: similiter & auditu, & motu manuũ, & cogitatiõe sẽsus: & ĩ hoc iustũ iudiciũ dei ẽ, q his quos ad vsus ille bonos dedit, nos abutimur ad ĩpia & ĩiqua ministeria. Ita ergo & pr̃as oĩs a deo data est ad vindictã quidẽ malorũ, laudẽ vero bonoꝝ: sicut idẽ apostol⁹ in subsequẽtibus dicit. Erit aũt iustũ iudiciũ dei erga eos q acceptã potestatẽ scdm suas ĩpietates, & nõ secũdũ diuinas tẽperant leges: & ideo dicit.

ITAq; q resistit pr̃ati, dei ordinatiõi resistit: ,,
qui aũt resistũt, ipsi sibi dãnationẽ acquirũt. ,,

¶Nõ hic de illis potestatib⁹ dicit q̃ psecutiones inferũt fidei: ibi ẽm dicẽdũ est, Deo oportet obtẽperare magis q̃ hominib⁹: sed de istis cõmunibus dicit q̃ nõ sunt timori boni operis, sed mali. Quib⁹ vtiq; qui resistit, ipse sibi dãnationẽ p gestoꝝ suoꝝ qualitate congrit.

» VIS autẽ nõ timere potestatẽ:bonũ fac,&
» habebis laudẽ ex illa. Deus eñ minister est ti
» bi in bonũ. Si aũt male feceris,time: nõ eñ si
» ne causa gladiũ portat: Dei eñ minister est
» vindex in ira ei qui qd malum est,agit.

A ¶Mouet me ĩ his sermonib⁹ Paulus, ꝙ pote statẽ seculi & iudiciũ mũdi,dei ministeriũ di cit:& hoc nõ semel,sed secũdo & tertio repe tit. Velim ergo reqrere quomodo vindex mũ di,dei minister fit. Inuenim⁹ scriptũ in actib⁹ Apl'oꝝ, ꝙ cõuenientes in vnũ Apl'i statuerũt decreta q̃ obseruare deberemus nos,q ex gẽ tibus credim⁹ Christo: in qb⁹ hęc cõtinent. Apl'i & presbyteri fratrib⁹ q sunt Antiochię & Syrię & Cilicię oibus q ex gẽtib⁹ credide rũt salutẽ. Qm̃ qdẽ audiuimus quosdã exisse a nobis & perturbare vos,qbus nõ mãdauim⁹. Et post aliquãta addit. Placuit aũt sancto spi ritui & nobis,nihil ãpli⁹ supponi vobis põde ris,preter ea q̃ necessaria sunt: vt abstineatis vos ab his q̃ idolis immolant,& sanguine,& suffocatis, & fornicatione:a qb⁹ custodientes vosmetipsos,bene agetis. Valete. In his ergo pceptis ĩ qb⁹ dicit nihil ampli⁹ ĩponẽdũ esse oneris his q ex gẽtibus credũt, nisi vt absti neãt se ab his q̃ idolis imolant, & sanguine, & suffocatis, & fornicatione:neq̃ homicidiũ prohibet,neq̃ adulteriũ,neq̃ furtũ,neq̃ mas culoꝝ cõcubitus,neq̃ cetera crimina q̃ diui nis & humanis legibus puniunt. Qz si illa so la quæ supra memoraui,obseruãda dicit esse Christianis:videbit eis de cęteris dedisse licẽ tiã. Sed vide ordinationẽ spũs sancti:qm̃ qdẽ cætera crimina seculi legib⁹ iudicant, & sup fluũ videbat ea nũc diuina lege phibere,quę sufficiẽter humana lege plectunt: illa sola de gbus nihil humana lex dixerat, religioni vi debat cõuenire decernere. Ex quo apparet iu dices mũdi partẽ maximã dei legis implere. Oia eñ crimina q̃ vindicari vult deus: nõ p antistites & principes ecclesiarũ:sed p mundi iudices voluit vindicari:& hoc sciẽs Paulus, recte eũ ministrũ dei noiat & iudicẽ in eũ q

B qd malũ ẽ agit. Et hoc qd dicit de potestate: Fac qd bonũ est, & habebis laudẽ ex ea:alti⁹ mihi reqrẽdũ videt. Nõ eñ cõsuetudo est po testatib⁹ seculi,laudare hos q nõ fuerint cri minosi. Nã peccãtes qdẽ puniũt: nõ peccãtes vero laudare eis mos nullus est. Sed videam⁹ ne forte Paul⁹ etiã cũ moralia videt docere, inserere semp etiã de mysteriis aliqd nõ omit tat. Eteni sciẽs ꝙ oẽs q in lege peccauerũt,p legẽ iudicabunt:vnũquẽq̃ aũt in iudicio illa lex sine dubio arguet scdm ꝙ vixit. Ostẽdim⁹. aũt sanctũ spiritũ ĩ multis humanę legi locũ dedisse. Certũ est eñ ꝙ in die iudicii habe bit etiã ex istis legib⁹ laudẽ apud deũ is q ni hil cõtra statutas cõmiserit leges,cũ dicet ei a dño:Euge serue bone & fidelis:supra pau ca fuisti fidelis:sup multa te cõstituã. Sciẽdũ tñ ꝙ iusto lex nõ est posita,sed iniustis,& nõ subditis,sceleśtis, homicidis,cõtaminatis,p iuris,& cęteris q hmõi sunt. Ipsi eñ sunt q ti mẽt legẽ. Qui aũt facit bonũ,hoc ẽ q nõ me tu legis,sed amore boni facit qd bonũ ẽ: iste iã nõ sub lege literę,sed sub lege spirit⁹ viuit.

» IDEO ꝙ necessitate subditi estote nõ solũ
» propter iram, sed etiam propter cõsciẽtiam.
» Ideo enim & tributa pęnditis. Ministri enim
» dei sunt in hoc ipsum instantes.

C ¶Ordinat qdẽ per hęc Paulus ecclesiã dei,vt nihil aduersi principib⁹ & potestatib⁹ seculi gerẽs,p quietẽ & tranqllitatẽ vitę,opus iusti tiæ & pietatis exerceat. Si eñ ponam⁹,verbi gratia,credẽtes Christo potestatib⁹ seculi nõ eẽ subiectos,tributa nõ reddere, nec vectiga lia pẽsitare,nulli timorẽ,nulli honorẽ defer re:nõne p hęc rectoꝝ & principũ merito ĩ se metipsos arma cõuerterẽt,& psecutores qdẽ suos excusabiles, semetipsos vero culpabiles redderẽt? Nõ.n.iã fidei sed cõtumacię causa ĩpugnari viderẽt: & eẽ eis causa qdẽ mortis: meritũ vero mortis indignũ. Hęc ergo Pau lus p immẽsam sapientiã prouidens,dicit:

» REDdite ergo omnibus debita. Cui tribu
» tum,tributũ:cui vectigal,vectigal: cui timo
» rem,timorẽ: cui honorem,honorẽ. Nemini
» quicq̃ debeatis,nisi vt inuicem diligatis.

D ¶Puto tñ ꝙ etiã hęc Paulus nõ absq̃ solitis sermonũ suoꝝ pferat sacramẽtis. Eteni oẽm creaturã oẽsq̃ spũs siue recti siue etiã praui aliq̃ proposito,deo ministrare & exhibere vnũquẽq̃ ad qd aptũ se pbuerit ministeriũ,ĩ supioribꝰ iã docuim⁹. De oib⁹ eñ simul pro nũciauit Apl's vbi dixit: Nõne oẽs sunt mini steriales spũs in ministerio missi ppter eos q hęreditatẽ capiũt salutis? Ministrãt ergo oẽs spũs hoim vitę:vnusq̃sq̃ tñ (vt dixim⁹) pro dignitate & merito suo: & illi ministri dicũt quoꝝ ministeria queadmodũ ptinet pagunt. Vnde & Apl's q dixerat de se,q mihi mun dus crucifixus est,& ego mũdo: ait etiã hoc Nos aũt nõ spiritũ hui⁹ mũdi accepim⁹,sed spiritũ q ex deo est: qui aũt adhuc de mũdo est,& ea sapit quę mũdi sunt,& q carnis sunt quęrit:necessario subiect⁹ est ministris mũdi: subiectus aũt ppter irã,quã sibi thesauriza uit ex pctis. Et hoc mihi videt dicere: Ideo necessitate subiecti:non solũ ppter irã,sed & propter cõsciẽtiã. Cõsciẽtię quoq̃ qs subdit

cum habet in se qđ accuset a cõscientia. His ergo etiã tributa q̃dam pendimus, dũ adhuc secũdũ carnẽ viuimus, & quę carnis sunt cogitam⁹. Nã si vineã dñi colamus, & vitẽ verã q est Christ⁹ exerceam⁹ in nobis: de ista vinea nõ ministris seculi pẽdemus tributa, sed ipsi dño fructus in tẽpore reddemus: secũdũ ꝙ ipse saluator ĩ euãgeliis dicit, quia colonis malis tollet vineã, & dabit eã aliis colonis q
E reddãt ei fructũ in tẽpore. Sed & hoc ipsum quod dicit, Reddite oĩb⁹ debita: cui tributũ tributũ: cui vectigal, vectigal: ab eo qđ in sequẽtib⁹ addiť: Cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ, honorẽ: diuersum mihi videť: & ad eos q dẽ quos supra diximus ministros ptinere tributa & vectigalia. Exigunt.n.a nobis tributa terrę nrę, & vectigalia negociatiõis nostrę. Et qd dico de nobis? Exoluit tributũ etiã dominus noster Iesus Christ⁹ ĩ carne posit⁹: qđ idcirco se dicit exoluere, non ꝙ debitor sit, sed ne scãdalizet eos. Qꝫ si ille q nihil habebat in se Cęsaris, & ĩ quo prĩceps hui⁹ mũdi veniẽs nõ ĩuenit qcq̃ de suo, cũ liber esset, soluit tamẽ tributũ: (Venit.n.& in mortẽ vt esset & ĩter mortuos liber) quãto magis nos necesse est ista tributa carnis expẽdere, & negociationis nostrę? si tamẽ negociamur margaritas regni cælorũ, per diuersas tẽtationes exigentibus nos spiritib⁹ vectigalia pẽsitare. Timorẽ vero & honorẽ ad illũ potius referre debem⁹ qui dicit p prophetã: Nõne dñm & patrẽ vocatis me? Et si dñs sum ego, vbi ẽ timor me⁹? & si pater sum, vbi est amor meus, & honor? Posteriora sane quę addidit, vt nemini quicq̃ debeam⁹, certũ est ad ministros referri, qbus debitor quis efficiť cũ peccauerit. Debitũ eñ peccatũ esse in multis frequẽter ostendimus. Vult ergo Paulus peccati qdem omne debitũ solui, nec remanere apud nos oĩno debitũ peccati: pmanere tamẽ & nunq̃ cessare a nobis debitũ charitatis: hoc eñ & quotidie soluere, & semp debere expedit nobis. Deniq̃ quãtę virtutis sit charitas, in cõsequẽtib⁹ ponit.

" QVI eñ diligit ꝓximũ, legẽ impleuit. Nã
" nõ adulterabis, nõ occides, non furtũ facies,
" nõ falsum testimoniũ dices, nõ cõcupisces, &
" si qđ est aliud mãdatũ: in hoc verbo restaurã
" tur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

¶Et ad vltimum rationem tãti præcepti breuiter colligens ait.

" DILEctio proximi malum nõ operatur. Ple
" nitudo ergo legis est dilectio.

F ¶Supra dixerat ꝙ qui diligit proximum legẽ impleuit: & quia difficile videbať quomodo possit qs oẽm legẽ vno sermone cõplere, plenissimã reddit rationẽ dicẽs: Dilectio ꝓximi malũ nõ operať, & ideo plenitudo legis ẽ dilectio. Pone enim per singula mãdata legis dilectionem, & vide q̃ facile cũcta compleñť. Nunqd qui diligit proximũ, occidere eũ potest? Certũ est ꝙ nemo quẽ diligit interficiat. A
Est ergo dilectio per quã impleať mãdatum qđ præcipitur, Nõ occides. Iterum qui proximũ suũ diligit, in vxorẽ eius adulteriũ committit? Nunq̃ profecto. Si ergo diligas proximum: nec adulteriũ cõmittes. Similiter & q diligit proximũ, quę eius sunt nõ furatur: & qui diligit proximũ, falsum aduersus eũ testimoniũ nõ dicit. Similiter & cętera mãdata legis, si sit erga ꝓximũ dilectio, absq̃ aliquo labore seruanť. Puto ẽt ꝙ & in hoc voluit nos aliqd cõpẽdiosius docere. Nã si diligẽtius requiras qs sit proximus noster, disces in euan G
gelio illũ esse proximũ nostrũ q venit, & iacẽtes nos vulneratos a latronibus & nudatos a dæmonib⁹ iumẽto corporis sui supposuit, & ad stabulũ ecclesię detulit, & stabulario ꝓ cura nostra & diligẽtia vel ipsi Paulo vel oñi q ecclesię pręest, duos denarios noui ac veteris testamẽti ad nostrę curę cõcessit expẽsas. Hũc ergo proximũ si diligam⁹: oẽm legem & vniuersa mãdata ipsius cõplem⁹. Finis eñ legis Christus ad iustitiã oñi credẽti: nec fieri vllo pacto potest, vt qui ex toto corde, ex totis virib⁹ suis diligit Christũ, faciat aliqd qđ nõ placeat Christo. Illũ eñ q diligit, nõ solũ nõ occidit, qđ ꝓhibet lex: sed nec irascitur fratri suo, qa ita delectať illo quẽ diligit: & nõ solũ nõ facit adulteriũ, sed nec mulierem respicit ad cõcupiscẽdũ, sed dicit ad ipm magis: Concupiscit & deficit aĩa mea ĩ deũ viuũ. Qui diligit Christũ quomodo de furto cogitat, qui etiã sua oĩa q̃cunq̃ habet reliquit vt sequať Christũ? Qui Christũ diligit, qñ falsum testimoniũ dicit: cũ sciat ipsum quẽ diligit falso testimonio perditũ? Necessario autẽ q diligit Christũ, diligit & ꝓximũ suũ. Hoc enim solo indicio Christi esse discipulus designať si charitatẽ cum ꝓximis habeat. Certũ est eñ ꝙ qui non diligit ꝓximũ, nesciat Christum.

ET hoc sciẽtes tẽpus, qm̃ hora est iam nos "
de somno surgere. Nunc aũt propior est no "
stra salus q̃ cum credidimus. Nox præcessit, "
dies autem appropinquauit. Abiiciamus er "
go opera tenebrarum, & induamur arma lu "
cis, sicut in die honeste ambulemus. "

¶Cũ post illas disertiões quas vel de gẽtibus H
vel de Iudæis apostol⁹ ꝓsecut⁹ est ĩtroduxisset ẽt moralẽ locũ, quo magis auditores incitet ad cõuersionẽ: introducit modo ꝑ vrgẽtẽ

tẽporis rationẽ:qđ est in rebus oib⁹ summũ. Nemo.n.ita somnolẽtus & piger est,quẽ advenientis diei non excitet claritas: & cui sol oculis ĩfusus nõ aperiat aspectũ.Est ergo etiã aię somnus qdã.Si eñ sunt ei (vt sępe iã diximus)ꝓprii oculi,& aures ꝓprię, & man⁹ ꝓprię,& pedes,quę singula nõ tã mẽbra corporalia inesse ei q̃ virtutes qb⁹ ad vnũqđq; mouet & incitat,reputãdę sunt:accidit sine dubio ei scđm oculos suos etiã somn⁹.Si eñ nõ agat tẽpore opportuno q̃ dei sunt,sed desidenis torpescat:merito dormire dicit. Idcirco igit Paulus pręco Christi circuiens mũdũ in somno desidię positũ,annũciat adesse iã lucẽ, & tẽpus esse vt surgat e somno, noctẽq; hoc est tẽpus illud quo ignorãtia hoib⁹ dominata est, ꝑcessisse, & ꝓximãte iustitię solis aduẽtu:rarescẽtibus tenebris,iminere iã agnitionis diẽ:atq; ideo clamat expergiscẽdũ esse,ne per segnitiẽ qs noctẽ patiat in luce, & abiiciẽda eẽ opa tenebrarũ,atq; arma lucis ĩduẽda. Opa tenebrarũ sunt actus illi q a deo alieni sunt:arma vero lucis assumptio virtutũ. Et sicut dixim⁹ dedecorosum esse die iã ꝑurgẽte dormire: multo est dedecorosius tpe diei

A & lucis opa gerere tenebrarũ. Verũ sciẽdũ ẽ, aduẽtũ lucis hui⁹ & diei duplici modo accipiẽdũ:& generalẽ oibus, & vnicuiq; specialẽ. Generalis oibus aderit lux & dies, cũ futuri seculi tẽpus aduenerit:ad cui⁹ cõparationẽ ꝓsentis huius mũdi spatiũ tenebræ appellant. Qđ tẽpus labescẽtibus quotidie dieb⁹ appropiat,& spatia q̃ ꝓteritis augent, futuris sine dubio minuunt:& ideo ꝓpior nostra salus q̃ cũ credidimus:& quotidie fit ꝓpior:sicut &

H dñs cũ cõsummatiõis seculi signa distigueret dixit:Cũ aũt videritis hæc oia,leuate capita vestra:qm̃ appropinquat redẽptio vestra. Fit aũt & p singulos dies hmõi aduẽt⁹ nobis:|& si Christus ĩ corde fit,diẽ nobis facit. Si ignorãtias nostras sciẽtię ratio fuget,& indignos actus declinãtes,pia q̃q; & honesta sectemur: in luce sum⁹ positi, & quasi ĩ die honeste ambulamus. Quę sunt aũt opa tenebrarũ q̃ abiicienda sunt,cõsequenter enumerat, & dicit:

NON in comessationibus & ebrietatibus: non in cubilibus & impudicitiis:non in contentione & æmulatione.

B ¶ Ista sunt opera tenebrarũ,quę & carnis opera appellant;ĩ his sũt q carnẽ suã luxurię & ĩpudicitiæ, nõ sanctitati neq; dño mãciparũt. Comessationes eñ,hoc est inhonesta ac luxuriosa cõuiuia,qbus necessario comes est turpissima temulẽtia:quid aliud subsequent nisi cubilia impudicitię! A fœdis cubitationibus cubilia appellata sunt:cũ nõ tã rationalibus videant hoibus, q̃ feris & beluis conuenire. Nõ in cõtẽtione & æmulatione. Illa q̃ supra dixi,carnis sunt vitia:hęc iam & animi:q̃uis oia carnis opera dicant, & opera tenebrarũ. Quia reuera contẽtio & æmulatio in malis, eoꝝ est q secũdũ carnẽ viuũt,& q in tenebris ambulãt. Qui aũt ĩ luce est,& sicut in die honeste ambulat:nihil p cõtẽtionẽ & inanẽ gloriã gerit. Hoc ergo mõ abiicit qs (qđ ait supra) opa tenebrarũ. Qđ vero dixit:Induam⁹ arma lucis,quomõ debeat fieri nũc exponit.

SED induimini dominũ Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

C ¶ Frequẽter diximus Christũ sapiẽtiã esse,& iustitiã,& sanctificationẽ, & veritatẽ, & oẽs simul virtutes:quas vtiq; q assũpserit:Christũ dicit induisse. Si eñ hęc oia Christus:necessario q hęc habet,habet Christũ. Qui habet carnis curã in cõcupiscẽtiis,nõ facit. Moderatione sollicita Apl's vtit:nõ p oia carnis curã negat habẽdã. Certũ est eñ q; in necessariis habenda est: in deliciis vero & luxuria atq; omni cõcupiscẽtia,penitus excludẽda.

CAP.XIIII.

INFIRMVM autem in fide assumite:non in disceptationibus cogitationum : alius enim credit manducare se omnia:qui autem infirmus est,holus manducet.

D ¶ Et ĩ superiorib⁹ de fidei firmitate mẽtionẽ fecit Apl's,vbi ait de Abrahã:Cũ fere cẽtum annoꝝ esset,nõ infirmat⁹ est fide. De qua infirmitate fidei ĩ illis locis q̃ occurrere potuerũt exposuimus. Sed & nũc de infirmitate in fide cõmemorat, quẽ in eo dicit infirmũ, q; nõ credit mãducare oia:sed tã exigua ẽ fides ei⁹, vt sola holera cõpetẽtẽ sibi esse existimet cibũ. Quia põt qdẽ videri dictũ ad eos qui ex gẽtib⁹ crediderũt,extollẽtes se in libertatẽ fidei,qua nihil cõmune aut immũdũ esse credũt,aduersus eos q ex circũcisiõe crediderũt: obseruãtes adhuc secũdũ traditionẽ legis ciboꝝ differẽtiã: vt eos reprimere videatur & monere,ne ĩsultẽt eis qb⁹ lõga cõsuetudo in obseruãdis cibis discretionẽ adhuc aliquã & cunctationẽ mouebat: Iubet ergo eũ q ita in hac fide infirm⁹ est,assumi magis,& nõ abiici:nec quasi infidelẽ iudicari. Aliud est eñ infidelem esse,aliud infirmari in fide. Nã infidelis dicit q nõ habet fidẽ : Infirmus autem in fide,qui dubitat in parte aliqua fidei. Cõponẽs igitur Apostolus in pace corda dicit.

IS qui manducat,non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducãtem non iudicet,Deus enim illum assumpsit.

E ¶Quo.s.per hęc nulla esset iter credētes cibo rū causa dissensio. Sed videt̄ hæc Paul⁹ ꝓfun diore magis sensu elocut⁹. Neqꝫ eñ ex circū cisiōe veniētib⁹ de edēdis holeribus lex aliqd mādauerat, vt ipsis conuenire videat̄ qd̄ ait: Qui autē infirm⁹ est holera māducet. Vnde cōstat eū de cibo verbi ista tractare, & īfirmū dicere in fide eū q nō ita pfectus est sensibus vt possit oēm cibū verbi dei sumere. sicut & ipe apostolus in aliis dicit. Perfectorū aūt est cibus solidus, eoꝝ q p possibilitate sumendi exercitatos habēt sensus ad discretionē boni & mali. Et iterū ad alios dicit, Lac vobis potū dedi nō escam: nōdū eñ poteratis. Et nunqd ita inepti erim⁹ vt putem⁹ apostolū q missus est pdicare verbū dei, lac portasse secū qd̄ Corinthiis potū daret? Sed manifestū est hęc eū de qualitate verbi ꝓloqui, & ꝑpterea dicere, Si qs īfirmior est sensib⁹, & nō est ita pfectę fi dei, vt de secretioribus mysteriis capiat verbū: nō debere eū p ea q̄ ītelligere nō pōt disceptationib⁹ cogitationū moueri. Alius eñ, inquit, credit māducare oīa. Non per hæc Paulus ad oñia comedēda discipulos hortatur, nec gulę & gurgitis ē magister: sed de illis sine dubio dicit, quorū fides pfecta est, & nullis ī verbo dei discretionib⁹ īpedita: quos idē apl̄us in aliis spiritales appellat cū dicit: Spiritalis aūt examinat oīa. Ipse est ergo de quo hic dicit. Alius aūt credit māducare oīa. Denīqꝫ & apl̄is anteq̄ spūm sc̄tm̄ acciperent dicebat̄ a dño: Multa adhuc habeo quæ loquar vobis, sed non potestis illa audire modo. Veniet aūt paracletus spūs veritatis, ipe vos docebit oīa. Ista sunt ergo oīa quę credit̄ māducare is q p fidei pfectione p gr̄am sancti spūs capax verbi secretioris extiterit. Habet tamē & īfirm⁹ qd̄ sumat ex verbo dei, & est species q̄dā verbi quā hic Apl̄us holera appellauit, quæ audiētis sensum nō tam robustū reddat & fortē, q̄ sustētet & interire nō sinat. In multis etem̄ de interioribus aīę sensib⁹ scriptura diuina quasi de exterioribus corporis loquit̄ mēbris: & sicut sępe docuim⁹ īteriorē hoīem videre vel audire vel ambulare noīari, ita & nūc ipse interior hō aut oēm cibū posse dicit̄ percipe si pfectus est, aut si infirm⁹ est holera

F manducare. Sed vt perfectorū & imperfectorum in ecclesia concordiam: & imperfectoꝝ, tanq̄ inhonestoꝝ in corpore mēbrorū honestorūqꝫ cōponat, nec habeat̄ in eis vlla dissensio, dicit: Qui māducat, nō manducantē non spernat: & q non māducat, māducantē nō iudicet. Hoc est qd̄ alibi dicit, Quia nō pōt dicere ocul⁹ manui, nō es mihi necessaria, & caput pedib⁹, nō desidero operā vestrā. Sed multo magis corporis mēbra q̄ videnť īhonestiora eē, necessaria sūt. Et his ergo quorū fides tāta est vt oīa possint māducare, & oēm verbi speciē capere, ne superbiāt & spernāt eos q inferiores sunt, pręcipit: & rursum his qui incapaces sunt pfectioris doctrinę, mādat ne iudicēt eos quoꝝ sensus capacior est, & intellectus eminētior. Solēt. n. puerso ordine imperiti peritos iudicare, & desides studiosos. Interdū tamē & hi q sciētiæ aliqua initia ceperint inflant̄ & extollunt̄ aduersus eos qui vident̄ min⁹ capaces esse. Idcirco igitur increpatione apostolicę auctoritatis Paul⁹ vtriusqꝫ partis insolentiam reprimens dicit:

TV quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit.

G ¶Qd̄ dicit stat aut cadit, sc̄dm sensū ei⁹ quē īcrepabat dicit. Nā & īperitior si videat quēpiā ꝓfundius aliqd qd̄ ipe capere non potest sentientē, cecidisse eū iudicat a fidei statu: & rursum q inflantur ex sciētia, & nō cū charitate, sicut Paulus cōmonet, similiter de īperitioribus qbusqꝫ opinant̄: & ideo potestatē fratri iudicandi fratris exemit. Bene aūt alienū seruū ait, qa dñs dicit: Vos autē oēs fratres estis. Oēs, hoc est vniuersa creatura, & vn⁹ solus dñs Iesus Christ⁹, qui est dñs oīm, diues in oībus. Simul & bonitatem dei ineffabilem manifestat, cū dicit de eo qui cecidisse videt̄, etiam si vere ceciderit: ꝙ potens est deus statuere illum. Dominus enim erigit elisos.

NAM alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisqꝫ in suo sensu abundet.

H ¶Diximus superi⁹ sc̄dm literę apostolicæ cōsequentiā videri hic de ciborū cōtinētia, vel de libertate tractari: qm̄ vocatio quidē quæ ī Christo est, nihil cōmune aut īmundū ponit in cibis: sed cōtinētię ratio suadet etiā a licitis abstinere. Nō eñ (vt & ipse in aliis dicit) qa oīa licēt idcirco etiā oīa expediūt, vel oīa ędificāt. Ipsa tamē abstinētię ratio diuersa est p voto & ꝓposito vouētis. Ali⁹ nāqꝫ hoc iudicat, & ita apud animum suum decernit, vt oēm diē hoc ē cōtinuū vitę suę tēpus exigat in abstinētia. Ali⁹ vero tēpus aliqd̄ velut votiua ꝓfessiōe decernit. In quo siue vt iugē, siue vt tpalē suscipiat cōtinētiā: vniuscuiusqꝫ sēsib⁹ dat liberā facultatē. Vtrūqꝫ tñ acceptū fieri apud dñm pollicet̄, & ꝑpterea subiūgit.

QVI capit diem, domino capit: & qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo: & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo.

A ¶Gratię deo ab vtroq referunt: ab illo p fru ctu cōtinētię, ab hoc vero p libertate vescēdi. Sed qm, vt i anterioribꝰ ostēdimꝰ, pfundior inuenit apostoli sensus q̄ ciboꝝ carnaliū ratio cōtinet: i spiritali expositiōe scdm ea q̄ supra disseruimꝰ: de his quoq aliꝰ oēm diē, aliꝰ vero alternos iudicat dies: possumꝰ illud sentire, ꝙ i scripturis diuinis vnūqdq capitulū in quo dogma pietatis & fidei continet, dies dicat. Vere em̄ dies est q illuminat mentē, q ignorātię tenebras fugat: q Christū q sol est iustitię habet i se. Si qs ergo sit q ita diuinis literis operā ipendat ac studiū: vt oēm diē & oēm sensū scripturę diuinę discutiat & diiudicet: ita vt nō eū trāseat de lege iota vnū vl' vnus apex: hic oēm diē videbit iudicare. Qui aūt nō est tātus igenio: alternos .i. paucos ex mltis capiat sensus: & si nō q ad pleniudinē sciētię sufficiāt: at certe q ad sūmā fidei satis sūt. Vterq ergo scdm aplicū sensum & cōsiliū gras agit deo, ille q sapit oēm diē, & q mā ducat oīa .i. q agnoscit & intelligit oīa: & ille qui licet nō oīa māducet, & nō vniuersoꝝ intelligētiā capiat: breui tn̄ fidei cōfessione saluat. Et ideo etiā nō māducās oīa, nec oīm sciētiā sumēs: agere tn̄ etiā ipe gras dicit deo.

» NEmo enim nostrum sibi viuit: & nemo » sibi moritur.

B ¶Quid sit viuere i Christo, & qd sit i Christo mori: dictū sępe a nobis est i huiꝰ epłę expositione: & pcipue in eo loco vbi explanare tētauimꝰ sermonē Apłi quo ait: Si aūt mortui sumꝰ cū Christo, credimꝰ qa & cōuiuemꝰ ei. Si ergo meminimꝰ q̄ i hoc loco dicta sūt, ex ipsis etiā ꝓposiꝰ in psenti sermone Apostolus apertior & lucidior fiet, quomō nemo nostrū sibi viuat, & nemo sibi moriat. Nō em̄ vnusqsq ipe sibi dat: sed a Christo sumit mortis exēplū, q solo pctō mortuꝰ ē: vt & ipe imitatiōe eiꝰ possit alienꝰ & mortuꝰ effici a pctō. Sed & vitę exēplū nō ipi ex nobis habemꝰ, sed ex Christi resurrectiōe suscipimꝰ: vt idē apłs dicit: Vt sicut Christꝰ resurrexit a mortuis p gloriā patris: ita & nos i nouitate vitę ābulemus. Nouitas ergo vitę qua i Christo p fidē resurrectionis eiꝰ viuimꝰ dño, reputat qa nō a nobis: sed ab ipso sumit exordiū. Et ideo,

» SIVE enim viuimus, domino viuimus: si » ue morimur, dño morimur. Siue igitur viui » mus, siue morimur, domini sumus.

C ¶Mortē eteni appellat illā, qua Christo (vt diximꝰ) cōsepulti, & in morte ipsiꝰ baptizati peccato mortui sumꝰ: & vitā qua alieni effecti ab hoc mūdo, & vt ipse ait ex mortuis viuētes, nō nobis .i. nō carni viuimus, sed deo, secūdū ea quæ in subsequentibus iungit.

IN hoc em̄ Christus mortuus est & resur »
rexit: vt & viuoꝝ & mortuoꝝ dominetur. »

D ¶Mortuū dicit eē Christū dispēsatiōe sine dubio passionis: vixisse aūt p sacramētū resurrectionis. Vt si & nobis primo passionis & mortificatiōis: post etiā resurrectiōis & vitę nouitatis reliqt exēplū. Sed moueat aliquē fortassis qd dicit Apłs: idcirco mortuū eē & vixisse, vt mortuorū & viuorū dñet: quasi q hoc dederit intelligēdum, ꝙ nisi mortuus fuisset mortuoꝝ dñatum non habuisset: & nisi post mortē rursus vixisset, nō renuisset dñatiōnē viuoꝝ. Sed ad hęc ita respōdēdū puto. Duobus ex modis cōstat in oēm creaturā Christi dñatio. Vno, p quē vt creator oīm & potestatē gerēs vniuersoꝝ, vi maiestatis & potētię necessitate habet cętera subiecta: pꝫ quē modū nō solū bonis & sanctis mētibꝰ ac spiritię bꝰ dñat, verū & nequā & refugis & his quos scriptura diuina malignos āgelos appellauit. Idcirco igit & oītenēs, & oīpotēs dicit, scdm ꝙ Ioānes designat i Apocalypsi, dicēs. Hęc dicit q est & q erat & q venturus est oīpotens. Hic ergo vnꝰ est modus quo Christus oībus dñat. Alius vero est, quo tāq bonꝰ & boni patris filius nō vult rationabiles spūs ad obœdiētiā legis suę violēter inflectere, sed expectat vt spōte veniāt: vt volūtate & nō necessitate bonū qrāt: & docēdo magis q̄ imperando, inuitādo potiꝰ q̄ extorquēdo psuadeat. Inde deniq est, ꝙ vsq ad mortē dignat accedere, vt exēplū obœdiētię, & moriēdi formā volētibus pctō emori & vitiis derelinquat. Et ppter hoc in pñti loco apłs scribit: idcirco eū mortuū esse & vixisse, vt & viuoꝝ & mortuorū dominet. Viuoꝝ pfecto illoꝝ p resurrectionis eius exēplo nouā & cęlestem in terris exigunt vitā: Mortuorū sine dubio q mortificationē Christi in corpore suo circūferūt, & mortificāt mēbra sua quæ sunt sup terrā. Q si hæc ita se habent:

TV autem quid iudicas fratrem tuū? Aut »
tu quare spernis fratrem tuum? »

B ¶Cū siue mortificatio sit i te carnis & vitiorū, nō ex te orta sit, sed Christi morte donata: siue tibi nouitas vitę est, & i terris ābulans cōuersatiōnē habēs i cęlis: id Christi resurrectiōe merueris. Bene aūt vtriusq vitii notā vernacula appellatiōe signauit, illi dicēs, quare spernis? & huic, quare iudicas fratrē tuū? Solēt em̄ hi q aliquātulū vidēt pfecisse, spernere & nihili ducere eos q altioris intelligētię minus capaces sūt: Ecōtrario aūt impiti & indocibiles iudicare hoc est cōdemnare

re & incusare eos q altiora & profundiora p quirūt, q ipsi capere aut sequi nō possunt. Et ideo Apl'us resecare volēs culpam ex vtraq parte nascētē, illis qdē pręcipit, ne inferiores spernāt atq despiciāt: his vero ne superiores se iudicēt, cū peritiā nō habeāt iudicādi. Quis vtrūq reprehendat, & eū q spernit fratrē inferiorē, & eū qui iudicat supiorē: tamen vt ostēderet illū grauius in iudicādo, q̄ hunc in spernendo fratrem peccare: omissa spretionis culpa pręsumptionem iudicādi fratris exaggerat: & ideo in consequentibus iungit.

» OMNES eñ ante tribunal Christi stabim⁹.
» Scriptū est eñ, Viuo ego dicit dñs, qm mihi
» flectet oẽ genu, & ois lingua cōfitebit deo.

F ¶Assumēs apostolus causas ex his in qb⁹ nō recte iudicāt q iudicāt fratres: recti & iusti introducit diuini iudicii formā, & ait, Oēs eñ nos stare oportet añ tribunal dei: Quo. s. nouerit is q iudicat fratrē, tātū se crimē elationis incurrere, vt tribunal dei sibi videat assumere, & vnigeniti iudiciū puenire. Verū qd sibi velit hoc ipsum q apostolus tribunal dei memorat, & quō intelligendū sit videamus. Nō solū i hoc loco, sed & ad Corithios scribens, tribunalis facit nihilominus mentionē vbi ait: Propter qd studem⁹ siue praesentes, siue absentes placere illi. Oēs manifestari oportet añ tribunal Christi, vt recipiat vnusqsq per corpus prout gessit, siue bonū siue malū. Sed apud Danielē prophetā inuenimus talia quędā de iudicādi specie descripta. Videbā, inqt, & ecce sedes posita erat, & vetustus dierum sedebat, & indumentū eius sicut nix cādidū, & capilli capitis eius sicut lana munda. Thronus eius flāma ignis, rotę ei⁹ ignis accēsus, fluuius igne⁹ currebat ante ipm. Millies milia ministrabāt ei, & decies milia, dena milia assistebāt ei, & añ eū iudiciū cōstitutū, & libri aperti sunt. In duodecimo quoq pphetarū libro, sub mysterio dicit q in valle Iosaphat dñs populū suū iudicet: Ipsam aūt vallē Iosaphat paulopost vallē iudicii noīat. Sed de iis nūc singulis, quae similitudinis causa p

G tulimus, differere lōgū videt. Ea tamen q̄ ad Corinthios scripsisse apostolū dixim⁹, cōferētes cū psenti loco vel cęteris q̄ apud pphetā scripta memorauim⁹: declarari videm⁹ ex oībus certissime futurū eē iudiciū dei: cui⁹ species vt notior hoibus fieret, iudicādi forma ex iis q̄ inter hoies gerunt assumpta est: quo scilicet noscerem⁹, q sicut iudex iste terren⁹ celsiorē quēdā locū qd tribunal appellat ascēdit, vt ex eo altior & eminētior caeteris q iudicādi sunt stat: ne cōspectui eius lateant vel malorū supplicia, vel allegationes innocētiū: intelligam⁹ & iudicē oīm Christū natura & maiestate cęteris eminētē introspicere corda & cōscientiā singulorū: manifestare occulta, & obtecta reuelare: vt & bonis actibus laudē tribuat, & mali poenā quā merent accipiant. Qz si manet futurū iudiciū dei, & tale iudiciū in quo nō solū vnusqsq recipiet pactib⁹, sed p oi ocioso verbo reddet ratio sc̄dm sen tētiā dñi, cogitatiōesq malę cōfutabūt redarguēte cōsciētia: & in oib⁹ vnusqsq nostrū p se rōnē reddet deo: nō ergo ampli⁹ inuicē iudicemus. Nudabit eñ vniuersę (vt ego arbitror) creaturę rationabili cor nostrū, & reuelabunt occulta, vel etiā manifestabunt. Est. n. differētia. Vident eñ ea qdē quę reuelant, ad malos pertinere, de qbus dicit, In igne eñ reuelabit. Ea vero q̄ manifestātur, ad bonos: & ideo dicit: Oē eñ qd manifestat, lux est: & tā q̄ libri qdā descripti, vel tabulę incisę cōtinētes literas actuū cogitationūq nostrarū ab oī (vt dixim⁹) creatura rationabili relegent. Et hoc est qd arbitror indicari p Danielē vbi dicit, Et libri apti sunt: q. s. in corde nūc inuolu ri sunt & obtecti: cōtinētes qdā scripta q gerim⁹, & notis qbusdā cōsciētię sulcati, nec tamē vlli nisi soli deo cogniti. Isti ergo libri aię nostrę, vel hę cordis nostri paginę, aperient i cōspectu throni flāmei, & rotarū ignis ardētis, & fluminis ignei ac percurrētis añ vetustū dierū. Videbunt hęc, legent etiā angeli & millies milia angelorū illa, & decies milia nistrorū: & ita criminū nostrorū i qb⁹ nūc vnū salte teste pati cōfūdimur, cęlestiū tūc virtutū testes cateruas innūerabiles patiemur. Cū aūt Paulus dicat, Quia oēs stābim⁹ añ tribunal dei, & se cōsociet q stabunt ante tribunal dei: qnā est q semetipsum ita decipiat & fallat, vt ad iudiciū Christi & ad tribunal cognitiōis ei⁹ nō putet se esse vēturū! aut manifestādū se nō putet in his q̄ siue recte, siue etiā minus recte cōmiserit! Qz vero in pręsenti q dē loco tribunal dei, ad Corinthios vero tribunal Christi posuit: ego qdē puto nullā esse differentiā quo minus vnū atq idē tribunal Christi & tribunal dei noiet. sc̄dm q ipse saluator in euangelio dicit, Oia q̄ habet pater, mea sunt. Et iterum. Pater, oia mea tua sunt & tua mea. Si quis tamē putat in sermonib⁹ Pauli, qa nulla in et⁹ literis ociosa vl' syllaba est, causas varietatis hui⁹ esse requirēdas: poterit fortassis tale aliqd dicere. Christi vocabulū quātū ad pprietatē appellatiōis ipsi⁹ p tinet, verbi in carne positi & mūdū deo recōciliātis īdiciū est, sicut & idem Paulus dicit, H

quia deus erat in Christo mūdū recōcilians si-
bi. Sed recōciliationis huius spatia, cōuersiōis
nostrę dilatio & emēdationis negligētia distē-
dit, & lōgiora cōstituit: & donec euacuet oēs
principat⁹ & potestates, & ponat inimicos sub
pedib⁹ suis, ac nouissimū inimicū destruat mor
tē, ita eū regnare oportet, vt ministeriū susce
ptę in carne dispensationis exerceat, & bonos
qdē manifestet, culpabiles aūt accipiāt vnusqs
ꝙ secūdum opera sua. Vbi ergo tradiderit re-
gnū deo & patri. i. cōuersos oēs & emendatos
obtulerit deo, & ad integrū mysteriū mūdi re
cōciliationis expleuerit: tūc ait ante tribunal
dei stare oēs, vt impleat̄ hoc qd̄ sequit̄: Viuo
ego dicit dn̄s, quia mihi flectet̄ omne genu, &
cōfitebit̄ oīs lingua deo. Flectet aūt genu oīs
creatura deo in noīe Iesu, ꝑ quē recōciliata est
ei, secūdū ꝙ idē Apostolus dicit, qa in noīe Ie
su omne genu flectet̄ cælestiū terrestriū & in-
fernorū. Flectere sane genu, & oēm linguā cō-
fiteri deo: de Esaiæ Prophetę sermōib⁹ assum
psit Apostolus. Qd̄ tn̄ non est carnaliter acci
piēdū, vt putem⁹ etiā cælestia q̄ dicit genu fle
ctere, carnalib⁹ mēbris hęc facere: verbi causa,
vt putet̄ vel Sol, vel Luna, vel stellę, vel etiam
angeli, & quęcūq; sunt quę cęlestia nominant̄
corporalib⁹ inflexa genibus adorare: aut etiā
lingua carnali & tali mēbro quali nos hoīes
loqmur, putent̄ confiteri deo, de qbus dicit̄ ꝙ
sint spūs & ignis, scd̄m ꝙ Propheta dicit: Qui
facit angelos suos spūs, & ministros suos ignē
vrentē. Et quæ genua in spiritibus esse credū
tur? aut q̄ linguę in ignis specie requirentur?
Sed genu flectere, subiecta esse cūcta, & cultui
A dei obœdire declarat. ¶ Mouet me adhuc ex
his q̄ de epistola ad Corinthios assumpsimus
vbi dicit, Vt recipiat vnusquisq; ꝑpria corpo
ris prout gessit, siue bona, siue mala: verū qa
in oībus hoīb⁹ necesse est esse aliquid boni, &
esse aliquid mali, nec vllum in bonis inueniri
qui nō aliquid habuerit & mali, vel iterū ali-
quē in malis qui nō habuerit aliqd & boni, ꝑ
pter scripturā quę dicit, Spūs eīm incorrupti-
bilis in hoībus est: propterea dixerit vt vnus-
quisq; & pro bonis suis bona, & ꝑ malis reci-
piat mala: an bonos illos dicat quib⁹ nihil ma
li ascribendū sit, & illos malos quibus boni ni
hil oīno debeat̄. Sed si hoc nouissimū putem⁹
videbimur contra euidentē venire rationem
Nullus eīm, vt dixi, ita bonus inuenit̄, cui nō
aliquid insitum sit mali, vt ex multorum san-
ctorum perfacile colligi videt̄ exemplis: & rur
sus nemo est pessimorū, etiā si ipse Iudas poni
tur, q super impietatē impius fuit, vt non ali-
quid etiā ipe boni habuisse videat̄. Nam vt il-
la omittā, q̄ cū Apostolis positus quasi vn⁹ ex
ipsis gerebat, q̄uis & ibi iam bonis misceret &
mala, erat eīm pecunię cupidus: tn̄ hoc ipm ꝙ
pœnitētia ductus reportauit. XXX. argēteos
ad sacerdotes & dixit, Peccaui tradēs sangui-
nē iustū, fuit aliqd boni. Ex quib⁹ oīb⁹ videt̄
mihi, ꝙ nō pōt vnus atq; idē bona simul reci
pere & mala. Neq; eīm simul aut in paradisum
qs, aut in regna cælorū, aut in gehennā mitti
potest. ¶ Respōdemus in illis tātūmodo ratio
nē vitę bonę nō haberi in qbus valde ꝑponde
rant mala: & in illis rationē mali nō accipi in
qbus ꝑponderāt bona, & in qbus maloꝝ vesti
gia pœnitētia cōuersionis aboleuit. Vt aūt ad
ꝑpositi capituli finē conclusionēq; redeamus:
cū inquit tanta sit apud deū & apud Christū
eius iudicii veritas, tāta futuræ examinatiōis
indago: nō ergo amplius iudicemus inuicem.

SED hoc iudicate magis ne ponatis offen
diculum fratri vel scandalum.

¶ Hoc iudicate. i. hoc statuite, ne ꝑ obseruātiā B
ciboꝝ, offensionē fratribus vel scandala gene-
retis. De offensione vel scandalo iam supra di
ximus, ꝙ scandalū fit cū in via qua incedit̄ ali
qd inuenit̄ obiectū in quo offendant̄ scādētiū
vel incedentiū pedes: hoc est ergo qd patiunt̄
hi q viā fidei nuper ingressi, priorū vel cōtē-
tionib⁹, vel negligētiis, vel contemptu, & ela
tionibus offenduntur: atq; exemplis eorū re-
percussi auertuntur a fide.

SCIO & cōfido in domino Iesu, quia nihil
est commune per seipsum, nisi ei qui existimāt
quid commune esse, illi commune est.

¶ Diximus & in aliis, ꝙ in scripturis sanctis C
vernacula quadā appellatione qd̄ sanctum vel
mūdū nō est cōmune nominet̄: quę tn̄ appel-
latio in nouo testamēto frequētius, in veteri
vero nō recordor sicubi noīata est. vt in Euā
geliis Saluator dicit: qa de corde ꝑcedūt co-
gitationes malę, homicidia, fornicatiōes, adul
teria, furta & falsa testimonia, & ista sunt quę
coinquinant hoīem: nō lotis aūt manib⁹ mā-
ducare nō cōmunicat hoīem: q̄uis i nōnullis
exēplaribus latini pro cōmunicat coinquinat
posuerint: & licet eadē istic sit ꝑprietas, tamē
sermo cōmunicat habet. Sed & in actib⁹ Apo
stolorū dn̄s dicit ad Petrum: Quod deus mū
dauit, tu ne commune dixeris. Puto ergo in-
de vsum huius sermonis assumptū, vt qa, ver
bi gratia, vasa templi ministerio segregata, va
sa sine dubio domini appellabātur: ad horum
autem distinctionē reliqua vasa communia di-
cebantur: ita & ad ciborum distinctionem eo
rum quos quasi mūdos & secundū legē eden
dos scriptura segregauit: reliqui oēs commu

nes appellati sunt. Sed Iudæi vim verbi Dei ignorãtes, vñ cõmunis diceret homo, quẽ cõmunẽ appellabãt, sermonis vsum sine significationis intelligẽtia tenuerũt. Neq; cibi quos deus creauit, aut ignoranter aut simpliciter sumpti cõmunẽ facere hominẽ poterãt & im mũdũ: sed mens illa hois q deo soli segregata est, merito mũda appellat: quæ vero aliena a deo est, qm̃ non ab vno spiritu immũdo, sed a pluribus possidet: idcirco talis homo cõmunis appellatur, quasi q multoꝝ vel vitioꝝ, vel dęmonũ seruus: secũdũ illũ q interrogat⁹, qd tibi nomẽ est? Respõdit legio, multi eñ sum⁹. Et secũdũ illud qd a Saluatore dicit, Quia cũ exierit spiritus imũdus ab hoĩe, circuit loca arida q̃rẽs requiẽ, & nõ inueniẽs redit: & inueniẽs domũ vacantẽ & scopis mũdatã, assumit secũ alios septẽ spirit⁹ nequiores se, & intrãt in eũ. Et sine dubio iste talis cõmunis dicitur eoꝝ videlicet seruus effectus omniũ spirituũ malignoꝝ q habitãt in eo. Merito ergo sciens sermonis hui⁹ hãc esse rationẽ Paulus, dicit: Scio & cõfido in dño Iesu, qa nihil est cõmu

D ne per seipm̃. Nihil eñ in creaturis de natura sui immundũ est. Oia nãq; a bono deo creata bona esse cõstat & mũda. Sed ei, ingt, q existimat aliqd eẽ cõmune, ipsi cõmune est: hoc est qui intẽtione cordis imundũ aliqd cogitat, & obseruãtiã diuersitatis admittit: sicut & i cõsequẽtibus. Qui aũt discernit, si mãducauerit dãnatus est: qa nõ est ex fide. Omne eñ qd nõ est ex fide, peccatũ est. Nec tamen in his distinctionẽ legis exclusit, vt absolute diceret nihil esse cõmune aut immũdũ eoꝝ quę lex definiuit immũda. Pręmisit eñ causas cur p semetipsum nihil cõmune dicatur. Scio, inquit, & cõfido in dño. In dño ergo Iesu nihil cõmune per semetipsum, hoc est natura sui dicit: sed illis, ingt, q existimãt, & q putãt aliqd esse cõmune, ipsis cõmune est. Et ne mireris q cogitatio mentis, cibũ qui natura sui cõmunis vel pollutus nõ est, faciat pollutum: cũ ecõtrario cibum vere pollutũ (vere enim pollutus est q idolis immolat) simplicitas mẽtis, & in cogitatiõe nulla scrupulositas iniecta, omni suspitione cõtaminationis absoluat. Et rursus etiã si mũdus sit cibus, suspitionẽ tamẽ aliquis patiatur quasi q idolis immolatus sit: pollui dicitur pro conscientiæ scrupulo.

» Si enim propter cibum frater tuus scandalizatur, vel contristatur: non iam secũdũ charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

E Cũ enim definisset apostolico dogmate per Christũ Iesum nihil cõmune aut immundum natura sui putãdũ, & dedisset erga vsus cibo rũ fidelib⁹ qbusq; absolutissimã libertatẽ: rursus ad ędificationẽ fraterni amoris, licẽtiã resecat libertatis, & dicit. Et si cõmune nihil est, & vsus oim ciboꝝ licẽter admittit, tñ tu si ppter cibũ quẽ licite putas sumẽdũ, fratrẽ tuũ qui nõdũ sciẽtię huius capax est scãdalizas: iã nõ secũdũ charitatẽ ambulas, nec affectũ in te fraterni amoris ostendis. Quid. n. lędis, si ve fratrẽ tuũ nõ cõtristes, etiã a licitis abstineas? Tibi eñ abstinere a licitis crimẽ nullũ est: illi vero i qbus discernit & putat nõ licere, cõtaminabilis vsus est. Qui eñ discernit, si mãducauerit, dãnatus est. Qđ si facias tu, vtiq; fratrẽ tuũ perdis p quo Christ⁹ mortuus est: & tu ei causas perditionis acqris. Magnificẽtius aũt idẽ Paulus de his ad Colossenses scribens dicit. Nemo itaq; vos iudicet in esca, aut in potu, aut in pte diei festi, aut neomeniis, aut sabbato, q̃ sunt vmbra futurorũ, corpus autẽ Christi. Nemo vos seducat volẽs in humilitate cordis & religione angeloꝝ q̃ nõ vidit: extollẽs se frustra inflat sensu carnis suę, & non tenens caput. Et post pauca. Si ergo mortui estis cũ Christo ab elemẽtis mũdi, qd adhuc tãq̃ viuẽtes in hoc mũdo decernitis: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis: q̃ sunt oĩa in corruptionẽ ipso vsu secũdũ pcepta & doctrinas hoim, q̃ sunt rationẽ qdẽ habẽtia sapiẽtię in obseruãtia religiõis, & humilitate p vexationẽ corporis, nõ in honore aliquo ad saturitatẽ carnis. De qb⁹ p singula disserere nõ est psentis opis: de his eñ q ad Romanos scribit Apl's conamur exponere, hoc ẽ tãtũ qđ etiã psenti afferit exẽplo, ne i cibo vel potu, vel i huiusmodi obseruãtiis, q̃ apud Iudęos velut angeloꝝ religio putat, iudicemur ab aliquo. Extollũt eñ se in his q̃ vident, & in flati sunt de visibilibus rebus. Quæ tñ elatio nõ est secũdũ sapiẽtiã spiritus, sed secũdũ sensum carnis. Nõ autẽ de carnalibus rebus pceptũ est, Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis. Hæc eñ oĩa, hoc est carnalia, ad cibũ hũc corruptibilem data sunt: & quæ potest esse in corruptione obseruãtia puritatis? Sed cũ lex hęc de rationabilibus pcepit, quę si F immũda sunt, vere tãgẽda nõ sunt, neq; gustãda: ne participes nos faciãt peccati & immũditię suę: pcepta hominũ & doctrinę relinquentes hũc spiritalem sensum, ad carnalia hæc & corpotalia trãstulerũt, q̃ rõnẽ sapientię habẽt in obseruatione religionis, & humilitate corporis: nõ tãtũ vero occasiõe huiusmodi obseruãtię honorabilis apd̃ hoies & carnis delicias requirunt, dum pro paucoꝝ abstinẽtia multi

cibi requirunt & electi. Vera aūt obſeruantia
eſt, vbi ita ſumit cibus, & ita aguntur oīa, vt
nō de talibꝰ dicat, Quoꝝ deꝰ venter eſt. Abſti-
nere cōuenit ab omni cibo quē cōcupiſcentia
& libido præſumit, quē delitię parant, & luxus
excogitat. Videndū ſane eſt nō ſolū quali, ſed
quāto cibo, & quo in tempore, & q̃ parco vta
mur. Sic.n. oīa mundis mūda fiunt. Contami
natis autē (vt dicit Apoſtolus) & infidelibus
nihil mundū. In quo oſtendit, ꝙ etiam ea quę
apud Iudęos mūda nolant in cibis, ſi quis cō-
taminatus ſit & infidelis, mūda ei eſſe nō poſ-
ſunt. Cōſequēs igit erit, vt ſi ea q̃ mūda ſunt,
cōtaminatis immūda efficiant: & ea quę dicū-
tur immūda, ſanctis ac fidelibus munda fiāt.
Sanctificant.n. per verbū & oratione, quia oīs
creatura dei bona: & nihil abiiciendū qđ cum
gratiarū actione percipitur. Per orationē autē
nō cuiuſcūq; ſanctificant, ſed eorū qui leuant
A puras manꝰ ſine ira, & diſceptatione. Vis aūt
magnificētius adhuc de mūdis, & immundis,
ꝙ non de corporibus, ſed de animis dicant &
mētibꝰ? Audi ipſius dn̄i & Saluatoris in Euā-
gelio ſententiā dicentis. Nō quę in os intrant
coinquināt hoīem, ſed quę ex ore ꝓcedūt: qm̄
intus de corde exeunt cogitationes malę, ho-
micidia, adulteria &c. Cogitatio ergo ē & mēs
nō recte ſentiēs q̃ polluit hoīem, nō ciborum
qualitas: q̃ cuiuſcūq; modi fuerit, pari eodēq;
exitu vſum corruptiōis explevit. Et nihil mi-
rū ſi ſanctus cibū quē ſumit, verbo dei & ora-
tione ſanctificat, cū etiā ipſa ꝗbus induit ſan-
cta ſint veſtimenta. Sudaria deniq; Pauli & ſe
micinctia tātū ex ipſius puritate ſanctificatio
nis acceperāt: vt ęgris adhibita fugarēt mor-
bos, & redderēt ſanitatē. Nā de Petro quid di
cā, cuius etiā vmbra corporis tātū ſanctifica-
tionis gerebat, vt quoſcūq; ꝓteriēs nō ipſe ſed
ſola eius vmbra tetigiſſet, continuo ab omni
ęgritudine leuarent? Sed paulo latius exceſſi-
mus de mūdis cibis & cōmunibus differētes,
vt Apoſtoli ſenſum quantū poſſibile eſt conſi
deraremus excelſius. Sed memores propoſitæ
breuitatis, ī his noui voluminis cōcluſiōe fa-
cta, decimi eiuſdem aggrediamur exordium.

LIBER DECIMVS.

„ NON ERGO blaſphemet bo-
„ num nomen. Non em̄ regnū
„ dei eſt eſca, & potus, ſed iuſti-
„ tia, & pax, & gaudium in ſpi-
„ ritu ſancto.
B ¶Requiro quomodo blaſphe
mari poſſit bonū noſtrū nomen. Bonū eſt ſpi-
ritaliter legē intelligere, impia & inepta hære
ticorū vel falſę philoſophię ſtudentiū dogma
ta tanq̃ immūdos cibos pollutoſq; vitare: hoc
em̄ eſt qđ ſpiritali lege ſancit. Tn̄ ſi qs Iudęꝰ,
verbi cauſa, aut ex his q Seueriani, Tatianiq;
appellātur, velit Chriſto credere: putet tn̄ nō
parū ineſſe momēti in obſeruātia continentię
vel eoꝝ ciborū q lege ꝓhibent, vel quos qua-
ſi caſtitati aduerſantes exiſtimāt nōnulli etiā
ſcripturarū auctoritate declinādos: huiuſmo
di hoīem ſi perurgeas ad communes hoīm ci-
bos: nec dicas eū aliter poſſe ſaluari, vel ad fi-
dem Chriſti & gratiā peruenire, niſi ſumptis
his quos refugit cibis: tūc vere bonū ſpirita-
lis ſentētię blaſphemat, putāte eo quē perur-
ges hāc apud nos haberi fidem, vt ſaluū fieri
nullū credamꝰ niſi q ſuillis veſcat carnalibus,
vel aliis hmōi cōmunibꝰ & indifferētibus ci-
bis. Addit aūt his. Nō.n. regnū dei eſca & po- C
tus eſt, ſed iuſtitia, & pax, & gaudiū in ſpiritu
ſancto. In quo iterū vehemēter admiror ſapiē
tiā Pauli, qui præſentis tēporis culpas futuri
ſacramenti auctoritate cōpeſcit: & vt eccleſiæ
formā ſtatuat, regni cęloꝝ myſteriū ꝓdit. Ait
ergo. Quid opus eſt tātopere ꝓ cibis & eſcarū
qualitatibꝰ fraternā pacē charitatēq; turbare,
cū regnū dei ꝓpter qđ laboramus, & currimꝰ
neq; per eſcas conſtet, neq; per potū, ſed aliena
hęc ſunt a regno dei, & ab illa cōuerſatiōe fu-
tura? Ibi.n. ſicut neq; nubent, neq; nubent, ſed
ſunt ſicut angeli dei: ſic neq; eſcā, neq; potū ſu
ment, ſed ſunt ſicut angeli dei. Igit abſolutiſ-
ſimo & euidēti dogmate ab Apoſtoli ſententia
terminatū eſt, in regno dei neq; eſcas carnales
neq; potū habere locū, ſed iuſtitiā & pacē in
ſpū ſancto: & ideo hortat vt in illis nos exer-
ceamꝰ, & illa bona iā hic habere meditemur,
atq; illā ſubſtantiā poſſidere, q̃ nobiſcū trāffer
ri poſſit ad regna cęloꝝ. Pacē ergo, & iuſtitiā,
& ſiqua hmōi ſunt, q̃ ꝑ ſpm̄ ſctm̄ cōquirunt,
ipſa nobis erūt cibꝰ & ſubſtātia ī regno dei: &
ideo ꝑ hæc docet nō eſcarū corꝑaliū rationes
q̃ nullę erūt in futuro: ſed virtutū curā gerē-
dam, q̃ nobiſcum & in p̄ſenti vita, & ī futura
permaneant in regno Dei. Et ideo dicit, quia
QVI em̄ in hoc ſeruit Chriſto, placet deo „
& probatus eſt hominibus. „
¶Hoc eſt quod de ſeipſo in aliis dicit. Sicut D
& ego, inquit, per omnia hominibꝰ placeo: nō
quęrens qđ mihi vtile ſit, ſed qđ multis. Ideo
em̄ cum eſſet Apoſtolus Chriſti, fiebat Iudęis
Iudęus, ſine dubio vt placens Iudæis ſaluaret
eos: & his qui ſine lege erant fiebat & ipſe ſine
lege, vt placens eis ſaluos faceret eos. Placere
autem dicit ita hominibus, non obſectando
vitia, ſed infirmitates eorum per patientiam
ſuſtentando. Sed ne illud quidem ocioſe præ-

tercamꝰ qđ ait. Nã q ĩ hoc.i.in spũ sctõ seruit
Christo, placet deo: & pbatꝰ est hoĩbꝰ. In spũ
sancto. Christo seruire ẜm hoc. dicit qđ & alibi
ait: Nemo dicit dñm Iesum nisi ĩ spũ sctõ. Ser
uit aũt Christo in spũ ipse Paulus, qa accepta
gr̃a sancti spũs seruit verbo dei, seruit sapiẽtię
seruit iustitię, & oĩbus simul virtutibus quæ
Christus esse memorant. Et ideo placere ĩ his
dicit deo, q implet volũtatẽ dei secũdũ verbũ
qđ ipse pnũciauit dicẽs: Hic est filius meꝰ di-
lectus in quo mihi bene cõplacui, ipm̃ audite.
Qui audit deũ & seruit Christo in quo cõpla
cuit deus: placet deo, & probatus est hoĩbus.
›› ITAq quæ pacis sunt sectemur: & quæ ędi
›› ficationis sunt inuicẽ, custodiamus. Noli pro
›› pter cibum soluere opus dei.
E ¶Supra dixit, Hospitalitatẽ sectãtes, & hic si-
militer, q̃ pacis, inq̃t, sunt sectemur, & q̃ ędifi-
cationis inuicẽ custodiamꝰ: & sicut ibi ostẽdi-
mus qualiter sectãda sit hospitalitas, ita & hic
qualiter pax sectãda sit, intelligamꝰ: qa Dauid
sil'r dicit: Inquire pacẽ & sectare eã. Licet in
latinis codicibus habeat, sequere eã: sectare eã
etiã ibi scriptũ ẽ. In quo mihi hoc videt ostẽ-
di, ꝙ qdẽ a multis inq̃ete & insolẽter agẽtibus
turbata pax & effugata velut subterfugit ab
hoĩbus. Ecõtrario ab his qui Christũ didice-
rũt, & ipsi seruiũt, etiã fugitãs cõsectãda est,
& modis oĩbus reuocãda. Sectat aũt pacẽ qui
ea qbus pax cõstare põt, etiã cũ labore suo, cũ
dãno, cũ opptobrio quoq, & si ita necesse sit
etiã cũ periculo vitę famęq custodit. Hic em̃
nõ solũ pacẽ, verũ ædificationẽ ad inuicẽ ser-
uat. Aedificat em̃ is q viderit te non quæ tibi
soli, sed quæ aliis expediũt requirentem: & sic
crescit ædificiũ dei, ac tẽplũ dei ex lapidibus
viuis, & p cõstructionẽ charitatis assurgit: &
ideo addit: Noli ppter cibũ soluere opus dei.
Soluit em̃ opus dei, & ædificiũ destruit cha-
ritatis, qui propter ciborum intemperantiam
scandalum fratribus ponit.
›› OMNIA quidẽ sunt mũda, sed malum est
›› homini qui p offendiculũ mãducat. Bonũ est
›› non mãducare carnẽ, & non bibere vinũ, neq
›› in quo frater tuus scandalizatur.
F ¶Qđ dixit: Oia qdẽ mũda, sed malũ est homi
ni q per offendiculũ mãducat: simile est illi qđ
supius dixit, qa nihil p seipm̃ cõmune, nisi ei q
existimat qđ cõmune esse, illi cõmune est. Igit
secũdũ naturã sui & rationẽ creaturæ, cuncta
quę a deo facta sunt oĩa mũda sunt, & ĩmũdũ
vel qđ cõmune dicit nihil est. Duas tñ causas
posuit, qbꝰ vel q̃ mũda sunt, imũda fiãt, vel q̃
bona sunt, mala. Ait em̃ in præsenti qdẽ loco.
Sed malũ est homini q p offensionẽ mãducat.

Qđ ergo natura sui bonũ est, ex offensiõe effi
cit malũ. i. in eo qui offendit sup te vtẽte his
cibis ĩ qbꝰ ille scãdalũ patit. Alia vero causa ẽ
qua cõmune & immũdũ efficit qđ natura sui
immũdũ non est: si existimet qs, & apud se ita
habeat ꝙ cõe sit. Illi ergo ipi tãtũmodo q hoc
existimat, ita cõe efficit & ĩmũdũ. Quibus eui
dẽter Apl'us docet nõ in rebꝰ, vel in substãtiis
sed in actibꝰ, & cogitationibꝰ minꝰ rectis, im-
mundiciã pollutionẽq consistere: q̃uis Moysi
lex q̃dã mũda, & q̃dã imũda signauerit. In qui
bus distĩctiões quasdã ponere voluit, vt popu
lus q sub lege censebat, discerni p huiusmodi
obseruãtias a cęteris gẽtibus videret. Et q̃diu
qdẽ ppl'us ille sanctꝰ, & segregatꝰ a cęteris na-
tionibꝰ habebat: etiã discretio de mũdis & im
mũdis necessaria videbat, q̃ segregaret & secer
neret specialẽ populum dei a nationibus, quas
ignorãtia dei & idoloꝝ cultus faciebat ĩmũ-
das: vbi vero ianua fidei gẽtibꝰ apit, & ĩuitãt A
oẽs ad deũ: ostẽdũt Petro oĩa quadrupedia &
repentia & volatilia exposita in linteo qđ cæ-
litus fuerat deductũ, & dr̃ ei: Surge Petre, occi
de & mãduca. Cũq legalis obseruãtię memor
respondisset ad dñm & dixisset: Absit dñe, qa
nũq̃ cõmune aut ĩmũdũ introiuit in os meũ:
cęlesti sẽtẽtia pnũciat, Qđ deus mũdauit, tu
ne cõmune dixeris. Vbi ergo oẽs gẽtes agni-
tiõe fidei a cõtaminatiõe mũdant, ibi & oĩs ci
bꝰ verbo dñi & orõne purgat: & ob hoc Apl's
dicit ꝙ oĩa mũda sunt, tãtũ vt illud vitet qđ
in sequẽtibus ponit, ne p offensionẽ fratris mã
ducãti rursum fiãt immũda q̃ munda sunt. Iã G
vero qđ subiũgit, Bonũ ẽ nõ mãducare carnẽ
& non bibere vinũ, nisi addidisset, neq in quo
frater tuꝰ offendat, cõtrariũ fortassis prioribꝰ
videret. Mãducare em̃ carnẽ, & nõ mãducare,
vel bibere vinũ, aut nõ bibere: neq malũ, neq
bonũ, sed mediũ haberi docuit & indifferens.
Põt em̃ nõ mãducare carnẽ & nõ bibere vinũ
etiã malus hõ & a fide alienus, vt sępe etiã nõ
nullos idoloꝝ causa facere hoc certũ ẽ: iterdũ
etiã malarũ artiũ. Fert talis q̃q haberi obser-
uatio hęreticoꝝ, & nõ paucis obseruare hæc
moris ẽ: & tñ nõ cõtinuo dicimꝰ, bonũ ẽ eis qa
nõ manducãt carnẽ, neq bibunt vinũ. Sed illo
plane modo quo ĩ sequẽtibꝰ posuit, ĩ quo fra-
ter offendit: nõ mãducare carnẽ & nõ bibere
vinũ, nõ iã mediũ aut indifferẽs, sed vere bo-
nũ est. Bonũ em̃ non ponere offensionẽ fratri
vel scãdalũ. Propter hoc em̃ & ĩ aliis dicit. Si-
ne offensiõe estote & Iudęis, & Gręcis, & eccle
się dei. Et ideo videãt si recte faciũt hi q qua-
libet ex causa cõtinẽtes a carnibus & vino co
gunt oĩmode degustare, quo. s. per hæc ab eis

videat̃ auferri suspitio, qa supstitiose putãtur
ciborũ discretionib⁹ inhærere. Cõsiderẽt nãq̃
Apostolũ nõ dixisse, bonũ est mãducare & bi-
bere vinũ: sed nõ mãducare carnẽ & nõ bibe-
re vinũ si i eo frater offendit̃. Noluit ergo vt
pro his q mãducãdũ iudicãt, cogat̃ ille ad mã
ducandũ qui in hoc offendit̃: sed pro illo qui
nõ putat manducandũ, abstinere pręcipit etiã
his qui mãducãdũ iudicãt. Verendũ nãq̃ est
ne forte abrupto semel muro cõtinẽtię, & ac-
cepta licẽtia, in gulę procellã, ac profundũ lu
xurię decidat̃: & pariter subsequantur naufra
gia castitatis. Omnia igit̃ fieri oportet ob hoc
ne destruat̃ opus dei: & ideo etiã mãducandũ
est si in hoc frater ędificat̃: & nõ est manducã
dum si per hoc nõ crescit opus dei: & bibẽdũ
est si p hoc pficit frater ad fidẽ: & nõ est bibẽ
dum si per hoc frater damnũ fidei, aut tu de-
trimentũ charitatis incurras. Post hæc dicit.

,, TV fidem quam habes apud temetipsum,
,, habe coram deo.

A ¶Fidẽ hic illã dicit qua credit quis mãduca-
re oĩa, sicut supra dixit: Alius credit mãduca
re oĩa. Ille sine dubio qui credit ꝙ in creaturis
dei nihil cõmune, nihil ĩmundũ sit. Sufficit ti
bi, inquit, habere corã deo huiusmodi fidem.
Nõ tñ idcirco cogẽdus est alius vt oĩa mãdu
cet, q nondũ habet talẽ fidẽ vt credat oĩa esse
mãducanda. Qđ aũt dixit, habes apud temet
ipsum, iactãtiã resecat, ne magis in ostẽtatiõe
sit qđ credim⁹, q̃ in virtute. Addidit, Habe co
rã deo: vt doceret satisagendum nobis nõ vt
apud hoĩes fides nostra diffamet̃, sed vt apud
deũ probet̃. Multũ aũt est habere corã deo p-
babilẽ fidẽ. Apud deũ eñ etiã apostolorũ fides
iudicat̃. Vnde dicitur ad Petrũ. Modicę fidei
quare dubitasti: Idcirco ergo vere magnus est
qui coram deo habet probabilem fidem.

,, BEAtus qui non iudicat semetipsum in eo
,, qđ probat. Qui autẽ discernit, si manducaue-
,, rit, damnatus est, quia non est ex fide.

B ¶Beatus quis dicit̃ nõ solũ si faciat ea quę cõ
petit, sed & si nõ faciat eo q̃ nõ cõpetit: vt ille
beatus dicit̃ qui nõ abiit in cõsilio impiorũ, &
ille nihilominus beat⁹ q ambulat in lege dñi.
Ita & p̃senti loco Apostolus, Beatus, inquit, q
nõ iudicat semetipsum in eo qđ pbat. Sed cu-
ius operis sit ista beatitudo videamus. Multi
sunt qui pbãt aliqd boni facere: verbi gratia,
qui audiẽtes de p̃miis castitatis probant & sta
tuunt caste viuere: sed pcessu tẽporis, vel sur
repẽte negligẽtia, vel superante libidine, id qđ
obseruãdũ pbauerãt maculat̃ & corrũpitur:
& est infelix iste: qui in eo qđ obseruare decre-
uerat, victus semetipsum iudicat & cõdẽnat.

Beatus vero ille est, q in eo qđ pbat & statuit
ita permanet fixus & stabilis, vt ĩ nullo semet
ipsum iudicet, in nullo reprehẽdat. Hoc autẽ
in obseruãtia ciborũ secundũ eã regulã quam
superius texuit habendũ dicit: vt si quis est q
per scientiã spiritalis legis pbat oĩa mãducan
da, & omnia esse mũda: nõ rursum iudicet se-
metipsum, & dubitationẽ capiat vtrum sume
re debeat nec ne. Quia qui hoc modo discer-
nit, q dubitat vtrũ vere mundũ sit, an immun
dũ qđ sumit, iste ex ipsa animi sui dubitatio-
ne cõsciẽtia vrgẽte dãnat̃. Causam vero hui⁹
dãnationis exponit dicens ꝙ non ex fide duci
tur, sed ex dubitatione. Et post hæc genera-
lem super omnia sentẽtiã exponit dicens:

OMNE aũt qđ nõ est ex fide pecatum est. ,,

¶In hoc sermone credẽtiũ quorũdã negligen C
tes & desides aĩos vinculo acriore cõstringit
vt nihil sine fide agant, nihil sine fide dicãt,
nec absq̃ fide aliqd cogitẽt: qa siue qd gesseris
sine fide, siue locut⁹ fueris, siue etiã cogitaue-
ris, peccas. Hoc idẽ est qđ ĩ aliis dicit: Siue mã
ducatis, siue bibitis, siue aliud qd facitis, oĩa
ad gloriã dei facite. Sed reqrat aliqs, si hęreti-
ci q̃ faciũt, qa scđm hoc qđ credũt faciũt, ex fi
de facere credant̃: An qa fides apud illos ma-
la est, omne qđ faciũt peccatũ sit pnunciãdũ,
ꝙ nõ sit ex fide. Et puto illorũ credulitatẽ ap-
pellari magis q̃ fidẽ. Sicut eñ pseudoprophe
tę falso noĩe interdũ pphetę appellant̃, & fal-
sa scientia, sciẽtia dicit̃: & falsa sapientia sapiẽ
tia abusiue nominat̃: ita & hęreticorũ creduli
tas, falso nomine fides appellat̃. Vnde videdũ
est ne forte etiã si qd boni operis apđ illos ge
ri videtur, qa nõ sit ex fide, cõuertat̃ in pecca
tũ: sicut de quodã dictũ est, Fiat oratio ei⁹ in
peccatũ. Est interdũ & castitas q̃ nõ est ex fide
eorũ dũtaxat q attẽdũt spiritib⁹ seductorib⁹
& doctrinis dęmoniorũ in hypocrisi falsa lo-
quentiũ, cauteriatã habentiũ cõscientiã, phi-
bẽtium nubere, & abstinẽtium se a cibis quos
deus creauit. Est ergo & illa fides eorũ q circa
fidẽ naufragauerũt: est & falsa sapiẽtia, huius
scilicet mũdi, & principũ huius mũdi, quę de
struetur. Sicut eñ piratę solent in mari in lo-
cis vadosis occultisq̃ scopulis per obscurũ no
ctis, lumẽ accẽdere, quo nauigãtes sub spe cõ-
fugiendi ad portũ salutis, ad naufragia perdi
tionis inuitent: ita & istud lumẽ falsę sapiẽtię
vel falsæ fidei, a principib⁹ mũdi & spiritibus
aeris huius accẽdit̃, nõ per qđ euadãt, sed per
qđ pereãt hoĩes mũdi huius fluct⁹ & vitę pe-
lagus nauigantes. De his (vt opinor) piratis
dicebat & Iob. Sagittę piratarũ eius super me
venerũt. Et ob hoc nimirum etiã ipse Paulus

Apostolus dicit, ꝙ & ipse Satanas transfigurat se sicut angelum lucis. Propterea nauigantes vitę huius vndas, nō oī lumini, i. nō oī sapiētię credere debem⁹: sed sicut monet Apl'us probate spūs ꝙ ex deo sunt. Et ideo debemus indefinēter ꝑcari auxiliū dn̄i, & sperare ꝙ ipe eripiet nos de laqueo venātiū, vt & nos dicamus, Quia aīa nostra sicut passer erepta ē de laqueo venantiū: laqueus contritus est &c.

CAP. XV.

" DEBEMVS autem nos firmiores imbe-
" cillitates infirmorum sustinere, & non
" nobis placere.

D ℭVidetur in his Paulus firmū semetipm̄ ꝓnūciare, sicut ī prima Epistola ad Corinthios dicit, qa factus sum infirmus vt infirmos lucraret. Et ibi em̄ nō se dicit infirmū eē, sed fieri infirmū, & nō vtiq; si infirmus fuisset fieri potuisset infirmus: sed nō ex hoc aspicias eū quasi immemorē mādati illius loci quo dicit: Laudet te ꝓxim⁹ tu⁹ & nō os tuū, extraneus & nō labia tua. Nō ergo ꝓ laude ꝓpria, sed ꝓ rerū consequētia, firmū semetipsum ꝓnūciat. Si em̄ ipse humilitatis specie se inter firmos vitasset enumerare: quis in his q aliorꝫ infirmitates portare deberēt, auderet subire istud officii, vt quasi firm⁹ ipse fragilitates īfirmiorū ferre nitereť! Sed ideo cōmune facit istud officiū, vt vnusqsq; nostrū in quo potest etiā si nō in oībus: tn̄ in quo videť firmior ꝓximo suo esse, portet infirmitatē ei⁹: sicut & in aliis dicit, Inuicem onera vestra portate. Sed videť onera hic ꝓ corporeis necessitatib⁹ nominasse: vt si qs in facultatibus opulētior est, onus pauperioris portet, & pœnuriā soletur abūdātia. In eo vero vbi dicit, vt firmiores infirmorū sustineant infirmitates: non aliud intelligi potest, q̄ vt in qbus alii per infirmitatē delinquūt, robustiores quiq; patiēter ferant: & nō cōtinuo spernant eos, abiiciāt, obhorrescāt, si forte ī aliquo infirmitatis vitio vincunť: neq; specie purioris vitę, a cōuētu fratrū & ecclesię societate depellāt. Qui em̄ hoc facit, nō est imitator illius de quo Esaias dicit. Ipse infirmitates nostras portat, & ꝓ nobis dolēs: & nos putabamus eū in dolore esse & plaga, & in afflictione. Q; si Christus portat infirmitates nostras, & deus patiēter fert delicta nostra: quomodo & nos eorꝫ q paulo īfirmiores videnť, nequaq̄ delicta & negligētias toleramus! Hoc enim nimirū ipsum Christum auertere est ab hoc affectu ne portare velit infirmitates nostras. Nemo em̄ ita ꝑfectus est, q apud deū in aliquo nō inueniatur infirmus, & portetur a Christo: & ideo magis in hoc decet inuicē cōpati inuicē & cōdolere, sicut & in aliis scribit: Donantes vobis inuicē delicta vestra, sicut & deus ī Christo donauit vobis. Hoc aūt nō idcirco ꝓcipit, vt delinquētes nutriat, & indulgētia largiore infirmātes dissoluat: sed sciens ꝙ si portetur infirmus, aut erubescit diutius portari, & corrigit vitiū deliquēdi: aut si emēdare se nō valet, erit certe fructus iste portantis eū, si nō ꝓficit in peius, nec semetipso deterior efficiť: sicut illi de quibus dicit Apostolus: Nequaq̄ aūt hoīes seductores ꝓficiēt ī peius seducētes & errātes. Debemus aūt ad id ꝙ infirmitates portamus infirmorꝫ, addere etiā vt nō nobis ipsis placeamus, sed ꝓximo in bono tātū ad ędificationē. Philautię vitiū, id est sibi ipsi placēdi, & ī aliis culpat Propheta cū dicit: Vęh his q apd̄ semetipsos sapiētes sunt in conspectu suo eruditi. Similiter ergo & in hoc possumus dicere. Vęh his qui semetipsis placēt, & in cōspectu suo boni videnť. Oportet em̄ in cōspectu dei primo placere, secundo etiā ꝓximis. Sicut primo ē diligere dn̄m deū, & secūdo proximū: ita & primo placere deo, secūdo etiā proximis. Sed fortasse dicat aliqs cōtraria sibi Paulū dicere ī eo ꝙ iubet nos ꝓximis placere, quia in aliis dixerit, Ego si hominibus placerē, Christi seruus non essem. Et vtiq; huic sentētię videť eē cōtrariū: vt vnusquisq; proximo suo placeat, qd̄ in aliis dicit, Sicut & ego ꝑ oīa hominibus placeo, nō quęrens qd̄ mihi vtile est, sed qd̄ multis, vt salui fiant. Dicēdū ergo ad hæc ꝙ aliud est studiū habere placēdi hoīb⁹ vt laudē ab eis quærāt, & aliud habere placēdi studiū hoībus ī eo vt vita sua irreprehensibilis sit apud oēs, & ꝓficiant ex eo oēs q vel vidēt talē, vel audiūt. Ibi ergo nō est placēdū hoībus vbi cōtra deū, cōtra honestatē, contra religionē est in quo placeať: & ideo dicit, Quia si hominibus placerē, hoc est incredulis & infidelibus Iudęis, Christi seruus nō essem. Si enim voluisset Paulus placere Iudæis: Damascū cū eplis missus, traxisset vtiq; viros ac mulieres vinctos Hierosolymā, & visioni delatę sibi in via cęlestiq; vitę minime credidisset. Sed & si quis nos aliud agere exigit cōtra iustitiā, cōtra sanctitatem, contra regulā Christianā: & nisi hoc agamus odia & inimicitias minitet: tunc oportet nos meminisse huius sermonis q dicit, Quia si hominib⁹ placere vellē, Christi seruus nō essem. Cum autem dicit,

VNVSquisq; vestrum proximo placeat. "

ℭNecessaria distinctio sociať, q̄ in quo placendū sit proximo, euidenter ostēdit cū dicit:

IN bonum ad ædificationem. "

Cũ ergo bene agimus,& bene docemus:placemus pximo,& ędificamus eũ.Nõ enĩ gloriã ab hoĩbus quęrẽdã monet,sed ędificationẽ de actu & sermõe nostro pximis dãdã. Sicut & in eo qd dicit Saluator:Luceat lux vestra corã hoibꝰ,vt videtes opera vestra bona,glorificẽt patrẽ vestrũ q in cælis est. Per qd nõ vtriq ad quęrendã ab hoĩbus gloriã discipulos adhortat,sed vt recte honesteq viuentes ad ędificationẽ vidẽtibus placeãt:& glorificet deus qui hoĩbus viã emendationis & salutis apetuit.

,, NAM & Christus non sibi placuit, sed si-
,, cut scriptum est, Improperia improperãtium
,, tibi ceciderunt super me.

A Cln hoc videt ostẽdere,q Christus nõ sibi placẽs,nec rapinã arbitrans esse se ęqualẽ deo semetipsum exinaniuit:sed volens hoibꝰ placere,hoc est hoies saluare, ĩpropria ĩproperã tiũ pertulit:sicut scriptũ est,Improperia ĩproperantiũ ceciderũt sup me. Qd euidẽtius fiet si ea q sunt scripta in Euãgelio regramꝰ, quo modo vt pdesset hoibꝰ, & saluos faceret eos, cũ peccatoribus & publicanis manducabat & bibebat:& ad hęc ĩproperantes Iudęi dicebãt: Quare cũ publicanis & peccatoribꝰ mãducat magister vester? Vel iterũ cũ peccatricẽ mulierẽ nõ phibebat cõtigere pedes suos,& lachrymis rigare,vel capillis detergere,& myrrha p ungere:& p hoc improperãtes & exprobrãtes Iudęi dicebãt:q si hic Propheta eẽt,sciret vti q quę & qualis est mulier q tãgit eũ, quia peccatrix est. Q si regras cur exemplũ qd de Psalmo,ita habeat quasi improperia q ĩproperẽtur deo, deciderint sup Christũ:ita possumus explanare. Quia sicut dicit, Qui me recipit,recipit eũ q me misit:ita & hoc accipi potest,qa q mihi improperat, improperat ei q misit me. Exẽplũ.n.qd assumpsit, in sexagesimo Psalmo hoc modo scriptũ est. Alienus factus sum fratribus meis &c.vsq Ceciderunt super me.

,, QVAEcunq enim scripta sunt,ad nostrã
,, doctrinam scripta sunt.

B CSimile est hoc illi qd ipse in aliis dicit:Scripta sunt aũt pter nos in quos fines seculorũ deuenerũt. Q si reqrit quomõ pter nos scripta sint: vide q pter nos scriptũ ẽ, Nõ obturabis os boui triturãti,nõ.n. de bobꝰ cura est deo,sed de nobis dicit:& pter nos scriptũ est q Abrahã duos filios habuit, vnũ de ancilla & vnum de libera,vt nos sciamus q sunt allegorica,& hęc sũt duo testamẽta. Propter nos & illud scriptũ est,q populus mãna mãducauit in deserto,& bibit aquã de petra,vt nos intelligeremus q spiritalẽ escã mãducauerunt, & spiritalẽ potũ biberũt,bibẽtes de sequẽti petra,quę petra erat Christus. Hęc atq alia huiusmodi erãt mysteria,q occulta sunt tẽporibus ęternis:manifestata autẽ nũc p scripturas ppheticas,& aduentũ dñi & saluatoris nostri Iesu Christi. Sed vt adhuc manifestiꝰ fiat quo modo q scripta sunt, pter nos scripta sunt: de priori populo dicit Propheta, q aure audietis,& nõ audietis: & videntes videbitis,& nõ intelligetis. De nobis aũt dicit,q quibꝰ nõ est nũciatũ de eo,videbũt:& q nõ audierũt intelligẽt. Cõsidera ergo ex hoc pter qd scripta sunt,videlicet vt scripta videant. Quę enĩ scribũtur,sine dubio pter eos scribunt q visuri & itellecturi sunt, nõ pter eos q neq visuri,neq intellecturi dicunt. Qui autẽ itelligũt q scripta sunt illud sine dubio inueniẽt, quod consequenter adiungitur.

VT per patientiam & consolationem scri- ,,
pturarum spem habeamus. ,,

CConsolationem nanq ex scripturis non ille qui neq credit, neq intelligit: sed ille qui & credit,& intelligit,capit.

DEus aũt patiẽtię & cõsolatiõis det vobis ,,
id ipm sape in alterutrũ scdm Iesum Christũ. ,,

CSi patiẽtia virtꝰ est,oĩs aũt virtꝰ a deo est:& C patiẽtia a deo est. Cũ ergo dicit deus patiẽtię, hoc est qd videt ostẽdi,q deꝰ cũ his est q habẽt virtutẽ patiẽtię in se: sicut cũ dicit deꝰ iustus,ostẽdit in his esse deꝰ qui seruãt iustitiã. Similiter & deꝰ veritatis,& deus patiẽtię itelligit. Sed & deꝰ cõsolatiõis cũ dicit, cũ illis eẽ ostendit deus q ex diuinis scripturis p itelligẽtiã spiritalẽ cõsolationẽ spũs capiũt. Deus aũt patiẽtię & cõsolationis det vobis,ingr,id ipm sapere ĩ alterutrũ secũdũ Iesum Christũ. In hoc Paulꝰ patriarcharũ more & pphetarũ quoq bñdictiões scripturę referunt, bñdictiões tribuit Romanis:exorans eis dari a deo vt id ipm sapiant in alterutrũ. Gra dei est bñdictio ista,vt vnũ sapiãt oẽs atq sẽtiãt:& sicut sibi, ita vnusqsq velit pxio suo. Vis aũt scire quãtũ vnanimitatis gra valet? Saluator in euãgeliis pnũciat,q si duo vel tres in vnũ cõsenserint,de oĩ re quãcũq petierint fiet eis:& iterũ de semetipso dicit, q vbi fuerint duo vel tres cõgregati in noĩe meo,hoc est vnũ atq idem sentiẽtes in noĩe Iesu Christi,ero in medio eorum. Vis & aliud accipere exẽplũ, quomodo vnũ sentiẽtibꝰ Christus medius fiat? Vide in actibꝰ Apostolorũ quomodo post ascẽsionem dñi,cũ eleuassent,ingt,duodecim Apli cũ cęteris vocẽ,& vnanimiter orassent:motꝰ est locus ĩ quo stabãt, & pñtiã sctĩ spũs meruerũt. Vt aũt adhuc quãta sit vnanimitatis virtꝰ & quãta gra clariꝰ fiat:nõ puto absurdũ videri si

ea etiā q̄ nobis in veteri testamēto a patribus rōnabiliter tradita sunt, his scilicet q ex Hebręis ad Christi fidē venerūt: in mediū pferamus. Aiebant ergo hi illos filios Core quorū noīa in Exodo inuenim⁹, id est Assir q interptaẽ eruditio, & Helchana q ī lingua nr̄a diciẽ possessio dei, & Abiasaph q in latino sermone indicat cōgregationē pr̄is: cū pater eorꝝ Core peccasset vna cū Dathan, & Abiron, & oībus q cōsenserūt eis, & diuinę vltionis ī eos pararet excidiū: istos segregasse se ab actu nefario, & ab impia cōspiratione seq̄stratos, vnanimiter ad deū precē pœnitētię pfudisse: atq; exauditos a deo, nō solū veniā poenę, sed & pphetię gratiā meruisse: & hoc quoq; eis a deo posteris⁹ eē pstitū, ne qd triste aut exitiabile pphetare iuberēẽ: & ob hoc oēs psalmos qcūq; noīb⁹ eorꝝ attitulati referunẽ, nihil triste aduersus pctōres aut asperum cōtinere. Hoc aūt ptulimus, vt quāta sit vnanimitatis virtus, & vnū sentire, atq; vnū inuicē sapere, magnificētius nosceretẽ. Ego etiā illud, q̄ Paulus ī qbusdā epl'is aliorū vocabula secum iūgit, & dicit Paulus & Sosthenes frater, & alibi Paulus & Syluanus & Timotheus, puto nō inaniter factū: sed p hoc ostēdit, q̄ duob⁹ vel trib⁹ ī vno positis spūs sanct⁹ vnū de eis sensum atq; vnū elicuerit sermonē: vt q ecclesiā docere cupiebāt vnū dicere atq; vnum sapere, ipsi se prius vnū dicere atq; vnū sapere demonstrarent.

» ET vno ore honorificetis deum & patrem
» domini nostri Iesu Christi.

E ℂVnū nāq; os diciẽ vbi vn⁹ atq; idē p diuersorꝝ ora sensus & sermo pcedit. Bn̄ aūt Apl's vbi ait, Idipm̄ sapere ī alterutrū: addidit, Secūdū Iesum Christū. Posset.n. fieri vt in malitia aliq vnanimiter cōsentirēt, & vnū saperent in pei⁹. Ob hoc ergo addidit, Scd̄m Iesum Christū. Qui aūt scd̄m Iesum Christum sapit: sine dubio oē quod bonū est, sapit. Post hęc addit.

» PROpter quod suscipite inuicem, sicut &
» Christus suscepit vos in honorem dei.

F ℂQd̄ dicit, Suscipite inuicē, ad illud referēdū est qd̄ primo pposuerat, vbi occasiōe mūdorū vel immūdorꝝ ciborꝝ diuersa sentiētes ab inuicē discrepabāt. & ait, Suscipite inuicē sicut & Christus suscepit vos: q nulli⁹ īmūditias horruit, nec reputauit alicui delicta sua. Nihil.n. de īmūditia aīaliū iudicetis, sicut nec ille immūditias credētiū reputauit. Et q ī supiorib⁹ dixerat, Qui aūt māducat, nō māducātem nō iudicet, deus.n. illū assūpsit: hic dicit q̄ Christus suscepit vos: vt ostēderet vnū atq; idē eē a deo suscipi, & a Christo. Addit & hoc, q̄ honor sit dei suscipi a Christo. Quos.n. suscipit Christ⁹, docet eos ita agere debere, vt vidētes hoīes opa eorꝝ bona, glificēt patrē q ī cęlis est.

DICO enim Iesum Christum ministrum fu »
isse circūcisionis propter veritatem dei ad cō »
firmandas promissiones patrum. »

ℂQuomodo Christus minister fuerit circūcisionis ad stabiliēdas pmissiones patrū: duplici modo intelligi potest. Siue p eo q̄ circūcisionē in carne sua suscepit ipse, vt manifestissime nosceretẽ q̄ ex semine Abrahā veniens, cui pmiserat deus, Quia in semine tuo benedicenẽ oēs gētes, cōpleret in semetipso q̄ patrib⁹ fuerāt repromissa: & vt p hoc scd̄m ppositū totius epistolę ordinē, quo nūc eos q ex circūcisione crediderāt, nūc etiā eos q ex gētib⁹, aduersum se inuicē supbiētes refrenat ac reprimit: doceret nō esse penitus iudicandos eos q in legis obseruationibus demoranẽ: q̄nquidē Christus etiā in carne sua circūcisionis minister fuisse dicaẽ: de qua idē Apl'us dicit: Nō.n. qui in manifesto Iudæus est, neq; q̄ manifesta est in carne circūcisio, sed q ī occulto Iudæus est, & circūcisione cordis, q̄ spiritu non literae: cuius laus nō ex hoībus, sed ex deo est. Et secūdū q̄ idē Apl's in aliis dicit: In quo etiā circūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis, sed ī circūcisione corporis Christi, cōsepulti ei ī baptismū. Per huiusmodi ergo circūcisionē certū est pmissiōes patrū esse cōpletas. Quę aūt fuerint pmissiones, subditis declarat exemplis quibus dicit,

GENtes autem sup misericordia honorare »
deū: sicut scriptū est, Propterea cōfitebor tibi »
in gentibus, & nomini tuo cantabo. »

ℂQd̄ ex decimooctauo Psalmo videẽ assumptum, parua immutatione habita non sensus sed sermonum: ibi enim dicit, Propterea confitebor tibi in gētibus domine, & psallam nomini tuo. Et quod item ait, H

LAEtamini gentes cum populo eius. »

Eisdē verbis ī Deuteronimii cātico scriptū ē.

ET iterū, Laudate vero omnes gentes do »
minū, & magnificate eum omnes populi. »

ℂIn. CXVI. Psalmo legiẽ, tātū q̄ ibi p magnificate collaudate positū est. Vltimū vero exēplum ipse Paulus de Esaia dicit assumptū: in cuius corpore scriptum est ita.

ET rursus Esaias ait, Et erit ī die illa radix »
Iesse, & q exurget regere gētes, in eo gētes spe »
rabunt. Et erit requies honor eius. »

ℂOmissis aūt in primis quidē duobus sermonib⁹. i. In die illa, & ī vltimis, Et erit reges ei⁹ honor: cætera eisdē verbis posuit qbus. LXX. interpretes ediderunt. Vnde sciendū est q̄ in oīb⁹ poene Apl'us editionem. LXX. interpre-

eum tenet, nisi quia forte ei q̄ exequit̄ assertio ni minus necessaria vident̄, aut si quādo nō tā verbis interpretū q̄ sensib⁹ scripturę vti vult sua enūciatione prolatis. Hūc aūt sermonē de radice Iesse, melius quidē in explanatiōe ipsi⁹ Prophetę Esaię visum est disseruisse: ī pñti tā tū loco dicit̄, qm̄ Iesse Iterpretat̄ in nostra lingua, est mihi. In aduētu ergo Christi oīs q cre didit ei, cōuenienter dixit, est mihi. Ille em̄ de quo Moyses dicit: Qui est misit me ad vos, ipe est mihi, hoc est, in ipsum credo, qui nō ex ni hilo vt impiis placet: sed qui est & semper est, & hoc ei nomē est, & ipe est qui surrexit ex ra dice Iesse, & in ipo gētes sperabūt. Pro quā mi sericordia quā ab eo cōsecuti sunt, is qui semper erat nasceret̄ ex radice Iesse ad salutē gen tib⁹ dandā, pro hac inquā sibi collata misericordia gētes honorant & magnificant deum.

DEVS autē spei repleat vos omni gaudio & pace in credēdo, vt abundetis in spe & virtute spiritus sancti.

A ¶Qui superius dixerat qd in Esaia scriptū est: Et in eo gētes sperabūt, gratāter adiecit: Deus aūt spei: vt si scriptū fuisset, in ipso gētes credēt, adiecisset sine dubio, De⁹ aūt fidei: vt nūc a spetādo gētes deū spei iuocat sup eos q sperāt in eū, a quo eis bñdictionis munus precat̄ augeri. Est autē benedictio huiusmodi vt repleātur omni gaudio & omni pace. Similiter aūt & Propheta dicit ī quodā loco. Et erit in dieb⁹ ei⁹ iustitia & multitudo pacis vsquequo auferat̄ Luna. Sed ꝙ hęc de Christo dicūtur, in illo recte possum⁹ multitudinē pacis aduertere p eo ꝙ pacificauit p sanguinē crucis suæ nō solū q̄ in terra sunt, sed etiā q̄ in cęlis sunt in oib⁹. Quomodo possit impleri hoc qd p̄cat̄ Apostolus, vt impleant̄ omni gaudio & omni pace, difficile mihi videt̄ exponi: maxime cum etiā ipe Apostolus ī his quę p gratiā spūs sancti cōsecut⁹ est, ex parte se dicat scire, & ex parte pphetare. Sed ego puto in eo posse habere credētes plenitudinē pacis cū recōciliant̄ deo patri p fidē: scdm verbū Pauli dicētis: Rogam⁹ p Christo recōciliamini deo: & cū in pace redeūt cū filio dei p sanguinē crucis eius, & cū sancto spiritui sociant̄, cū se emūdauerint ab oī inquinamēto, & effecti fuerint vasa sancta: vt ita demū qs replet⁹ videat̄ oī pace, si ī plenitudine crediderit trinitatis. Propter hoc deniq; subiūgit Aplus & dicit: Repleat vos omi gaudio & pace in credēdo, vt abundetis spe & virtute spūs sancti. Si em̄ q credit virtute sancti spiritus munitur: certū est ꝙ plenitudinē gaudii semper habeat, & plenitudinem pacis.

CERtus sum aūt fratres & ego de vobis qm̄ & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.

¶Eadē rōne quā supra dixim⁹ repleri oī gaudio & pace oī credētes: etiā hic plenos eē bonitate & oī sciētia eos ad quos fit sermo cōfirmat. Similiter aūt & Corinthiis scribēs dicit: In oib⁹ diuites facti estis ī illo ī oī verbo & in oī sciētia. Qui vt supius dixim⁹, etiā de semet ipso pnūciat ꝙ nō oēm sciētiā neq; oēm pphetiā habeat, sed ex parte: de quo & ī aliis qdē sępe nos dixisse memini: & nūc nihilomin⁹ dicemus, ꝙ Paulus & si q sunt tales, ad cōparatione cæterorū pfecti dicunt̄: ad illā autē summā sciētiā, vel ad illā pfectionē quę in cęlestib⁹ est ordinib⁹, nullus pōt īter hoies pfect⁹ dici vel esse. Vt si dicam⁹, ī puerilib⁹ studiis ad cōparationē illi⁹ q nuper imbuit̄, & prima literarū suscipit elemēta, magister ipe librari⁹ appellat̄ pfect⁹: sed nō est ita pfectus, vt ille q grāmaticā docet. Ipse vero grāmatic⁹ q̄uis pfectus sit, superior est & tū pfectior rhetor, & his oībus lōge eminētior philosophicę doctrinę pfectio. Cūq; in his oīb⁹ sit literaturę doctrina, diuersus tū gradus perfectiōis & magisterii in vno quoq; habet̄. Ita ergo pōt fieri vt cū Paul⁹ dicit: Nō quo iā assecut⁹ sim aut pfect⁹ sim: ad illū apicē cęlestis pfectiōis aspiciēs hæc videat̄ scribere. Cū vero dicit: Quicūq; ergo pfecti sētiamus: ad humanę tm̄ pfectiōis respicit gradū. Sic ergo & ī pñti loco intelligēdi sunt vel pace, vel gaudio, vel bonitate, vl' sciētia repleti, siue Romani, siue Corinthii, inquātū possibile est repleri eos q docent̄ in eccl'ia, & sub pfectis doctorib⁹ agunt̄. Designat aūt & sciētię ipsius mensurā cū dicit, Ita vt possitis & alios monere. In quo ostēdit, ꝙ ī eo qd discit vnusq; debet etiā aliū monere: & hmōi cū cōdiscipulis habere colloquia qb⁹ se moneāt inuicē & ędificēt. Potest.n. cōferre plurimū eruditionis alterna collatio si cū charitate habeat̄, & de pfundioribus qbusq; vel obscurioribus expectet eruditorū pfectorūq; sentētiā. Secūdū ꝙ Moyses dicit: Interroga patres tuos & annūciabūt tibi, presbyteros tuos & dicent tibi.

AVdacius aūt scripsi vobis ex parte tanq̄ cōmemorās vos p gratiā datā mihi a deo, vt sim ministrans Christo Iesu in gentibus, sanctificans euāgelium dei, vt sit oblatio gentiū accepta sanctificata in spiritu sancto.

¶Tanq̄ q conscius sit sibi in oī textu eplę, dū ad eos īterdū q ex circūcisiōe, īterdū vero ad eos q ex gētib⁹ crediderūt faceret verbū, ꝙ nō nulla etiā de secretiorib⁹ mysteriis & pfūdiorib⁹ cōtigerit, & studio reddēdę ratiōis plura q̄ habebant̄ in occultis patefecerit, licet in fin

gulis dispēsatione verbi moderationē seruauerit, ex aliqua pte indicās, ex multa rursum parte cōtegēs, idcirco dicit: Audaci⁹ aūt scripsi vobis ex pte, tāq̄ cōmemorās vos p gratiā quę data est mihi. Audi Aplm dicētē, Ex parte scripsi. Vñ neq̧ nobis aliqs succēseat, si mysteriorū diuinorū rationē explanare aliqñ nō valemus: cū audiat eū q nobis hęc ipsa tradidit, ex parte tradidisse. Neq̧ Vnisq̄ sub sciētiæ titulo ita inflatus fœdat, tāq̄ vniuersa cognouerit: cū ipse Paulus a quo scientię nobis sermo trāsfusus est, ex pte se dicat scribere, & ex parte cognoscere. Ego tamen arbitror ꝙ q̄uia etiā ipse Paulus ex parte se scire fateat, plura tñ & multo plura scierit q̄ scripserit: tāq̄ qui ipse multa sciret, nec tamē auderet multa referre, audaciā sibi fuisse dicit vt aliqua saltem scripturæ cōmitteret. Qđ vero ait, Cōmemorās vos p gratiā datā mihi: indicat fuisse qdē sibi iā sermonē de talibus, & disseruisse se sępe de mysteriis: sed qm̄ q̄ solo sermōe dicta sunt de facili posset īteꝛcipe obliuio, per hæc, inqt, pauca q̄ scripsi p gratiā datā mihi, illoꝝ vobis memoriam reuoco, q̄ a me latius sæpe diserta sunt. De gratia autē quā sibi datā Paulus cōmemorat, supra iā dixim⁹. Quā gratiā ob hoc sibi datā dicit, vt sim, inqt, ministrās Christo Iesu ī gētib⁹ sanctificās Euāgeliū dei. Qđ nos habem⁹ sctificās Euāgeliū dei, Græci magnificētius dicūt ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ. qđ licet nō plene, a nobis posset tamē dici sanctificās Euāgeliū dei: p qđ ostēdit sanctificale opus esse annūciare Euangeliū. Idcirco deniq̧ subiūgit: Vt fiat oblatio gētiū accepta, sanctificata ī spiritu sancto. Sicut ergo pōtifices cū offerebāt, necessario eis erat puidēdū ne macula inesset hostię, ne vituperationis vitiū, vt possit accepta deo esse & grata: ita & q Euāgelium sanctificat, & verbū dei annūciat, curare oīmode debet, nequa ī pdicādo macula, ne qđ in docēdo vitiū, nequa in magisterio culpa nascat: sed vt ita dixerim, si fieri pōt semetipm primo immolet, se primū vitiis iuguler, & sua prius peccato mēbra mortificet: vt nō solum doctrina, sed & vitę exēplo discipulorū salutē oblationē suā acceptā faciat deo. Sāctificata, inqt, in spū sancto. Sāctificationis fons spirit⁹ sanctus est: & ideo oblatio gētiū q̄ Paulo sanctificāte offert, nō p obseruātiā legis, sed p spiritū sanctū accepta dicitur fieri deo.

,, HAbeo igitur gloriam in Christo Iesu ad
,, deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum
,, quæ per me non efficit Christus.

D ℭVera quidē gloriatio ad deū non est nisi illa quę est in Christo Iesu. Sine Christo aūt gloriari in deo, tale est, quale si quis dicat posse se habere gloriā apud deū sine iustitia, sine sapiētia, sine veritate. Hęc oīa Christus est, & ideo in solo Christo vera est gloriatio ad deum. Simile est hoc illi qđ in aliis dicit: Qui aūt gloriat, in dño glorieť. Quomodo aūt culpabilis sit gloriatio oīs quę extra Christum est: verbi causa, in diuitiis & honorib⁹ huius seculi vel sapiētia mūdi, vel cæteris artib⁹ q̄ extra Christū sunt: supra iā latius disseruimus. Sciendū sane est ꝙ hic latini gloria p gloriatione posuerūt. Nō eñ, inqt, audeo aliquid loqui eoꝝ quæ per me non efficit Christus.

IN obœdiētiā gētiū verbo & factis p pote- ,,
statē signoꝝ & pdigioꝝ in virtute spūs dei. ,,
ℭQuę loquor, inqt, nō sunt alieni operis ver- E
ba, nec alienorū gestorū laudator efficior: sed quæ scio Christū per me effecisse, hæc vobis scribo: q̄ per obœdiētiā gentiū verbo in me & opere expleuit: verbo pdicationis, ope signorū & prodigioꝝ. Quę autē sit differētia inter signa & prodigia, in aliis iā diximus, & in pręsenti cōpēdiosius explicabim⁹ loco. Signa appellātur in quibus cū sit aliqđ mirabile, indicatur quoq̧ aliqđ futurū. Prodigia vero ī q̄bus tātūmodo mirabile aliquid ostēdit. Signa vero & prodigia quasi quæ vtrūq̧ cōtineant dicit. Scriptura tñ diuina interdū tenet istas proprietates, interdū autē abusiue prodigia pro signis, & signa p prodigiis ponit. Paulus ergo per potestatē signoꝝ & prodigioꝝ, quæ tñ signa & prodigia faciebat in virtute sancti spiritus, ab Hierusalē vsq̧ ad Illyricū īpleuit Euāgelium Christi. Moysi & Aaron dederat deus potestatē signoꝝ & pdigioꝝ, sicut scriptū est: Posuit in eis verba signoꝝ suoꝝ & pdigioꝝ in terra Cham, vt filios Israel castigata Aegypto liberaret: sed illi vix rarūq̧ aliquē potuerūt ex Aegyptioꝝ gēte cōuertere. Paulus accepta potestate signoꝝ & pdigiorū nō vnā gentē, aut duos aut tres populos, sed oēs ab Hierusalē vsq̧ ad Illyricū nationes & populos pdicatione verbi, & operū virtutūq̧ potentia ad Christi sacramenta conuertit.

SIC autē prędicaui Euangeliū hoc, nō vbi ,,
nominatus est Christus, ne sup alienū funda- ,,
mentum ædificarem, sicut scriptum est. ,,
ℭSic autē pdicauit hoc Euāgeliū, vt nō alienis laboribus neq̧ alienę prędicationi addiramētū sui sermonis insereret: ne ab alio positis fidei fundamētis ipse ædificiū pdicationis pprię imponeret, & alieni opis surripere gloriā videreť. Obseruāda hęc sunt ecclesiarū principibus & rectoribus, & diligēti ītētione seruāda, vt neq̧ loqui aliqđ videanť eorū quæ per

ipsos non effecerit Christus, ne alienos labores & studia decolorét. Loquitur autem quis ea q̃ per se nõ effecit Christꝰ, hoc modo, si loquatur de continentia & doceat, cũ ipse continens non sit: vel si loquatur de sobrietate & de iustitia, vel de largiẽdis opibus, & contẽnẽdis facultatibus pro regno dei: & ipse qui docet hæc, nihil horum effecerit. Et ideo formã sui apostolus pouit, & dicit ea se loqui, & ea cęteris prędicare, quę p ipsum Christus prius impleuerit: Sed sicut scriptum est inquit,

» QVibus non est annunciatum de eo, vide- » bunt, & qui non audierunt intelligent.

A ¶Obseruauit ergo diligẽter apostolꝰ, vt secũdũ pphericũ eloquiũ illis nunciaret Christũ, qbus a nullo fuerat nunciatus: vt & illi de eo intelligerẽt, q a nullo ante didicissent. Et ista (vt opinor) causa fuit, quęcũ frequẽter ppo nentẽ Romã pergere prohibebat. sicut dicit.

» PROpter qđ impediebar plurimũ venire ad » vos. & prohibitus sum vsq; adhuc.

¶Non vt in aliis dicit, impeditꝰ a Satana, sed fundãdi ecclesias occupatione detentus, & in his locis fundãdi vbi nullum fidei pręcesserat fundamentum. Exemplum autẽ de Esaia sumptum est, & iisdẽ ex integro verbis qbꝰ apud prophetam legitur, positum.

» NVNC vero vlterius locũ non habens in » his regionibus, desideriũ autẽ habens venien- » di ad vos iam ex multis præcedẽtibus annis: » cum in Hispaniam proficiscar spero q̃ pręter- » grediens videam vos, & a vobis deducar illuc » cum primo ex parte fruitus fuero vobis.

B ¶Videt̃ hęc in Achaia positꝰ dicere apđ Corinthũ, sicut & in primis epistolę partibus iã p viribꝰ demõstrauimꝰ: quę vtiq; Achaia vicina & cohęrẽs est Macedonię. In qbꝰ locis degẽs cũ singula quęq; peragrasset euãgeliũ prædicãs, in his dũtaxat finibus in qbus Christꝰ ante nõ fuerat prędicatus, & agnitione dei repleisset vniuersa: dicit vlteriꝰ se locũ nõ habere in his regionibus, hoc est locũ nullũ sibi superesse Christi p̃dicationis vacuũ: & tẽpus iã adesse designat quo desideriũ suũ videndi eos q Romæ sunt debeat adimplere: qđ conceptũ ex multis annis gerebat, dilatũ autẽ fuerat & dissimulatũ, donec oẽm locũ in quo Christus nõ fuerat p̃dicatus, agnitione euãgelii eius repleret. Qđ aũt dixit: Cũ in Hispaniã pficiscar spero vt p̃tergrediẽs videã vos, nõ ita accipiẽdũ est quasi tã paruo amore Paulus erga Romanos teneret, vt eos in trãsitu tãtũmodo & aliorsum pergẽs iudicaret visendos. Vide eñ in subsequẽtibꝰ quid adiũgit. Cũ primo, inqt, ex parte fruitꝰ fuero vobis. In quo vtiq; i ipso-

rum videt̃ ponere potestate, quãdo ab eis iter propositũ debeat relaxari: & per hoc quodam modo amorẽ ipsoꝝ erga se inuitat & nutrit: vt si ipsi ĩsatiabiliter erga affectũ teneant̃ apostoli, sciãt etiã ipm id habere ppositi, nõ priꝰ ab eis discedere, neq; alio pficisci, q̃ charitatis ipsorũ gratia perfruat̃. Quã tñ charitatẽ tãtã p̃sentit futurã, cui nec possit ex integro satisfieri, sed ex parte, inquit. Pręmonet.n. q̃ in omnibus euãgelizãdi necessitas p̃ferẽda sit. Bene aũt his quos nondũ secũdũ carnẽ viderat, & ad quos nondũ in carne aduenerat: p̃sentiã sui & remotationem moderatius pollicet̃. Desiderabilius.n. suscipimus bona q̃ cito metuimus auferẽda: securius vero & negligẽtiꝰ qđ retẽturos nos diutius credimꝰ. Intãtũ aũt erga se Romanorũ nutrit affectũ, vt morationẽ suã in ipsorũ arbitrio collocet: vt dicat se ab ipsis deducendũ ad Hispaniam: & tũc deducẽdum, cum ipsis prius in amore satisfecerit. In quo vtiq; si propensiores extiterint, demorandi diutius causas ipsi apostolo dabunt.

. NVNC vero proficiscar in Hierusalem mi- » nistrare sanctis: probauerũt enim Macedonia » & Achaia collationem aliquam facere in pau- » peres sanctorum qui sunt in Hierusalem. »

¶Possumꝰ & de secũda epistola ad Corinthios plenius dicere, in qua hęc scribit. Notã aũt vobis facio fratres gratiã dei q̃ data est mihi in ecclesiis Macedonię, qa in multa pbatione tribulationis abũdãtia gaudii eorũ fuit, & pfunda paupertas eoꝝ abũdauit ad diuitias simplicitatis eorũ, qm̃ secũdũ virtutẽ testimoniũ phibeo eis, & supra virtutẽ spõte sua multi precibus obsecrãtes nos gratiã & cõmunionẽ q̃ fit in sanctos. & reliqua. Et sicut ĩ his testimoniũ reddit Macedonibꝰ, ita rursum cohortat̃ Corinthios dicẽs. Sicut in oĩbus abũdatis fide & verbo & sciẽtia & nostra in vos charitate: ita & in hac gratia abũdetis. & reliqua. Sed & in aliis collaudãs Corĩthios qa erga cõionẽ pauperũ q sunt in Hierusalẽ prõpti fuerint, dicit. Cõsiliũ in hoc do: hoc eñ vobis expedit, q nõ solũ facere, sed & velle cœpistis ab ãno priore, nũc aũt & facto pficite. Sed & in reliqs de hac eadẽ cõmunione psequit̃, & post aliquãta addit. De ministerio aũt qđ fit ĩ sanctos, supfluũ est vobis scribere. Scio eñ promptã volũtatẽ vestrã, p qua gratulor de vobis Macedonibꝰ, qa Achaia parata est ab anno priore, & vestra ęmulatio prouocauit plurimos. Q; autẽ post huiꝰ & Achaię ministerium qđ fit in sanctos qui sunt in Hierusalẽ, proposuisset apostolus etiã Romã videre: in actibꝰ apostolorũ idicat̃ hoc modo. Cum aũt expleta esset hęc, posuit

Paulus in spiritu sancto, vt cũ perambulasset
Macedoniã & Achaiã, ꝓficisceret Hierosoly-
mã, dicẽs: Quia postq̃ fuero ibi necesse est me
Romã videre. Ex his oĩbus verbis colligitur,
ꝙ nõ solum prima ad Corinthios, sed & secũ
da ante scripta est, q̃ hæc ad Romanos quam
habemus in manibus. Simulq; illud aduertit,
ꝙ quãto posterior Paulus in vnaquaq; inuenit
epistola, tãto & perfectior: vt verus sit ille eiꝰ
sermo quẽ dixit: Quia p̃terita obliuiscens, ad
futura me extendo ad perfectũ sequens palmã
supernæ vocationis. Q̃ autem dicit: Placuit
Macedõię collationẽ aliquã facere ĩ pauperes
sanctorũ: subtiliter & verecunde dum Corin
thios laudat, hortatur Romanos. Faciliꝰ enĩ
deuotę mẽtes ad benefaciẽdũ exẽplis q̃ sermo
nibus inuitantur. Sed in eo quod addit,

» Placuit enim eis, & debitores sunt eorum.

F ¶ Quid aliđ sentire vult Rõanos nisi si Achęi
& Macedones debitores sunt paupibꝰ sancto
rũ q sunt ĩ Hierusalẽ: eadẽ rõne qua vnã fidẽ
Christi etiã Romani tenent, aduertant semet
ipos iis eisdẽ factos eẽ debitores? Neq; enĩ soli
Macedones & Achęi ĩ spiritalibꝰ ꝑticipes sũt
facti sanctis q sunt ĩ Hierusalẽ, vt in carnalibꝰ
eis debeant ministrare, sed & Romani, & ideo
pari cõditiõe debitores sunt: sed de illis tm̃ ꝓ
nũciat, vt & isti se norint sentẽtiæ subiacere.
Hęc qdẽ scd̃m cõmunẽ lrę dicta sint ĩtellectũ:
verũ magnificẽtiã solitã regramꝰ ĩ lr̃is Pauli.
Nõ enĩ puto ꝙ ita senserit, vt ĩtra solã Hieru
salẽ vnã dũtaxat Palęstinę vrbẽ, pauperes san
ctorꝫ collocet, quos & spiritales appellauit: re
liquos vero q in oĩ terra sunt, gẽtes dixerit, q
habitãtibꝰ Hierusalẽ tãq̃ solis spiritalibꝰ mini
strare ĩ carnalibꝰ debeãt: cũ vtiq; liceat extra
Hierusalẽ spiritales inuenire, quos nõ locꝰ, sed
cõuersatio sc̃tã & fidei ac scientię ꝑfectio fece
rit spiritales. sicut & ip̃e Paulus scribẽs dicit.
Fratres, & si p̃occupatꝰ fuerit qs ĩ aliquo deli
cto, vos q spiritales estis, ĩstruite hmõi in spũ
mãsuetudinis. Quid ergo est qđ in his sentire
nos conuenit? ꝙ oĩs q spiritalis est. i. q spũ deo
seruit, & q nõ scd̃m carnẽ viuit, sed scd̃m spm̃
iste ĩ Hierusalẽ, hoc ẽ ĩ loco pacis habitat, & ĩ
pacis visione cõsistit: & iste est paup sc̃tõrũ: ex
illis. s. beatis paupibꝰ ad quos dicit: Beati pau
peres spũ, qm̃ ipsorꝫ ẽ regnũ cęlorꝫ. Ista ẽ ergo
beata paupertas q̃ dicit, Argẽtũ & aurũ nõ ha
beo, sed qđ habeo hoc dabo tibi. In noĩe Iesu
Christi Nazareni surge & ãbula. Iste talis pau
ꝑ in Hierusalẽ semꝑ habitat, diuitias possidẽs
spiritales. Aurũ. n. sapiẽtia ẽ, argẽtũ sermo sciẽ
tię. Indumẽta eiꝰ Christꝰ ẽ. Dapes eiꝰ & diui
tię mẽsa est sapiẽtię, cibꝰ afflũẽs in verbo dei.
Vinũ lętitię bibit, qđ ĩ cratere suo miscuit sa
piẽtia, & de ĩtelligẽtiis, eiꝰ victimis edit cibos
solidos, & verbũ carnẽ factũ. Istę sũt spiritales
diuitię, qbꝰ gẽtes adhuc ĩ carne positę cõicare
festinãt. Videt ergo mihi hic quos noĩat gen G
tes, ĩdicare ĩꝑfectiores quasq; aĩas ĩ carne, q̃ ꝑ
fectorꝫ magisterio ĩdigeãt: & si forte digni ha
biti fuerit vt ꝑticipes eiꝰ fiãt ĩ ĩtellectu & sciẽ
tia spiritali, ipsi debeãt ĩ carnalibꝰ ministrare
eis: hoc ẽ cũ spũs eorꝫ ĩbui cœperit ad sciẽtiã
celsiorẽ, debeat ẽt caro cõtinẽtiæ & castitatis
fręna suscipiẽs spiritalibꝰ ministrare p̃ceptis: ‹‹
ne forte si adhuc ĩ carnalibꝰ lasciuiat, sessorẽ ‹‹
suũ dei verbũ ĩcauta & effręnata deiiciat. Sed A
& ip̃a differẽtia sermonũ qua erga vtrãq; ꝑtẽ
vsus est Paulus, nõ mihi videt ociosa. In spiri
talibus enĩ cõmunionẽ vel participationẽ po
suit, ĩ carnalibꝰ vero ministeriũ: & hoc debitũ
esse, illud vero cõicari dicit: vt ostẽdat ꝙ ꝑfe
ctiora q̃q; tãq̃ cęlestia terrenis nõ tã debent q̃
cõmodant, terrena vero & tẽporalia siue car
nalia tãq̃ ꝓ debito exigunt. Debitores. n. esse
cti sumꝰ secũdũ illũ q primitꝰ acceptũ ĩmorta
litatis & ĩcorruptibilitatis cẽsum ꝑdidit ĩ pa
radiso ꝑsuasione serpẽtis: & ideo debitores su
mus & efficimur oẽs q ĩ si͞litudine Adæ sorte
pręuaricatiõis astrĩgimur. Idcirco ergo & p̃ce
pta donãt, vt debita ꝑsoluamꝰ. deniq; & ĩ Euã ‹‹
gelio ita Saluator dicit: Cũ autẽ feceritis oĩa ‹‹
q̃ p̃cipio vobis, dicite qa serui inutiles sumus, ‹‹
qđ debuimꝰ facere fecimꝰ. Ea vero q̃ supra de ‹‹
bitũ facimꝰ, nõ facimus ex p̃ceptis. Verbi cã;
virginitas nõ ex debito soluit: neq; enĩ ꝓ p̃ce
ptũ expetit, sed supra debitũ offert. Audi de
niq; Paulũ dicẽtẽ: De virginibꝰ aũt p̃ceptum
dñi nõ habeo. Sic ergo de spiritalibꝰ & ꝑfectio
ribꝰ cõe dixit: de inferioribꝰ vero & carnalibꝰ,
debitũ misteriũ noĩauit. Ego aũt ꝓ hmõi mi
nisteriũ etiã illđ aduertẽdũ puto qđ est ĩ Psal
mis; Qui facit angelos suos spũs, & ministros
suos flãmã ignis: vt. s. angelos bonos, spũs ap
pellauerit tãq̃ spiritales. Eos vero q p̃sunt mi
nisteriis pœnarũ, & flãmas peccatoribꝰ parãt,
ministros flãmę ardẽtis noĩauit. Hęc q̃uis per
excessum quẽdã dicta esse videant, tamẽ quia
locus admonuit, nõ omisimus. Post hęc dicit.

HAEC ergo cũ consummauero & assigna »
uero eis fructum hunc, proficiscar per vos in »
Hispaniam. Scio enim quoniã veniẽs ad vos, »
in abũdantia benedictionis Christi veniam. »

¶ Vide quãta cautela consignaturũ se fructũ H
offerentiũ repromittit. Quo putas signaculo
fructũ sancti operis cõsignat Ap̃lus? Illo puto
quo imago dei exprimit, hoc est vt ĩ cõplẽdo
ope nulla sit alienę cogitatiõis admixtio. Nõ

laus ab hoibꝰ q̃rat, sed vt in simplicitate cordis q tribuit tribuat, & nõ ex tristitia. Hilarẽ eñ datorẽ diligit deus. & cætera his similia q obseruat i opere dei: opus suũ signaculo diuinę imaginis signat. Cũ ergo, inqt, hic consummauero, rũc per vos ad Hispaniã proficiscar. Promittit sane grãde munus Romanis, & dicit: Scio.n. qm̃ veniẽs ad vos, i abũdãtia benedictionis Christi veniã. Qđ non nisi p spiritũ sctm̃ & pphetię gratiã pollicet. Supra hoiem nãq est hęc scire de futuris, q nõ solũ i benedictione Christi, verũ etiã in abũdãtia benedictionis venturus sit ad eos: quo & veniẽtis gratia, & suscipientiũ merita pariter designãtur.

„ DEprecor igitur vos fratres per dominũ
„ nostrum, & per charitatem spiritus.

A ¶Licet in supioribꝰ dixerit, Scio.n. qm̃ veniẽs ad vos in abũdãtia bñdictiõis Christi veniã: nihilominus tñ sciebat etiã in his q̃ manifeste futura cognouerat, orationẽ esse necessariã: quæ vtiq si (verbi causa) nõ fuisset adhibita, sequeret sine dubio nõ impleri qđ fuerat prophetatũ. Quis ergo est q hęc legẽs q Paulus depreceẽ eos q Romę sunt fratres orare p se: cõtẽnat vel despiciat orationes ecclesiæ postulare, etiã si inferiores meritis esse videant hi a quibus oratio postulat! Ecce.n. Paulus apostolicis p̃ditꝰ meritis nõ solũ Romanos orare p se, sed & Corinthios hortat. Vide aũt & q̃ validis eos astringat religiosisq sacramẽtis. Per dominum nostrũ & per charitatem spiritus.

„ VT adiuueris me in orationibus ad dñm.

B ¶Qđ nostri posuerunt, adiuuetis me in orationibus: magnificentius legit apud græcos, ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ, quando hoc est qđ indicet, adiuuetis me in oratiõe orationũ ad deũ, ostẽdẽs quasi agonẽ habeat & ipse certamen orationis, aduersantibꝰ sibi sine dubio illis de qbus dicebat: Nõ eñ nobis certamẽ est aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, aduersus huiꝰ mũdi rectores tenebrarũ harũ, aduersus spiritalia nequitię in cęlestibus. Et certũ est q isti oẽs sicut aduersant fidei & resistũt pietati, sicut cõtrarii sunt iustitię & veritati, & oĩbus bonis, ita sine dubio resistunt, & orationi aduersant: & ideo ostẽdit Paulus esse nõ minimũ in oratione certamẽ, si quidẽ in hoc certamine etiã auxiliũ eorũ q Romę sunt crediderit implorãdũ. Obsistũt.n. vere dęmones & cõtrarię potestates in oratiõe, primo p illud, ne talis inueniat q in orationis agone desudat, vt leuet puras manus sine ira. Qđ & si qs obtinere potuerit vt sine ira sit: vix est vt effugiat esse sine disceptatiõe, hoc ẽ sine supfluis & vanis cogitationibus. Vix.n. inuenies vt oranti cuiq̃ non aliqd inanis & alienę cogitationis occurrat, & intẽtionẽ qua in deũ mẽs dirigit, declinet ac frãgat, neq eã p quã non cõpetit rapiat. Et ideo agõ magnꝰ est oronis, vt obsistẽtibꝰ inimicis, & orãtis sensum i diuersa rapiẽtibꝰ, fixa ad deũ semp mẽs stabili intẽtione cõtẽdat, vt merito possit & ipse dicere: Certamẽ bonum certaui, cursum cõsummaui. Nũc ergo orat apl's adiuuari se in agone oronũ, vt liberet ab incredulis qui sunt in Iudęa: a qbus nõ tã pati timet, nec pferre ea q̃ ad apostolatꝰ eiꝰ gl'iam ptinẽt, q̃ impediri veret ne diutiꝰ obstaculis eorũ retẽtus, vel minꝰ gratũ exhibeat sanctis ministeriũ, qđ & ipsis oronibꝰ idigẽtiũ fiat acceptũ: vel ne desideriũ eiusqđ erga Romanos habet visendos, diutius differat. Si.n. inquit, hoc ita cesserit vt ministeriũ meũ acceptũ fiat sanctis in Hierosolymis, & liberatus ab incredulis q sunt i Iudęa venire ad vos nõ impediar: p bñ gestis rebꝰ gaudẽs pfecto ad vos veniã cũ voluntate dei, & requiescã vobiscũ. Non corporalẽ vtiq requiẽ q̃rit Paulꝰ, sed illã q̃ cõsolationẽ habet ex deo, sicut & ipse i primis epistolæ huius ptibus dixit: Cõsolari vobis pet eã quę inuicem est fidem vestram atq meam.

„ DEVS aũt pacis sit cũ oĩbus vobis Amen.

¶Ingẽti bñdictiõe munerat Romanos, vt deꝰ pacis sit cũ eis. i. vt pax dei q̃ exuperat omnẽ mẽtẽ, custodiat corda eorũ, qui pax est vera.

CAP.XVI.

COMMENDO Autem vobis Phœben sorotem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchris. „ „ „

¶Hic locus apl'ica auctoritate docet etiã fœminas in ministerio ecclesiæ constitui. In quo officio positã Phœbẽ apud ecclesiã quę est Cẽchris, Paulus cũ laude magna & cõmendatione prosequit: enumerãs etiã gesta ipsius præclara, & dicẽs, qa intãtũ omnibus astitit, hoc est in necessitatibꝰ p̃sto fuit, vt etiã mihi ipsi i necessitatibꝰ meis apostolicisq laboribus tota deuotione mẽtis astiterit. Simile aũt opus eiꝰ dixit hospitalitati Lot, qui dũ semp hospites suscipit, meruit aliqñ angelos hospitio suscipere. Sil'r & Abrahã dũ semp occurrit hospitibꝰ meruit vt & dñs cũ angelis diuerteret ad tabernaculũ eius. Ita & hæc religiosa Phœbe dũ astat oĩbꝰ & obsequit: assistere & obseq etiã aplo meruit. Et ideo locꝰ hic duo pariter docet, & haberi (vt diximꝰ) fœminas ministras i ecclesia: & tales debere assumi in ministeriũ, q̃ astiterint multis, & p bona officia vsq ad apostolicã laudẽ meruerint puenire. Hortat etiã illud, vt hi qui bonis operibus in ecclesia dãt

operã, vicẽ recipiãt a fratrib⁹ & honorẽ: & in quibuscũq; necessariũ fuerit siue spiritalib⁹ siue & carnalibus officiis, honorifice habeantur.

» SAlutate Priscã & Aquilã adiutores meos.
» Et reliqua, vsq; ad Domesticã eoꝝ ecclesiam.

D ¶Videñt mihi ipsi eẽ, de qb⁹ ĩ Actib⁹ Apl'oꝝ ita scriptũ ẽ. Post hęc aũt discedẽs Paulus ab Athenis venit Corinthũ, & inuẽto ibi quodã Iudęo noĩe Aqla Põtico genere q nuper venerat de Italia, & Priscilla vxore ei⁹, ppterea ꝙ pceperat Claudius discedere oẽs Iudęos a Roma: accessit ad eos, & qa erat cõsimilis artificii mãsit apud eos, & opabañt simul. Erãt eñ artifices tabernaculorũ, hoc est sutores. Nec mirũ si Paul⁹ Priscã ĩ ep'la scribit, cũ in actib⁹ Priscilla sit scripta, cæteris cõcordãtibus. Põt aũt fieri vt q illo tẽpore pulsis ex vrbe Iudæis pcepto Cæsaris Corinthũ venerant, rursus edicti cessante sęuitia Romã ingressi salutenẽ a Paulo. Quos tãtũ appet Iudęorũ Insidiis Pauli piclitãte semetipos obiecisse vt ille liber abscederet: hoc aũt & Iason qdã fecisse in Actib⁹ Apl'oꝝ refert: & hãc eoꝝ laudẽ Apl's nõ silet, sed oĩbus eã ecclesiis admirãdã tradit, & ideo dicit, Quib⁹ nõ solus ego gras ago, sed & vniuersę ecclesię gẽtiũ. Vñ appet eos officiosos & hospitales extitisse erga oẽs fratres fideles, nõ solũ qui ex Iudęis, sed etiã q ex gẽtibus credidissent. Magna eñ gra ĩ hospitalitatis officio nõ solũ apud deũ, sed & apud hoĩes inuenit. Quæ tñ res qm̃ nõ solũ ĩ volũtate & pposito dñoꝝ, sed & grato & fideli cõstitit ministerio famuloꝝ: idcirco oẽs q ministeriũ istd cũ ipis sedulo adimpleuerũt, domesticã nolauit ecclesiã.

» SAlutate Epænetum dilectum meum qui
» initium Asiæ est in Christo.

E ¶Hic Epænet⁹ videt mihi olm prim⁹ ex Asia credidisse, vñ & initiũ eũ ecclę appellauit, vel vt in Gręco habet primitias Asię: nisi aliqd p fundius sermo iste significat, vt itelligam⁹ angelos dei qui ecclesiis psunt, offerre singulos quosq; primitias deo ex his q credũt: primitię aũt apud illos iudicanẽ nõ hi q tẽpore primi sunt, sed q virtutibus & meritis præcellunt. Quorũ sciens p spiritũ Paulus electionẽ erga Epænetũ, & ꝙ ipm ex oĩm fideliũ numero q erãt ĩ Asia, electio inuenerit angelorũ: appellauit eũ primitias Asię. Sed & in alia Ep'la dicit de qbusdã ꝙ sunt primitię Achaię, eãdẽ sine dubio sacramẽti rationẽ etiã in illis aspiciens.

» SAlutate Mariã q multũ laborauit ĩ nobis.
¶Docet & ĩ hoc debere etiã fœminas laborare p ecclesiis dei. Nã laborãt cũ docẽt adolescẽtulas sobrias esse, diligere viros, filios enutrire, pudicas esse, castas, domũ bene regẽtes, benignas, subditas viris suis, hospitio recipe, sanctoꝝ pedes lauare, & cætera oĩa q̃ de officiis mulierũ scripta referũt ĩ oĩ gñe castitatis.

SAlutate Audronicũ & Iuliã cognatos me- »
os, & cõcaptiuos meos q sunt nobiles ĩ apl'is, »
qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. »

¶Põt qdẽ fieri vt & secũdũ carnẽ isti cognati F fuerint Pauli, & añ ipm crediderit, & nobiles habiti sint ĩ Apl'is Christi: de qb⁹ possibile est & illud itelligi, ꝙ fortassis ex illis. LXXII. q & ipsi Apl'i noiati sũt, fuerit, & ideo nobiles eos ĩ Apl'is dicat, & ĩ his Apl'is q ante eũ fuerũt. Sed & illd me mouet qd ait, Cõcaptiuos meos. Quæ. n. erat captiuitas Pauli, in q̃ sibi etiã Andronicũ & Iuliã cognatos cõcaptiuos esse restat? nisi forte pfundiore mysterio ad illã respiciam⁹ captiuitatẽ, quã Christ⁹ venit absoluere, de qua scriptũ ẽ, venire & dare eũ captiuis remissionẽ, cęcis visum. In qua captiuitate videñt vna atq; eadẽ rõne isti eẽ qua & Paul⁹ erat. Verbi eñ gra sic dicam⁹, ꝙ cũ captiuus esset populus Israel apud Assyrios vel Babylonios, oẽs qdẽ erãt captiui: sed alia rõ in cęteris captiuis, alia ĩ Daniele, & Anania, atq; Azaria, vel Misael. Illi eñ captiui erãt p peccatis suis, isti vero p cõsolatiõe captiuoꝝ erãt etiã ipi captiui: & ideo si diceret Daniel de aliquo vno ex plębe, cõcaptiuus me⁹: nõ ita cõuenienter dici videretur, vt si diceret de Anania, & Azaria, & Misael, cõcaptiui mei. In istis enim vna captiuitatis est ratio, q̃ lõge a reliqs ratio ne diuersa est. Ita ergo & Paulus de se tale aliqd & Andronico ac Iulia secũdũ occultioris sacramẽti intuẽs rationẽ: cõcaptiuos eos sibi in hoc mũdo nominat, & nobiles ĩ Apostolis.

SAlutate Ampliatum dilectũ meũ in dño. »
¶Huic quis nihil egregiũ p cęteris ĩ laude videat ascribere: tñ hoc ipso ꝙ dilect⁹ est Pauli, laudabilis & salutatione dignus efficitur.

SAlutate Vrbanũ adiutorem nostrum in »
Christo, & Stachyn dilectum meum. »

¶Et istos ĩ salutatione cõiũgit, sed Vrbanũ ĩ laudib⁹ ptulit. Illũ vero adiutorẽ in Christo, Stachyn vero dilectũ tãmodo, sicut Ampliatũ nominauit. Adiutor aũt Apl'i in Christo, nõ aliud itelligit q̃ apostolici opis particeps.

SAlutate Apellem probum in Christo. »
¶Puto hũc Apellem p multas tribulationes trãsisse patiẽter, & fortiter sustenratũ: & ideo pronũciatũ ab Apostolo probũ, secundũ ea q̃ in aliis dixit ipse, qa tribulatio patiẽtiã operat, patiẽtia vero probationẽ, pbatio vero spem. Videndũ sane est ne forte ipse sit hic q in Actibus Apostolorũ Apollo nominatur Alexandrinus in scripturis eruditus.

» SAlutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.

¶Q͂m nihil ociose i literis apostoli vel addit vel minuit: istos q sunt de domo vel de familia Aristoboli, nõ frustra neq; dilectos neq; pbos neq; adiutores in Christo nominat. Sed forte qa nihil tale habebant in meritis, idcirco eos solo titulo salutationis honorauit.

» SAlutate Herodionem cognatum meum.

A ¶Et hic similiter vt Andronic⁹ & Iulia, Pauli cognatus dicit: sed neq; concaptiuus vt illi, neq; nobilis in apostolis i his qui ante Paulũ fuerũt in Christo, noiat. Vnde intelligẽdũ est etiã in his quos cognatos suos Paulus appellat, esse multã differẽtiã: secũdũ illam (vt ego arbitror) rationẽ quã supius aptē tẽtauim⁹.

» SAlutate eos q sunt ex Narcissi domo, qui » sunt in domino.

¶Videnẽ quidẽ plures fuisse ex domo vel familia Narcissi, sed nõ oẽs in domino fuisse, & ideo addidit eos salutãdos, qui sunt in dño.

» ¶SAlute Tryphænã & Tryphosam quæ la» botant in domino.

¶Bonum de his dat testimoniũ, quarũ laborem non huius neq; cõmunis vitæ, sed in domino esse testatur. Multi eñ laborant, sed non omnium laborem esse constat in domino.

» SAlutate Persidam charissimam quæ mul» tum laborauit in domino.

¶Videtur hęc magis laudari q̃ Tryphęna & Tryphosa, q͂m quidẽ illas laborasse dicit i domino, hanc autem laborasse multum in dño, cui & addidit charissimam.

» SAlutate Rufum electũ in domino, & ma» trem eius & meam.

B ¶Nõ puto in istis salutationibus inaniter fieri p singulos quosq; laudis & salutationis differentiã. Qui eñ scit q Christus loquitur in Paulo, certus est q pro merito alius quidã pbus dicitur ab eo, alius charissim⁹, alius laborãs in dño, alius multũ laborãs, alius electus: & hic Rufus de quo nũc nobis sermo est, electus in dño salutaẽ, credo q Paulus sciret esse eũ de numero nõ multorũ q vocati sunt, sed paucorũ qui electi sunt: cuius & mater tantũ meriti habuit, vt eã Paulus suã noiauerit matrem: cũ quo etiam ipse sicut Iesus cũ Ioanne vnum pariter haberet matris affectum.

» SAlutate Asyncritũ, Phlegontẽ, Hermẽ, Pa» trobam, Herman, & qui cum eis sunt fratres.

¶De istis simplex est salutatio, nec aliqd eis insigne laudis adiungiẽ. Puto tñ q Hermas iste sit scriptor libelli illi⁹ q Pastor appellaẽ: q scriptura valde mihi vtilis videẽ, & vt puto diuinitus inspirata. Q͂ vero nihil eis laudis ascripsit, illa opinor est causa, qa videtur sicut scriptura illa declarat, post multa peccata ad pœnitẽtiam fuisse conuersum, & ideo nec opprobriũ ei aliquod scripsit: didicerat eñ scripturã, non improperare homini conuertenti se a peccato: neq; laudis aliquid tribuit, qa adhuc positus erat sub angelo pœnitẽtiæ, a quo tempore opportuno Christo rursus deberet offerri. Intelligitur autem q simul habitauerint hi quorum salutatio sociata est.

SAlutate Philologum & Iuliam, Nereũ & » sororem eius, & Olympiadem, & omnes san» ctos qui cum eis sunt. »

¶Potest fieri vt Philologus & Iulia coniuges fuerint, cæteri domestici eorum, ad quos simplex salutatio dirigitur.

SAlutate inuicem in osculo sancto. »

C ¶Ex hoc sermõe & aliis nõnullis similib⁹ mos ecclesiis tradit⁹ est, vt post oratiões osculo se inuicẽ suscipiãt fratres. Hoc aũt osculũ sanctũ appellat apostolus. Quo noie illud docet primo, vt casta sint oscula q̃ i ecclesiis danẽ. Tũc deinde vt simulata nõ sint, sicut fuerũt Iudę, q osculũ labiis dabat, & pditionẽ corde tractabat. Osculum vero fidele primo vt dixim⁹ castum sit, tunc deinde pacem in se simplicitatẽ q habeat in charitate non ficta.

SAlutant vos omnes ecclesię Christi.

¶Nunquid nõ in vna ęde stat positus Paulus » hęc scribẽs? & quomodo verũ est q oẽs simul salutes ecclesiarũ Romanę mittit ecclesię? Sed p eo intelligere debemus, vel q vnus spiritus erat in Paulo atq; oĩbus ecclesiis Christi, vel salutare dicat per fidem & per spiritũ iungi.

ROgo autẽ vos fratres vt obseruetis eos q » dissensiones & offendicula pter doctrinã quã » vos didicistis faciũt: & declinate ab illis. huiuſ » modi eñ Christo dño nostro nõ seruiũt, sed » suo ventri, & per dulces sermones & benedi» ctiones seducunt corda innocentiũ. vestra eñ » obœdientia in omni loco diuulgata est. »

D ¶Hęc & ad eos q ecclesiis psunt, & ad oẽs credẽtes p spm̃ sanctũ scribere credẽdus est Paulus: vt diligẽtius cõsiderent, & perspiciãt qui sint qui dissensiones & offendicula in ecclesiis generãt, & alieni sint ab illa beatitudine quã de⁹ repromisit. Beati pacifici, q͂m ipsi filii dei vocabunẽ. Hoc. n. inqt, vt pacifici sitis, a dño p euãgeliũ didicistis: dissensiones vero cõmouere vel scãdala, pter doctrinã est quã vos didicistis: & ideo alien⁹ vobis sit, nec oino recipiat inter vos, q certamina cõmouet, qui serit iurgia, q lites excitat, & studia cõtẽtiõis exercet. Qui. n. tales sũt, Christo dño nostro q est pax nostra nõ seruiunt, sed suo ventri. Sed & quid causę sit qua iurgia suscitanẽ i ecclesia,

& lites, diuini spũs ĩstinctu apit: Ventris, inqt, gratia, hoc est qstus & cupiditatis. Inde est vñ nõnulli circũeũt domos loqntes ad gratiã cũ oĩ adulatione & deceptione, nõ vt ĩ verbo dei ędificẽt aĩas ad virtutẽ, sed vt adulatoriis dulcibusq̃ sermonib⁹ pmanere, vel etiã proficere eas hortenť in vitiis, laudãtes & bona dicẽtes ea q̃ correptione digna sunt: ponentes lucẽ tenebras, & tenebras lucẽ, dulce amarũ, & amarũ dulce: & in his seducũt corda innocẽtium. Et ideo diligẽter oportet ĩtẽdere quo pspectu doceat ille q docet, vtrũ gratiã & honorẽ ab auditoribus q̃rens, an mercedẽ a dño p ĩstructione & pfectu discẽtiũ sperans. Subtiliter sane Paulus ĩdiscretã & facilẽ Romanoꝝ obœdiẽtiã notat, eãq̃ asserit vbiq̃ nõ laudatã, sed pmulgatã. Sed ne eos rursum si p hoc aptius castigaret, inobœdientes efficeret, addidit.

„ IN vobis ergo gaudeo.

E ℭSed dicis, quõ vulgarẽ in eis notat obœdiẽtiã cũ dicat se gaudere ĩ eis? Primo qdẽ aliud est notare vitiũ, aliud hoĩes. Põt eñ fieri vt gaudeat ĩ his ĩ qb⁹ multa bona alia dephẽderat, vitiũ aũt qđ ei displicuerat notet, ne putetur ei etiã ipm cũ cęteris placuisse. Põt aũt & p eo dixisse Apl's gaudere se ĩ eis, q̃ q inobœdiẽs est, neq̃ ad malũ, neq̃ ad bonũ trahi põt: q vero obœdiens est, si qdẽ ad inutilia trahať impietę culpa sit. Ignorat eñ inutilia esse a qbus obœdiẽtiã sui pbet. Cũ vero didicerit quę sunt vtilia, habẽs parũ obœdiẽtię, bonũ continuo per eã iter virtutis ascẽdit. Gaudet ergo Paulus super obœdiẽtes, certus q̃ cũ docuerit eos nõ vulgari obœdiẽtia quã incaute oĩb⁹ pbẽt, vti eos debere p illa sola q̃ obœdire oportet deo magis q̃ hoĩb⁹, vt relictis cæteris ipsa laudeť. Nã & reuera nõ est puę discretiõis, sed pbabilis & exercitatissimi iudicii, scire cui verbo, cuive operi obœdiẽdũ sit, & cui renitẽdũ. Deniq̃ ipse dñs in Euãgeliis dicit. Attendite vobis ab iis q veniũt ad vos ĩ vestimẽtis ouium, intus aũt sunt lupi rapaces. Et ideo vigilãs sensus & mẽs ĩtẽta reqriť q̃ pbare nouerit vel ouis ĩ pparulo simplicitatẽ, vel lupi latẽtẽ rapacitatẽ. Vñ vide q̃ propinqui piculis fiant hi q exerceri in diuinis literis negligũt, ex qbus solis huiusmodi examinationis agnoscenda discretio est. Cõtinuo ergo in breui speciẽ propositę distinctionis ostẽdit, & dicit. Qm̃ qdẽ facilis & indiscreta est vestra obœdientia: accipite quid seruare, quid cauere debeatis.

„ VOLO, inquit, vos sapientes esse in bono,
„ & simplices in malo.

F ℭSimile est hoc illi dicto quod ad Corĩthios scribẽs dicit. Malitia paruuli estote, vt sensib⁹ perfecti sitis. Sed & illud qđ dñs ait: Quia filii seculi huius prudẽtiores filiis lucis in generatione sua sunt, huic cõuenit dicto. Filii eñ seculi huius prudẽtiores sunt ĩ malitia, p eo q̃ semp aliqd pfundius & subtilius inueniant in ea, vnde plus noceãt, & vehementius lędãt: in bono autẽ stulti sunt: vix eñ inueniũt qd faciãt boni. Ecõtrario Paulus vult nos sapiẽtes esse in bono, hoc est semp aliqd plus ĩuenire, plus exqrere, & pfundius cogitare qd faciam⁹ boni: ita vt etiã si impediamur p alicuius malitiã ab ope bono, sic nos sapiẽtes simus & excogitemus quomodo si opus bonũ non possumus, vel sermonẽ bonũ proferamus: q̃ si nec hoc licet, votũ saltẽ bonũ & animũ demõstremus. Sic ergo sapiẽtes debemus esse in bono, simplices vero ĩ malo, vt si pulsemur malitia, pulsemur iniuria: nõ simus callidi, non simus versuti, artes & argumẽta quærentes quibus reddere malũ pro malo, & nequitiã pro nequitia debeamus: sed in tali loco meminisse debemus illius sententiæ quę dicit: Si quis vult sapiens esse apud deum, stultus fiat in hoc mũdo. Simus ergo stulti accipiẽtes iniuriã & nõ reddẽtes, vt sapiẽtes simus apud deũ q dicit: Mihi vindictã & ego retribuam. Nam de impiis & Hieremias dicit. Sapiẽtes sunt ad male faciẽdũ, bene aũt facere nesciũt. Ad hoc respicit & illud qđ dñs dixit: Simplices nos esse debere sicut colũbas, & prudẽtes sicut serpẽtes. Q; si aliqs nobis ex infidelibus argute occurrat & dicat: Quomodo potest idẽ esse sapiens & stultus? dicemus ad eum. Respice ad artes istas q̃ in vsu hominũ habẽtur, quomodo ille qui (verbi causa) sapiẽtissim⁹ est grãmaticus, in arte fabrili insipientissimus inuenitur: vel rursum sapiẽtissimus gubernator, quomodo in arte medicinę inuenitur insipiens. Sic ergo possibile est in his quæ ad deum pertinẽt esse sapientem: in his quę ad seculũ ptinẽt, insipiẽtem. Sciẽdũ sane est vbi ait: Huiusmodi enim non seruiũt Christo domino nostro, nõ q̃ ipsi se profiteantur Christo domino non seruire, sed q̃ discrepantes a seruitutis eius regula, rebus ipsis ostẽdãt se dño non seruire Christo. Non enim videtur simul quis & Christo seruire posse & vẽtri: ac voluptatis pariter amator esse & dei, nec deo quis simul seruire potest & mammonę.

DEVS autem pacis conterat Satanam sub „
pedibus vestris velociter. „

ℭQuęritur in hoc loco quẽ dixerit Satanam G
sub pedibus eoꝝ qbus scribit, velociter a deo conterendũ. Si enim ad vnam referatur personam, illam scilicet de qua in Euãgelio dicitur

Ecce video Satanā de cælo cadentē, quiq; Sa
tanas humano generi indicat̃ aduersus:vide-
bit̃ vtiq; si vere dicit Paulus q̃ dicit, ꝙ sub pe
dibus eorū ꝗbus tūc scribebat velociter cōte-
rat̃,vltra iam nō esse Satanā q agones & certa
mina & ꝑsecutiōes credētib⁹ excitet: qđ vtiq;
nō admittit fides rerū.Sed videt̃ mihi in hoc
loco Satanā dixisse omnē spiritū qui credenti
bus aduersatur. Satanas em̄ in lingua nostra
aduersarius īterpretat̃. Quicquid ergo aīę tē
denti ad deū resistit & aduersat̃, & quicq̃d pa
ci eius cōtrariū est:hoc Satanas esse memora
tur.Ideo deniq; ꝓmisit,dicēs:Deus pacis,hoc
est deus cui pax placet,cōteret eū qui contra
rius est paci & dissensiones operat̃. Sic deniq;
& in Regnorū libro legim⁹,ꝙ suscitauit deus
Salomōi Satanā aduersus eū,hoc est Salomo
ni qui erat pacificus,suscitauit Satanā qui est
cōtrarius paci.Sed sicut his quoq; apostolus
docet si agant,& tales se exhibeant quales ei⁹
sermo descripsit,ꝓ emendatione vitę ꝓmittit
sub pedibus eorū a deo pacis Satanam veloci
ter conterendū:ita nihilominus deus pacis ei
qui pacem eius nō in corde puro & cōsciētia
munda seruauerit,suscitat Satanā,hoc est ad
uersarium:vt q bonū pacis neglexerit,impu-
gnationū amaritudines perferat: & ita demū
pacis quā temerauit dulcedinem in oppugna
tione positus recordet̃.Ex vtroq; igitur ædifi
camur scripturę diuinę loco,ꝙ suscitare deus
Satanā dicit̃ negligentibus, vel conterere, ac
subdere studiosis: vt illos ad agones excitet,
istis de ꝓstrato aduersario palmā victoriæ tri
A buat,& virtuti ꝓmia largiat̃.Possumus & per
singulos quosq; agones si legitime certemus
videre qa deus conteret Satanā sub pedes no
stros velociter:verbi causa,si qs agonē susce-
perit castitatis,si vsq; ad finē immaculata con
sciētia perdurauerit:dici de eo potest, ꝙ con-
triuit deus Satanā sub pedibus eius.i. spiritū
qui erat cōtrarius castitati.Similiter & q ago
nem fidei suscipit,si stans ante reges & ꝓsides
cū fiducia cōfiteat̃ dn̄m Iesum Christū,& vs-
q; ad finē in confessione ꝑmaneat:deus contri
uit Satanā sub pedibus eius,cū per fidē cōstā
rem infidelitatis spiritū vicit.Sic & qui cōcor
diā ꝑseuerāter colit,dissensionis dęmonē sub
pedibus cōterit.Qui mansuetudinē seruat,ira
cundię Satanā patientię vestigiis calcat. Hoc
est nimirū qđ dn̄s ī euāgelio dicit: Ecce dedi
vobis potestatē calcādi super serpentes & scor
piones,& super omnes virtutes inimici.

,, GRATIA dn̄i nostri Iesu Christi vobiscū.
B ¶Gratia dei & gratia dn̄i nostri Iesu Christi
vna atq; eadē gratia accipiēda est. Sicut.n.pa
ter quos vult viuificat, & filius quos vult vi
uificat: & sicut pater habet vitā in se, & filio
dedit habere ī semetip̄o vitā:ita & gratiā quā
dat pater,hāc & filius dat.Sciendū sane est ꝙ
omne qđ habent hoīes a deo,gratia est.Nihil
em̄ ex debito habēt.Quis em̄ prior dedit illi,
& retribuet̃ ei? Gratia ergo est ꝗcquid habet
is qui nō fuit,& est accipiēs ab eo qui semper
fuit,& est,& erit in æternum.

SALVtat vos Timotheus adiutor meus, ,,
& Lucius,& Iason,& Sosipater cognati mei. ,,
¶Videt̃ mihi de istis quos sequestrauit ab o- C
mni catalogo salutantiū,plus aliquid sensisse.
Deniq; Timotheū adiutorē suū dicit, & oēs
simul cognatos suos.Et quidē de Timotheo
plenissime refert̃ in actibus apostolorū ꝙ fue-
rit Derbeus ciuis,filius mulieris viduę fidelis
ex patre gētili.De quo & ipse Paulus dicit,qa
propterea rogauerat eū permanere Ephesi,vt
denūciet quibusdā ne aliter doceant,neq; attē
dāt fabulis & genealogiis infinitis.Sed & Lu-
cium quidā perhibēt esse Lucā qui euangeliū
scripsit,pro eo ꝙ soleāt nomina interdū secun
dum patriā declinationē,interdū etiam secū-
dum Gręcā,Romanāq; proferri.Iason vero il
le est de quo etiā in actibus apostoloꝝ scribit̃
ꝙ Thessalonicæ pro Paulo & Sylla seditionē
cōmouentibus turbis,semetipsum dederit,vt
apostolo dicendi faceret libertatem.Sosipater
quoq; qui his iungit̃ suspicor ꝙ ip̄e sit qui in
actibus apostolorum scribit̃ Sosipater Pyrrhi
Beronēsis.Sed qui Pauli literas curiosius tan
q̃ Christo in eo loquente cōsiderat: monebit̃
sine dubio quomodo Paulus q se Tarso Cili-
cię natū professus est Hebręū ex Hebręis,nūc
vel Timothei Derbēsis ciuis ex patre gentili
cognat⁹ vel cōsanguineus esse dicat̃, vel Iaso
nis Thessalonicēsis,vel Sosipatri Pyrrhi Be-
ronensis. Q; si ꝓ eo aliquis dicat ꝙ etiam ipsi
qualibet ex parte ex circūcisione veniebāt: nō
ergo oportuit de his specialiter dicere,sed &
de oībus qui ex Iudęis erant,ꝙ essent cognati
Paulo.Nunc vero cū cęterisnequaq̃ hoc no-
men indulgeat,his vero & aliis nōnullis ascri
bat :certum est eū aliam quādā cognationem
nominare,quę isti Sosipatro cū Timotheo &
Luca aliisq; paucis horū similibus communis
habeatur:quā cognationē vel consanguinita
tem arbitror esse ex baptismo contractam.

SALVTO vos ego tertius qui scripsi Epi- ,,
stolam in domino.Salutat vos Caius hospes ,,
meus & vniuersæ ecclesiæ. ,,
¶Hic est Cai⁹ de quo alibi dicit.Gratias ago D
deo meo,qa neminem vestrum baptizaui nisi
Crispum & Caium. Videtur ergo indicare

de eo ꝙ vir fuerit hospitalis, q nō solū Paulū ac singulos quosq diuersantes Corinthi hospitio reciperet: sed ecclesię vniuersę in domo sua conuēticulū ipse ꝓbuerit. Fertur sane traditione maiorū ꝙ hic Caius episcopus fuerit Thessalonicensis ecclesię.

” SALVtat vos Erastus Arcarius ciuitatis,
” & Quartus frater.

¶Ipm puto esse Erastū quem dicit remansisse Corinthi, qꝙ euidēter designato ciuitatis officio ostenditur. Sed nō puto ꝙ ex hoc officii magnopere Paulus mētionē in Epistola sua fecerit, nisi forte aliqd in eo amplius senserit, & arcariū eū, id est dispēsatorē illius ciuitatis dixerit, cuius artifex & cōditor deus: & ideo nec nomē posuerit cuius ciuitatis, sed tātūmodo eū arcarium nominauerit. Verū ergo tali modo aliquo, an vero simpliciter magis videndū sit, & nihil profundius in Pauli literis requirendum: consideraro qui legis.

El autē qui potēs est vos cōfirmare secūdū
” Euāgeliū meū, & ꝓdicationē Iesu Christi secū
” dū reuelationē mysterii tēporib⁹ æternis taci
” ti, qđ nūc patefactū est p scripturas propheta
” rū secūdū ꝓceptū æterni dei ad obœditionem
” fidei in cūctis gētibus cogniti soli sapiēti deo
” per Iesum Christum, cui honor & gloria.

E ¶Caput hoc Marciō a quo scripturæ euāgelicę atq apostolicę interpolatę sunt, de hac epistola penitus abstulit: & nō solū hoc, sed & ab eo vbi scriptū est: Oē aūt qđ nō est ex fide peccatū est, vsq ad finē cūcta dissecuit. In aliis vero exēplarib⁹, id est in his q̄ nō sunt a Marcione temerata, hoc ipm caput diuerse positū inuenim⁹. In nōnullis etem̄ codicib⁹ post eū locū quē supra dixim⁹, hoc est, Oē aūt qđ nō ē ex fide peccatū est, statī cohęrēs habet: Ei aūt q potēs est vos cōfirmare. Alii vero codices ī fine, id est vt nūc est positū, cōtinēt. Sed iā veniamus ad capituli hui⁹ explanationē. Duas mihi causas Paulus videt ostēdere, qb⁹ roborant hi q in fide Euāgelii cōfirmant: vnā qua eis ꝓdicatio Pauli, q̄ est & Christi ꝓdicatio, innotescat: & aliā qua reuelat eis sacramētū qđ oim tēporibus seculoꝝ in silentio habitū est, nūc vero, hoc est in aduētu Christi & ꝓsentia corporali, manifestatū est & aptū, & quātū spectat nō sine idoneis testib⁹, sed scripturis propheticis astipulātib⁹ declaratū. Ita em̄ ꝓceptū extitit æterni dei, vt ꝓdicatione qdē Euāgelii gētes ad obœdiētiā fidei vocarent: ex reuelatiōe aūt sacramēti agnita dei sapiētia, glię claritas soli sapiēti deo redderet ī secl'a seculoꝝ.

F ¶Sed iterū recurram⁹, & cōsiderem⁹ quō dictū est: Ei aūt q potēs est vos cōfirmare scdm euāgeliū meū & ꝓdicationē Iesu Christi, scdm reuelationē sacramēti tpib⁹ seculoꝝ silētio habiti. Nō mihi videt ꝙ ad oēs ptineat ista vtriusq gnis confirmatio, sed ad oēs qdē pertinet credētes dūtaxat euāgelium Pauli & ꝓdicatio Christi: reuelatio vero sacramēti tpibus seculorū in silētio habiti, nō ad plures sed ad paucos & electos q capaces eē possunt sapiētiæ & sciētię dei, de qb⁹ dicit, Multi sunt vocati, pauci vero electi. Sed & de eo qđ ait, Sacramēti ī silētio habiti, requirēdū est verū id dicāt in silētio habitū, vt oīno nullus agnouerit, ne ipsi qdē q annūciabāt ꝓphetę: an altior aliquā silentii intelligēda est ratio. Mihi qdē valde videt absurdū, vt dicam⁹ prophetas ita scripsisse de testamētis diuinis, vt nō itellexerint ea ipsa q̄ dicebāt: cū scriptura dicat: Sapiēs intelligit q̄ de ore eius ꝓcedūt, & ī labiis portat itellectū. Si ergo ꝓphetę nō itellexerūt q̄ de ore ꝓprio proferebāt, nō erāt sapiētes. Verū si stultū est prophetas cōfiteri, & negare eos sapiētes fuisse: restat vt sapiētes fuerit, & itellexerint q̄ ex ore ꝓprio ꝓferebāt, & habuerint intellectū in labiis suis. Quę ergo silētii ratio? Videam⁹ ne illa sit quā & ipse ptim sibi traditā p sacramē-G torū dispēsationē ꝓdocuit, vbi dicit abductū se esse in tertiū cęlū, & īde ī paradisum; & audisse nō edicēda verba, q̄ nō licet homini loq. In quo vtiq ostēdit nō ꝙ ignoret ipse qđ audierit, sed ꝙ ꝓferre nō licebat, & aliis hoībus pādere q̄ sibi sunt indicata. Ita ergo pōt & in hoc loco dictū videri sacramētū tpib⁹ seculorū in silētio habitū: qđ vt scirēt qdē ꝓfecti, ex scripturis ꝓpheticis manifestat: sed hoīb⁹, id est vulgo nō manifestauerūt nec patefecerūt, sed silētio texerūt, secūdū ꝓceptū æterni dei: vsquequo tēpus adesset vt verbū caro fieret, & habitaret ī nobis, & manifestaret oībus gētibus ad obœdiētiā fidei. Qđ vero ait, Soli sapiēti deo: sapientē deū non ita accipias, quasi quē sapiētia fecerit sapientē, vt inter homines habetur. Sapiēs em̄ inter homines dicit vnusqsq ex participatione sapiētiæ: Deus vero nō quasi q ex sapiētia sapiens factus sit, sed quasi qui ipse auctor & genitor sit sapientiæ, sapiēs appellat. Non enim (vt diximus) ex sapientia sapiens deus, sed ex sapiēte deo sapiētia procedit. Merito ergo soli sapiēti deo. Solus est em̄ ita sapiens deus, vt sapiētiā ipse magis genuerit, q̄ sapientia sapiēs factus sit. Et recte ei claritas per Iesum Christum refertur, qui ita sapientē esse solum deum ostendit, vt ipse sapiētiam genuerit Iesus Christus, qui est dei virtus & dei sapientia.

IN secula, vero, seculorum. ”

A ¶Quod ait, i se. sec. moris est scripturę diuinę immensitatem per hoc temporum designare. ¶Amen autē quasi ad cōfirmationē omnium quę superius scripta sunt, in fine posuit, per quod vernaculo hebræorum sermone vera & fidelia esse quę sunt scripta signaret.

PERORATIO TRANSLATORIS.

B ACTENVS Nobis i epistolam ad Romanos prout potuimus dictantibus plurimo & labore & tempore desudatum sit. Fateor nāq; Heracli frater amātissime, q dū tuis desideriis satisfacere cupio, oblit⁹ sum pœne mandati quo pręcipit: Onus supra vires tuas ne leuaueris: q̄uis nobis nec in cæteris, quę te insistente, immo potius pensum diurni operis exigente in latinum vertimus, defuerit plurimus labor: dum supplere cupimus ea quæ ab Origene in adiutorio ecclesiæ ex tēpore, non tam explanationis q̄ ędificationis intentione perorata sunt: sicut i Homiliis, siue in oratiūculis in Genesim & in Exodū fecimus: & præcipue in his quæ in Librum Leuitici ab illo q dem perorandi stylo dictata, a nobis vero explanandi specie trāslata sunt. Quem laborem adimplendi quę deerant, idcirco suscepimus, ne pulsatę quæstiones & relictæ, quod in homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri solet, latino lectori fastidium generarent. Nam illa quæ in Iesum Naue, & in Iudicum librū, & in Trigesimumsextū, & in Trigesimūseptimum, & Trigesimumoctauum psalmū scripsimus, simpliciter expressimus vt inuenim⁹: & non multo cum labore trāstulimus. Quis ergo & in cæteris quæ supradiximus laboratū nobis sit in supplendis his quæ omiserat: in hoc tamē opere Epistolæ ad Romanos p his causis quas in præfatione comprehendimus, immensus nobis & inæstimabilis incubuit labor. Sed delectauit indulsisse laboribus si modo non, vt in aliis experti sumus, maleuolæ mentes vigiliis nostris contumelias reddant, si non studia obtrectationibus, & labores remunerētur insidiis. Nouum quippe apud eos culpæ genus subimus. Aiunt em̄ mihi. In his quæ scribis, quoniam plurima in eis tui operis habentur, da titulum nominis tui, & scribe Hieronymi (verbi gratia) in Epistolam ad Romanos explanationum libri. Sicut & apud auctores inquiunt seculares, non illius qui ex græco trāslatus est, sed illius qui trāstulit nomen titulus tenet. Hoc autē totum mihi donant non amore mei, sed odio auctoris. Verū ego qui plus conscientiæ meæ q̄ nomini defero: etiam si addere aliqua videor & explere q̄ desunt, aut breuiare quę longa sunt: furari tamen titulum eius qui fundametum operis iecit, & construendi ædificii materiam prębuit rectum non puto. Sit sane in arbitrio legētis cum opus probauerit, operis meritum cui velit ascribere. Nobis enim propositum est non plausum legentium, sed fructum proficientiū quęrere. Post hoc sane vocat nos opus quod olim quidem iniunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgef, Clementis scilicet Romani episcopi apostolorum comitis, quorum vt successorib⁹ darem cognitionem, libri a nobis in latinum vertuntur. In quo opere bene noui q laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis, dabo titulo nomē meū, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur. Quod si me dominus implere permiserit redibimus ad illos, & ad tua desideria, vt in Numerorum, & in Deuteronomii libros, deo permittente, aliqua dicamus. hoc enim solum vobis de Pentateucho, vel de reliquis apostoli Pauli epistolis, quæ possumus, domino protegente debemus.

Explicita est interp̄tatio Origenis Adamantii in Nouum Testamentum.
Atq; ita finis est Partis Tertiæ.

Origenis vita per Diuum Hieronymum.

EPITOME IN VITAM ORIGENIS, EX LIBRO DE VIRIS Illustribus, Sancti Hieronymi Presbyteri.

RIGENES, qui & Adamantius, decimo Seueri Pertinacis anno aduersum Christianos persecutione commota, a Leonide patre, Christi martyrio coronato: cum sex fratribus, & matre vidua pauper relinquitur, annos natus circiter decem & septem. Rem enim familiarem ob confessionem Christi fiscus occupauerat. Hic Alexandriæ dispersa ecclesia, decimooctauo ætatis suæ anno κατηχήσεων, id est doctrinarũ opus aggressus, postea a Demetrio eius vrbis episcopo in locũ Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit. Et cum iam mediæ esset ætatis, & propter ecclesias Achaiæ, quę plurimis hęresibus vexabātur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palęstinã pergeret: a Theoctisto & Alexandro Cæsareę & Hierosolymorum episcopis presbyter ordinatus, Demetrii offendit animũ. Qui tanta in eum debacchatus est insania, vt per totum mundum super nomine eius scriberet. Et cõstat eũ anteq̃ Cæsaream migraret, fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo: & statim Alexandriam reuersum, Heraclam presbyterum, qui sub habitu philosophi perseuerabat, adiutorem sibi fecisse κατηχήσεων, qui & post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, q̃ Firmilianus Cæsareæ episcopus, cum omni Cappadocia, eum inuitauit, & diu tenuit. Et postea sub occasione sanctorum locorum Palæstinam veniens, diu Cæsareæ ab eo in sanctis scripturis eruditus est. Sed & illud, q̃ ad Mammæam matrem Alexandri Imperatoris religiosam fœminã rogatus venit Antiochiam, & summo honore habitus est: q̃q̃ ad Philippum Imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, & ad matrem eius literas fecit, quæ vsq̃ hodie extant, quis ignorat? Et q̃ tantum in scripturas diuinas habuerit studii, vt etiam Hebræam linguam contra ætatis gentisq̃ suæ naturam edisceret, & exceptis LXX. interpretibus, alias quoq̃ editiones in vnũ congregaret: Aquilę scilicet Pontici proselyti, & Theodotionis Hębionęi, & Symmachi eiusdem dogmatis, qui in euangelium quoq̃ κατὰ μαθθαῖον scribit commentarios, de quo & suum dogma affirmare conatur. Præterea quintam, & sextam, & septimam editionem, quas etiam nos de eius bibliotheca habuimus, miro labore repperit, & cum cæteris editionibus comparauit. Et quia indicem operũ eius in voluminibus epistolarum quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistola, contra Varronis opera conferens, posui: nunc omitto, illud de immortali eius ingenio non tacens, q̃ Dialecticã quoq̃ & Geometricam, Arithmeticam, Musicam, Grammaticam, Rhetoricam, omniũq̃ philosophorum sectas ita didicit: vt studiosos quoq̃ secularium literarum sectatores haberet: & interpretaretur eis quotidie, concursusq̃ ad eum miri fierent. Quos ille propterea recipiebat, vt sub occasione secularis literaturæ, in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis, quæ aduersus Christianos sub Decio cõsurrexit, eo q̃ in religionem Philippi deseuiret, quantos interfecerit, superfluũ est dicere: cũ etiam Fabianus Romanæ ecclesiæ episcopus in ipsa occubuerit, & Alexander, Babylasq̃ Hierosolymorũ, & Antiochenæ ecclesię pontifices in carcere pro confessione Christi dormierint. Et super Origenis statu si quis scire velit quid actũ sit, primum quidem de epistolis eius, quæ post persecutionem ad diuersos missę sunt: deinde & de sexto Eusebii Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ libro, & pro eodem Origene VI. voluminibus possit liquido cognoscere. Vixit vsq̃ ad Gallum, & Volusianũ, id est vsq̃ ad LXIX. ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri. In qua vrbe & sepultus est.